3 1761 05973488 9

QVAESTIONES VARIAE

PARISIIS DISPVTATAE

SOLEMNIS DOCTORIS

F. IOANNIS DE NEAPOLI

ORD. PRAED.

BX
1749
I5
1618a

LIBRARY
JAN 9 1967
UNIVERSITY OF TORONTO

ET DE FORTI DVLCEDO
THOMAS CAI[E]TANVS
F. IOANNES DE NEAPOLI DOCT. PAR.
F. IOANNIS DE NEAPOLI
ORDINIS PRÆDICATORVM
SOLEMNIS DOCTORIS PARISIENSIS
e primis propugnatoribus doctrinæ S. Thomæ
QVÆSTIONES VARIÆ
PARISIIS DISPVTATÆ
Post annos CCCII ex uetusto M.S. Codice
insignis Bibliothecæ Regij Conuentus
S. Dominici erutæ, & nunc primu
IVSSV
A.R.P.F. DOMINICI
Grauina Neapolit eiusdem Ordinis
S Theologiæ Magistri & Pro
uinciæ Regni Prouincialis
In lucem editæ
Theologis I.C. et Philosophis per
quam necessaria.
Cum Priuil.
Superior. perm.
AD R.MV P.F. SERAPHINVM
SICCVM PAPIENSE S.T. PRO
FESSORE ET TOTIVS OR
DINIS PRÆDICATORVM
MAGISTRVM GENERALEM
Anima nō ardebit in te
Is. 43.
DOCTRINA PRÆDICATORV
nobis utilis parua
Cant. 2.
NEAPOLI In Edibus Regalibus S. DOMINICI
Typis Constantini Vitalis p Secundum

Republished in 1966 by
The Gregg Press Incorporated,
171 East Ridgewood Avenue,
Ridgewood, New Jersey, U.S.A.

Printed in England

FACVLTAS ADM. R. P.
VICARII GENERALIS
TOTIVS ORD. PRÆD.

NOS F. RAPHAEL RIPHOZ Sacræ Theologiæ Magister, & totius Ordinis Prædicatorum humilis Vicarius Generalis, & seruus. Æquum esse ducimus, vt viri morũ integritate conspicui, doctrina insignes, cæterisq; ornati virtutibus; quemadmodum pro Christi gloria, animarum salute, Christianæ religionis augmento vehementer laborando, laudem meriti esse videntur; ita præmijs suis præclaris lucubrationibus debitis decorentur. Quapropter cum certiores facti simus opera quædam extare in Bibliotheca Conuentus nostri S. Dominici apud Neapolim ab Illustri quodam Doctissimo viro Magistro Fr. Ioanne Neapolitano composita, quæ si in lucem ederentur non minus nostræ ætati, & posteritati etiam prodessent, quàm olim illis temporibus, vtilitatem attulerint, nos nè Christianæ Reip. beneficium, & Ordini nostro ornamentum huiusmodi denegemus. Harum serie, atque auctoritate officij nostri tibi Adm. R. P. Mag. Fr. Dominico Grauina Prouinciæ nostræ Regni Priori Prouinciali licentiam, & facultatem concedimus ea typis mandandi, cum iam ex nostra commissione reuisa, & approbata fuerint ab Adm. RR. PP. F. Seraphino de Nuceria, & Fr. Iordane de Neapoli Regente studij nostri Generalis S. Dominici, volentes vt in ista impressione seruentur decreta sacro sancti Concilij Tridentini, & statuta Constitutionum nostrarum, & Capitulorum Generalium. Quibuscunque in contrarium non obstantibus. In quorum fidem his sigillo nostro munitis, manu propria subscripsimus. Datum Romæ in Conuentu nostro S. Mariæ super Mineruam die 30. Decembris 1617.

F. Raphael Riphoz qui supra.

Loc. † sig.

F. Dominicus de Grassis Mag. & socius. Reg. fol. 120.

PHILIPPVS
DEI GRATIA REX &c.

Summa priuilegij.

DON PETRVS GYRON DVX OSSVNÆ &c. Priuilegio cauetur ne quis opera Fr. IOANNIS de Neapoli ſolemnis Doctoris Pariſienſis Ordinis Prædicatorum, præter Adm. R. P. F. DOMINICI GRAVINA Sacræ Theologiæ Magiſtri, Prouincialis Regni, eiuſdem Ordinis voluntatem intra decennium audeat in toto Regno Neapolitano imprimere, vel imprimi facere, aut alibi impreſſa in eiuſdem Regni ditiones aſportare, vel venalia habere, ſub pęnis in priuilegio contentis. Datum Neap. in Regia Cancellaria die 20. Aug. 1618.

EL DVQVE

REVERENDISSIMO PATRI F.

SERAPHINO SICCO PAPIENSI

SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORI ET TOTIVS ORDINIS PRAEDICATORVM

Magiſtro Generali:

F. DOMINICVS GRAVINA DE NEAPOLI
S. T. Mag. Prouincialis Prouinciæ Regni eiuſdem Ordinis
S. P. D.

EXIMIVS Patriarcha Iſaac (cui vt ſcripſit Ambroſius omnem redundat ad gloriam, quod ex tanto, & tam imitabili viro Abraham naſceretur) in diuinis literis legitur adeò locupletatus, vt magni nomen adeptus ſit, dicente ſacro eloquio. Magnus vehementer effectus eſt. *Verum Philiſthijm alienæ felicitati inuidentes, puteos quos foderunt ſerui patris ſui, humo opplere audaci manu minimè formidarunt. Sed illis diligentia Iſaac effoſsis, atq; purgatis, aqua inuenta Paſtores Gerare cum paſtoribus Iſaac contendere cœperunt, aquam putei illius tanquam propriã ſibi vendicantes, ac ſubindè conclamantes.* Noſtra eſt aqua. *Propter quod nomen loci illius, Calumniæ nomen obtinuit. Fodit rurſus alium puteum, at denuò iurgantibus Paſtoribus locum illum Inimicitias Iſaac appellauit. Fodit, & alium, cumq; omnis contentio ſopiretur, appellauit nomen loci illius, Latitudinem, in-*

 quiens.

quiens. Nunc dilatauit nos Dominus, & creſcere fecit ſuper terram. *Non ſecus Religioni noſtræ accidit (Reuerendiſsime Pater) quæ cum ab ipſius incunabulis, prodigijs coruſcans, cæleſtibus aucta donis, ſapientiæ fontibus irrigata, diſciplinarum varietatem, bonarum artium multiplices fœtus, ingeniorum feracitatem, literatorum hominum myriades, in quibus triumphare, ac geſtire ſapientia ipſa videbatur, oſtentaret: vbi inuidi hoc illi debebant, quod triumphanti de ipſis ſapientiæ faſces ſubmitterent, eandem ouãtes in triumpho traducere procurarunt; dum Gulielmus de Sancto Amore, & eius aſſeclæ, odium pro dilectione rependentes, ſapientiæ fontem in Ordine Prædicatorum, nedum humo opplere, ſed penitus exiccare totis viribus anhelarunt, Celſum, Porphyrium, Iulianum, qui Chriſtianis ſcholas interdixerunt, imitantes: & poſſeſſionem falsò allegantes conclamare coeperunt.* Noſtra eſt aqua. *Apud noſtrates tantum eſt ſapientia. Quid agitis in alieno ſolo non mei? noſtra eſt pöſſeſsio; priores cathedras poſsidemus Quaſi ipſi ſolùm ſapientes eſſent, & cum illis emori deberet ſapientia, cupientes apud eos tantum eſſe diuitem Deum. Sed diligentia Magni Alberti, & S. Thomæ, & D. Bonauenturæ puteis effoſsis, atq; purgatis, & contentionibus ſopitis inter Doctores illos Pariſienſes, & noſtros, calumnijſq; abundè confutatis; rurſus eiuſdem factionis magiſtelli eandem litem intentarunt, fontes ſapientiæ obſtruere volentes, vnde tales inimicitiæ, & ſimultates exortæ ſunt, quæ nõ niſi Sedis Apoſtolicæ auctoritate extingui potuerunt. Verum alium puteum effoderunt noſtri, cum S. Thomæ doctrinam (illam inquam quæ ore Dei comprobata, Angelico titulo poſtea illuſtrata, Apoſtolicis oraculis commendata, Synodis vniuerſalibus roborata, Scholis prædicata, ſcriptis æternitati conſignabitur) pro viribus ampliare coeperunt, vnde merito dicere poſſumus.* Nunc dilatauit nos Dñs. *Verè nanq; S. Thomas ſui generis ſplendor, noſtræ patriæ decus, Ordinis noſtri gloria, Prouinciæ Regni firmamẽtum, puteus aquarum viuentium eſt, quæ fluunt impetu de Libano, rigans montes de ſuperioribus ſuis, de cuius operum fructu ſatiatur terra. Verè Sol illuminans à montibus æternis, à quo Doctores omnes tanquam ſidera minora lucem mutuantur, & non ſit, qui ſe abſcondat à calore eius, quippè qui exultans, vt gigas ad currendam viam, nunquã labitur, nulla erroris nebula ſuffunditur, & occaſum neſciens, iam ipſis Antipodibus illuceſcit: cui æquum fuit, vt feſtinanti ad ingrediendam viam vniuerſæ carnis, facula noui ſideris famulando præiret, nouaq; aſtra vergentem ad mortis occiduũ comitarentur, & velut funeſtæ*

faces

faces lugentes potius, quàm lucentes deplorarent. Quin & ille, qui in Sole posuit tabernaculum suum, vt funiculos tentorij eius dilataret, nobiliorem regiam Soli construxit, pectus scilicet Aquinatis nostri, vt ex noui domicilij possessione, magis scintillare, atq; fulgere videatur. At non defuerunt, qui Solem, & fontem imò & fontē Solis obnubilare, & obstruere conarentur. Quidam calumnijs scripta Sancti Doctoris adorti sunt, sed diligentia Aegidij Columnæ scribentis Correctorium corruptorij S. Thomæ humus effossa est, & præconijs Stephani Parisiensis Episcopi Articulos editos contra Sanctum Doctorem reuocantis, & Præfulgidum Ecclesiæ lumen eundem appellantis, repressæ sunt. Alij lites, quæ inimicitias, & simultates literarias parere solent, intentantes, contra Sanctum Thomam disputare coeperunt, inde ex contentionibus, & rixis (in ijs tamen rebus, quæ salua fide disceptari possunt) secundum rixantium nomē sic, & distinctæ scholæ fabricatæ sunt. Sed semper dilatauit Dominus Sanctum suum, abscondens illum in abscondito faciei suæ à contradictione linguarum, & non secus, ac in domo Heber operando, vt in Sancti Thomæ schola Sapientia sine vllo prorsus errore legeretur. Quo titulo Clemens VIII. illustrem iudicauit etiam S. Dominici Patriarchæ nostri familiam; quod in ea (inquit) esset vera, sana, & solida Theologia. At quorundam ingenium si Sancti Doctoris puteum non obstruxit, certè ornamento velauit, tantum enim succrescere, vt hedera valentes, quantum fortissimæ maceriæ adhærere potuerunt; dum frondibus, velut obsequio placitorum suorum hunc puteum exornare putarunt, limpidissimam aquam adumbrarunt, interdum Sanctum Doctorem, ac si esset paries inclinatus, & maceria depulsa, per verba S. Thomæ arguentes. At inquiūt, nostra est aqua, nostra est intelligentia, à modernis Thomistis S. Thomas nō est intellectus. At qua auctoritate cōtendunt? Habere fidē ipsis nō cogimur. Quis Thomistarū recētiorū, & istorū lites cōponet? Ad Iudices (vt cū S. Aug. lib. 1. cōtra Iulianū discurrā) ꝓuocādū est, quos ab odio, amicitia, inimicitia, ira vacuuos esse deceat. A viuis ad mortuos Thomistas recurrendū, qui S. Thomæ mentē, vtpotè illius tēporibus vicinos, nobis referāt. Ad istos inquā merito prouocamus, q nec nobis, nec oppugnatoribus irati erant, vel propitij, qui nec amicitias attenderunt, vel inimicitias exercuerunt; certè si horū veterū Thomistarū scripta legātur, quod acceperunt in schola S. Thomæ, hoc fideliter posteris consignarunt. Non a ū cum rixātibus istis apud istos iudices aliquod agebamus, & apud eos acta est causa nostra: nullo modo nos, et nobiscū litigantes, iudicibus istis noti eramus, & eorū sententias pro

nobis

nobis ia recitamus, et antequã cõtentiones exorirentur, iam antiquis pronunciatibus, vicimus. Hæc vna, & præcipua causa me impulit R.^me Pater, vt Fratrẽ nostrũ Ioannem de Neapoli in Bibliotheca S. Dominici de Neapoli in antiquissimi membranis delitescentem proferrem in lucem, & modernorum Thomistarum doctrinã veterũ discipulorũ S. Thomæ sapientiæ per omnia cohærere, & cũ illis cõspirare monstrarem. Legat & conferat quisquis arbiter, quæ dico, & me vera proferre iudicabit. Accedit, & alia causa, quod ex hac editione Heroes illos, quos mors è luce viuentiũ subtraxerat, recordatio nostra parturit. Et ex sopitis eorundem cineribus ignea semina eliciuntur; quibus posteri, vel ad reparandã antiquorum memoriã, vel ad proprios foetus in lucem emittendos inflammantur. Valent certè tepentes maiorum cineres ad animos nostros excitandos, ad sublimia, & ardua tentandum, cum muta voce proclament, non tantũ quid fecerint, quã quod ipsi facere debeamus, vt tantum sapientiæ ad gloriam nobis retineamus, quantum nobis gloriæ per sapientiam reliquerunt. Non patiendum ergo duxi intermori tam preciosas Doctoris huius lucubrationes, quæ et si penitus extinctæ essent, si fieri potuisset etiam cum vitæ discrimine ad lucem erant reuocandæ. Seruanda quippe est semper maiorum gloria, vt ad posteros pariter transmittatur: nobis, vt nihil magis nostrũ sit, quã quod antiqui tradiderũt; posteris, ut ex delegato patrimonio in dies maiori foenore crescat vsura, semperq; Academiæ nostræ natiuo ingeniorum flore vernantes apparerent, producentes non solum quos inspexit antiquitas, sed eos quoq;, quos diligenter etiam nunc est imitata posteritas. Hanc vero Doctoris huius editionem, tãquam meorum laborum primitias iure municipali, non nisi Patri Vigilantissimo, S. P. Dominici successori Prædicatoriæ familiæ Coryphæo: cui nihil gratius, quàm bonitatem, & disciplinam, & scientiam in suis alumnis promouere, consecrandam putaui. Quod si thesauri in alieno solo inuenti illius censentur, cuius est solum, Thesaurus iste nouiter inuentus in Bibliotheca Conuentus S. Dominici de Neapoli tibi debebatur, cuius est tota Religio; & tot labores exantlati titulo obedientiæ religiosæ, & meæ peculiaris seruitutis ob in me collata beneficia, erga tãtum Patronum, dicari debebant parenti inquam optimo, Patrono beneficentissimo, cui si gratos, vt spero, intellexero, ad meas, quas paro Præscriptiones aduersus Hæreticorum Controuersias edendas, vires accendentur. Vale. Ex Conuentu Regali S. Dominici Die 6. Ianuarij 1618.

LECTORI CANDIDO.

Fr. Dominicus Grauina de Neapoli ſacræ Theologiæ Magiſter, & Prouinciæ Regni Ordinis Prædicatorum Prouincialis. S. P. D.

EXHIBEMVS tibi (candide Lector) antiquum opus Variarum Quæſtionum ſolemnis Doctoris Pariſienſis Fr. Ioannis de Neapoli noſtræ Prouinciæ Regni Neapolis ab hinc annis trecẽtis deſcriptum, ex vetuſtis mẽbranis manuſcripti codicis aſſeruati in inſigni Bibliotheca S. Dominici de Neapoli, nuper exaratum; & rudẽ, confuſamq; molem ex argumentorum multitudine, opinionũ varietate, multiplici earundẽ confutatione, alijſq; inſertis difficultatibus, ſine vlla prorſus diſtinctionis, & partitionis luce reſultantem, in eã quã nunc cernis diſpoſitionem, & formam in tui gratiam redegimus. Vtrumq; certè laborioſa diligentia perfectum eſt. Perſpicuitatẽ nãq; & intelligibilitatẽ characterũ multo labore conquiſitam, cum primam manum huic operi admoueret Adm. R. P. F. Seraphinus Rinaldus Nucerinus Sac. Theolog. Mag. (cum Prouinciam noſtrã laudabiliter regeret) ſcriptis cõſignari curauit: cui nos in eadẽ Pręfectura ſuccedẽtes eadẽ ſcripta, à mendis, quæ ſcriptorũ vitio irrepſerant, ſincerè, & illibatè Auctoris verbis, ſententijſq; ſeruatis, rurſus inſpecto fonte purgauimus: dubia vel obſcura, aut ſimplici animaduerſione, vel aſteriſco notata in margine enucleauimus: ſcripturæ ſacræ, & Patrum loca abbreuiata ſuæ integritati, capitula quoq, citantes reſtituimus: quæq; ſine titulis, partitione, diſtinctione, ẽt in antiquo originali deſcripta erant, vt non ſine lectoris tædio, temporiſq; iactura legi potuiſſent, omni confuſione ſublata ſic diſpoſita, & ordinata ſunt, vt ex titulorũ, diuiſionum, annotationum, citationum ſerie, commodior operi diſpoſitio adaptata ſit: vt antiquitati ferè obliteratę, & deformi, nouiſſima facies, & forma ſuperinducta eſſe prorſus videatur.

Cæterùm quantum ad Auctoris doctrinã pertinet, ſcias eã fundatiſſimam, & ſolidiſſimam ex limpidiſſimis fontibus Sãcti Doctoris hauſtã, ad ſoluendum in primis argumenta oppugnatorum noſtrorum eo fine deſcriptam; quę non ſententiarum temerè cõgeſtarum cumulo amplificatur, aut ſophiſmatibus probatur, aut ampulloſis verbis inflatur, aut nouitatis fucatis coloribus exornatur; ſed breuiſſimis ſententijs ex ſacris literis, Patrum, & Philoſophorũ monumentis excerptis cõmunitur, firmiſſimis rationibus cõuincens, ſimplicibus verbis alliciens, ſola antiquitatis canicie iure ſuo ſibi vendicans principatum. Verum nonnullorum ſcribendi facilitas, & ſitis, ac τὸ κακόηθες ęmulari prona, imitari neſcia

quotidie

quotidie plurima, ſed non meliora ſcribens, ſua inſuper obtrudens, typoſq; præoccupans veteres auctores ſepeliendos pronunciat, eoſq; tanquã proceſſerint in diebus ſuis, elato ſupercilio apud imperitã multitudinẽ traducere non veretur, quaſi ſcriptũ non eſſet (Eccl. 39.) *Sapientiã omniũ antiquorũ exqret ſapiẽs*: et antiquis primiſq, rerũ inuẽtoribus gratiæ non deberentur, qui Modernis magnã diuitiarũ copiã ſuppeditarũt, vt merito poſt priores illos, nil ſibi poſteriores tribuere poſſint, niſi q, eorũ inopia docendi explicatione penſatur, & in rudium, & inertiũ animos eloquentius influãt, inuẽtis priſcorũ ſuperextruentes, quo ſolo titulo iuniores antiquioribus exiſtimari debent longe inferiores. At fruſtra φιλαύτοις hoc perſuadere conamur. *Vnũquemq; fallunt ſua ſcripta*, (ait Ambroſius lib. 6. epiſt. 40. ad Sabin.) *& auctorem prætereunt*, *atq; vt filij etiam deformes delectant, ſic etiam ſcriptorem indecores ſermones ſui palpant*. Et ne delicatulas aures Ioannis noſtri purus, ſimplexq. ſtylus ſcribendi offendat: ſciant ex Iſidoro (lib. 3. de sũmo bono) q in lectione non verba, ſed veritas eſt amanda: ſæpe aũt reperitur ſimplicitas veridica, & falſitas cõpoſita, quæ hominẽ ſuis erroribus allicit, & per linguę ornamẽta laqueos dulces aſpergit. Et teſte S. Proſpero (de prędict. tẽporum) ea perſpicua eſt iudicata latinitas, quę res ſimpliciter enũciat, non quæ phaleratorũ verborum amoenitate luxuriat, qñ nõ res pro verbis, ſed pro rebus ſignificãdis verba ſunt inſtituta. Quæ pręcepta cum noſter Auctor ſeruauerit, non eſt mirũ ſi cũ pſpicuitate breuitas mirificè in hoc ope eluceat: ſcriptio nãq., aut lectio (vt docet Hugo de S. Victore in Didaſcal.) cum duobus modis in animo faſtidium generare ſoleat, & affligere ſpiritũ, & qualitate ſi obſcurior fuerit, et quãtitate ſi pplixior extiterit; ſi ſimplici, & cõi ſtylo fuerit elaborata claritatẽ, & breuitatẽ parere euidenter experimur. Iudiciũ aũt cũ modeſtia, quæ eſt diſcipulorum S. Thomæ indiuiduus comes, admiraberis: perſpicies.n. Auctorẽ pugnãtẽ contra exteros modeſtiſſimè, nõ ex arrogantia quẽpiã paruipẽdere, nec aliorũ iudicia contemnere, nec falſas opiniones pertinaciter tueri, ſed oẽs audire, cunctorũ placita diſcretionis lãce librare, veriſq. ſententijs aſsẽtiri. Illi ergo non exiguæ gratiarũ actiones dentur, qui tantã ſapiẽtiæ, & eruditionis ſuppellectilẽ nobis miniſtrauit. Noſtri vero conatus nõ ſint tibi candide lector ingrati, nã ſi nihil noſtro ingenio elaboratum cernis, vtiliſſimũ laborẽ noſtrũ exiſtimare debes, qui vetuſtis nouitatẽ dedim⁹, obſeletis nitorẽ, obſcuris lucẽ, dubijs enucleationẽ, cõfuſis ordinẽ, omnibus naturã ſuã, & naturæ ſuæ omnia tribuentes. Accipe igitur eos hilari fronte, breui Quodlibeta ſubtiliſſima eiuſdem Auctoris, quæ propè diẽ prælo mandabuntur guſtaturus. Vale ex noſtris Ædibus Regalibus ſancti Dominici de Neapoli.

Vita

VITA, ET TESTIMONIA
VIRORVM ILLVSTRIVM F. IOANNIS DE NEAPOLI
ORDINIS PRAEDICATORVM.

Per Adm. Reu. P. F. Dominicum Grauina Neapolitanum Sacræ Theolog. Mag. Prouincialem Prouinciæ Regni eiusdem Ordinis, collecta ex probatis Auctoribus.

F. IOANNES[a] Neapolitanus, aliàs de Neapoli dictus, è primis propugnatoribus doctrinæ S. Thomæ, nostræ Prouinciæ Regni Philosophus, ac Theologus celeberrimus, in florentissimo studio S. Dominici de Neapoli cathedram Magistralem, Regentis officio functus, summa cum laude pluribus annis moderatus est. Lutetiæ Parisiorum cum varias Philosophiæ, & Theologiæ quæstiones publicè disputasset, & solemni ritu sententiarum libros subtilissimè exposuisset, inter Doctores Parisienses connumeratus est. Floruit circa annum Domini 1315. cum Sorbonicus actus per Franciscum de Mayrone introductus est, in quo teste Genebrardo[b] à quinta matutina ad septimam vespertinam respondens sine præside, sine socio, sine prandio, & pastu, sine vlla emigratione, in eadem perpetuò corporis sede, & animi contentione sexaginta opponentibus, & argumenta circiter centum agitantibus satisfacere cogebatur.[c] Eodem quoq; tempore Venerabilis vir Magister Franciscus Caracciolus Neapolitanus Cancellarius Parisiensis, cui studiorum cura ex officio incumbebat, clarus habebatur, à quo sicut F. Landulphus[d] Neapolitanus familiæ Caracciolorum, Ordinis S. Francisci, deinde Archiepiscopus Amalphitanus, Scoti Auditor Cathedram Magistralem Parisijs obtinuit, sic ab eodem conciue suo (cum ijsdem temporibus floruerit noster Fr. Ioannes de Neapoli) verisimiliter Parisiensi laurea, & cathedra decoratus est.

[a] Ex F. Ambrosio Taegio p. 1. monum. ordinis F. Antonio Lusit. in Biblioth. & F. Michaele Pio de viris illustribus, & Antonio Posseuino in apparatu sacro

[b] In Chronolog.

[c] Apparet ex diplomate Regio Roberti, quod incipit Inuitat nos instinctus naturalis.

[d] Ex Tusignano 3. hist. Serach. lit. L. habetur q F. Landulphus Caracciolus legerit Parisijs tempore Ioannis 22. hic autē Pōtifex creatus est an. 1316.

Hæc ergo tantus vir post se reliquit monumenta v3.

Scripta super quatuor libros Magistri sententiarum.

Quæstiones varias Philosophicas, ac Theologicas num. 42.

Quodlibeta tredecim.

Sermones de tempore, de Sanctis, de mortuis, & alijs materijs.

Quæ omnia (sententiarum libris exceptis qui desiderantur) in insigni Bibliotheca S. Dominici de Neapoli in manuscriptis codicibus vetustis, & penè difficillimis ad legendum characteribus asseruantur; ex quibus transcriptæ quæstiones nunc typis demādatæ sunt, & quàm primum Quodlibeta pariter edentur in lucem.

In sermonū volumine habentur etiam hi tituli. Sermones ad postulandam Canonizationem Fratris Thomæ de Aquino. Et iterum. Sermones in festo Canonizationis Sancti Thomæ. Quare vsq; ad annum 1323. in quo Canonizatio S. Doctoris celebrata est, peruenisse nostrum Fratrem Ioannem certissimum est. Cumq; inter mortem S. Doctoris, quæ accidit anno Domini 1274. & sacram eius Apotheosim 49. anni intercurrerint; si iste auctor ad maturam peruenit ætatem, S. Doctoris potuit esse auditor: sed indubitatum est vicinum fuisse

S. Tho-

S. Thomæ temporibus, è cuius pectore doctrinæ purissima fluenta hausit; & ex traditione, veri sensus, & intelligentiæ S. Doctoris testis esse potuit luculentus, cuius in his operibus se monstrat Hyperaspisten, & egregium defensorem.

F. IOANNES CAPREOLVS Ord. Præd.

Qui floruit Anno Domini 1410.

In pluribus locis suæ doctrinæ citat nostrum Ioannem, nempe 3. sent. d. 6. q. 1. etiam allegat eundem 3. d. 2. q. vnica, & d. 3. q. vnica. Alia loca legãtur in indice capitulorum, & sententiarum Capreoli Operibus præfixo.

F. IOANNES DE TVRRECREMATA Ord. Præd. Cardinalis S. Sixti.

Qui floruit Anno 1440.

Vocat Fratrem Ioannem de Neapoli solemnem Doctorem Parisiensem in tractatu de Conceptione Beatæ Virginis, quem exhibuit Concilio Basiliensi, pluries eum allegans.

S. ANTONINVS ARCHIEP. FLORENT. Ord. Præd.

Qui floruit Anno 1445.

Connumerat Ioannem Neapolitanum inter solemnes Doctores, qui eo tempore floruerunt, nempè Herueum, Henricum Gandauensem, Durandum à S. Portiano, Durandellum p. 1. Summæ Theologiæ tit. 8. c. 2. Et alibi sæpè.

F. ANTONIVS NEAPOLITANVS ARCHIEP. AMALPHIT. Ord. Præd. etiam nostræ Prouinciæ Regni

Qui floruit anno . 472. Cuius opera manuscripta habentur in Bibliotheca S. Dominici de Neapoli.

In lib. 1. sententiarum dist. 1. q. 1. fol. 1. col. 4. allegat Ioannem nostrum de Neapoli.

F. PETRVS NIGER Ord. Præd.

Qui viuebat Anno 1472.

In Clypeo Thomist. edito anno 1481. in prologo sequi se velle ait celebriores Doctores Ordinis nostri, nempè, Albertum Magnum, Herueum, Paludanum, Capreolum, & Ioannem de Neapoli.

STEPHANVS DE CAIETA

Qui floruit sub Ferdinando I. *Rege Siciliæ, Anno* 1480.

Citat Ioannem de Neapoli in suo tractatu de Sacramentis S. Sexto veniam ad materiam Sacramenti Eucharistiæ, num. 66. Habetur hic tractatus inter repetentes in iure canonico.

F. Tho-

F. VINCENTIVS BANDELLVS Mag. Generalis Ordinis Prædicatorum.

Qui floruit Anno 1500.

In tractatu ſuo de Conceptione c.4. citat F.Ioannis noſtri Quodlib.1.q.12. vocans eum Doctorem Pariſienſem.

PAVLVS CORTESIVS Protonotarius Apoſtolicus

Qui floruit Anno 1504.

Lib. 3. ſententiarum quæſt. de Incarnatione . Citat Ioannis Neapolitani noſtri doctrinã, quæ habetur q. 36. vtrũ Verbum potuerit aſſumere naturam irrationalem, illumq; numerat, cũ Scoto, Paludano, Godifredo, Henrico, &c.

F. ANTONIVS EPISCOPVS ACERNENSIS Ordinis Minorum.

Qui floruit Anno 1506.

In Elucidario Virginis vocat Ioannẽ de Neapoli Magiſtrum, & Doctorem Pariſienſem, citans eiuſdem Doctoris Quodlib. 1. q. 12.

F. SILVESTER DE PRIERIO Ord. Præd. ac Mag. Sacri Palatij,

Qui floruit Anno 1517.

Allegat Ioannem de Nèapoli in ſua ſumma verbo Canonizatio Sanctorum, & verbo Medicus §. Quarto quæritur. & verbo Votum 2. §.16.

F. THOMAS CAIETANVS Ord. Præd. Prouinciæ noſtræ Regni Card. S. Sixti.

Qui floruit Anno 1520.

Citat Ioannem de Neapoli 3. p. q. 4. ar. 2. & q. 17. eiuſdem 3. p.art.2.

F. BARTHOLOMAEVS MEDINA Ordinis Prædicatorum. Cathedraticus Salmaticenſis.

Qui floruit Anno 1585.

Eundem Doctorem citat 3. par. quæſt. 17. artic. 2.

AVCTORES
QVI CITANTVR IN HOC OPERE.

A

S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis
S. Ambrosius Ansbertus.
S. Anselmus.
S. Antonius Abbas.
Articuli Parisienses.
Aristoteles.
S. Athanasius.
S. Augustinus
Auicenna.
Auicebron
Auerroes.

B

S. Basilius.
Beda Venerabilis.
S. Benedictus.
S. Bernardus.
Boetius.

C

Cassianus.
Cassiodorus.
Concilium Chalcedonense
Concilium Viennense.
S. Cyrillus Alexandrinus.
S. Cyrillus Hierosolymitanus.

D

Didymus Alexandrinus.
S. Dionysius Areopagita
Durandus de S. Portiano.

F

S. Fulgentius.
S. Franciscus.

G

Gilbertus Porretanus.
Glossa interlinearis.
Glossa ordinaria.
Gratianus.
S. Gregorius Nazianzenus.
S. Gregorius Papa.

H

Hilarius Episcopus Arelatensis.
S. Hilarius Episcopus Pictauiensis.
S. Hieronymus.
Hostiensis.
Hugo de S. Victore.

I

F. Iacobus Eremitanus
S. Ioannes Damascenus.
S. Ioannes Chrysostomus.
S. Isidorus.

M

S. Maximus.
Moyses Abbas.

P

Papias Vocabulista.
Petrus Lombardus Mag. Sententiarum.
Petrus Comestor Mag. Hist. Scholast.
Petrus Damianus.
Plato.
Porphyrius.
Proclus.
S. Prosper Aquitanus.

R

Rabanus.
Rabbi Moyses.
S. Remigius.
Richardus de S. Victore.

T

Themistius.
Theophylus.
S. THOMAS de Aquino.

INDEX

Quæstionum, Punctorum, & Dubitationum, quæ in hoc volumine continentur.

QVÆSTIO I.

VTRVM Ad eliciendum actum dilectionis supernaturalis necessario requiratur aliquis habitus in voluntate, vel sufficiat sola assistentia Spiritus sancti. folio 1
Punctum 1. An charitas sit aliquid creatum in voluntate. 2
Punctum 2. An charitas dici possit habitus, vel non. 8

QVÆSTIO II.

Vtrũ fruitio charitatiua possit habere Deum pro immediato obiecto, vel immediatum obiectum eius sit visio beata. 10
Punctum 1. Quid importetur nomine fruitionis, & cuius potentiæ sit actus frui. 11
Punctum 2. Vtrum actus intellectus per se pertineat ad obiectum voluntatis, tanquam pars eius obiecti formalis 13
Punctum 3. Ponitur quæstionis principalis explicatio 14
Punctum 4. Quædam sententia recensetur, & refellitur. ibidem

QVÆSTIO III.

Vtrũ gratia, & charitas sint idẽ re absoluta. 19
Punctum 1. An essentia animæ, & eius potentiæ realiter differant 21
Punctum 2. Quid importetur nomine gratiæ, & charitatis 22
Punctum 3. Vbi examinatur principale quæsitum. ibidem

QVÆSTIO IV.

Vtrum charitas augeatur secundum gradus in essentia, vel sm̃ gradus in esse tantum 27
Punctum 1. Agitur de supposito quæstionis .s. charitatem posse augeri 28
Dubitatio. An charitas augeatur augmento propriè dicto ibidem
Dubitatio. An charitas augeatur per additionem. 29
Dubitatio. Quę sit causa augmẽti charitatis. 30
Punctum 2. Sm̃ quid charitas augeatur. 33

QVÆSTIO V.

Vtrum charitas possit augeri in infinitum. 37
Punctum 1. An charitas infundatur maior, vel minor sm̃ proportionẽ naturalium. 39
Punctum 3. An in creaturarum perfectionibus essentialibus sit processus in infinitum, ita vt Deus qualibet creatura data possit facere perfectiorem in infinitum 41
Punctum 3. Discutitur principale quæsitũ. 44

QVÆSTIO VI.

Vtrum charitas possit diminui de facto. 48
Punctum 1. An charitas ex sui natura possit diminui 49
Punctum 2. An charitas de facto quandoque diminuatur. ibidem
Punctum 3. An peccatum veniale diminuat charitatem. 54

QVÆSTIO VII.

Vtrum Deus possit ab aliquo videri clare per essentiam, & non diligi 56
Punctum 1. An sit in potestate videntis Deum per essentiã illũ diligere, vel nõ diligere. 59
Punctum 2. An Deus possit suspendere actum dilectionis ab actu visionis beatæ 62
Punctum 3. Præponuntur quædam notatu digna pro solutionibus. 63

QVÆSTIO VIII.

Vtrum creatura intellectualis diligat Deum plusquam se dilectione naturali, vel sola dilectione charitatiua 67
Punctum 1. Præmittuntur quædam pro declaratione tituli quæstionis 69
Punctum 2. Ponitur quædam opinio dicens dilectione naturali intellectualem creaturã se magis, quàm Deum diligere 71
Punctum 3. Ponitur sententia Auctoris affirmatiua. ibidem
Punctum 4. Obiecta alterius opinionis diluuntur 74

QVÆSTIO IX.

Vtrum in Christo sit duplex esse 77
Punctum 1. Declaratur titulus quæstionis. 78
Punctum 2. Recẽsentur quædã opiniones. 79
Punctum 3. Ponitur decisio quæstionis, & Auctoris sententia 82

QVÆSTIO X.

Vtrum esse rerum creatarum sit in continuo fieri, vel in continuo facto esse 84
Punctum 1. Recensetur quædam opinio cum suis fundamentis. 85

b Pun-

Punctum 2. Reprobatur supradicta opinio. ibidem
Punctum 3. Quædam supposita præmittuntur pro explicatione terminorũ quæstionis. 87
Punctum 4. Ponitur sententia Auctoris tribus conclusionibus explicata. 88

QVÆSTIO XI.

Vtrum elementa sint in misto actu, vel virtute tantum. 90
Punctum 1. elementa qualitercunq; sunt in misto 92
Punctum 2. Recitãtur opiniones, an elementa sint in misto actu, vel virtute ibidem
Punctum 3. Declaratur veritas quæstionis. 95

QVÆSTIO XII.

Vtrum in solo Deo sit idem suppositum, & natura 99
Punctum 1. Narrantur quædã opiniones circa distinctionem suppositi à natura, & refutantur 100
Punctum 2. Ponitur opinio vera quam Auctor probat 103
Pũctum 3. Resoluitur principale quæsitũ. 105

QVÆSTIO XIII.

Vtrum Spiritus sanctus distingueretur à filio si non procederet ab eo 106
Punctum 1. Probantur duo, quæ in hac quæstione supponuntur 108
Punctum 2. Narratur quædam opinio cum suis fundamentis 109
Punctũ 3. Improbatur supradicta opinio. ibid.
Punctum 4. Respondetur argumentis oppositæ opinionis. 112

QVAESTIO XIV.

Vtrum beatitudo principaliter consistat in actu intellectus, vel in actu voluntatis. 114
Punctũ 1. Explicatur titulus quæstionis. 115
Punctum 2. Probatur suppositum quæstionis. 116
Punctum 3. Affertur quædam opinio cum suis fundamentis 116
Punctum 4. Improbatur prædicta opinio, & declaratur veritas quæstionis 117
Punctum 5. Soluuntur rationes oppositæ opinionis. 121

QVAESTIO XV.

Vtrum Deus operetur in omni operante. 125
Punctum 1. Vetus quædam opinio affertur, & impugnatur. 126
Punctum 2. Alia opinio affertur, & improbatur. 128
Punctum 3. Statuitur vera sententia. 129

QVAESTIO XVI.

Vtrum rationes seminales, quæ ab Augustino dicũtur esse in materia corporali sint potentię actiuæ, & passiuæ rerum, vel formæ inchoatæ, vel aliquid aliud. 132
Punctum 1. Quid sit formam educi de potentia materiæ 133
Punctum 2. Variæ opiniones recensentur circa principalem quæstionem 137
Punctum 3. Opinio Auctoris exponitur circa principale quæsitum. 140

QVAESTIO XVII.

Vtrum præter doctrinas humano studio, & ingenio adinuentas fuerit necessaria aliqua alia diuinitus inspirata 142
Punctum 1. Narratur quædam opinio, & impugnatur 143
Punctum 2. Statuitur propria sententia. 144

QVAESTIO XVIII

Vtrum doctrina sacræ paginæ sit scientia propriè dicta 145
Punctum 1. Quid intelligatur nomine scientiæ propriè dictæ 147
Punctum 2. Narrantur duæ opiniones circa hanc quæstionem 148
Punctum 3. determinatur veritas quæstionis. folio 152
Punctum 4. Soluuntur argumenta secundæ opinionis quantum ad primum modum explicandi 154

QVÆSTIO XIX.

Vtrum doctrina sacræ paginæ sit speculatiua, vel practica. 158
Punctum 1. penes quid distinguantur scientia practica, & speculatiua 160
Punctum 2. An hæc scientia dicatur practica, vel speculatiua à fine. 163
Punctum 3. Narrantur opiniones circa principale quæsitum. 164
Punctum 4. ponitur determinatio quæsiti. 168

QVÆSTIO XX.

Vtrũ Deus sit subiectum Theologiæ sub ratione absoluta, qua Deus, vel sub ratione aliqua speciali, vtpotè sub ratione, qua restaurator, vel glorificator. 172
Pnnctum 1. Quid sit subiectum alicuius sciẽtiæ 173
Punctum 2. Recensentur opiniones circa quæsitum principale 176
Punctum 3. Statuitur veritas quęstionis. 179

QVÆSTIO XXI.

Vtrum doctrina sacræ paginæ subalternetur alicui alteri scientiæ, vel aliqua alia subalternetur sibi. 181
Punctum 1. Distinguuntur modi subalternationis secundum quos vna sciẽtia subalternetur alteri. 182
pun

Punctum 2. Diuiditur quæstio in tres quæstiunculas 184
Quæstiuncula 1. Vtrum hæc scientia subalternetur scientiæ beatorum ibid.
Quæstiuncula 2. An hæc scientia subalternetur alicui scientiæ humanæ 185
Quæstiuncula 3. Vtrum hæc scientia alias sibi subalternet 186

QVAESTIO XXII.

Vtrum Deus sit in omnibus rebus 189
Punctum 1. Quomodo vna res est in alia 190
Punctum 2. Explicatur quomodo Deus sit in rebus 191
Punctum 3. Quædam difficultas, quæ est circa veritatem quæsiti, diffinitur 192
Punctum 4. Recensentur opiniones circa quæsitum 193

QVAESTIO XXIII.

Vtrum Deus potuerit creaturam aliquam producere ab æterno 197
Punctum 1. Quid importetur nõie æternitatis. 199
Punctum 2. Declaratur quæstio quantum ad ea, quæ supponuntur 200
Punctum 3. Recensetur quædam opinio cum suis fundamentis 201
Punctum 4. Reprobatur opinio præcedens, & alia opinio, quam Auctor sequitur, recensetur, & explicatur 202
Punctum 5. Respondetur argumẽtis opinionis oppositæ 204

QVAESTIO XXIV.

Vtrum substantia intellectualis creata anima .s. humana, vel Angelus sit composita ex materia, & forma 209
Punctum 1. Quid intelligitur nomine materiæ. 211
Punctum 2. Recensentur variæ opiniones ibid.
Punctum 3. Substantiæ intellectuales non sunt dicendæ actus puri 215

QVAESTIO XXV.

Vtrum potentiæ animæ addant aliquam rem absolutam supra eius essentiam, vel solum respectum solio 218
Punctum 1. Quid propriè importetur nomine potentiæ 220
Punctum 2. Recensentur variæ opiniones ibid.
Punctum 3. Potentia animæ receptiua accidentium est idem quod animæ essentia 223

QVAESTIO XXVI.

Vtrum sentẽtialiter, & iuste condemnatus ad mortem secundum leges ciuiles, Princeps possit iustè secundum leges ciuiles à pœna mortis absoluere 226
Punctum 1. Præmittuntur quædam ad intelligendum quæsitum ibid.
Punctum 2. Respondetur ad id, quod in quæstione propositum est. 228

QVÆSTIO XXVII.

Vtrum distinctio secundum rationem diuinorum attributorum sit accipienda per respectum ad intra, vel per respectum ad extra 229
Punctum 1 præambula ad intelligentiã tituli quæstionis 230
Punctum 2. Recensentur variæ opiniones 232
Punctum 3. ponitur sententia Auctoris 235

QVÆSTIO XXVIII.

Vtrũ anima sit tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte, 237
Punctum 1. Ostenditur suppositum quæsiti 238
Punctum 2. Nonnulla præmittuntur ad declarationem tituli quæstionis 239
Punctum 3. Recensentur quædam opiniones. 240
Punctum 4. Statuitur vera sententia Auctoris. 244

QVÆSTIO XXIX.

Vtrum potentia generatiua, vel spiratiua in diuinis significet essentiam, vel relationem 246
Punctum 1. Ostenditur suppositum quæsiti 247
Punctum 2. Inquiritur quid sit talis potentia generatiua in Deo 249
Punctum 3. Quomodo potentia generatiua includens rationem principij sit in filio, & quomodo non 252

QVÆSTIO XXX.

Vtrum distinctio realis diuinarum emanationum sit accipienda penes principia, vel penes aliquid aliud 255
Punctum 1. Quod in Deo sit verè emanatio. ibid.
Punctum 2. In Deo sunt emanationes realiter distinctæ 256
Punctum 3. Vnde accipiatur hæc realis distinctio emanationum ibidem

QVÆSTIO XXXI.

Vtrum veritas formaliter dicta se habeat ad intellectum subiectiuè, vel obiectiuè 264
Punctum 1. Variæ recensentur opiniones, & improbantur 265
Punctum 2. Statuitur vera sententia 267
Punctum 3. Tres conclusiones ex prædicta doctrina elicitæ 268
Punctum 4. Respondetur fundamentis oppositarum opinionum 270

QVÆSTIO XXXII.

Vtrum æuum differat ab æternitate, & tẽpore. 272
Punctum 1. Declarantur termini quæstionis. 374
Punctum 2. Quid sit tempus ibid.
Punctum 3. Quid est æuum 277
Punctum 4. Quid est æternitas 280
Punctum 5. Quæ differentia est inter tempus, æuũ, & æternitatem ibidem

QVÆSTIO XXXIII.

Vtrum Sacramenta nouæ legis sint causa gratiæ, folio 283
Punctum 1. Recensentur variæ opiniones. 284
punctum 2. Declaratur vera sententia, quam Auctor approbat 286
punctum 3. Nonnullæ difficultates mouentur, & soluuntur 288

QVÆ

QVÆSTIO XXXIV.

Vtrum persona diuina potuerit assumere naturam creatam in vnitatem suppositi 291
Punctum 1. Agit de principali quæsito 293
Punctum 2. Fuit conueniens personam diuinam assumere naturam creatam 295
Punctum 3. Natura creata de facto fuit assumpta à persona diuina 296
Punctum 4. Vtrum per talem assumptionem sint veræ hæ propositiones Deus est homo, &c. ibid.

QVÆSTIO XXXV.

Vtrum vna persona diuina sine alia potuerit assumere naturam creatam ad vnitaté suppositi. 301
Punctum 1. In quo differũt assumptio, & vnio. 303
Punctum 2. Examinatur principale quæsitũ. ibid.
Punctum 3. Vna persona tantum assumpsit naturã creatam 305
Punctum 4. An Christus habens duas naturas in vno supposito debeat dici vnum, an duo ibid.

QVÆSTIO XXXVI.

Vtrum persona diuina possit assumere naturam irrationalem 308
Punctum 1. Quod non potest per se existere non poterit assumi à diuina persona 309
Punctum 2. Discutitur principale quæsitum. ibid.
Punctum 3. Personam diuinã non decuit assumere Angelicam naturam 313

QVÆSTIO XXXVII.

Vtrum in Angelis sit compositio generis, & differentiæ 315
Punctum 1. Discutitur principale quæsitum 316
Punctum 2. Vnde sit in Angelis sumendum genus, & differentia 318

QVÆSTIO XXXVIII.

Vtrum Rex fidelis Christianus pro defensione iusta Reipublicę, in defectu necessarię gentis armigerorum fidelium possit, & debeat secundum Christianam Religionem vti infidelibus, vt Saracenis stipendiarijs ad ipsum veniẽtibus in iusta defensione prædicta 323
Punctum 1. Præmittuntur nonnulla ad declarationem tituli quæstionis 325
Punctum 2. Statuuntur quinque conclusiones respondentes quæsito ibid.

QVÆSTIO XXXIX.

De potestate Papæ

Vtrum Imperator, & alij Domini temporales quicunque sint subiecti Papæ quantum ad potestatẽ quam habent respectu temporalium 331
Punctum 1. Papa est Prælatus, & Pastor Vniuersalis totius Ecclesiæ 332
Punctum 2. Papa habet plenariam potestatem iurisdictionis super totam ecclesiam 335
Punctum 3. Agitur de principali quæsito 336

QVÆSTIO XL.

De Matrimonio

Vtrum matrimonium contractum per verba de præsenti, & non consummatum per carnalem copulam soluatur per susceptionem sacri ordinis sicut soluitur per professionem religionis. 340
Punctum 1. Declaratur titulus quæstionis 341
Punctum 2. Recensentur variæ opiniones ibid.
Punctum 3. Qua pœna esset puniendus post tale matrimonium inuita, vel inscia vxore recipiens sacrum ordinem 344

QVÆSTIO XLI.

De visione beata animarum

Vtrum animæ Sanctorum separatæ à corporibus ante resurrectionem generalẽ videant claré, seu aperté, vel beatificé diuinam essentiam 346
Punctum 1. Animæ decedentium in gratia Dei separatæ à corporibus possunt videre diuinam essentiam ibid.
Punctum 2. De facto prędictæ animæ post passionem Christi vident diuinam essentiam 347
Punctum 3. Hæreticum est asserere animas Sãctorum ante generalem resurrectionem non præmiari Dei visione. 349
Punctum 4. Recensentur argumenta in oppositum & resoluuntur 350

QVÆSTIO XLII. ET VLTIMA.

De Paupertate Christi, & Apostolorum

Vtrum asserere Christum, & Apostolos nihil habuisse in communi sit hæreticum 357
Punctum 1. An habere in communi quoad dominium, & possessionem moderata, & proportionata sustentationi vitæ præsentis minuat perfectionem religionis ibid.
Punctum 2. An dominium in communi prædictarum rerum exteriorum sit contra regulam Sancti Francisci, vel Fratrum Minorum 366
Punctum 3. An Christus, & Apostoli habuerint dominium in communi rerum exteriorum. 367
Punctum 4. Agitur de principali quæsito 375
Punctum 5. Soluuntur Argumenta ibidem

I N-

INDEX

EARVNDEM QVÆSTIONVM, ET PVNCTORVM iuxta ordinem ſummæ S. Thomæ, & libros Ariſtotelis.

AD PRIMAM PARTEM.

S. Thomæ		Auctoris.
q.1.art.1.	VTRVM præter doctrinas humano ingenio adinuentas fuerit neceſſaria aliqua alia diuinitus inſpirata.	q. 17.
q.1.ar.2.	Vtrum doctrina ſacræ paginæ ſit ſcientia propriè dicta.	q. 18.
ibdem.	Vtrum doctrina ſacræ paginæ ſubalternetur alicui ſcientiæ.	q.21. pũt.2
q.1.ar.4.	Vtrum doctrina ſacræ paginæ ſit ſpeculatiua, vel practica.	q. 19.
q.1.ar.7.	Vtrum Deus ſub abſoluta ratione ſit ſubiectum huius ſcientiæ.	q. 20.
q.3.ar.4.	Vtrum in ſolo Deo ſit idem ſuppoſitum, & natura.	q 12.
q.3. ar.7.	Penes quid ſit accipienda diuinorum attributorum diſtinctio.	q. 27.
q.8.ar.1.	Vtrum Deus ſit in omnibus rebus.	q. 22.
q.10.ar.4.	Vtrum æuum differat ab æternitate, & tempore.	q. 32.
q.16.ar.1.	Vtrum veritas formaliter dicta ſe habeat ad intellectum ſubiectiue, vel obiectiue.	q. 31.
q.27.ar.1.	Penes quid ſit accipienda realis diſtinctio diuinarum emanationum.	q. 30.
q.36.ar.2.	Vtrum Spiritus ſanctus diſtingueretur à filio ſi non procederet ab eo.	q. 13.
q.41.ar.5.	Vtrum potentia generatiua, vel ſpiratiua in diuinis ſignificet eſſentiam, vel relationem.	q. 29.
q.46.a.1.2	Vtrum Deus potuerit producere creaturam aliquam ab æterno.	q. 23.
q.50.ar.2.	Vtrum Angelus ſit compoſitus ex materia, & forma.	q. 24.
ibidem.	Vtrum in Angelis ſit compoſitio generis, & differentiæ.	q. 37.
q.52.ar.1.	Quomodo creatura ſpiritualis eſt in loco.	q.22. p. 4.
q.104.a.1.	Vtrum eſſe creaturarum ſit in continuo fieri, vel facto eſſe.	q. 10.
q.105.a.5.	Vtrum Deus operetur in omni operante.	q. 15.
q.115.a.2.	Vtrum rationes ſeminales, quæ ab Auguſt. dicuntur eſſe in materia, ſint potentiæ actiuæ, & paſſiuæ rerum.	q. 16.

AD PRIMAM SECVNDÆ.

q.3.ar.4.	VTRVM beatitudo conſiſtat principaliter in actu intellectus, vel voluntatis.	q. 14.
q.4.ar.5.	Vtrum animæ Sanctorum ante generalem reſurrectionem videant clarè diuinã eſſentiã.	q. 41.
q.11.a.1.2	Quod nam ſit obiectum immediatum fruitionis charitatiuæ in patria.	q. 2.
q.11.a.3.4	Vtrum Deus poſſit per eſſentiam ab aliquo videri, & non diligi.	q. 7.
q.110.a.1.	Vtrum gratia, & charitas ſint idem re abſoluta.	q. 3.

AD SECVNDAM SECVNDÆ.

q.1.ar.10. 2. diſt. vlt.	VTRVM Imperator, & alij Domini temporales ſint ſubiecti Papæ, quantum ad poteſtatem quam habent reſpectu temporalium.	q. 39.
q.10.ar.9.	Vtrum Rex fidelis pro defenſione iuſta Reipublicæ, in defectu neceſſariæ gentis armigerorum fidelium, poſſit, & debeat ſecundum Chriſtianam religionem vti infidelibus, vt Saracenis ſtipendiarijs ad ipſum venientibus in iuſta defenſione prædicta.	q. 38.
q.23.ar.2.	Vtrũ ad eliciendum actum dilectionis ſupernaturalis neceſſario requiratur aliquis habitus in voluntate, vel ſufficiat ſola aſſiſtentia Spiritus ſancti.	q. 1.
q.24.ar.4.	Vtrum charitas augeatur ſecundum gradum in eſſentia, vel in eſſe tantum.	q. 4.
ar.7.	Vtrum charitas poſſit augeri in infinitum.	q. 5.
ar.10.	Vtrum charitas poſſit diminui de facto.	q. 6.
ibidem.	An peccatum veniale diminuat charitatem.	q.6. p.3.
q 26.ar.3.	Vtrum creatura intellectualis diligat Deum pluſquam ſe dilectione naturali, vel charitatiua.	q. 8.
q.67.ar.4.	Vtrum iuſte damnatus ad mortem ſecundum leges ciuiles, Princeps poſſit iuſte ſecundum leges à pœna mortis abſoluere.	q. 26.
q.185.a.3. q.188.a.7.	Vtrum aſſerere Chriſtum, & Apoſtolos nihil habuiſſe in communi ſit hæreticum.	q. 42.

AD TERTIAM PARTEM.

q.1.a.1.& q.2.a.2.3.	VTRVM perſona diuina potuerit aſſumere naturam creatam in vnitate ſuppoſiti.	q. 34.
q. 2. a.8.	Vtrũ vna perſona diuina ſine alia potuerit aſſumere naturã creatã ad vnitatem perſonæ.	q. 35.
q 3.ar.4.	Aſſumptio, & vnio in quo differant.	q 35. p.1.

q.4.ar.1. Vtrum perſona diuina poſſit aſſumere naturam irrationalem. q.36.
q.16.ar.1. Vtrum hæc ſit vera. Deus eſt homo. q.34.p.4.
q.17.ar.1. An Chriſtus propter duas naturas debeat dici duo, vel vnum. q.35.p.4.
q.17.ar.2. Vtrum in Chriſto ſit duplex eſſe. q.9.
Add. q.53 art.2. Vtrum matrimonium contractum per verba de præſenti, & non conſummatum per carnalem copulam ſoluatur per ſuſceptionem ſacri Ordinis, ſicut ſoluitur per profeſſionẽ Religionis. q.40.
q.62.ar.1. Vtrum Sacramenta nouæ legis ſint cauſa gratiæ. q.33.

AD LIB. METAPHYSICORVM ARISTOTELIS.

VTRVM eſſe diſtinguatur ab eſſentia. q.9.pun.2.& 3.
Vtrum ſuppoſitum diſtinguatur à natura. q.12.p.1.2.
Per quid diſtinguatur ſcientia practica à ſpeculatiua. q.19.p.1.2.
Quid importetur nomine potentiæ. q.25.p.1.
Quid ſit veritas. q.31.p.2.3.

AD LIBROS DE ANIMA.

AN eſſentia animæ, & eius potentiæ realiter differant. q.3. puncto 1. q.25. p.3.
Vtrum anima ſit compoſita ex materia, & forma. q. 24.
Vtrum potentiæ animæ addant rem abſolutam ſupra eſſentiam, vel ſolum reſpectum. q. 25.
Vtrum anima ſit tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis. q. 28.

AD LIBROS PHYSICORVM.

AN in perfectionibus eſſentialibus creaturarum ſit proceſſus in infinitum. q. 5. p. 2.
Vtrum eſſe rerum creatarum ſit in continuo fieri, vel in continuo facto eſſe. q. 10.
Quid fieri, & factum eſſe ſignificent. ibidem p. 3.
Vtrum cauſa ſecunda agat in ſuum effectum. q. 15. p. 1. 2. 3.
Quid ſit formam educi de potentia materiæ. q. 16. p. 1.
An forma præexiſtat in materia. ibidem p. 2. 3.
Quomodo vna res eſt in alia. q. 22. p. 1.
Vtrum Deus potuerit creaturam aliquam producere ab æterno. q. 23.
Quid intelligatur nomine materiæ. q. 24. p. 1.
Quid ſit tempus, quid æuum, quid æternitas, & quomodo differant. q. 32. p. 2. 3. 4. 5.

AD LIB. DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE.

QVÆ ſit cauſa augmenti formarum. q. 4. p. 1. §. 4.
Secundum quid formæ augeantur. ibidem p. 2.
Vtrum elementa ſint in miſto actu, vel virtute tantum. q. 11.

AD LOGICOS.

QVID intelligatur nomine ſcientiæ propriè dictę. q. 18. p. 1.
Quid proprie ſit ſubiectum alicuius ſcientiæ. q. 20. p. 1.
Quomodo vna ſcientia ſubalternatur alteri. q. 21. p. 1.

INDEX

LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE

Ex veteri Testamento.

GENESIS.

cap. 1. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. folio 125. columna. 2
ibidem. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram 363. c. 1
ibidem. Dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli 362. c. 1
ibidem. Masculum, & fœminam fecit eos. 378. c. 2
cap. 2. Relinquet homo patrē suū, & matrē. 368. c. 2
cap. 4. Respexit Dñs ad Abel, & ad munera eius. folio 25. c. 1
cap. 8. Sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. folio 361. c. 2

EXODI.

cap. 3. EGO sum qui sum. 173. c. 1
cap. 22. Maleficos non patieris viuere. 226. c. 1
cap. 33. Ego ostendam tibi omne bonum 115. c. 2

LEVITICI.

cap. 19. NON morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane. 347. c. 2.

DEVTERONOMII.

cap. 7. NON inibis cum eis fœdus. 328. c. 1
cap. 32. Dei perfecta sunt opera. 332. c. 1

REGVM.

2. Reg. cap. 12. Dicitur de vxore Vriæ erant [De pane illius comedens, & de calice illius bibens, &c. 384. c. 1

PARALIPPOMENON.

2. c. 8. Misit autem ei Hiram per manus seruorum suorum Naues, & nautas gnaros maris, & abierunt cum seruis Salomonis in Ophir 383. c. 1.
2. c. 19. His qui oderunt Dominum amicitia iungeris 327. c. 1

ESTHER.

cap. 1. INterrogauit sapientes, qui ex more regio semper ei aderant, & illorum faciebat cūcta consilio, scientium leges, & iura maiorum 333. c. 1

IOB.

cap. 6. NEcessarij quoq; mei recesserunt à me. folio 325. c. 2
cap. 36. Nullus similis ei in legislatoribus. 397. c. 1

PSALMORVM.

psal. 8. Dñi est terra, & plenitudo eius. 386. c. 1
ps. 18. In oēm terrā exiuit sonus eorū. 365. c. 2
ps. 32. Qui finxit sigillatim corda eorū. 353. c. 2
ps. 48. In multitudine diuitiarum suarum gloriantur. 359. c. 2
ps. 105. Persequutus est hominem inopem, & mendicum 384. c. 2
ps. 112. Excelsus super omnes gentes Dñs. 190. c. 1.
ps. 118. In æternum Domine permanet verbum tuum. folio 144. c. 2
ps. 134. Omnia quæcunq; voluit Dñs fecit. 186. c. 2

PROVERBIORVM.

cap. 8. EGO diligentes me diligo 59. c. 1
cap. 13. Desiderium si compleatur delectat animam 14. c. 1
cap. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus. 131. c. 2
cap. 30. Tribue tantū victui meo necessaria. 385. c. 1

ECCLESIASTES.

cap. 7. HOC inueni quod fecerat Deus hominē rectum, et ipse se immiscuerit infinitis quæstionibus. 379. c. 1
cap. 8. Quia non cito profertur contra malos sententia, absq; timore vllo filij hominum perpetrant mala. 374. c. 2
cap. 11. Dulce lumen, & delectabile est oculis videre Solem 12. c. 2

CANTICI CANTICORVM.

cap. 8. AQuæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. 49. c. 1
ibidem. Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum 49. c. 1

SAPIENTIÆ.

cap. 2. DIxerunt impij &c. [opprimamus pauperem iustum &c. 385. c. 2
cap. 7. Diuitias nihil esse duxi in comparatione illius 385. c. 1
cap. 8. Attingit à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter 8. c. 1
cap. 9. Constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ, quæ à te facta est, vt disponat orbem terrarum in æquitate, & iustitia. 362. c. 1
cap. 11. Quomodo aliquid permanere potuisset nisi tu voluisses? 129. c. 2

EC

ECCLESIASTICI.

cap. 3. ALtiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. 142. c. 1
ibidem. Plurima enim supra sensum hominum ostensa sunt tibi 145. c. 2
cap. 33. Contra malum bonum est, & contra mortem vita. 330. c. 2
cap. 34. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in cõspectu patris sui. 374. c. 2
cap. 40. Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus, & super hæc virides sationes. 17. c. 2

ISAIÆ.

cap. 7. NIsi credideritis non intelligetis] secundum versionem 70. 149. c. 2
cap. 9. Paruulus enim datus est nobis. 198. c. 1
cap. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine] iuxta lectionem Hugonis, S. Thomæ, & aliorum. 126. c. 1
cap. 64. Oculus non vidit Deus absq; te, quæ præparasti expectantibus te 144. c. 2

IEREMIÆ.

cap. 14. QVasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum, quare futurus es velut vir vagus? 385. c. 2
cap. 17. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. 328. c. 1

EZECHIELIS.

cap. 3. FIli hominis speculatorem dedi te domui Israel 171. c. 1
cap. 4. Diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi 396. c. 1
cap. 34. Suscitabo super eos Pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid. 332. c. 2

DANIELIS.

cap. 3. IGnis incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. 62. c. 2
cap. 4. Quamobrem Rex consilium meum placeat tibi & peccata tua eleemosynis redime. 326. c. 2
cap. 9. Ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Hierusalem vsq; ad Christum ducem, hebdomadæ septem, hebdomadæ septuagintaduæ erunt. 296. c. 1

OSEÆ.

cap. 1. COngregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibi caput vnũ. 332. c. 2

ZACHARIÆ.

cap. 9. ECce Rex tuus veniet tibi iustus, & Saluator ipse pauper &c. 386. c. 1

MALACHIÆ.

cap. 3. EGO enim Dominus, & non mutor. 291. c. 1

MACHABAEORVM.

lib. 2. c. 12. SAncta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluãtur. folio 355. c. 2.

Ex nouo Testamento.

MATTHÆI.

cap. 1. LIber generationis Iesu Christi filij Dauid. folio 338. c. 1
ibidem. Noli timere Ioseph accipere Mariam coniugem tuam 343. c. 1
cap. 3. Potens est Deus de lapidibus suscitare filios Abrahæ 40. c. 2
cap. 4. Circuibat per totam Galilæam docens, & prædicans euangelium 365. c. 2
cap. 5. Beati pauperes spiritu, &c. Beati qui persecutionem patiuntur. 350. c. 1. 386. c. 1
ibidem. Qui vult tecũ in iudicio contendere. 373. c. 1 & folio 386. c. 2
cap. 6. Nemo põt duob⁹ dñis seruire. 322. c. 2. 378. 2
ibidem. Nolite solliciti esse in crastinum. 385. c. 1.
ibidem. Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis. 387. c. 2
ibidem. Considerate lilia agri. 377. c. 2
ibidem. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. 365. c. 2
cap. 8. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. 361. c. 2
cap. 10. Nolite timere eos qui occidũt corpus. 365. c. 2
ibidem. Quicunque non receperit vos, &c. exeuntes foras excutite puluerem 373. c. 2
cap. 13. Sollicitudo huius seculi, & fallacia diuitiarum suffocant verbum 350. c. 1
ibidem. Nolite possidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis vestris 390. c. 1
cap. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiã meã, & tibi dabo claues, &c: 333. c. 2
ibidem. Si quis vult venire post me abneget semetipsum 391. c. 1.
cap. 18. Quis putas maior ẽ in Regno cœlorũ. 334. c. 2
ibidem. Qui scãdalizauerit vnũ de pusillis istis. 324. 1
ibidem. Quæcunque alligaueritis super terram, erũt ligata, & in cœlo 284. c. 2
cap. 19. Amen dico vobis quod vos qui reliquistis omnia &c. 392. c. 1
cap. 20 Scitis quia Principes gẽtiũ dominantur eorũ, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos 358. c. 2
ibidem. Tolle quod tuum est, & vade 39. c. 2
cap. 24. Cœlum, & terram transibunt, verba autem mea non præteribunt 144. c. 2
cap. 25. Venite benedicti Patris mei possidete paratum vobis regnum 353. c. 1
cap. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. 386. c. 1

MARCI.

cap. vlt. EVntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. 365. c. 2

L l'

cap. 1. Ioannes erat in deserto, & erat indutus pilis cameli 393 c. 1
cap. 10. Difficile qui pecunias habent in Regnum Dei introibunt ibid. c. 2
ibidem. Facilius est camelum per foramen acus transire, quã diuitẽ intrare in Regnũ Dei. ibidẽ

LVCÆ.

cap. 1. FVit in diebus Herodis Regis Iudææ Sacerdos quidam 338. c. 2
cap. 3. Estote contenti stipendijs vestris. 329. c. 2
ibidem. Et Iesus erat incipiens quasi annorum triginta 296. c. 1
cap. 6. Væ vobis diuitibus quia habetis consolationem vestram 394. c. 1
ibidem. Et ab eo, qui aufert tibi vestimentum etiam tunicam noli prohibere 373. c. 1
ibidem: Quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. 381. c. 1
cap. 11. Omne Regnum in seipsum diuisum desolabitur 332. c. 2
cap. 14. Qui non renunciauerit omnibus, quæ possidet non potest meus esse discipulus. 395. c. 1
cap. 16. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.] Crucior in hac flamma. 347. c. 1
cap. 22. Qui habet sacculum tollat similiter, & peram. folio 395. c. 1

IOANNIS.

cap. 1. VErbum caro factum est. 305. c. 2
cap. 2. Pater filio dedit, spiritum non ad mensuram 45. c. 2
cap. 5. Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor 201. c. 2
cap. 8. Ego non sum de hoc mundo 395. c. 2
cap. 10. Fiet vnum ouile, & vnus Pastor. 333. c. 1
cap. 14. In domo patris mei mãsiones multæ sũt. 28. 2
ibidem. De mundo non sunt sicut ego non sum de mũdo 396. c. 1
cap. 17. Hæc autem est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, &c. 115. c. 1
cap. 17. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. 28. 2
cap. 18. Regnum meum non est de hoc mũdo. 386. c. 1
ibidem. De mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo 396. c. 1
cap. 20. Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata remittũtur eis. 336 c. 1. 284. 2
ibidem. Hæc autẽ scripta sunt, vt credatis, & vt credentes vitam habeatis. 189. c. 1. 172. 2
cap. vlt. Pasce oues meas. 334. c. 1

ACTVVM.

cap. 2. OMnes etiam qui credebant, habebant omnia communia 368. c. 2
cap. 3. Argentum, & aurum non est mihi. 399. c. 1
cap. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna 368. c. 1
cap. 5. Cæterorũ autem nemo audebat se coniungere illis sed magnificabat eos populus. ibidem
cap. 17. Non .n. est lõge ab vnoquoq; nostrũ. 291. c. 1
cap. 18. Manebat apud eos (Paulus) & operabatur: erant autem scenofactoriæ artis. 399. c. 2
cap. 25. Dixit aũt Paulus &c. Cæsarẽ appello. 374. c. 2

AD ROMANOS.

cap. 1. FActus est ei ex semine Dauid secundum carnem 296. c. 1
cap. 2. Gentes quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt 397. c. 1
cap. 4. Vbi non est lex nec præuaricatio. 397. c. 1
cap. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. folio 22. c. 2. 49. c. 2
cap. 6. Gratia autem Dei vita æterna. 347. c. 1. 9. c. 1
cap. 8. Accepistis spiritum adoptionis filiorũ. 25. c. 1
cap. 9. Ex quibus est Christus sm̃ carnem 298. c. 1
cap. 11. Si radix sancta, & rami 361. c. 1
cap. 12. Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. 327. c. 1
cap. 14. Deus enim illum assumpsit. 302. c. 2

AD CORINTHIOS.

1: Cor. 2. QVis enim hominum scit, quæ sunt hominis nisi spiritus hominis, quæ in ipso est 200. c. 2
ibidem. Spiritualis homo iudicat omnia; ipse autem à nemine iudicatur 337. c. 1
1. cor. 4. Vsq; in hanc horam esurimus, & sitimus laboramus operãtes manibus nostris. 398. c. 2
1. cor. 5. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit 329. c. 1
1. cor. 6. Audet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud sanctos 327. c. 2
ibidem. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt 373. c. 1
1. cor. 7. Mulier est alligata legi quanto tempore vir eius viuit 342. c. 2
1. cor. 10. Noli vos fieri socios dæmoniorũ. 323. c. 2
ibidem Omnia in gloriam Dei facite 168. c. 2
1. cor. 13. Si linguis hominum loquar, & Angelorum charitatem autem non habuero nihil sum. folio 357. c. 2. 20. c. 2. 17. c. 1. 28. c. 2
ibidem Charitas patiens est 357. c. 2
Charitas nunquam excidit 387. c. 1
1. cor. 15. Abundantius omnibus laboraui 19. c. 1
ibidem Gratia Dei sum id quod sum 19. c. 1
2. Cor. 4. Semper mortificationem IESV in corpore nostro circumferentes 399. c. 1
2. cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi 399. c. 2
2. cor. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus. folio 327. c. 2
ibidem Sicut egentes, multos autem locupletantes. folio 398. c. 1
2. cor. 8. Propter vos egenus factus est, cũ esset diues. folio 386. c. 1
2. cor. 8. Obsecrantes nos gratiam, & communicationes ministerij, quod fit in sanctos. 366. c. 1
ibidem Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum 398. c. 1
2. cor. 11. Quod autem facio, & faciam, vt amputem occasiones eorum 399. c. 2
2. cor. 12. Quid ẽ .n. ꝙ minus habuistis p̃cæteris ecclesijs, nisi quod ego ipse nõ grauaui vos? 399. c. 2

AD

AD GALATAS.

cap. 3. LEX ppter trãsgressiones posita est. 397. c.

AD EPHESIOS.

cap. 1. IPsum dedit caput super oẽm ecclesiã. 333. 2

cap. 4. Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi 39. c. 2

AD PHILIPPENSES.

cap. 1. QVI cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ Deo. 298. 1

ibidem Exinaniuit semetipsum. 296. c. 1

ibidem Humiliauit semetipsum factus obediens, vsq; ad mortem 347. c. 1

cap. 3. Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim, sequor aũt si quomõ cõprehẽdam. 39. 1

AD COLOSSENSES.

cap. 3. CHaritatem habete quod est vinculũ perfectionis 357. c. 1

AD THESALONIC.

2. ad Thes. 3. Non .n. oĩum est fides. 144. c. 2. 145. 1

ibidem Nocte, & die operantes &c. sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos 399. c. 1

AD TIMOTHEVM.

1. Tim 6. Lex iusto nõ est posita sed iniustis. 397. c. 2

ibidem Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationes, & laqueos diaboli 398. c. 1

ibidem Habentes autem alimenta, & quibus tegamur his contenti sumus 398. c. 2

AD HEBRÆOS.

cap. 7 HIC enim est Melchisedech Rex, & Sacerdos Dei summi 338. c. 2

ibidem Quod minus est a meliori benedicitur 325. 2

cap. 9 Christus assistens Pontifex futurorum bonorum 333. c. 2

cap. 11. Sine fide impossibile est placere Deo 323. c. 1

ibidem Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est 149. c. 2

ibidem Est autem fides sperãdarum substantia rerum, argumentũ non apparentium 296. c. 1

ibidem Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei folio 200. c. 2

ibidem Et hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissiones 313. c. 1

IACOBI

cap. 2. DEVS elegit pauperes in mundo, & diuites in fide 400. c. 1

cap. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis 190. c. 1

PETRI.

1. Pet. 2. OBsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere a carnalibus desiderijs folio 400. c. 1

cap. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscẽti vos rationem de ea, quæ in vobis est spe. & fide 149. c. 2

2. Pet. 1. Non enim doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem, & præsentiam 171. c. 1

2. Pet. 2. A quo enim quis victus est, huius, & seruus est 330. c. 2

IOANNIS.

1. Io. 2. SI quis diligit mundum, non est charitas Dei in eo 358. c. 2

cap. 3. Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniã ille prior dilexit nos 24. c. 2

ibidem Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrẽ suũ necesse habere, &c. 381. c. 1

cap. 4. Deus charitas est 2. c. 2

cap. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus 305. c. 1

APOCALYPSIS.

cap. 2. ET Angelo Ephesi. Scio opera tua, & laborem tuum 400. c. 2

cap. 6. Vidi animas occisorum propter verbum Dei, & clamabant voce magna dicentes. Vsquequo Domine non vindicas sanguinem nostrum 350. c. 2

INDEX

Capitulorum Iuris Canonici.

Ex prima parte Decreti.

dist. 1. cap. IVS *naturale* folio 1. col. 2
dist. 10. c. Quoniam idem 331. 2
dist. 12. c. Non decet 335. 1
dist. 21. c. In nouo testamento 334. 1
ibidem c. Quamuis uniuersa 335. 1
dist. 22. c. Sacrosancta 334. 1
ibidem c. Omnes siue Patriarchæ 335. 1
dist. 23. c. In nomine Domini 331. 1
dist. 31. c. Lex continentiæ 340. 2
dist. 35. c. Ab exordio 378. 2
dist. 53. c. De rebus 340. 2
ibidem c. Ex antiquis 340. 2
dist. 63 Per totum 339. 1
dist. 96. c. Constantinus Imperator 331. 1
ibidem c. Duo quippe sunt 331. 2
ibidem c. Cum ad verum. 331. 2

Ex secunda parte Decreti.

causa 2. q. 6. c. Qui se scit 334. 1
11. q. 1. c. Si tributum 331. 1
ibidem c. Quicunq; litem habens 339. 2
11. q. 3. c. Iulianus 323. 1
12. q. 1. c. Duo sunt genera Xpianorũ. 340. 2
ibidem c. Clericus 313. 1
ibidem c. Dilectissimis 368. 1
ibidem c. Episcopi de rebus 365. 2
ibidem c. Expedit facultates 365. 1
16. q. 3. c. Inter memoratos 371. 2
19. q. 3. c. Prælatum est ad nos 340. 1
23. q. 3. §. Sicut legitur in Esaia 328. 1
23. q. 4. c. Quæsitum est 331. 2
23. q. 8. Per totam 324. 2
ibidem c. Tributum 339. 1
ibidem c. Conueniens ipse 331. 2
27. q. 11. c. Scripsit nobis 340. 1

Ex Decretalibus

Clem. vnica de summa Trin. & fide cathol. 3. 2
De vita, & honestate clericorum. c. Clericus si tonsuram 340. 1
De statu Monachorum. cap. Cum ad Monasterium 358. 2
De voto, & voti redẽptione. c. Scripturæ 340. 1
Qui filij sint legitimi. cap. Per venerabilem, folio 336. 1. & 340. 2
De Iudeis, & Saracenis. c. Ita quorundã. 328. 1
Extra de appellationibus. c. Si duobus 331. 2

Extrauag.

Quia quorundam mentes 366. 1
Exiit qui seminat seminare 366. 2
Ad conditorem 375. 1
Et inter nonnullos, ibidem

CARMEN

D. IO: DOMINICI TRAIANI

In laudem Operis.

FAlsò tempus edax, falsò inuidiosa vetustas
Dicitur: ingenijs tempora nulla nocent.
Nec virtus trahit vlla situm. Sol gratior oris
Longas post tenebras fulget hyperboreis.
Et benè facta, licèt penetralibus abdita cæcis,
Pulchrius emergunt, tempore quæq; suo.
Quottidianorum fastidia, quæ noua, tollunt,
Præsertim veterum si fuerit nouitas.
Doctrinam stupuit IOANNIS Gallia quondam,
Quem ciuem iactat Parthenopea suum.
Eius & Ausonias sapientia clara per vrbes
Floruit; at flores delituere diu.
Numine cælesti factum. Nil deperit auro
A latebris, crescit gratia, crescit honos.
Præmia GRAVINAE debentur: is hasce repertas,
Sed benè limatas omnibus edit opes.
Teq; adeò, GRAVINA pater venerande, labori
Natum, scriptorum cætera turba rogat.
Turba tuis castris, seu claustris, condita lucem
Optat, iò nullus sit locus inuidiæ.

Eiusdem ad Lectorem.

Quæ noua sunt multis, multis antiqua probantur.
Hoc exemplar habet, lector, vtrumq; genus.

Idem Græcè.

ὡς νέα πολλοῖσι, πολλοῖς τὰ παλαιὰ φιλεῦνται.
ἀμφότερ' ἀμφοτέροις ἥδε παρέσχε βίβλος,

QVAESTIONES FIO DE NEAPOLI ORDINIS PRAEDICATORVM

QVAESTIO I

Vtrum ad eliciendum actum dilectionis supernaturalis, requiratur necessario aliquis habitus in voluntate, vel sufficiat sola assistentia Spiritus sancti.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, A quod nō requiratur aliquis habitus. Quia ad visionem supernaturalem scilicet beatā non requiritur aliquis habitus existens in intellectu. Ergo nec ad dilectionem supernaturalem requiritur aliquis habitus in voluntate. Consequentia supponitur per similem proportionem, & quia non minus est supernaturalis visio, quàm dilectio beata, imò videtur, quòd magis, tum quia est nobilior, & excellentior actus, & per consequens magis excedens naturalem facultatem creaturæ, tum quia ad videndum Deum trinum, & C vnum, vel qualitercùnque cognoscendum non possumus ex puris naturalibus; ad diligendum autem Deum super omnia possumus ex puris naturalibus secundum communem opinionem, quæ dilectio est simillima dilectioni charitatiuæ, seu supernaturali, in tantum vt non possit discerni ab ea; aliàs homo posset scire se esse in charitate. D Antecedens probatur, quia lumen gloriæ se videtur habere per correspondentiam ad lumen naturale, scilicet, intellectus agentis, & lumen gratiæ. Sed vtrumq; prædictorū luminum est subiectiuè in essentia animæ, non in intellectu possibili. Ergo etiam, & lumen gloriæ nō est subiectiuè in intellectu possibili; sed præter hoc lumen nihil aliud potest disponere beatum ad visionem prædictam. Ergo &c.

B PRÆT. Habitus est determinatiuus II. potentiæ, quæ de se est indeterminata ad plura. Vnde potētia determinata ad vnum tantum, vt vegetatiua, nutritiua, & huiusmodi, non indigent habitibus, vt patet per Philosophū in 9. Methaph. c. 3. sed voluntas beati supposita visione beata, est determinata ad diligendum Deum, in tantum, quod secundum quosdam, non potest Deum nō diligere, etiam de potentia absoluta Dei; secundum autem alios, non potest Deum nō diligere ad minus de lege communi; & hoc sufficit ad propositum, quia de lege etiam communi potentia calefactiua præsente calefactibili, non potest non calefacere, quamuis, hoc possit de potentia Dei absoluta; nec indiget habitu determinante, & habilitante eam. Ergo voluntas beati non

 indi-

indiget habitu ad Deum supernaturaliter diligendum.

III. PRÆT. Agens omne quantò est maioris virtutis, tantò minorem dispositionem requirit in passo, vt ignis quantò est maior, tantò minorem siccitatē requirit in lignis; Agens ergo infinitæ virtutis nullam dispositionem requirit in passo. Sed voluntas mouetur ad actum dilectionis supernaturalis à Spiritu sancto, qui est infinitę virtutis, nec se habet actiuè respectu talis actus; aliàs idem secundum idem, esset actiuū, & passiuum respectu eiusdem; habitus autem omnis est dispositio quædam, vt dicitur 5. Methaphys. c. 20. t. 25. Ergo &c.

Cōfirmatio 1. Et Confirmatur ratio, quia secundum Augustinum epistola tertia ad Volusianum, in jis, quæ supernaturaliter fiunt, [tota ratio facti est potentia facientis.] Vndè cum talis actus sit supernaturalis, etsi de potentia Dei absoluta possit causari in voluntate sine dispositione media inhærente: simpliciter dicendum est, quòd non requiritur aliquis habitus, ad hoc, vt voluntas possit in talem actum.

Cōfirmatio 2. Præterea, & secundò confirmatur eadē ratio sic. Sicut voluntas se habet passiuè respectu habitus, sic & respectu actus, & è conuerso. Sed ad recipiendum habitum supernaturalem non requiritur aliqua dispositio media, aliàs procederetur in infinitū. Ergo nec ad recipiendum actum.

IV. PRÆT. Aut habitus charitatis requiritur, vt principium effectiuum, seu elicitiuum actus, vel vt dispositio voluntatis receptiuæ actus. Si primo modo, habetur propositum; quia causa prima potest in effectum omnem, sine causa effectiua secunda quacunque. Si secundo modo, habetur idem; quia quantò perfectior est causalitas causæ respectu effectus, tantò maior est depēdentia effectus à causa. Sed perfectior est causalitas effectiua, quàm dispositionis receptiui respectu effectus. Ergo plus dependet à principio effectiuo, quàm à dispositione. Sed Deus potest facere ipsum sine primo. Ergo etiam & sine secundo.

V. PRÆT. Habitus excludit difficultatem ab operatione; signum enim generati habitus, est frequens in operatione delectatio, vt dicitur in secundo Ethicorū. c. 3. Sed existēs in gratia operatur bonum cum difficultate, vt apparet in conuersis de nouò, habituatis prius in malo. Ergo charitas non est habitus in anima. Nec valet, si dicatur, quod maior habet veritatem de habitu acquisito tantùm, quia cum habitus sit habilitas quædam, quæ est idem, quòd facilitas, de ratione omnis habitus videtur esse excludere difficultatem ab operatione.

VI. PRÆT. Secundum Philosophum in 2. post. cap. vlt. inconueniens est esse in nobis nobilissimos habitus, & illos latere. Sed secundum communem doctrinam nullus potest scire se esse in charitate, quæ si est habitus, esset nobilissimus habitus. Ergo charitas nō est aliquis habitus in anima.

A

VII. PRÆT. Habitus facit faciliter, delectabiliter, & promptè operari, vt patet per Philosoph. in 2. Ethicorū c. 3. & per hoc tāquam per signa aliquis potest cognoscere se habitum habere. Sed nullus potest cognoscere per certitudinem se habere charitatem, vt supra dictum est. Ergo charitas non est habitus creatus in anima.

VIII. PRÆT. Habitus est aliquid perfectius, quàm actus, vt videtur cum sit aliqualiter causa ipsius. Sed voluntas nuda potest sine dispositione media in habitum supernaturalem. Ergo etiam nuda sine habitu medio potest in actum dilectionis supernaturalis.

Pro parte opposita.

B

SED CONTRA. Actus perfectus est à potentia perfecta. Sed nuda potentia sine omni habitu non est perfecta. Ergo actus perfectus, qualis est actus meritorius nō potest elici à nuda voluntate sine aliquo habitu ipsum informante, quem habitum dicimus charitatem.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis duo sunt facienda principaliter. Quia primò videndum est, vtrum charitas sit aliquid creatum in voluntate. Secundò, dato quod sic. Vtrum illud possit dici habitus, vel non.

C

PVNCTVM I.

An charitas sit aliquid creatum in voluntate.

QVANTVM ad primum, sciendum est, quod de charitate, quæ est Deus, secundum illud 1. Ioannis 4. [Deus charitas est] non est dubium, quòd non est aliquid creatum. De charitate autem actuali, scilicet de actu charitatis, omnes ponunt, quod sit aliquid creatum inhęrens voluntati subiectiuè. Sed vtrum præter talem actum ad eliciendum ipsum requiratur aliqua dispositio creata in voluntate, vel sufficiat solus Spiritus sanctus assistens, est dubium.

D

Mag. Sententiarum opinio, & explicatio. ¶ Quidam enim scilicet, Magister in 17. distinctione primi sententiarum; dicit, quòd ad eliciendum actum charitatis, sufficit solus Spiritus sanctus assistens voluntati

Ratio pro opinione Magiſtri.

tatu, nec requiritur aliquid aliud creatum in ipſa. Quam opinionem quidam ſic colorant, ſeu fortificant. Sicut ſe habet intellectus ad intelligere, ſic ſe habet voluntas ad velle, ſeu diligere, imò potentior videtur voluntas reſpectu actus ſui, quàm intellectus, quia omnes potentiæ eliciunt actus ſuos ſecundum imperium voluntatis; ſed intellectus intelligit materialia per mediū, quod eſt ſpecies, non autem Deum, ſed per eſſentiam diuinam præſentem intellectui beati. Ergo voluntas ſine habitu medio charitatis diligit Deum immaterialem, per ſolum Spiritum ſanctum aſſiſtentem .ſ. Et confirmatur hæc ratio dupliciter, ſecundum duas differentias actus charitatis ad actum fidei, & ſpei.

Cōfirmatio 1.

Prima eſt, quia actus charitatis remanet in Patria cum viſione beata, non autē actus fidei, & ſpei. Ex qua differentia ſic arguitur. Actus charitatis magis eſt ſimilis viſioni beatæ poſt quam eſt in Patria ſimul cum ea, quam actui fidei, & ſpei. Sed viſio beata non eſt per medium, quod eſt ſpecies, licet actus fidei, & ſpei ſit per habitum. Ergo &c.

Cōfirmatio 2.

Secunda differentia eſt, quia actus fidei & ſpei habet imperfectionem naturaliter annexam, non autem actus charitatis. Ex quo ſic arguitur. Actus imperfecti non ſunt immediatè à Deo perfectiſſimo, ſed actus perfecti, ſicut patet de viſione beata, ſed actus charitatis eſt actus perfectus. Ergo, &c.

Aliud dictū ꝓ explicatione opinionis Magiſtri.

¶ Adiungunt autem, quod ſicut viſio quamuis non ſit mediante ſpecie, eſt tamen mediante lumine gloriæ; ſic & actus charitatis, quamuis non ſit mediante habitu charitatis: eſt tamen mediante lumine gratiæ. Quod probant per hoc. Quia alias rediret hęreſis Pelagij, ſi abſq; omni ſupernaturali ſuper addito poſſemus Deum meritoriè, ſeu charitatiuè diligere.

Ratio huius dicti.

Impugnatur Magiſtri opinio alla ta.

¶ Sed contra prædicta poteſt argui multipliciter. Et primo contra primam rationem factā. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod aliud medium eſt ſpecies, & aliud habitus, quod patet ex hoc, quod ſpecies eſt in omni potentia cognoſcitiua, & ſenſitiua non autem habitus, & è contra, habitus eſt in appetitu ſenſitiuo, & intellectiuo, non aūt ſpecies. Habitus .n. eſt ad habilitādum & facilitandum potentiam reſpectu actus; ſed ſpecies eſt ad præſentandum obiectum abſens, & ideò ſi ponatur obiectū præſens, fruſtra poneretur ſpecies. Conceſſa ergo maiori, nulla conſequentia eſt. In intellectu non eſt ſpecies reſpectu viſionis Dei. Ergo in voluntate non eſt habitus reſpectu dilectionis ipſius. Cuius ratio eſt, quia ex hoc quod in vno ſimilium non ponitur aliquid differens ab alio natura, & ſpecie, non ſequitur, quod aliud non ſit in reliquo ſimilium; ſicut in propoſito, non ſequitur. In

1 Ratio cō tra Magiſtri rationem.

D

A

ſenſu non eſt habitus. Ergo in intellectu nō eſt ſpecies, & tñ ſicut ſe habet intellectus ad intelligere, ſic ſe habet ſenſus ad ſentire, & è cōuerſo. Dato ergo, quod ſicut ſe habet intellectus ad viſionem Dei, ſic ſe habeat voluntas ad dilectionem Dei, nulla conſequētia eſt. Intellectus in patria videt Deum ſine ſpecie. Ergo voluntas diligit Deum ſine habitu medio charitatis.

2. Ratio cō tra eandem

Præterea, maiorem colligantiam habet habitus intellectus cum ſpecie eius reſpectu eiuſdem obiecti, quàm habitus voluntatis, vt de ſe patet. Sed anima* habet habitū ſcientiæ reſpectu ſui, & ſibi inhęrentium, reſpectu quorum non habet ſpeciēs: & è cōtra, actus intelligendi pręcedens habitū, eſt ſine habitu medio, non autem ſine ſpecie. Ergo multo magis intellectus poterit aliquid intelligere ſine medio (quod eſt ſpeciēs) quod voluntas diliget per medium habitum, & per conſequens nulla conſequentia eſt. Intellectus videt Deum in Patria ſine media ſpecie. Ergo voluntas diligit ipſum ſine habitu medio charitatis.

* intellectus.

B

3. Ratio cō tra eandem

Præterea, ſi eſſet connexio inter intellectum quantum ad habere ſpeciem; & voluntatem quantum ad habere habitum, ſequeretur, quod reſpectu omnis rei materialis, cuius habemus ſpeciem in intellectu, haberemus habitum in voluntate, quod falſū eſt. Multa enim materialia intelligimus per ſpeciem, reſpectu quorum nullum habitum amoris, vel iuſtitię, vel alterius virtutis habemus in voluntate, & è contra, habemus habitum iuſtitiæ ſaltem largè dictæ, & aliquarum aliarum virtutum reſpectu noſtri, & tamen homo non intelligit ſeipſum per ſpeciem ſui. In voluntate etiam paruuli de nouo baptizati eſt habitus iuſtitię infuſę, ſecundum communem doctrinam, vt dicitur in Concilio Vienenſi. clement. vnica de ſumma Trin. & Fid. cathol. in cuius tñ intellectu non eſt aliqua ſpecies.

C

Arguitur contra primam confirmationē.

Poteſt etiam argui contra primam confirmationem prædictæ rationis, quia actus ſcientiæ eſt per hàbitum medium, & remanet in Patria, ſecundum communem doctrinam, ſaltem quantum ad ſubſtantiā actus, licet fortè non remaneat quantum ad modum. Vnde Hieronymus dicit in epiſtola ad Paulinum [Diſcamus in terris quorum ſcientia nobis perſeueret in cęlo.] Quod etiam probari poteſt per rationem. Conſtat enim, quod habitus ſcientiæ hic acquiſitæ non corrumpitur in Patria per corruptionem ſubiecti, ſcilicet intellectus poſſibilis, qui ſupponitur eſſe incorruptibilis, nec per actionem contrarij, cum careat contrario, vt de ſe patet; nec per ſubtractionem cauſæ, ſicut corrumpitur lumen in aere per abſentiam ſolis, cum nulla talis cauſa poſſit fingi, qua ſubtracta poſſit dici talis actio deſinere; nec per ſubtractionem, vel corruptionem obiecti, ad quod ſcientia ha-

habet realem respectum, sicut corrũpitur paternitas desinente filiatione, & ẽ cõuerso, cum res intelligibilis in rerum natura permaneat. His autem quatuor modis tantum aliquod accidens potest corrumpi. Ergo, &c. Actus etiam prudentiæ hic acquisitæ, qui est per habitum medium, videtur consimili ratione, quod remanere possit in anima separata, vel saltem in anima resũpto corpore, nulla ergo consequentia est. Talis actus est similis visioni beatæ quantũ ad remanere in patria: ergo non est per habitum medium.

Amplius ad idẽ, Aut actus virtutum moralium remanent in patria saltem resumpto corpore, & tunc hj actus non essent in via per habitus virtutum secundum istam opinionem: aut non remanent, & tunc tales actus nõ possunt in via præcedere actus eis consimiles, qui ex ipsis generantur, quia secundum istam opinionem, actus non remanentes in patria cum visione beata, vt actus fidei, & spei, sunt necessariȯ per habitus medios.

Impugnatur secũda cõfirmatio

Potest etiam argui contra secundam confirmationem eiusdem rationis multipliciter. Primo, quia aut intendit dicere per illam confirmationem, quod Deus non sit immediata causa imperfectorum, sicut est perfectorum, & hoc est omnino falsum; Deus enim est immediata causa productiua materiæ primę, sicut & Angeli, & primarum hypostasum corruptibilium, sicut & incorruptibilium, Et præterea, minus requiritur ad productionem rei imperfectæ, vt muris, vel vermis, ad quam sufficit causa vniuersalis tantum, quam ad productionem rei perfectæ, vt hominis, ad quã requiritur causa vniuersalis, & particularis. Aut quod nullum creatum propter eius perfectionem possit in hunc actũ, & hoc etiam dici non potest propter multa. Primo, quia actus, cuius habemus dominium, oportet quod simus aliquo modo causa; eius enim quod à solo Deo efficitur in nobis, non possumus propriè dici habere dominium. Sed amoris meritorij nos habemus dominium. Ergo talis actus sumus aliquo modo causa.

Præterea, hoc est contra eos, quia ipsi dicunt, quod iste actus elicitur mediante habitu luminis gratiæ, sicut visio mediante habitu luminis gloriæ, quorum vtrumque est aliquid creatum.

Præterea, effectus, qui dependet ex pluribus causis, tãto est perfectior, quanto vnaquæque illarum fuerit perfectior. Sed velle meritorium dependet à voluntate sicut à causa saltem subiectiua, & receptiua; voluntas autem est perfectior cum habitu, quàm sine habitu. Ergo perfectio actus meritorij magis requirit, quàm excludat habitum charitatis in voluntate.

Impugnatio prima.

¶ Potest etiam hæc opinio improbari quantum ad aliud, quod dicit, scilicet,

A quod quamuis non oporteat ponere habitum charitatis in voluntate, tamen necessarium est ponere habitum gratiæ in anima, quia alias rediret hæresis Pelagij, quia sequeretur, quod ad actum meritorium possemus ex puris naturalibus; quod dictum improbari potest.

quo ad aliud dictũ positũ pro explicatione Magistri

Impugnatur rõ eiusdem dicti.

Primo, quantum ad rationem, quam adducit. Ille enim actus dicitur esse ex puris naturalibus, cuius sufficientia principia actiua, & passiua sunt in natura. Sed actus, quem solus Deus potest causare in voluntate, seu ad quem non potest voluntas, nisi mota à Spiritu sancto nõ est huiusmodi, vt de se patet. Ergo talis actus non est dicendus prouenire ex puris naturalibus, sicut & calori videtur esse * supernaturale generare carnem, quia ad hoc non potest, nisi vt instrumentum animæ.

* supra facultatem.

Impugnatio secũda quo ad cõclusionem eiusdẽ dicti

B ¶ Secundo, potest improbari idem dictum quantum ad conclusionem multipliciter. Primò, quia, vt supra etiam dicebatur, non minus requiritur ad productionẽ perfecti, quam ad productionem imperfecti. Sed ad productionem actus credendi, & sperandi præter dispositionem, seu perfectionem essentię, requiritur perfectio ipsius potentiæ, quæ dicitur habitus fidei, & spei; hj aũt actus sunt imperfectiores actu amãdi. Ergo &c. Secundo, quia aut à dispositione luminis gloriæ, & gratiæ, quam ponit in essentia animæ, redundat aliqua dispositio supernaturalis in voluntate, & tunc habetur propositum, hæc enim dispositio supernaturalis vocatur habitus; aut nulla redundat, & tunc lumen gratiæ, & glorię non sufficit ad diligendũ supernaturaliter, sicut nec ad credendum, cum intellectus sit propinquior essentię, quã voluntas, quæ suppo-

C nit intellectũ in õi actu suo; nec imperfectio actus credendi impedit, vt supra ostensum est.

Opinio aliorum.

¶ Alij dicunt, ꝙ cum sit duplex effectus charitatis, .s. facere hominẽ Deo carum, & reddere opus hominis meritorium. Propter primam operationem, non est necesse ponere habitum charitatis creatũ in volũtate; quod sic probatur. Prius potest esse sine posteriori saltem virtute diuina, maximè quando posterius non sequitur ad prius necessitate absoluta. Sed omne bonũ habituale, quod est, vel esse potest in homine est posterius eo, quod est esse hominem Deo carum, sicut effectus causa sua, cum principium cuiuslibet liberalis communicationis sit amor: quicquid autem datur

D homini à Deo, totum datur liberaliter, & non ex necessitate, vel ex aliqua obligatione; idem autem est hominem esse Deo carum, & à Deo amatum. Ergo &c.

Primum dictum huius opinionis cũ sua probatione.

Quantum autem ad secundam operatio-

Secundũ dictũ eiusd.

opinionis continens duo mẽbra

rationẽ, quę est reddere opus hominis meritorium dicunt, quod si homo meretur vitam æternam de condigno, oportet ponere talẽ habitum; si autem de congruo, non oportet. Primum illorum probant dupliciter.

Prima probatio primi membri huius secundi dicti opinionis allatæ.

Primo sic. Nullus actus purè naturalis est meritorius de condigno finis supernaturalis, quia inter meritum, & præmium, finem, & ea, quæ sunt ad finem, oportet esse proportionem, quæ non est inter naturale, & supernaturale. Sed omnis actus voluntatis etiam motæ à Spiritu sancto est purè naturalis, nisi in voluntate sit aliquis habitus supernaturalis. Ergo &c. Maior declarata est. Minor probatur, quia nihil, quod est tale in potentia solum, fit actu tale per quodcunq; agẽs, nisi recipiat ab eo aliquid ipsum formaliter perficiens; agens enim nunquam perficit passum secũdum seipsũ, sed solum secundum aliquid immissum in passum: actus autem voluntatis secundum se, est tantum in potentia, vt sit supernaturalis. Ergo ad hoc, quod sit actus supernaturalis, oportet, quod aliquis habitus supernaturalis infundatur à Deo ipsi voluntati.

Secũda probatio.

Secundo, quia si Spiritus sanctus mouet voluntatem ad actũ meritorium, hoc erit, vel per modum obiecti cogniti solum, vel per modum agentis inclinantis voluntatem in obiectum cognitum. Non primo modo, quia in dilectione naturali, qua Deus naturaliter diligitur, Deus mouet voluntatem per modum obiecti, nec tamen talis dilectio est vitæ æternæ meritoria de condigno. Nec secundo modo, quia diligere causatũ à Deo in voluntate mota à Spiritu sancto, aut esset eiusdem rationis cum alio diligere eiusdem voluntatis non sic motæ, aut non. Non potest dici primum, quia sicut vnum diligere non est meritorium, sic nec aliud. Si autem est alterius rationis, hoc potest esse dupliciter: vel quoad essentiam actus, vel quoad aliquid additum essentiæ. Non potest dici primum, quia sicut est idem videre secundum speciem, quod habet bos à natura, & quod excæcatus reciperet à Deo miraculosè, ita videtur esse velle eiusdem rationis, quod elicit voluntas mota à Spiritu sancto, & non mota. Et præterea, si esset alterius rationis, quoad essentiam actus, nõ lateret nos propter manifestam differentiã vnius ad alterum, latet autem. Ergo &c. Et præterea, omnem actum volendi quo ad essentiam actus potest voluntas elicere ad præsentiam sui obiecti sine speciali motione cuiuscunq; alterius, cum de ratione potentiæ sit, qua possumus in actum. Ergo tales actus distinguuntur solum per aliquid additum actui, quod dat ei valorem, quod sit meritorius, quem dicimus habitum supernaturalem, quo actus voluntatis efficitur valoris proportionati ad præmium supernaturale. Ergo &c.

Prima probatio secũdi membri dicti præcedentis.

¶ Si autem non contingat mereri vitam
A æternam de condigno, sed solũ de congruo, non oportet ponere talem habitum secundum eos. Quod probatur dupliciter.

Primo, quia meritum de congruo non innititur valori operis, vt scilicet reddatur merces ex debito, sed innititur liberalitati remunerantis, vt magis reddatur merces secundum gratiam, quam secundum debitum. Sed charitas non ponitur habitus creatus, nisi vt dat valorẽ operi, vt patet ex prædictis. Ergo &c.

Secunda probatio.

Secundo, quia si sine charitate potest homo mereri de congruo charitatem: ergo, & vitam æternam. Antecedens patet, quia per primam charitatem homo supponitur, quod de congruo possit mereri. Consequẽtia probatur, quia in merito de congruo nõ attenditur proportio meriti ad præmium, sed tantum liberalitas dantis, vt iam dictum
B est. Vnde pro consimili actu Rex dat de congruo militi aliquando equum, aliquãdo castrum. Ergo similiter pro eodem facto potest Deus de congruo dare charitatem, & vitam æternam, cum tale meritum totum consistat in diuina acceptatione, qua Deus gratuito acceptat opera nostra ea remunerando vita æterna.

Prædictæ opinionis improbatio

¶ Sed hæc opinio improbari potest, quo ad multa. Et primo. Quantum ad primum, quod dicit, scilicet, quod non est necessarium ponere habitum charitatis in voluntate propter primum effectum charitatis, qui est facere hominem Deo carum, Sicut prima operatio, seu effectus albedinis est facere hominem album, quia album & albedo idem significant: nec differunt, nisi secundum modum significandi vocalem, & grammaticalem tantum. Idem autem
C non est effectus, seu operatio sui ipsius: tamen secundum hunc modum loquendi, sicut albedinis primus effectus, vel operatio est facere hominem album, sic, & charitatis facere hominem charitatiuum, non autem facere hominẽ Deo carum. Quod potest probari ex dictis tenentium oppositum, quadrupliciter

Prima rõ.

Primo, quia denominatio ab effectu formali alicuius formæ est denominatio ab intrinseco, idest, à forma inhærente; sicut homo dicitur albus ab albedine, & iustus à iustitia, & sic de alijs. Sed homo denominatur carus ab extrinseco, sicut & dilect⁹, vel cognitus, vt ipsa ẽt opinio dicit. Ergo &c.

Secunda.

Secundo, quia impossibile est denominari ab effectu formali, & carere forma, vt quod aliquid dicatur album, & non habeat albedinem. Sed secundum istos, homo
D potest esse Deo carus, & carere charitate. Ergo &c.

Tertia.

Tertio, quia effectus formalis non potest præcedere formam; nõ enim homo potest esse albus ante albedinem. Sed secundum istos homo est carus Deo ab æterno, antequam

quam habeat charitatem. Ergo &c.

Quarta. Quarto, quia forma non est effectus sui formalis effectus, sicut albedo non est effectus eius, quod est esse album. Sed charitas, secundum istos, est effectus eius, quod est esse hominem Deo carum. Ergo facere, seu reddere hominem Deo carum non est primus effectus, seu operatio charitatis, sicut albedinis est facere hominem album. Sed secundum istum modum loquendi, primus effectus, seu operatio charitatis est facere hominem charitatiuum. Quo supposito arguitur sic ad propositum. Necesse est hominem charitatiuum habere charitatem, sicut & iustum habere iustitiā, & virtuosum virtutem, quia oppositum est omni potentiæ impossibile, cum implicet cōtradictionem. Sed facere hominem charitatiuum est prima operatio charitatis, vt supra declaratum est. Ergo etiam quātum ad primam operationem charitatis necesse est ponere habitum charitatis creatum in voluntate.

Impugnatio primæ rationis primi membri secundi dicti prædictæ opinionis. ¶ Item potest improbari eadem opinio quantum ad primam rationem, per quam probat, quod si meremur vitam æternam de condigno, necesse est ponere habitum charitatis in voluntate. Quamuis enim conclusio sit vera, (vt credo) tamen per rationem illam non sufficienter probatur, ꝙ potest declarari tripliciter.

1. Impugnatio. Primo, quia, vt supra etiam declaratum est, cum effectus naturalis dici debeat ille, cuius sunt sufficientia principia actiua, & passiua naturalia: actus in quem potest voluntas non ex puris naturalibus, sed solum vt mota à principio supernaturali, quod est Spiritus sanctus, non debet dici actus naturalis, dato etiam, quod in voluntate non sit aliquis habitus supernaturalis. Sicut & generare carnem est quasi *supernaturale calori, cum ei conueniat, vt est instrumentum animæ, & non secundum suam naturam præcisè acceptam, & tamen ipsi calori nihil inhærens ab anima imprimitur. Non ergo videtur necessarium ponere habitum charitatis in voluntate ad hoc, quod eius actus sit supernaturalis, vt prima ratio concludebat.

* supra facultatem,

Secunda. Præterea, cum eadem sint principia essēdi, & operādi. Sed gratia ponitur in essentia animæ, vt principium esse supernaturalis, secundum primam opinionem, & etiam secundum opinionē Magistri, qui ponit gratiam aliquid creatum, idest virtutē, & qualitatem animæ, vt apparet 27. dist. 2. lib. Ergo gratia potest esse principium operationis supernaturalis, esto quod nullus habitus charitatis sit in voluntate. Vnde hæc ratio non concludit contra opinionem Magistri, nec contra eius defensores, contra quam tamen adducitur.

Tertia. Præterea, secundum istos, qui faciunt istā rationem, homo nihil meretur de cōdigno apud Deum, (vt hi alibi scribunt) sed secundum eosdem hìc, si homo non meretur aliquid de condigno, non est necesse ponere habitum charitatis in voluntate. Ergo secundum eos non est necessarium ponere habitum charitatis in voluntate: secundum autem eos hìc, si non est habitus charitatis in voluntate, omnis actus voluntarius est purè naturalis. Ergo secundum eos, quicquid homo meretur apud Deum, meretur ex puris naturalibus, etiam vitam æternam, quod est hæresis Pelagiana, & sequitur etiā secundum eos, quod nullus actus voluntatis sit supernaturalis.

Solutio illius primæ rationis. Dicendum ergo ad illam primam rationem. Quod ratio non concludit de voluntate, sed de actu volendi, quod ei aliquis habitus superaddatur, vt patet rationem intuenti, quod est absurdum dicere, & nullus dicit: si autem tota ratio procedat de potentia volitiua, interimenda est minor. Et ad eius probationem dicēdum est per interēptionem maioris. Aliquid enim potest esse in potentia respectu alicuius actus secundū se, quem tamen potest elicere cum adiutorio alicuius superius, absque hoc, quod ei aliquid imprimatur. Non enim calori naturali aliqua forma imprimitur ad hoc, ꝙ generet carnem, ad cuius tamen generationem est solum in potentia secundum suam naturam.

Secunda ratio refellitur eiusdē primi membri. ¶ Amplius potest argui contra secundam rationem, per quam idem probatur. Illa enim rō concludit omnino falsum, & improbabile sicut, & prima, scilicet, quod habitus charitatis sit aliquid superadditum actui voluntatis faciens eum supernaturalem, & meritorium vitæ æternæ.

Solutio eiusdem rōnis. Dicendum ergo ad illam rationem, concedendo primum membrum. Et ad eius improbationem dicendum, quod (vt omnes dicunt) Deus per modum obiecti mouet voluntatem ad dilectionem naturalem, vt cognoscitur cognitione naturali esse principium boni naturæ; ad dilectionem autem supernaturalem, vt cognoscitur per fidem esse principium boni supernaturalis, scilicet gratiæ, & gloriæ. Et potest dici ad secundum membrum principale eiusdem rōnis, ꝙ sicut calefactio, qua Sol calefacit nos, & qua calor naturalis calefacit cibum sunt eiusdem rationis in communi, non autem in particulari, quia vna est dispositio ad generationem carnis, non autem alia: sic diligere naturale, & meritorium sunt vnius rationis communis quantum ad rationem dilectionis in communi, non autem in speciali, quia vnum est meritorium vitæ æternæ, non autem aliud. Vnde sicut non sequitur, hæc calefactio non disponit ad generationem carnis, ergo nec alia: ita non sequitur, diligere naturale non est meritorium vitæ æternæ. Ergo nec diligere supernaturale. Nec etiam sequitur (vt deduci-

ducitur in alio membro) quòd aliquis habitus supernaturalis addatur actui volendi cum hoc sit falsum, vt supra dictũ est. Sed potest dici, quòd ex hoc solo quòd volũtas elicit hũc actũ mota à Spiritu sancto hic actus est maioris valoris, sicut ex hoc solo, quod calor calefacit, vt instrumentum animæ, eius calefactio est maioris efficaciæ, quàm aliæ calefactiones.

Solutio aliarum rationum secundi mẽbri eiusdẽ secundæ probationis.

Rationes etiam, quibus probat, quod diligere meritorium, & naturale sunt eiusdem rationis quoad essentiam actus, non necessariò concludunt. Non enim prima, quia vtrumque videre, quòd ibi ponit habet idem obiectum formale, diligere autem naturale, & meritorium non habet idẽ obiectum formaliter, vt supra declaratum est. Nec secunda, quia etiam charitas est alius habitus secundum essentiam ab amicitia naturali, vel saltem à multis alijs habitibus, & tamẽ latet nos vtrum ipsum habeamus, cum nullus sciat se esse in charitate. Nec tertia, quia sicut calefactionem quæ est dispositio ad generationem carnis non potest calor per se, sic nec omnem actũ volendi potest per se voluntas.

Refellitur secundum membrũ secundi dicti præfatæ opinionis.

¶ Item potest argui contra illud, quod dicit, quòd si de congruo meremur vitam æternam, charitas non est habitus creatus in voluntate propter tertiam rationem adductam contra primã rationem de prædictis duabus.

Sententia Auctoris.

His ergo opinionibus exclusis, secundò dicenda sunt quædam ad quæstionem propositam.

1. cõclusio Auctoris.

¶ Et primum est, quòd Spiritus sanctus potest de potentia absoluta mouere voluntatem ad actum dilectionis supernaturalis sine omni habitu supernaturali inhærente voluntati. Quòd potest ad præsens probari multipliciter.

1. Ratio.

Primò ex præmissis aliqualiter, scilicet. Non minus potest voluntas, vt est instrumentum Dei, quàm possit vna res naturalis, vt est instrumentum alterius. Sed aliqua res naturalis potest sine omni sibi inhærente in aliquam actionem *supernaturalẽ, vt est instrumentum alterius, vt calor naturalis in generatione carnis, & phantasma secundum solemnem opinionem, vt est instrumentum intellectus agentis in impressione speciei intelligibilis, vel actus intelligendi. Ergo & voluntas, vt est instrumentum Spiritus sancti potest in actum dilectionis supernaturalis sine omni sibi inhærente.

*supra facultatem.

Secunda.

Præterea, non minoris perfectionis, & virtutis est principium supernaturale respectu effectus supernaturalis, quàm sit principium naturale respectu effectus naturalis. Sed voluntas sine omni habitu sibi inhærente potest in actum moralem, quáuis non sic promptè, & faciliter. Ergo Spiritu

A sancto sibi assistente, qui est principium supernaturale potest in actum dilectionis supernaturalis, supposita fide in intellectu, multò magis quàm homo possit in actum virtuosum ex genere per rectam rationem, & appetitum ei conformem. Vel potest eadem ratio formari sic. Sicut se habet habitus moralis ad actum moralem, sic se habet habitus supernaturalis ad actum supernaturalem. Sed habitus moralis non est necessarius simpliciter ad eliciendum actum moralem: sed solum ad eliciendum ipsum promptè, & delectabiliter. Ergo nec habitus charitatis requiritur necessariò ad eliciendum actum charitatis simpliciter, sed solùm ad eliciendum eum promptè, & delectabiliter.

Tertia.

Præterea secundum Phil. in 2. Ethicorum cap. 5. & in 5. Methaphys. tex. 25. Potentia est, per quam simpliciter possumus,

B habitus autem per quem nos habemus ad actum benè, vel malè. Quod videtur verum etiam de actu supernaturali, vnde character non dicitur habitus, sed potentia supernaturalis exercendi actionem supernaturalem, vt character ordinis, & cõfirmationis, vel recipiendi aliquid supernaturale, vt character baptismalis. Sed charitas non est potentia, sed habitus. Ergo sine charitate sibi formaliter inhærente potest voluntas in actum charitatis. Maior declarata est. Minor probatur dupliciter. Primò, quia charitas communiter dicitur virtus theologica. Virtus autem est habitus, vt patet per Philosophum in Prædicamentis. Secundò, quia Augustinus in 2. de libero arbitrio lib. 2. c. 2. & 18. ponit tria genera bonorũ, scilicet [Minima] species corporũ [Media]

C potentias animæ: & his duobus (vt dicit) potest homo malè vti (quod intelligendum est etiam de potentijs supernaturalibus, vt apparet de charectere Ordinis, & Confirmationis, & huiusmodi,) & [Suprema] vt virtutes, & his nullus potest malè vti, vt etiam dicitur in definitione virtutis. Sed charitate nullus potest malè vti, vt de se patet. Ergo &c.

Quarta.

Præterea. Intellectus potest assentiri supernaturalibus sine omni habitu fidei existente in intellectu. Ergo homo potest diligere Deum supernaturaliter sine omni habitu charitatis existente in voluntate. Consequentia videtur probabilis per consimilẽ proportionem. Antecedens probatur, quia assentiri supernaturalibus non propter euidentiam signorum, sicut dæmones, aut propter voluntatem mouentem intellectum

D sicut in hæreticis, est assentiri supernaturale. Sed hoc potest Spiritus sanctus, quia causa prima potest in effectum causæ secũdæ sine ipsa. Ergo &c.

2. cõclusio Auctoris

¶ Secundo probandum est, quod quãquis de potentia absoluta Spiritus sanctus pos-

possit mouere voluntatem sine omni habitu inhærente ad actum dilectionis meritoriæ, seu supernaturalis, non tamen talis habitus charitatis non ponendus est in voluntate; & per cōsequens opinio Magistri prædicta non est vera. Quòd potest ad præsens probari multipliciter.

1. Ratio. Primò, quia non minus perfectus est homo quantum ad charitatem, quàm quantum ad virtutes morales, sed quantum ad alias virtutes est perfectus non solum respectu operis, sed respectu etiam sui, quia virtus bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit; respectu etiam operis est homo perfectior cum habitu, quàm sine habitu, quia habitus facit promptè, & delectabiliter operari; habens etiam habitum est perfectus pro semper, non solum pro tunc quando operatur. Assistentia autem Spiritus sancti ad mouendum voluntatem, non est, nisi quando mouet eam, cum Deus non dicatur esse in aliquo specialiter, nisi propter specialem effectum. Ergo præter assistentiam Spiritus sancti ad mouendum voluntatem est ponēdus habitus charitatis in voluntate propter prædicta.

Secunda. Præterea carens charitate, caret omni virtute, vt patet per doctrinam Apostoli 1. ad Corinthios 13. Vnde & charitas dicitur forma omnium aliarum virtutum. Sed nisi charitas sit habitus inhærens voluntati, omnis nisi actu diligens caret charitate. Ergo omnis talis caret omni virtute; & hoc est valdè irrationabile dictum, cum secundum omnes per solum peccatū mortale homo priuetur charitate, & virtutibus alijs; talis etiam non esset iustus, nec particeps bonorum Ecclesiæ, nec aliquod opus virtuosum ex genere sibi posset prodesse ad vitam æternam, nisi solum esset factum tale opus tunc, quando actu dilectionis fertur in Deum.

Tertia. Præterea, Diuina Sapientia disponit omnia suauiter, vt dicitur Sap. 8 quia scilicet eius causalitas non excludit causas medias, idest virtutes actiuas, & passiuas rebus creatis inditas. Sed non minus ordinatè, & suauiter Deus disponit creaturas quò ad esse gratuitum, quàm quò ad esse naturale. Ergo motio, qua Spiritus sanctus mouet volūtatem ad actum dilectionis meritoriæ, non excludit ab ipsa habitū charitatis, per quē talis actus ei efficitur quasi connaturalis, & facilis, & delectabilis, sicut & per virtutes actiuas, & passiuas naturales rebus creatis inditas efficiuntur actiones, & passiones faciles, & delectabiles, & connaturales rebus ipsis.

Quarta, & postrema. Præterea habitus facit promptè, & delectabiliter operari, vt patet ex 2. Ethic. Sed sancti homines experiuntur hunc actum delectabilius, & promptius elicere, quàm aliquem alium. Ergo habitus charitatis ponendus est in voluntate.

A Nec contra prædicta videtur loqui * Fr. Thomas si diligenter dicta eius inspiciātur. Hoc enim solū probat vbique, quòd si talis habitus non ponatur in anima, actus charitatis non esset nobis sic connaturalis, & facilis, & delectabilis, & perfectus, sicut actus aliarum virtutum, non autem, quod nullo modo voluntas possit in hunc actum mota à Spiritu sancto.

* D. Thomę doctrina. Vocat aūt illū Fr. Tho. quia nō dū erat canonizatus.

PVNCTVM II.

An charitas dici possit habitus vel non.

SECVNDO principaliter est probādum, quod si ad actū dilectionis meritoriæ eliciendum necessarium est ponere B in voluntate aliquid creatum, vt supra probatum est, quod id tale est habitus, & non potentia. Quod potest ad præsens probari tripliciter.

Prima ratio. Primo, quia potentia est, per quam simpliciter possumus in actum, habitus autem per quem nos habemus ad actum benè, vel malè, vt patet per Philosoph. in 5. Metaph. & in 2. Ethic. Sed vt per prædicta patet, supposita motione Spiritus sancti per solā voluntatem possumus in actū dilectionis meritoriæ, per habitum autem charitatis possumus in eundē actum benè, hoc est prōptè, & delectabiliter, & faciliter. Ergo &c.

Secunda. Præterea, secūdum eundem Philosophū in eodem 2. Ethic. secundum habitum dicimur boni, vel mali, & laudamur, vel vituperamur, non autem secundum potētias, quod oportet intelligere, etiam de potētijs C supernaturalibus, cuiusmodi sunt characteres, quos habens non est necessariò bonus, & laudabilis, sed potest esse malus, & vituperabilis, vt de se patet. Habens autem charitatem, secundum charitatem denominatur bonus necessario, & non malus, & laudatur, & non vituperatur. Ergo &c.

Tertia. Præterea, Augustinus in 2. de libero arbitrio ponit tria genera bonorum, vt etiam allegabātur, .s. [Minima,] vt species corporū; [Media,] vt potentias animæ, & [Magna,] vt virtutes. Et dicit, quod minimis, & medijs bonis potest homo benè, & malè vti; Magnis autem, vt virtutibus nullus potest malè vti, vt etiam ponitur in diffinitione virtutis, quam ponit Magister in 2. Sentēt. Sed charitate nullus potest malè vti, cum vsus charitatis sit actus eius. Ergo charitas est virtus quædam, & per consequens D habitus, & non potentia.

Soluuntur argumenta proposita initio.

AD L. AD primum ergo Argumentum factū in obijciendo dicendum per intercep-

tio-

tionem antecedentis. Et ad eius probationem dicendum, quod lumen gloriæ non se habet per correspondentiam ad lumen naturale intellectus agentis, & lumen gratiæ quantum ad subiectum immediatum, vt supponebatur in argumento, sed correspondet vtriq; lumini quantum ad aliqua alia, vt pote, quòd sicut lumen intellectus agentis est nobis necessarium ad notitiam naturalem, & lumen gratiæ ad notitiam fidei meritoriam, sic, & lumen gloriæ ad visionẽ beatificam dicitur esse necessariũ. Vel potest dici, quod sicut in viatoribus secundum communiorem opinionem ponitur hoc lumen supernaturale, scilicet, lumen gratiæ, quæ est sicut in subiecto in ipsa essentia animæ, per quod tota anima eleuatur ad quoddam esse supernaturale; & lumen fidei (quòd non credo esse aliud, quàm habitum fidei, quæ est sicut in immediato subiecto in intellectu possibili) sic & in beatis hoc lumen gloriæ ponendum est, vnum scilicet in ipsa essentia animæ, per quod tota anima ad quoddam esse supernaturale, scilicet, beatificum eleuatur, (de quo intelligi debet illud commune dictum, quo consueuit dici, quod gloria est gratia cõsummata) & aliquid in ipso intellectu possibili, quo disponitur intellectus ad visionem beatam.

AD II. Ad secundum dicendum. Quod potentia ex se determinata ad vnum tantùm, non indiget habitu ad eliciendum actum prompte, & delectabiliter, vt apparet de potentijs vegetatiuis. Sed potentia determinata ad vnum tantùm non ex se, sed quoddam alio præsupposito, indiget habitu ad eliciendum actum promptè, & delectabiliter, vt apparet de appetitu, qui supposita prudentia in intellectu est determinatus ad actum virtutum moralium, vt patet per Philosophum in Ethicis, & tamen indiget habitibus virtutum moralium ad eliciendum tales actus promptè, & faciliter.

AD III. Ad tertium dicendum. Quòd ex hoc, quod Deus est infinitæ virtutis sequitur, quòd possit mouere voluntatem de potentia absoluta ad actum dilectionis meritoriæ sine omni habitu medio, vel dispositione, vt supra probatum est; quia tamen infinitas virtutis eius non excludit causas medias, idcirco cum motione Spiritus sancti ponendus est in voluntate habitus charitatis, per quem actus dilectionis meritoriæ possit haberi promptè, & delectabiliter à quocunq; sit effectiuè, siue à Spiritu sancto, siue etiam à voluntate, de quo nihil ad præsens.

Ad 1. Cõfirmationẽ. Et ad primam Confirmationem dicendum, quòd in supernaturaliter factis, tota ratio effectiua facti, est potentia facientis, potest tamen cum tali potentia concurrere vt concausa aliqualiter, aliqua

A dispositio ex parte facti, sicut apparet de ipso dono gratiæ supernaturali, quod cõfertur adultis solùm se disponentibus ad ipsum recipiendum, quæ dispositio consistit in detestatione mali, & appetitu boni; & similiter in proposito cum motione Spiritus sancti ad eliciendum actum dilectionis supernaturalis promptè, & delectabiliter cõcurrit, vt concausa aliqualis, dispositio quædam ex parte voluntatis, quæ est habitus charitatis.

Ad 2. Cõfirmationẽ. Ad secundam autẽ Confirmationẽ eiusdem rationis dicendum. Quòd cũ habitus sit habilitas quædam, & facilitatio potentię ad actum; ad eliciendum actum faciliter, & delectabiliter, requiritur in potentia habitus. Sed ad recipiendum ipsum habitum, etiam supernaturalem nihil aliud necessariò præexigitur in potentia; sicut in naturalibus qualitas inest substantiæ mediante quantitate, vt color mediante superficie, quantitas autem inest immediatè ipsi

B substantiæ. Et sicut in moralibus actus virtuosus inest potentiæ mediante habitu, habitus autem inest immediatè.

AD IV. Ad quartum dicendum, quòd per illam rationem nihil plus probatur, nisi quòd de potentia absoluta Deus potest mouere voluntatem ad actum dilectionis supernaturalis sine omni habitu medio, vt supra concessum est. Vnde argumentum non est cõtra prædicta.

AD V. Ad quintum dicendum, quòd habituatus in malo, de nouò ad Deum conuersus experitur difficultatem in actibus virtuosis per accidens; quia scilicet tales actus habent quandam repugnantiam ad habitus vitiosos acquisitos, qui adhuc remanent in ipso, qui sunt quasi quædam prohibentia tales actus elici faciliter, & de-

C lectabiliter; quantùm tamen est ex parte charitatis præcisè, tales actus essent faciles, & delectabiles. Sicut medium spissum, vt aqua, vel huiusmodi prohibet motum grauis nè sit velox, & facilis, qui tamen quantùm est ex parte grauitatis esset facilis, & velox; quòd autem est pondus in corporibus, hoc est amor in spiritibus secundum Aug. lib. 13. con. c. 3. [Amor meus, pondus meum, eò feror quocunq; feror.] Actum autem ipsius dilectionis, et talis de nouo conuersi, experiuntur esse satis faciles, & delectabiles.

AD VI. Ad sextum dicendũ, quòd Philosophus loquitur de habitibus acquisitis ex actibus, in quorum notitiam deuenire possumus ex ipsis actibus per quos acquiruntur, quos semper promptè, & delectabiliter opera-

D mur post acquisionem habituum, quos habitus tantum nouit Philosoph. Non autem loquitur de habitibus nobis à Deo infusis, quos non nouit, & per quos non sic promptè, & delectabiliter operamur, sicut per habitus acquisitos propter causam prædictã.

AD VII. Ad septimum dicendum, quod habitus acquisitus facit promptè, & faciliter operari, & etiam habitus infusus, nisi sit aliquid impediens, scilicet habitus vitiosus acquisitus, vt patet per prædicta in solutione quinti argumenti. Nec tamen per talem promptitudinem, & facilitatem potest cognosci ipse habitus infusus ab habente per certitudinem propter similitudinem, quæ est inter actus habituum acquisitorum, & actus habituum infusorum.

AD VIII. Ad octauum dicendum, quòd sicut essentia animæ est receptiua actuum suorum immanentium mediantibus potentijs, ipsarum autem potentiarum est subiectum immediatè receptiuum. Sic & potentia est receptiua actus supernaturalis mediante habitu supernaturali, ipsius autem habitus supernaturalis est receptiua immediate, eo quòd per habitum potentia habilitatur ad actum, habitus enim quædam habilitatio est potentiæ ad actum, respectu autem habitus ipsa potentia est de se habilis non mediante aliquo alio. Nec concedendum est simpliciter, quod supponebatur in eodē argumento, scilicet, habitum esse aliquid perfectius actu nisi fortè quantùm ad permanentiam. Simpliciter autem actus est aliquid perfectius habitu, quoniā habitus habet rationem potentiæ respectu actus, actus enim simpliciter est perfectior potentia, vt patet per Philosophum in multis locis, propter quod etiam felicitas est in actu tanquam in optimo, & non in habitu, vt patet per Philosophum in Ethicis. Et ad illud per quod probabatur oppositum. Dicendum, quòd causa totalis est perfectior effectu, vel etiam causa principalis, non autem causa partialis, & secundaria, vt patet de scientia respectu animæ, & phantasmatis, talis autem causa est habitus respectu actus, causa autem principalis ipsius est animæ essentia cum sua potentia.

QVAESTIO II

Vtrum fruitio charitatiua possit habere Deum pro immediato obiecto, vel immediatum obiectum eius sit visio beata.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod immediatum obiectum fruitionis beatę nō sit Deus, sed eius visio. Quia quando ad constitutionem alicuius concurrunt duo, per quorū vnum, illud conuenit cum alijs eiusdem generis, per aliud autem differt ab eis; illud per quod ab eis differt, est formale in ipso, vt patet de sensitiuo, & rationali in homine. Sed obiectum appetitus intellectiui in ratione boni, conuenit cum obiecto omnis appetitus, vt patet in principio 1. Ethicor. sed differt ab omni tali obiecto in ratione appræhensi per intellectum. Ergo appræhensio intellectualis est immediatū, & formale obiectum omnis actus appetitus intellectiui, & per cōsequens fruitionis beatæ.

II. PRÆT. Illud est immediatum obiectum fruitionis, per quod fruitio distinguitur à desiderio, & amore, non per quod cōuenit cum eis, vt patet per dicta in præcedenti ratione. Sed hoc est habitio, quæ in patria est per visionem; Amor enim potest esse habiti, & non habiti, desiderium autē est non habiti tantùm, fruitio autem est vltimi finis tantùm habiti, vt communiter dicitur. Ergo immediatum obiectum fruitionis in patria est visio beata, & non Deus.

PRÆT. Actus voluntatis est sequela actus intellectus. Sed eodem actu aliquis videt Deum, & videt se videre Deum. Ergo eodem actu aliquis fruitur Deo, & eius visione, cuius actus per consequens immediatum obiectum est visio Dei, mediatum autem Deus, quia visionis obiectum est Deus; & visio Dei magis propè se habet ad visionem, & fruitionem, quàm Deus. Probatio minoris. Sicut impossibile est idem corpus simul figurari duabus figuris, sic eundem intellectum simul informari duabus intellectionibus, vt communiter dicitur. Ergo quando aliquis intelligit se intelligere aliquid, aut hæc intellectio est falsa, aut tunc simul sunt intellectio, quā intelligit se actu habere, non habuisse tantū; & intellectio, qua etiā intelligit se habere, idest actus rectus, & reflexus. Ergo si actus reflexus est verus, & simul cū recto, est idē cū eo. III.

PRÆT. Amor concupiscentiæ habet pro immediato obiecto aliquam perfectionem amantis, vt communiter dicitur, per quod differt ab amore amicitiæ, quæ habet IV.

pro

pro obiecto immediato amicum. Sed fruitio pertinet ad amorem cōcupiscentiæ. Ergo &c. Probatio minoris. Fruitio habet pro obiecto bonum diuinum in quantum est delectans fruentem, quia fruitio quadā delectatio est. Sed bonum delectabile, vel vtile dicitur esse obiectum amoris concupiscentiæ, bonum autem honestum amoris amicitiæ, quia amicitia propriè dicta est respectu boni honesti. Ergo &c.

V. PRÆT. Fruitio corporalis non habet pro obiecto immediato aliquid subiecto distinctum à fruente, vt corporalem fructū. Sed magis eius gustationem, vel perceptionem. Ergo fruitio spiritualis, patriæ scilicet, non habet fructum spiritualem, scilicet Deum pro obiecto immediato, sed eius cognitionem. Antecedens est per se manifestum. Consequentia videtur vera, quia de spiritualibus, ad quorum notitiam deuenimus per sensitiua corpora, iudicandum est proportionaliter, sicut & incorporalibus.

VI. PRÆT. Iis, quæ sunt vnus finis vltimus, & vnus fructus, est vna fruitione fruendum. Sed Deus, & eius visio sunt huiusmodi. Ergo &c. Maior videtur manifesta. Minor probatur, vbi vnum propter alterum tantùm, vtrobique vnum. Sicut apparet de medicina amara, quæ appetitur solùm propter sanitatem, & ideò eadem bonitas, & appetibilitas est sanitatis, & medicinæ amaræ. Sed Deus non habet rationem vltimi finis supernaturalis beati secūdum se acceptus, sed solùm ratione operationis, qua attingitur, & similiter nulla operatio hominis habet rationem vltimi finis, nisi sit respectu optimi obiecti, quod est Deus, vt sic. Ergo Deus, & eius visio sunt vnus vltimus finis, quamuis diuersis rationibus, scilicet, cuius, & quo, sicut etiam medicina, & sanitas sunt appetibiles diuersis rationibus, scilicet sicut finis, & id, quod est ad finem.

VII. PRÆT. Deus non potest habere rationem fructus immediati respectu hominis. Ergo non est immediatum obiectum fruitionis eius. Consequentia patet. Probatio antecedentis. Fructus habet rationem vltimi expectati à fruente. Sed Deus secundum se non expectatur, cum expectatio sit respectu futuri. Sed magis est habitio, seu visio, quòd idem est. Ergo &c.

VIII. Præterea. Illud est obiectum immediatum fruitionis, quod immediatè delectat, sicut illud est obiectum immediatum visionis, quod immediatè videtur. Sed Deus non potest immediatè delectare, sed aliqua operatio, qua Deum attingimus, cum delectatio perficiat operationem, vt patet 9 Ethic. perfectio autem inest immediatè perfectibili, & nulli alteri sine ipso. Ergo &c.

IX. PRÆT. August. dicit 10. de Trinit. cap. 10. [Quod fruimur cognitis, in quibus ipsis voluntas propter se ipsa delectata conquiescit.] Ex quo dicto videtur haberi, quòd obiectum fruitionis est cognitum. Sed cognitum dicitur à cognitione. Ergo fruitionis obiectum immediatū est cognitio, & non Deus.

A

Pro parte opposita.

SED CONTRA. Augustinus primo de doct. Christ. c. 3. dicit, quòd res, quibus fruendum est, sunt quæ nos beatos faciunt. Sed solus Deus facit nos beatos. Ergo, &c.

Responsio ad Quæstionem.

B RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis quatuor facienda sunt principaliter. Quia primò videndum est, quid importetur nomine fruitionis, & cuius potentiæ actus sit frui. Secundo, Vtrum actus intellectus per se pertineat ad obiectum voluntatis tanquā pars eius obiecti formalis. Tertio, Ponetur quæstionis principalis explicatio. Quarto, Refutabitur quædam sententia, & propria statuetur.

PVNCTVM I.

Quid importetur nomine fruitionis, & cuius potentiae actus sit frui.

C QVANTVM ad primum, sciendū est, quod secundum, quòd communiter dicitur, & benè, fruitio, & fructus ad idem pertinere videntur, & per consequēs vnum videtur ab alio deriuari. Sed adiungitur ad hoc, & dicitur, quòd magis nomen fruitionis videtur deriuari à fructu, quàm è conuerso, cuius ratio assignatur, quia cum nomina sint signa interiorum conceptuum sicut conceptus rerum, vt patet per Phil. in 1. Perher. & per August. in libris de Trinit. id quod est nobis primò, & magis manifestum videtur, quod primò etiam fuerit nominatum, sed nobis sunt prius manifestà, quæ sunt sensibilia magis. Ergo nomen fruitionis est magis deriuatum à nomine fructus, quam è conuerso. Cōmunis opinio.

Sed quamuis in hoc non debeat magna vis fieri, tamen videtur, quòd probabiliter possit dici oppositum. Oppositū defendi pōt ꝓbabiliter

D

Quòd potest ad presens probari tripliciter.

Primò sic. Sicut se habet visio, vel intellectio, vel volitio, & huiusmodi ad obiectū visum, vel intellectum, vel volitum, sic se 1. Ratio.

videtur habere fruitio ad fructum, qui est obiectum fruitionis, sicut res visa, vel intellecta, vel volita est obiectum visionis, intellectionis, vel volitionis. Sed obiectum visus, & huiusmodi denominatur tale ab actu visionis, vel huiusmodi, & non è conuerso, vt de se patet; obiectum enim dicitur visũ, & huiusmodi, denominatione extrinseca ab actu videndi, & huiusmodi, quo tale obiectum attingitur, non secundum rem, sed secundum rationem. Ergo, & nomen fructus magis deriuatur à nomine fruitionis, quam è conuerso.

Secunda. Praeterea Frui diuiditur contra vti, vt patet per Augustinum 10. de Trinit. cap. 10. & 1. de Doct. Christ. c.3. Sicut ergo se habet vtile ad vsum, sic se videtur habere fructus ad fruitionem. Sed nomen vtilis deriuatur ab vsu, & non è conuerso, vtile enim dicitur aliquid ex hoc, quòd homo ipso vtitur, vel potest vti. Ergo &c.

Tertia. Praeterea, secundum Philosoph. in libro de somno, & vigilia cap.2. eius est potẽtia, cuius est actus, & è conuerso; Eiusdem ergo aliquid est fruibile, & fructus. Sed res denominatur fruibilis à fruitione, & non è conuerso, fruibile enim dicitur aliquid ex eo, quòd aliquis potest eo frui. Ergo nomen fructus est deriuatum à nomine fruitionis, & non è conuerso.

Responsio ad argumẽtum in oppositum. Per hoc potest responderi ad argumentũ per quod probatur oppositum. Quamuis enim fructus sensibiles sint nobis magis noti, quàm fruitio ipsa secundum se accepta; tamen sunt minus noti, & per posterius, vt substernuntur nomini fructus. Sicut, & color, quamuis sit nobis magis notus, & per prius, quã actus visionis, vt patet per Philosoph. in 2. de Anima, tamen est minus notus, & per posterius ipso, vt stat sub nomine visus; & idcircò sicut color dicitur visus à visione, & non è conuerso, sic & res fruibilis dicitur fructus à fruitione, & non è conuerso. Quicquid tamen sit de hoc, nihil refert quantum ad propositum.

Vlterius sciendum est etiam hoc, quòd fructus propriè, vt etiam communiter dicitur, est illud, quòd vltimum de arbore expectatur, & tandem cum quadam suauitate, & delectatione percipitur; ex quo concludi potest, quòd fruitio potest tripliciter sumi; quia. Aut dicit perceptionem delectabilem alicuius, & sic est actus potentiae cognitiuae, vt de se patet. Aut dicit delectationem de percepto in ordine ad perceptionem praecise, quae delectatio est in perceptione, & de perceptione solùm; & sic etiam est actus solius potentiae cognoscitiuae. Et ratio est; quia sicut se habet motus ad quietem in naturalibus, sic se habet desiderium ad delectationẽ in habentibus cognitionem, vt communiter dicitur. Sed eiusdem est moueri, & quiescere. Ergo eiusdẽ est desiderare, & delectari; sed omnis potentia cognoscitiua naturaliter appetit, seu desiderat actum sibi conuenientem, & per

A consequens obiectum sibi conueniens in ordine ad actum suum, sicut, & omne perfectibile naturaliter appetit suam perfectionem. Vndè etiam dicitur Eccles. cap. 40. [Gratiam, & speciem desiderabit oculus tuus, & super haec virides sationes.] Ergo omnis potentia cognoscitiua naturaliter delectatur in actu, & obiecto sibi proportionato, & conuenienti. Vndè etiam dicitur Ecclesi. 11. [Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem.] Aut dicit delectationẽ de percepto non in ordine ad perceptionem, sed magis in quantùm est quoddã bonum secundum se, & conueniens percipienti, & sic est actus solius appetitus, qui sequitur aliquam cognitionem, vel perceptionem sensitiuam, vel intellectiuam, idest actus appetitus sensitiui, vel intellectiui,

B Quòd sic patet. Ille actus est actus potentiae appetitiuae, cuius obiectum est eiusdem potentiae, cum idem sit obiectum actus, & potentiae. Sed bonum secundum se, vel conueniens apprehensum per sensum, vel intellectum est obiectum appetitus sensitiui, vel intellectiui, vt potest patere per Philosoph. in fine 3. de anima, & in principio 1. Ethic. Ergo & delectatio cuius est obiectum tale bonũ, est actus appetitus duplicis supradicti Et quia ẽt nomina significãt ad placitum instituentis, & Beatus Augustinus, qui primò videtur tale vocabulũ explicasse, videtur accipere frui hoc tertio modo, vt patet ex 1. de Doct Christ. circa principium, & ex 10 de Trin. cap. 10. idcirco absolutè dicendum est, vt communiter dicunt Doctores, quòd frui est actus appetitus sensitiui, vel intellectiui.

C Et ad maiorem praedictorum euidentiã, duo intelligenda sunt. Et primum est quòd cum delectatio possit esse de fine, & de ijs, quae sunt ad finem, sola prima delectatio est fruitio. Quòd potest probari ex praedictis. Fruitio enim, vt supra declaratum est, dicitur à fructu, vel è conuerso; sed fructus, vt supra etiam dicebatur, est illud quod vltimò expectatur de arbore, tanquàm vltimus finis. Ergo &c. Vnde fruitionis genus est delectatio; differentia autem completiua eius est quietatio, fruitio enim est delectatio perfecta, scilicet, de vltimo fine quietans eius appetitum. Duo notabilia ad praedictorũ intelligentiã.

Secundò est intelligendum, quòd respectu finis, voluntas habet triplicem actum, scilicet volitionem, quae est respectu finis simpliciter accepti [Volũtas .n. est finis, electio aũt eorum, quae sunt ad finem,] vt dici-

D tur in 3. Ethic. c. 5. & intentionẽ quae est rẽspectu finis, vt in ipsum tenditur per ea quae sunt ad finem, & fruitionem, seu delectationem, quae est quietatio appetitus in fine iam adepto. Apparet ergo ex praedictis, cuius potentiae, vt principij à quo, actus est

frui, quia voluntatis: & eius vt obiecti: quia respectu vltimi finis: & eius vt fruentis, quia est omnium habentium cognitionẽ. Vnde August. dicit in libro 83. qq. q. 30. [Frui quidem cibo, & qualibet corporali voluptate non absurdè existimantur, & bestiæ,] perfectior autem est hominum, quàm brutorum, vt communiter dicitur, quia eorũ est non solum cognoscere illud quod est finis, & bonum simpliciter, & secundum se, sed etiam in quantum rationem habet finis, & boni.

PVNCTVM II.

Vtrum actus intellectus per se pertineat ad obiectũ voluntatis tãquã pars eius obiecti formalis.

Opinio aliquorum affirmatiua.

1. Ratio.

¶ SCIENDVM est, quòd quidam dicunt quòd sic; quod probant dupliciter.

Primò quia appetitus sensitiuus & intellectiuus differunt in hoc ab appetitu naturali, quòd sequuntur cognitionẽ appetentis, quam habent de ipso appetibili. Sed hoc non esset verum, nisi aliquo modo in obiecto voluntatis, & appetitus sensitiui includeretur esse cognitum, seu cognitio ipsa obiecti. Ergo &c.

Secunda.

Secundò, per commune dictum Magistrorum, qui dicunt, quod voluntas non potest velle nisi cognitum, quia esset actus sine obiecto. Ergo cognitio obiecti includitur per se in obiecto formali voluntatis tanquam eius pars.

Tertia.

Præter has duas rationes possunt adduci aliæ ad hoc ipsum probandum, non minus probabiles, quam istæ; quarum vna est, quia sub formali obiecto potentiæ cõprehenduntur omnia, ad quæ potest ferri potentia, sed omnia ad quæ fertur voluntas habent rationem boni, omnia autem habent rationem apprahensi boni. Ergo bonum in quantum bonum non est obiectum voluntatis, sed in quantum apprahensum bonum; & sic non bonitas, sed boni apprahẽsio est voluntatis obiectum.

Quarta.

Præterea ad idem. Secundum communem doctrinam fruitio respectu voluntatis, est sicut quies naturalis respectu rei naturalis. Sed quies rei naturalis, vt lapidis, non est respectu loci immediatè, sed magis respectu vbi, quod est in locato. Ergo fruitio, quæ est actus voluntatis, est sicut obiecti non respectu alicuius perfectionis fruẽtis, quæ non potest poni in proposito, nisi actus intelligendi, & non respectu alicuius subiecti à fruente distincti. Probatio minoris. Motus secundum Philosophum in Physicis est de genere termini ad quem. Sed motus localis est in vbi. Ergo eius terminus immediatus, qui est quies naturalis

A est in vbi, & sic idem, quod prius.

Quinta.

Præterea. Obiectum habet duplicem habitudinem, ad potentiam scilicet mouẽtis, & terminantis, vt communiter dicitur. Sed sola cognitio mouet appetitum ad actũ suum non autem bonitas. Ergo sola terminat, & sic idem, quod prius. Probatio minoris. Quod non est, mouere non potest, nec quod est, nisi sit propinquum mobili; sed non existente bonitate voliti in rerum natura, vt cibi, vel non existente propinqua appetenti, existente sola apprahensione boni in ipso, mouetur appetitus ad appetẽdum. Ergo &c.

Opinio recitata refellitur.

Impugnatio prima.

Sed contra hanc positionem arguitur dupliciter ad præsens.

Primò. Quia sicut obiectum formale visus est illud, quòd formaliter, seu præsentialiter videtur, & similiter obiectum intel-

B lectus est illud, quod intelligitur, & sic de alijs; sic obiectum formale voluntatis est illud, quod est principaliter volitũ, seu amatum. Sed sola bonitas est amata, & nõ eius cognitio, nisi alio actu ab eo, quo amatur bonitas, vt de se patet. Ergo &c.

Impugnatio secũda.

Præterea sicut nihil est volitum nisi intellectum: sic nihil est intellectum nisi sensatum, vel imaginatum saltem à nobis pro statu viæ, secundum illud Philos. 3. de anima, c. 1. [Nihil sine phãtasmate intelligit anima.] quamuis sit magis necessarius ordo inter intellectum, & voluntatem, quàm inter sensum, & intellectum. Sed sensatum, vel imaginatum non dicitur esse obiectum formale intellectus, sed sola quidditas rei materialis. Ergo &c.

Confirmatio rationis

Et confirmatur ratio, quia nec sensatum dicitur obiectum phantasiæ, quãuis sit ne-

C cessarius ordo inter sensum, & phantasiã.

Sententia Auctoris.

¶ Dicendum ergo, quòd sola bonitas est formale obiectum voluntatis, intellectio autem est conditio necessaria ipsius propter ordinem necessarium intellectus, & voluntatis, sicut materia, & forma præcisè sunt de ratione quidditatiua Sortis, quãtitas autem est eius conditio necessaria, sinè qua Sortes non potest esse in rerum natura, & esse phantasiatum est conditio necessaria obiecti intellectus humani pro statu viæ, non autem est formale obiectũ ipsius. Est autem magis necessarius ordo inter voluntatem, & intellectum, quàm inter intellectum, & sensum, tum quia inuenitur intelligere sine sentire, (vt in Angelis, & in anima separata,) non autem inuenitur velle sine intelligere; tum quia cum phantasmate concurrit ex parte obiecti intellectiui lumẽ

D intellectus agentis. Vnde possumus intelligere nõ sensata per alia sensata, vt animas, Angelos, & huiusmodi; non autem possumus velle non cognitum.

Obiectio.

Sed videtur, quòd bonum apprahensum per intellectum non sit obiectum adæquatum

tum voluntatis. Quia nulla potentia potest habere aliquem actum nisi respectu alicuius contenti sub obiecto suo adæquato. Sed voluntas habet hos actus respectu mali, vt communiter dicitur, scilicet odium, fugã, & tristitiam, sicut respectu boni habet tres alios, scilicet amorem, desiderium, & delectationem. Ergo &c.

Responsio. Ad quod dicendum est, quod prædicti tres actus sunt respectu mali, vt quòd appetitus refugit; carere autem malo, & fugere ipsum habet rationem boni.

Responsio ad 1. argumẽtum recitatæ opinionis. ¶ Ad primum ergo, per quod probatur quod intelligere est formale obiectum voluntatis, vel pars formalis obiecti, dicendũ, quòd appetitus sensitiuus, & intellectiuus differunt ab appetitu naturali per hoc quod sequuntur cognitionem sensitiuam, vel intellectiuam obiecti, non quia talis cognitio sit obiectum formale vtriusq; appetitus, vel pars ipsius obiecti, sed quia est eius conditio necessaria, vt supra declaratum est. Et sic esse cognitum includitur in obiecto vtriusque appetitus, scilicet tanquam conditio necessaria; existens tamen extra rationẽ ipsius.

Ad secũdũ. Ad secundum dicendum, quod dictum Magistri rum cõmune, quo dicitur, quòd voluntas non potest velle incognitum, quia non potest esse actus sine obiecto, est verũ pro tanto, quia intelligere est conditio necessaria obiecti actus voluntatis, non quia sit formale obiectum ipsius, vel pars obiecti.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, quòd appræhensio est conditio necessaria obiecti voluntatis, & idcircò non omnia volita habent rationem boni, omnia autem habent rationẽ boni appræhensi; sicut omne desideratum est absens bonum, non autem est bonum nisi sit ens reale, quia ens, & bonum cõuertuntur, & tamen sola bonitas est obiectum desiderij; absentia autem quamuis sit conditio necessaria obiecti desiderij, per quam etiã solum differt ab obiecto amoris, & delectationis, non tamen est formale obiectũ ipsius. Quòd patet, tum quia absentia non desideratur, imò magis præsentia; quòd aũt non desideratur non potest dici obiectum desiderij; tum quia desiderium dicit aliquid positiuum, absentia negatiuum tantùm, positiui autem non potest esse obiectũ, quòd dicit solam negationem, seù priuationem; tum quia obiectum habet rationem causæ; idem autem per præsentiam, & absentiam est causa contrariorum. Ergo idem obiectum formale est causa desiderij si sit absens, & delectationis si sit præsens, sm̃ etiam illud Prouerb. cap. 13. [Desiderium si cõpleatur, delectat animam.] Ergo absentia non est formale obiectum desiderij, nec pars ipsius, sed sola bonitas desiderata.

Ad quartũ. Ad quartum dicendum, quod fruitio respectu voluntatis est, sicut quies naturalis respectu rei naturalis quantùm ad hoc, quia
A per fruitionem voluntas fruentis quiescit in re fruibili, vt patet per Aug. auctoritatem præallegatam, non autem oportet quòd sit similitudo quantùm ad omnia. Vel potest dici per interemptionem minoris; quies .n. naturalis propriè loquendo est in loco naturali, & non in vbi imò est ipsum vbi stãs, sicut motus localis est vbi fluens. Et ad illud per quod probabatur oppositum, dicendum. quòd motus localis dicitur esse in vbi, quia scilicet est ipsum Vbi fluens secũdum communiorem doctrinam, sicut alteratio dicitur esse motus in qualitate, quia scilicet est qualitas fluens, & sic de cæteris motibus.

Ad quintũ. Ad quintum dicendum, quòd obiectum voluntatis est terminans ratione eius quod est in eo formale, mouens autem ratione conditionis necessariæ ipsius: quę tamen
B est extra eius rationem formalem.

PVNCTVM III.

Ponitur quæstionis principalis explicatio.

QVANTVM ad Tertium est sciendum, quòd aliquid esse immediatum obiectum alicuius actus potest intelligi dupliciter, scilicet, vel simpliciter, vel in genere obiectorum.

Primò modo constat, quòd Deus non est immediatum obiectum fruitionis, sed mediante actu intellectus propter necessarium ordinem, qui est inter actus intellectus, & voluntatis, vt supra declaratum est,
C nec per consequens de hoc est quęstio pręsens, sed de secũdo modo est quæstio. Vtrũ scilicet fruitionis beatę sit obiectum immediatum Deus, sic scilicet, quòd nihil aliud sit obiectiuè mediũ interueniens inter actũ fruitionis beatæ ipsius creaturæ, & Deum.

PVNCTVM IV.

Quædam sententia recensetur, & refellitur, & propria statuitur.

QVARTO principalitèr sciendum est, quòd circa hanc quæstionẽ sunt duo modi dicendi.

¶ Quidam enim dicunt, quod beatæ fruitionis obiectum immediatum modo
D exposito accipiẽdo immediatum, est actus intelligendi, seu videndi Deum, & non Deus ipse; principale autem obiectum, seu mediatum est ipse Deus. Vtrumq; autem eorum probãt. Et primò primum, scilicet, quòd obiectum immediatum fruitionis beatæ Primum dictum probatur.

beatæ non sit Deus, sed actus, quo Deus attingitur à nobis, scilicet, visio beata. Quod A probant tripliciter.

1. Ratio. Primò sic. Immediatum obiectum amoris concupiscentiæ non est res subiecto distincta à concupiscente; sed fruitio pertinet ad amorem concupiscentiæ. Ergo eius immediatum obiectum non est Deus, qui est subiecto distinctus à fruente. Sed magis aliquis actus, quo à fruente attingitur, scilicet visio ipsa beata. Maior videtur manifesta. In hoc enim distinguitur amor concupiscentiæ, vt cõmuniter dicitur ab amore amicitiæ, quia amore amicitiæ amatur amicus, qui est subiecto distinctus ab amãte, amore autem concupiscentiæ amatur aliqua perfectio, quam nobis volumus, vel amicis inesse, vel aliquid extrinsecum ratione actus nobis inhærentis, quo illud à nobis attingitur, vt vinum ratione gustationis, vel equus ratione equitationis, & sic B de alijs. Minor probatur dupliciter. Primò, quia delectatio de Deo habito respondet desiderio de Deo habendo. Sed per tale desiderium nihil desideramus Deo, cum nil futurum possit ei aduenire, sed desideramus nobis aliquod bonum, hoc est Deũ habere, vel videre, & huiusmodi. Ergo delectatio de Deo habito nõ est amor amicitiæ ad Deum, sed amor concupiscentiæ retortæ ad nos. Secundò probatur eadem minor, quia amor habens pro obiecto formali bonum vtile, vel delectabile est amor concupiscentiæ, sic est in proposito. Ergo &c.

Secunda. Præterea ad principale arguitur secundò sic. Idem est obiectum desiderij præcedẽtis, & delectationis sequentis, sicut idem est terminus, in quo est quies, & ad quem est motus. Sed immediatum obiectum desi- C derij non est Deus, sed aliquis actus, quo Deum attingimus, obiectum enim desiderij est aliquid futurum, Deus autem secundum se non est futurus, sed eius visio, vel manifestatio est nobis futura. Ergo &c.

Tertia. Præterea Tertiò. Omnis amor habet aliquid complexum pro obiecto, cum volũtas sequatur actum intellectus componentis, & diuidentis, qui solum dicit quid est conueniens ad prosequendum, vel fugiendum. Sed Deus vt sic est aliquid incõplexum; & per modum incomplexi appræhẽsus; Deum autem videre, vel manifestari nobis est aliquid complexum. Ergo Deus secundum se non potest esse obiectũ amoris desiderij, vel delectationis, sed solùm eius visio, vel manifestatio, vel aliquid huiusmodi.

Secundum dictum allatæ opinionis probatur. ¶ Secundum prædictorum probatur, D quia oportet actum quietantem voluntatẽ esse perfectissimum summa perfectione possibili haberi ab humana natura, alioquin restaret aliquid desiderandum, & non esset quies. Sed actus, quò fruimur sicut immediato obiecto quietat voluntatem, vt patet ex ratione fruitionis. Ergo oportet actum illum esse perfectissimũ perfectione possibili haberi ab humana natura; sed sũma perfectio possibilis haberi ab homine est actus nobilissimæ potentię, .s. intellectus respectu nobilissimi obiecti, quod est Deus. Ergo actus, quo sicut immediato obiectę fruimur, habet visionem Dei pro obiecto proximo, & immediato, & per cõsequens ipse Deus est obiectum remotum fruitionis.

Confirmantur autem prædicta quadrupliciter.

Cõfirmatio 1. Primò per simile, siuè exẽplum. Simile enim iudicium videtur de fruitione corporali, & spirituali. Sed fruitio corporalis habet pro obiecto immediato fructus corporalis gustationem, vel perceptionem, pro obiecto autem principali, & mediato habet fructum corporalem subiecto distinctum à fruente. Ergo fruitio spiritualis Patriæ habet pro obiecto immediato Dei visionẽ, pro principali autem mediato Deum subiecto distinctum à beato fruente.

Cõfirmatio 2. Secundò per dictum Philosophi in Ethicis, vbi dicit. quòd fruibile est, ex quo nihil aliud quid dignius prẹter visionem q̃ritur. Sed vsus fruibilis est actus, quo fruibile attingitur. Ergo talis vsus, seu actus est immediatum obiectum fruitionis, illud autẽ, quòd Philosophus vocat fruibile est eius obiectum remotum.

Cõfirmatio 3. Tertiò per dictum Aug. in 1. de Doct. Christ. c. 3. vbi dicit, quod res quibus fruẽdum est, nos beatos faciunt. Sed Deus facit nos beatos obiectiuè, actus, quo Deus, attingitur facit nos beatos formaliter. Ergo vtroque fruendum est, Deo scilicet, sicut obiecto remoto, actu autem sicut obiecto immediato.

Cõfirmatio. 4. Quartò per dictum Fr. Thomæ 1. Sent. dist. 1. q. 2. art. 1. Vbi quærit, vtrũ solo Deo fruendum sit, in solutione secundi argumẽti; & prima secundæ quæst. 11. artic. 3. in solutione vltimi argumenti; qui vtrobique dicit, quòd quia obiectum non attingitur nisi per operationem, ideò eadem fruitione fruimur obiecto, & operatione, per quam obiectum attingitur. Quære alias rationes Durandi in 4. distinct. 49. q. 5. Fuit Durãdus contẽporaneus Auctoris.

§

Sententia Auctoris, & principalis quæstionis decisio, quo ad primã partem ¶ Sed his non obstantibus, quia, vt patebit ex solutione ipsorum non ex necessitate concludunt, dicendũ est, quòd Deus potest esse, & est de facto non solùm principale obiectum, sed etiã immediatũ fruitionis beatæ ipsius creaturæ. Quòd potest ad præsens probari multipliciter.

1. Ratio. Primò, quia secundum communem doctrinam, sicut fidei respondet visio, sic spei respondet tentio, & charitati fruitio.

Sed

Sed idem sub eadem ratione est obiectum fidei in via, & visionis in patria. Vnde Aug. dicit 1. de Trin. cap. 8. [Quod enim dixit famulo suo Moysi, Ego sum qui sum: Hęc dices filijs Israel, qui est, misit me ad vos &c. Exodi 3. hoc contemplabimur cum viuemus in æternum.] Sed constat, quòd ille, qui dixit Moysi prædicta verba, erat obiectum fidei Moysi; idem ergo est obiectum fidei, & contemplationis æternæ, quã expectamus in patria; idem etiam est obiectum spei, & tentionis, quia quòd speramus habebimus, & tenebimus. Ergo idem est obiectum charitatis viæ, & fruitionis charitatiuæ patriæ; sed Deus est immediatum obiectum charitatis, sicut & omnis virtutis theologicæ. Ergo Deus est immediatũ obiectum fruitionis charitatiuæ patriæ.

Secunda. Præterea. Communiter dicitur, quòd amor, desiderium, & delectatio se consequuntur in natura intellectuali, sicut in naturalibus, (vt in lapide) inclinatio, motus, & quies naturalis. Sed duplex est amor Dei, vt communiter dicitur, scilicet amor amicitiæ, qui habet Deum pro immediato obiecto, & amor concupiscentiæ, quo diligimus Deũ nobis, idest Dei visionem, & habitionem, quòd idem est; est etiam in nobis duplex desiderium respectu Dei, vnum, quo Deũ desideramus nobis, aliud, quo desideramus Deo bonum diuinum, non tanquam Deo futurum, sed tanquam Deo in futurum conseruandum, sicut etiam dicuntur Angeli beati desiderare in ipsum prospicere, 1. Petri cap. 1. cuius tamen prospectum habent præsentem. Ergo in beatis est duplex fruitio, seù delectatio, vna, qua delectatur, & gaudent de bono diuino in se, quæ correspondet primo amori, scilicet amicitiæ; & alia, qua delectantur, & gaudent de Dei visione.

Tertia. Præterea. Amicitia charitatiua est perfectior omni amicitia politica, vel naturali; sed in amicitia politica, vel naturali, vt parentum ad filios, vel alterius amici ad amicum experientia docet, & ad sensum apparet, quòd amicus vel parens non solùm gaudet de amici, vel filij visione, præsentia, vel conuictu, sed multò magis gaudet de bono ipsius, & amici, vel filij, quod videt in amico, vel filio. Ergo beatus gaudet in patria non solùm de Dei visione, sed multò magis de bono diuino in se tanquam de bono amici, & eius, quem diligit ex charitate; sed gaudium, delectatio, & fruitio respectu vltimi finis sunt synonyma. Ergo in beatis est duplex fruitio, & delectatio, quarum vna habebit Deum pro immediato obiecto, alia autem Dei visionem. Et con-

Cõfirmatio. firmantur hæ ambæ rationes; scilicet secũda, & tertia per Anselmum in Prosologion cap. 25. vbi sic dicit [Quantùm quisq; diligit aliquem, tantùm de bono eius gaudet. In illa igitur perfecta felicitate, sicut aliquis

A sine comparatione diligit Deum plus quã se, sic magis gaudebit de felicitate Dei, quã de sua.

Quarta. Præterea. Delectari in Dei visione potest cõuenire soli intellectui, sicut & omnis potentia delectatur in actu suo respectu obiecti conuenientis, vt supra in prima parte huius determinationis declaratum est. Sed fruitio beata de qua loquimur, est actus voluntatis cum sit actus charitatis, quæ est subiectiuè in voluntate. Vnde, & ab Augustino diffinitur frui, vt etiam dicebatur, quòd est amore inhærere, &c. Ergo fruitio de qua loquimur non habet pro obiecto immediato Dei visionem.

Quinta. Præterea. Auctor prædictæ positionis videtur expresè sibi ipsi contradicere in prima, & tertia ratione, per quas probat suum propositum, quia in tertia ratione dicit, & nititur probare, quòd nullius amoris potest

B esse obiectum Deus, in prima autem ratione dicit, quòd amoris concupiscentiæ est objectum perfectio aliqua amantis, amoris autem amicitiæ res subiecto distincta ab amante, hoc autem potest esse Deus, Deus enim est obiectum charitatis, quæ est amicitia quædam. Ergo potest esse obiectum amoris amicitiæ.

Sexta. Præterea. August. dicit, vt etiam allegabatur, quòd frui est alicui rei inhærere propter se, & ideò dicit, quòd solo Deo fruendum est. Ergo fruens debet per fruitionem inhærere Deo propter se, non propter eius visionem.

Septima. Præterea. Communiter dicitur, quòd delectatio, quæ est de cognitione venerea non est peccatum mortale, imò potest esse meritoria. Sed delectatio quæ est de ipsa re cogitata, semper est peccatum mortale,

C præcipuè si adsit consensus expressus, vel interpretatiuus in talem cogitationem; sed actus venereæ cogitationis non est subiectiuè in cogitante, sed obiectiuè. Ergo delectatio potest esse sicut de obiecto immediato de aliquo supposito distincto à cogitante, propter quòd solùm negabatur posse esse de Deo.

Decisio eiusdem quæstionis principalis quã tum ad secundã partem. ¶ Videtur etiam dicendum ad quæstionem propositam, quòd cum fruitio sit delectatio perfecta de vltimo fine; finis autẽ est duplex, scilicet cuius, idest res, & quo, idest operatio, qua res attingitur, fruitio potest esse de aliquo dupliciter. vno modo, vt de vltimo fine non simpliciter, sed in genere scilicet perfectionum nobis inhærentium, seu finium quo, & sic beati fruuntur visione Dei, quam & si non referant ad aliu vlteriorem nobis inhærentem, referunt ta-

D men ad Deum, qui est finis omnium. Alio modo potest esse fruitio de aliquo, vt de vltimo fine simpliciter, non solùm in genere, & sic fruuntur beati solo Deo. Et vtrumq; istorum potest ex prædictis probari dupliciter.

Pri-

Primò, quia delectatio sequitur amoré. Sed Deus solus simpliciter debet ꝓpter se amari amore amicitiæ, & nó propter aliud; beatitudo autem creata, amore concupiscétiæ debet amari propter Deum, non autem propter aliquam aliam perfectionem creatam vlteriorem. Ergo &c.

Secundò, quia fruitio est delectatio de summo bono, seù de vltimo fine, summú aút bonú simpliciter est Deus, qui est vltimus finis cuius, summú aút bonum in genere perfectionú nobis inhęrentiú est beatitudo creata, q̃ est vltimus finis quo. Ergo &c.

Responsiones ad obiecta allatæ opinionis. Ad primam rationem.

Ad primum ergo, per ꝙ probabatur, ꝙ Deus non potest esse immediatum obiectú fruitionis beatæ, potest dici. Primò per interemptionem maioris; amore .n. concupiscentiæ amamus aliquam perfectionem nó solùm nobis, sed etiam alijs, quæ vt in alijs existens est à nobis subiecto distincta. Vel dicendum, & melius per interemptionem minoris, quia vt supra declaratú est, aliqua fruitio beatorum pertinet ad amorem amicitiæ, & non ad amorem concupiscentiæ.

Et ad primá probationem illius minoris dicendum, ꝙ cum de róne veræ amicitię sit velle amico bonum, beati volunt, & desiderant Deo bonú suum, saltem largè loquédo de desiderio, eo modo, quo etiam dicuntur Angeli desiderare in ipsum prospicere, vt supra ét dicebatur, quamuis eius visio nó sit eis futura, sed præsens, volunt .n. bonum diuinum semper in futurum conseruari, quáuis hoc sit necessarium. Voluntas enim potest esse necessariorú, quamuis non electio, vt patet per Philosophum in Ethicis. Vel potest dici, & melius ad eandé probationem per interéptioné maioris, non semꝑ .n. delectatio de bono habito respondet desiderio de bono habendo, siue sit delectatio pertinens ad amorem concupiscentiæ, sicut est delectatio, quam Deus habet de sua felicitate, vel quá hét puer saluatus de felicitate ét sua, quorum neutrum præcessit desiderium de eadem felicitate habenda; siue sit delectatio pertinés ad amoré amicitiæ, sicut est delectatio, vel gaudium, ꝙ habet amicus de bono habito ab amico, quá nullú desideriú præcessit de eodem bono ab amico habendo, quia tali bono amicus núquá caruit, sicut est in proposito de gaudio, ꝙ habet beatus in patria de bono diuino à Deo habito. Quo supposito dicendum, quod delectationi, quam habet beatus de Deo habito, idest de Dei habitione, quæ est per visioné beatam, respondet desideriú de Deo habendo, idest desiderium p̃cedens in præsenti de visione Dei habenda in posterú, & hæc delectatio pertinet ad amorem concupiscentiæ; delectationi verò, quá hét beatus de Deo habito, idest de bono Dei à Deo habito, ꝙ hét Beatus per beatam visionem, nó correspondet desiderium præcedens de eodem bono diuino habendo à Deo, propriè

A loquendo de desiderio. Tunc .n. solú delectationé, quam quis habet de bono habito ab amico præcedit desiderium de eodé bono ab amico habendo, quando quis potuit amico desiderare aliquod bonum in posterum, quod non est in proposito, & talis delectatio, seu fruitio beatorum pertinet ad amorem amicitiæ, vt supra declaratum est.

Ad secundá probationem eiusdé minoris dicendum, ꝙ amor habens pro obiecto delectationem est amor concupiscentiæ, sed amor habés ꝓ obiecto amicú de cuius bono gaudet, & delectatur, est amor amicitiæ.

Responsio ad secundá.

Ad secundá róné principalé patet respósio per ea, quæ dicta sunt ad primá ꝓbationé minoris præcedentis rónis, quia eadé est probatio illa, & huius secundæ rónis. Dicédú ergo, ꝙ idé est obiectú delectationis, quá habet beatus de visione Dei, quę pertinet ad amoré concupiscentiæ, & desiderij p̃cedentis, & hęc delectatio ꝓpriè sequitur tale desideriú p̃cedens sicut quies terminum. B Sed obiectú delectationis, quá hét beatus de bono diuino, quæ pertinet ad amoré amicitiæ, non est obiectú desiderij præcedentis, quia nec talis delectatio sequitur desideriú præcedens, sicut quies terminú, cú talis delectatio pertineat ad amoré amicitię, desiderium aút præcedens ad amorem concupiscentiæ, quáuis sequatur ipsú quantú ad durationé.

Ad tertiam rationem.

Ad tertiá rónem principalé dicendum, ꝙ illa ratio simplicier concludit falsum cótra coẽm doctrinam, in qua ét contradicit sibi ipsi, vt patet per quintam rónem adductam contra eum. Vnde dicendum ad illam róné ꝙ etiam amor amicitię habet aliquid complexú pro obiecto, .s. Deum, vt ei volumus bonum, sicut .n. per amoré concupiscentiæ amamus aliquid nobis, vel alijs, sic ꝑ amorem amicitiæ amamus aliquem, vt eis volumus aliquod bonum. C

Ad argumenta secundi dicti.

¶ Ad argumentum secundi dicti patet responsio ex dictis in decisione secúdæ partis quæstionis principalis.

Ad primá Cófirmationem.

Ad exemplum autem, ꝙ adducitur de fructu corporali pro confirmatione eiusdem opinionis dicendum, quod non est simile, omnis enim fruitio corporalis fructus pertinet ad amoré cócupiscentiæ, quo amore solum fructus corporalis amari potest; fruitio autem beatorum aliqua pertinet ad amorem amicitiæ, vt supra declaratum est.

Ad secúdá Cófirmationem.

Ad auctoritaté Philos. p. dicendú, ꝙ illa auctoritas nihil facit pro eo, quia fruibile est finis, cuius volitio quam Philos. ibi vsú appellat, seu delectatio nó est ꝓpter volitioné alicuius alteri', sicut est de volitione eius, ꝙ est ad finé; sic .n. ét Aug. in 1. de Doct. Chr. D dicit, ꝙ omnis qui fruitur, vtitur. Vnde idẽ est dictum Philosophi cum eo, ꝙ supra dictum est, quòd fruitio est delectatio perfecta, quam quis habet de vltimo fine.

Ad auctoritatem August. dicendum, ꝙ idem August. exponit se ipsum; dicit enim

quod illę res, quibus fruendũ est, sunt Pater & Filius, & Spiritus sanctus. Ex quo patet, A quod loquitur August. quando dicit, quòd res, quibus fruendum est sunt, quæ nos beatos faciũt de eo, quòd facit nos beatos obiectiuè, non formaliter. Vel dicendum, quòd vtroq; scilicet Deo, & Dei visione, seu creata beatitudine fruendum est sicut obiecto immediato fruitionis, sed alia, & alia fruitione, vt supra declaratum est.

Ad 4. Cōfirmationē

Ad dictũ Fr. Thomæ, quòd allegat, dicẽdum, ꝙ Fr. Thomas vtrobiq; loquitur de fruitione, quæ est delectatio, & gaudiũ. de visione diuina, quæ ꝑtinet ad amorẽ cõcupiscẽtiæ, quare vere habet ꝓ obiecto immediato visionem Dei, pro principali aũt Deũ.

Propugnatorē se mõstrat doctrinæ S. Th.

Contrarium igitur opinionis impugnatæ expressè dicit Fr. Thomas 1. Sentent. dist. 1. art. citato. Et sic patet totum,

Soluuntur argumenta facta initio. B

AD I.

AD Primũ ergo factũ in obijciendo dicẽdũ per interẽptionẽ maioris. Sicut.n. homo differt à Deo per rationale, ꝙ est in eo formale, sic, & ab Angelo, cum quo est idẽ genere saltẽ logico per animal, vel sensitiuũ, ꝙ est in eo materiale. Obiectum etiã desiderij differt ab obiecto delectationis per absentiam, quæ est cõditio necessaria obiecti eius, non quæ est obiectum formale eius vel pars ipsius, vt supra probatum est.

AD II.

Ad secundum dicendũ eodẽ modo per interẽptionẽ maioris, non .n. oportet ꝙ immediatum obiectum fruitionis sit illud per ꝙ distinguitur fruitio à desiderio, & amore. Sed sufficit quod sit conditio necessaria obiecti ipsius, vt supra probatum est.

AD III.

Ad tertiũ dicendum per interẽptionem minoris. Actus .n. rectus, & reflexus nõ sũt C vnus actus, sed diuersi, cum actus distinguãtur per obiecta, & aliud sit obiectũ immediatũ actus recti, aliud reflexi, vt dicit Aristoteles. Et ad probationẽ illius minoris dicendum, ꝙ duo actus intelligendi alterius rõnis possunt esse simul in eodẽ, vt patet de visionę beata, & intelligere naturali, & de intelligere, quo Angelus intelligit essentiã suã, vel cęlum ꝙ mouet, vel ignẽ, cui alligatur, & de intelligere, quo intelligit alia à se. Dato etiã, ꝙ Beatus videns diuinã essentiã eodẽ actu in ipsa videat (sicut alia creata) sic, & ipsam suam felicitatem creatam .s. visionem, quia tñ tali actu appræhẽdit Deũ, & suam felicitatẽ esse duo bona distincta, & summè amabilia, vnum amore amicitię, & aliud amore concupiscentiæ, voluntas beati, frueretur duplici fruitione hoc dupli- D ci bono; quarũ vna pertinet ad amorẽ amicitiæ, alia autem ad amorem cõcupiscẽtiæ.

AD IV.

Ad quartum dicendũ per interemptionẽ minoris; aliqua.n. fruitio pertinet ad amorẽ amicitiæ, vt supra probatum est. Et ad eius probationẽ dicendum, ꝙ bonũ delectabile, cuius delectatio solùm amatur, est obiectũ amoris concupiscentiæ. Sed bonũ delectabile, idest bonũ amici, de quo amicus gaudet, & delectatur, est obiectũ amoris amicitiæ, vt supra declaratum est, & tale bonũ potest esse bonum honestum.

Ad quĩtum patet rẽspõsio ex dictis supra. AD V.

Ad sextũ dicendũ, ꝙ quãuis Deus, & Dei visio habeant rõnem vnius vltimi finis perfecti, tñ vnum habet rõnem summè amati amore amicitiæ, aliud autẽ amore concupiscentiæ, & per consequens vtroq; fruimur diuersa fruitione, quarum vna pertinet ad amorẽ amicitiæ, alia autem ad amorẽ cõcupiscentiæ. Secùs est de sanitate, & medicina amara, quę nihil bonitatis, & appetibilitatis ex se habet, sed solũ in ordine ad sanitatẽ, & eodẽ amore amatur, quo ipsa sanitas s. amore cõcupiscentiæ. Vel dicendũ per interẽptionẽ minoris. Visio .n. Dei, & Deus nõ sũt vnus vltimus finis propriè loquendo; quòd patet; tũ quia non sunt vna rõne vltimus finis, sed Deus est vltimus finis cuius, visio aũt Dei est vltimus finis quo, tum quia Deus ẽ finis hominis, vt eius, ꝙ est ad finẽ. visio aũt Dei est finis hominis sicut tendentis in finẽ, & ipsũ postea attingentis, nõ autẽ sicut eius, ꝙ est ad finẽ, quia omne accidens est sicut ꝓpter finẽ s. ꝓpter substantiã perficiendam. Et ad ꝓbationem illius minoris dicendũ, ꝙ maior eius hẽt veritatẽ in ijs, quę sunt vnius rõnis sicut in exẽplo, ꝙ ibi ponitur de medicina amara, & sanitate, quorum vtrumq; appetitur obiectiuè, non aũt in ijs quæ sunt diuersarum rõnum, sicut efficiẽs, & forma non sunt vna causa, quamuis efficiens nõ sit causa nisi ꝓpter formã, quã imprimit passo quia non sunt causę eiusdem rõnis. Et similiter non sunt vnus vltimus finis hoĩs Deus & Dei visio, quamuis nec visio sit finis nisi quia est talis obiecti, nec Deus nisi ratione actus, quo attingitur, quia non sunt finis vnius rationis, vt supra probatum est.

AD VI.

Ad septimũ dicendũ, ꝙ non est de rõne fructus necessariò, ꝙ sit aliquid vltimò expectatum, sed sufficit, ꝙ habeat rõnem boni delectantis fruentem, cũ fruitio sit quædam delectatio. Vnde, & Deus fruitur seipso, & puer etiam saluatus fruitur Deo, qui non habet rationem expectati, non enim Deus fuit expectatus à seipso, vel à tali puero, vel etiam ab anima Christi fruente Deo ab instanti suæ conceptionis. Fructu etiam corporali potest aliquis frui absq; tali expectatione, vt experientia docet, Vel dicendum, quod fructus qui est obiectum fruitionis, quæ pertinet ad amorem cõcupiscentię est, vel potest esse aliquid expectatum à fruẽte, sed fructus qui est obiectum fruitionis pertinentis ad amorem amicitiæ non est quid expectatum à fruente, nisi quando amicus bonũ amici de quo gaudet, & lætatur amico expectauit quandoq; futurum, quod nõ est in proposito, vt supra declaratum est. AD VII.

Ad

AD VIII. Ad octauum dicendum, quòd quamuis Deus non possit delectare beatum, nisi mediante operatione, qua Deus à beato attingitur; tamen talis operatio nō mediat obiectiuè inter Deum, & beatum fruentem, propter quod nec debet dici obiectum immediatum talis fruitionis, vt supra declaratum est.

A

AD IX. Ad nonum dicendú est, ꝙ pro tanto Aug. dicit, ꝙ fruimur cognitis, quia impossibile est frui aliqua re, nisi præcedente illius rei cognitione, saltem ordine naturæ; quæ tamen cognitio non est obiectum talis fruitionis, vt supra dictum est.

QVAESTIO III

Vtrum Gratia, & Charitas sint idem re absoluta.

Pro Parte Affirmatiua.

ARG. I. VIDETVR Primò quòd sic. Quia quorú idem est actus essentialiter, illa videntur esse eadē. Sed grę, & charitatis ē idē actus, s. facere hominem Deo gratú, & carú, q̄ sunt idē, & reddere opus hoīs meritoriū. Ergo &c.

Cōfirmatio 1. Et confir. rō per Apost. qui vtrumq; s. esse, & opari supernaturale attribuit vtriq; s. gratiæ 1. Cor. 15. [Gratia Dei sú id, quod sum,] & subdit [Abundantius omnibus laboraui, non ego, sed gratia Dei mecum,] & charitati 1. Corinth. 13. [Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habuero nihil sum;] & subdit, [Charitas omnia suffert, omnia sperat &c.]

Cōfirmatio 2. Et confirmatur secundò eadē ratio, quia gratiæ conuenit diffinitio virtutis, tam illa quam ponit Philosoph. in 2. Ethic. c. 6. scilicet, Virtus est, quæ bonum facit habentē, & opus eius bonum reddit, quàm illa, quā ponit Aug. in lib. 2. de Lib. Arbitr. c. 18. s. [Virtus est bona qualitas mentis &c.] Ergo gratia est virtus, sed non nisi charitas, quia cæteræ possunt esse sine charitate, vt patet per Apostolum 1. Corinth. c. 13. Ergo &c.

PRÆT. Sicut æquiuoca differunt re significata per nomen, & sunt idē nomine, sic ē cōtra synonyma sunt idē re significata, & nomine solo differūt; sed gratia, & charitas sunt huiusmodi; charitas. n. denominatiuè dicitur à charismate, ꝙ Græcè sonat gratiā. Ergo &c.

II PRÆT. Quando aliqua duo habent se, vt prius, & posterius, & vtrūq; dicit aliquā naturā actualē absolutā, prius virtute diuina pōt absolui à posteriore, vt patet de subiecto, & accidente, Deus. n. pōt facere quicquid contradictionē nō implicat. Prius aūt esse sine posteriori est huiusmodi, aliàs esset dependens à posteriori, & per consequēs nō prius sed posterius; depēdēs. n. sm̄ ꝙ huiusmodi est posterius eo, à quo dependet. Sed gratia si differt à charitatē est ea prior sm̄ naturam, sicut essentia est prior potentia; & vtrūq; dicit naturā absolutā actualē. Ergo aliquis poterit habere gratiā, & carere charitate, & sic talis esset dignus vita æterna sm̄ illud Rom. 6. [Gratia Dei vita æterna] & nō dignus propter carētiā charitatis, & per cōsequēs talis decedēs assequeretur vitā æternā, & non assequeretur, ꝙ est inconueniēs.

B

Et confirmatur ratio, quia saltē intellectus pōt considerare prius sine posteriori, gratia aūt prior est charitate. Ergo posset apprehendere hominē cū gratia sine charitate, & cū gratia appræhenderet eū, vt dignū vita æterna, sed vt sine charitate non dignū, hæc sunt impossibilia. Ergo necesse est dicere, quòd gratia, & charitas sunt idem. Cōfirmatio.

C

PRÆT. Si gratia, & charitas differunt, non possunt dici esse æqualis perfectionis, sicut nec essentia, & potentia, quæ eis perficiuntur, cū differant specie, inter quæ semꝑ est gradus, nec pōt dici charitas maioris perfectionis esse quā gratia, sicut nec potentia, quā essentia (substantia. n. est finis sui accidentis, & per cōsequens est eo ꝑfectior) nec pōt dici gratia perfectior quā charitas, tùm qa id Aug docet 15. de Trin. c. 18. dicēs prius ꝙ [Nullum est isto dono Dei excellentius] loquens de charitate; & subdit [Solū est ꝙ diuidit inter filios Regni æterni, &c.] vbi ēt habetur, ꝙ per nihil differēs à charitate distingūtur filij Regni, & filij perditionis. Sed distingūtur per gratiā sm̄ illud ad Rom. 10. [Grā Dei vita ęterna] tū quia in patria nihil ē nobilius visione, & dilectione Dei, & in via nihil ē nobilius fide, & charitate. Ergo &c. IV

D

PRÆT. Accidens separabile inest mediante accidente inseparabili, non. n. vniūtur extrema nisi mediante medio. Sed gratia est accidens separabile, potentia autem animæ accidens inseparabile. Ergo gratia est in potentia animæ sicut in subiecto, & per consequens non differt à charitate per hoc, quòd gratia est in essentia animæ.

charitas autem in eius potentia, vt communiter dicitur.

Ratio. Sed quia Respódens dicebat, quòd gratia, & charitas differunt sicut principium esse supernaturalis, & operationis supernaturalis, contra hoc arguitur multipliciter.

Sed instatur, & est argumentũ VI. Primò, quia maioris perfectionis est virtus supernaturalis, quàm forma naturalis vel virtus moralis. Sed eadem forma naturalis, vel accidentalis, est principium esse, & operationis naturalis, & similiter virtus moralis dat esse morale, & operari moraliter, vt patet per diffinitionem virtutis præallegatam. Virtus est quæ bonum facit habentem &c. habens autem est non potentia, sed totum subiectum, potentia autem est ratio subiectiua virtutis sicut totum suppositum est agens; sed ratio agendi est forma, qua agens agit. Ergo similiter eadem virtus est eleuans non solùm voluntatem, sed & totum hominem ad esse supernaturale, & principium operationis supernaturalis.

Confirmatio. Et confirmatur ratio, quia perfectio supernaturalis dat subiecto suo esse supernaturale, sicut albedo dat esse album, & quãtitas quantum & sic de alijs. Sed magis debet dici subiectum accidentis (quod est in potentia animæ) essentia animæ, quam eius potentia, sicut etiam primum agens magis agit in effectum secundi agentis, quàm ipsũ agens secundum, vt dicitur prima propositione de causis, & vltimus finis magis mouet seu allicit quàm immediatus, vnde & primum subiectum magis sustentat quã immediatum. Ergo &c.

VII. PRÆT. destructo principio essendi non potest remanere principium operandi, vnde destructa essentia non remanent potentiæ; destructa autem gratia, remanent fides & spes, quæ etiam sunt dona Dei, & de fide informi dicit Glos. 1. Corinthiorũ 13. Ergo præter virtutes existentes in potentijs nõ est ponenda gratia in essentia animæ, à qua fluunt virtutes, sicut fluunt potentiæ ab essentia; nec debet dici quòd gratia eleuet ad esse supernaturale, virtus autem ad operationem supernaturalem, quo modo solum videntur differre, etiã secundum illos, qui dicunt ea differre realiter.

VIII. PRÆT. habitus perficiens voluntatẽ non potest habere maiorem colligantiam cum habitu perficiente essentiam, quàm habitus perficiens intellectum, imò videtur quòd minorem, vel saltem minus immediatam, sicut & intellectus immediatius fluit ab animæ essentia quàm voluntas; sed fides minorem colligantiam habet cum gratia quàm charitas, (si charitas differt à gratia.) Ergò non differt ab ea.

IX. PRÆT. Actus propinquior principio merendi est per prius meritorius; sed si gratia, & charitas differunt, gratia est principium merendi, tum quia per nullum actũ quis aliquid meretur apud aliquem, nisi sit illi acceptus, & gratus, tum quia respectu premij supernaturalis nullum meritum est nisi supernaturale; à gratia autem fluunt omnia supernaturalia, sicut à primo principio, vt ab essentia potentiæ secundum illos de alia opinione; gratiæ autem, quæ est in essentia propinquior est actus fidei, qui est in intellectu, quàm charitatis, qui est in voluntate, quia intellectus naturaliter præcedit actum voluntatis, & per consequens est propinquior primo principio vtriusq; actus scilicet essentiæ, & per cõsequens eius perfectioni idest gratiæ. Ergo actus fidei est per prius meritorius quàm actus charitatis, quòd est inconueniens, tum quia est contra doctrinam Apostoli 1. Corinth. 13. [Si linguis hominum &c.] vbi vult, quód nullum meritum est sine charitate subdés, [Si habuero &c.] nihil mihi prodest, scilicet ad præmium; tum quia secundum communem doctrinam charitas est forma virtutum; vnde actus fidei, vt præcedit actum charitatis, est informis, & non meritorius per consequens.

X. PRÆT. Habitus bonus operatiuus est virtus. Sed gratia est habitus bonus, vt de se patet, & operatiuus vt probabo. Ergo gratia est virtus; sed non nisi charitas cum ceteræ haberi possint sine gratia. Ergo &c. Probatio minoris. Illud, quo homo ordinatur in Deum, qui est ab homine distinctus realiter, vel quo homo attingit Deum, vel est aliqua operatio, vt videre, diligere, & huiusmodi, vel est habitus operatiuus, qui est principium operationis; sed per gratiam homo ordinatur in Deum, & eum attingit, gratia autem non est operatio, vt de se patet. Ergo est habitus operatiuus.

XI. PRÆT. Augustinus in sermone de laudibus charitatis dicit, quòd radix omniũ bonorum est charitas. Sed hoc non esset verum, nisi charitas esset in essentia animę, quia bonum, quod est in potentia fluit à bono quòd est in essentia. Ergo charitas est in essentia animæ sicut in obiecto, & per consequens non differt a gratia. Et confirmatur ratio per hoc, quod Augustinus dicit in eodem sermone, quòd charitas est vita morientium, vita autem est actus primus. Ergo charitas habet rationem primi, & sic est in essentia animæ, quod non posset esse nisi sit idem. Ergo &c.

XII. PRÆT. Essentia est indifferenter principium plurium operationum; sed gratia perficit animam, vt est principium vnius tantum operationis, scilicet meritoriæ. Ergo gratia non est in essentia animæ sicut in subiecto, sed in eius potentia per quod solũ ponitur differre à charitate. Ergo &c.

Pro Parte Opposita.

1. Ratio. SED CONTRA Charitas non semper est in suo actu, habens eum

actu

actu charitatem non semper actu diligit; gratia autem semper est in actu suo, quia semper facit hominem Deo gratum. Ergo gratia, & charitas non sunt idem.

Secunda. Præterea 1. Corinth. 13. [Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei.] Vbi dicit Ambrosius in Glos. [Spiritus sanctus nobis conferat gratiam Christi, & charitatem Dei] sed coniunctio etiam includit distinctionem. Ergo gratia distinguitur charitate.

Responsio ad quæstionem

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis tria sunt principaliter facienda. Primo probandum est quòd essentia animæ, & eius potentiæ realiter differunt. Secundò declarandum est, quid importetur nomine gratiæ, & charitatis. Tertiò dicendum est de principali quæsito.

PVNCTVM I.

An essentia animæ & eius potentiæ realiter differant.

QVANTVM ad primum est sciendum, quòd quamuis quidam dicant, quod potentiæ animæ addunt solùm respectum supra eius essentiam, tamen videtur dicendum, quòd addunt absolutum de secunda specie qualitatis. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd nomine potentiæ intelligitur immediatum principium operationis, per quod scilicet habens ipsum est potens operari, sed non aliquo alio superaddito; hoc autem nõ potest dici sola essentia animæ, vel etiam respectus quicunque, qui non est principium alicuius operationis, sed magis ipsum supponit, sed oportet, quòd sit aliquid absolutum superadditum ipsi essentiæ, quòd potest ad præsens probari tripliciter.

Sententia Auctoris, quod potẽtia dicit aliquod absolutum additũ essentiæ, realiter ab ea differẽs.

1. Ratio. Primo sic. Impossibile est saltem in creaturis opposita inesse eidem secundum idem, cum omnis oppositio includat contradictionem, vt de se patet; contradictoria autem de eodem secundum idem simul verificari non possunt. Sed mouere, & moueri sunt opposita, similiter agere, & pati, & dominari, & subijci, & tendere, seu inclinari in aliquid, & illud refugere. Sed vna potentia animæ dicitur mouere aliam, vt appetitus superior appetitum inferiorem, vt sphæra mouet sphæram, vt dicitur circa finẽ 3 de Anima c. 3. tex. 57. Cõmuniter etiam dicitur, quòd voluntas mouet alias vires animæ ad actus suos, vt est distincta ab ipsis; ipse etiam intellectus agens agit in intellectum possibilem, vel immediatè illustrando ipsum, vel saltem mediante phantasmate; & intellectus possibilis patitur ab ipso agente, intellectus enim agens est quo est omnia facere, & intellectus possibilis est quo est omnia fieri, vt dicitur in 3 de Anima. Intellectus etiam dominatur appetitui principatu politico, vt dicitur in Politicis, & per consequens appetitus subijcitur intellectui. Etiam experientia docet, (& dicunt omnes Theologi, & Philosophi) hominem in aliquid tendere, seu inclinari secundum appetitum sensitiuum, quòd refugit appetitus intellectiuus, & è conuerso. [Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem] secundùm doctrinam Apostoli ad Galatas 5. Ergo prædictæ potentię non sunt eædem re absoluta, & per consequens non sunt idem cum essentia animæ.

Secunda. Præterea. Quod est indeterminatum ad aliquas plures operationes etiam specie, & genere differentes, impossibile est, quòd prorumpat in aliquã illarum determinatè nisi per aliquid aliud determinetur. Idem enim manens idem semper natum est facere idem, secundum doctrinam Philosophi in fine 2. de Gen. c. 2. t. 56. Sed operationes animæ sunt plures inter se differentes, non solùm numero, sed etiam genere, & specie, cum quædam sint materiales, quædam immateriales, & sic de alijs differentijs; nec est dare per quid determinetur essentia animę, ad prædictas operationes; nisi ponatur, quòd ipsę potentiæ dicant aliquid absolutum supra animæ essentiam. Ergo &c. Probatio minoris. Aut essentia animæ ponitur determinari ad prædictas operationes per ipsa organa diuersa; & per dispositiones ipsorũ; aut per solos respectus, aut per aliqua absoluta inhærentia essentiæ animæ, quæ dicimus animæ potentias. Non potest dici primum propter tria. Primò, quia sunt aliquæ operationes animæ non organicæ, sed omninò immateriales, vt sunt intelligere, & velle; aliquæ etiam sunt in eodem organo existentes distinctæ etiam specie, vel genere, vt operationes sensus, tactus, & visus, & moueri secundum locum, & nutriri, & augeri quæ omnes sunt in oculo. Secundò, quia sicut corpus est propter animam, & non è conuerso (anima enim est finis operationis, vt dicitur in 2. de anima) sic determinatio corporis dicitur esse propter determinationem aliquam animæ, & non è conuerso. Tertiò, quia etiam operationes organicæ sunt actus non solùm corporis, sed multò magis animæ. Ergo nec determinatio debet esse ex parte corporis solùm, sed multò magis ex parte animæ. Nec potest dici secundum, scilicet quòd anima determinetur ad tales operationes per solos respectus; respectus enim non est causa determinationis, sed potius deter-

determinationẽ sequitur respectus, & causatur à principio determinationis; sicut .n. respectus supponit fundamẽtũ ex quo orit, sic determinatus respectus supponit determinatum fundamentum, nõ enim ignis est determinatus ad calefaciendum, per hoc, quòd habet talem respectum, sed calor determinat ignem ad calefaciendum, & per calorem habet determinatum respectum; relinquitur ergo dicendum, quòd essentia animæ determinatur ad tàm diuersas operationes per aliqua diuersa absoluta sibi inhærentia, quæ dicimus animæ potentias.

Tertia ratio

Præterea. Si potentia animæ non dicit rẽ absolutam aliam ab eius essentia, aut dicit solam essentiam animæ, & hoc dici non potest, quia essentia est vna, potentiæ autem sunt diuersæ; aut dicit solùm respectum, & hoc etiam dici non potest, quia respectus non dicit principium quo actionis, & passionis, sed magis est quoddam, quod relinquitur ex actione, & passione secundũ Philosoph. 5. Metaphy. potentia autem significat principium quo actionis, & passionis, vt dicitur 5. Metaphy. aut dicit essentiam cum respectu, & hoc etiam dici non potest propter multa. Primò quia secundũ hoc, ratio potentiæ fundaretur in essentia animæ ratione respectus, cuius contrarium dicit Philosophus 5. Metaphys. cap. 15. de ad aliquid, vbi dicit, quòd quædam relationes fundantur super actione, & passione, quędam autem super potentia actiua, & passiua. Secundò, quia sequeretur, quòd essentia haberet rationem principij quo, ratione respectus, quia potentia habet rationẽ principij quo, vt dictum est, hoc autem est falsum, non enim quia essentia habet respectũ ad actionem habet rationem principij, ratione respectu eius, sed è conuerso, quia est principium quo actionis habet respectum ad ipsam. Tertio, quia potentia dicit per se principium operationis, respectus autem sicut non potest esse per se terminus motus, vt patet ex 5. Physicorum, ita non potest esse per se principium actionis, & per consequens nec pars principij per se. Quartò quia potentia naturaliter prior est actione. Sed respectus est ea posterior, vtpote super actione fundatus, vel super potentia vt agit, vel egit, vel nata est agere. Ergo respectus non potest cadere in ratione potentiæ. Relinquitur ergo, vt dicatur, quòd potentia est aliquid absolutum realiter differens ab animæ essentia de secunda specie qualitatis, vt etiam patet per doctrinam Philosophi in Prædicamentis. Vnde etiam Philosoph. in 3. de anima dicit de intellectu agente, quòd est quoddam lumen, quòd nõ dicit solùm respectum sed qualitatem quandam, & hæc de primo principali.

A

PVNCTVM II.

Quid importetur nomine gratiæ, & charitatis.

QVANTVM ad secundum principale sciendum est, quòd charitas est amicitia quædã habitualis hominis ad Deum (vt ad præsens supponitur ex præcedenti quæstione) & supernaturalis, secundũ illud Roman. 5. [Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris.] fundata super communicatione optimorum bonorum; scilicet, supernaturalium, maximè æternæ felicitatis, per quam amicitiam Deum amamus, & habetur carus ab amante. Et hæc notificatio supponatur ad præsens. Nomine au-

B

tem gratiæ, quamuis possit intelligi, vel bona voluntas alicuius, seu dilectio, sicut dicitur aliquis habere gratiam Regis, quem Rex habet dilectum, vel quia confert donũ gratis alicui datum, sicuti consueuimus dicere, hanc gratiam tibi facio, quando aliquod donum alicui gratis concędimus. Ad præsens tamen nomine gratiæ intelligitur donum supernaturale homini à Deo collatum, per q̃ totus homo redditur Deo gratus, & acceptus, & eleuatur ad quoddam esse supernaturale, & per cõsequens est dispositio necessitans ad gloriam secundum illud Roman. 6. [Gratia Dei vita æterna.] & hæc de secundo principali.

PVNCTVM III.

C

Vbi examinatur principale quæsitum

QVANTVM ad tertium principale, dicunt quidam, quòd cum gratia respiciat essentiam animæ, charitas autem potentiam, sicut eadem res absoluta est essentia animæ, & eius potentia differẽs solum ratione, quia vt est principium essendi dicitur essentia, vt autem est principium operandi dicitur potentia saltem secundum vnam opinionẽ; sic eadem res absoluta est gratia, & charitas, sed dicitur gratia vt est principium homini esse supernaturalis, charitas autem vt est principiũ dilectionis supernaturalis, quorum argumenta omnia tacta sunt in obijciendo.

Opinio quorundã, q̃ gratia, & charitas sit idem re absoluta.

Sed dicendum ijs non obstantibus, quòd

Opinio Auctoris.

D

quamuis gratia Dei possit dici large esse donum supernaturale homini à Deo collatum, & per consequens charitas, tñ pter omnes virtutes supernaturales, quę sunt per fectiuæ potentiarum, est ponendum in essentia animæ aliquod donũ supernaturale,

per

per quod anima primò in eſſe ſupernaturali conſtituitur, quòd non eſt immediatum principium alicuius operationis ſupernaturalis, ſed ab eo effluunt in potẽtijs virtutes ſupernaturales, quæ ſunt principium taliũ operationum, & hoc dicitur gratia, ſicut & animæ eſſentia dat homini eſſe naturale, & non eſt immediatum principium alicuius operationis naturalis, vt ſupra probatũ eſt, ſed ab ea effluunt potentiæ, quę ſunt immediata principia operationum naturalium. Quòd autem ſit probabile tale donum ponere in anima præter omnes virtutes poteſt probari multipliciter.

1. Ratio.

Primò ſic. Maioris perfectionis eſt finis ſupernaturalis quàm finis naturalis, & per conſequens non pauciora requiruntur ad ad eius aſſecutionem. Sed ad aſſecutionem finis naturalis requiruntur tria realiter diſtincta, ſcilicet natura proportionata, inclinatio naturalis, & motus, vel operatio qua finis attingitur, vt in lapide natura terreſtris grauitas, & motus deorſum ad aſſequendũ locum deorſum. Ergo ad aſſequendum finem ſupernaturalem requiruntur tria diſtincta, ſcilicet gratia per quam natura eleuetur, & fini proportionetur, charitas per quam inclinetur ad eum, & cæteræ virtutes per quas promptè habeant operationes, per quas poſſit ipſum finem attingere. Sicut ergo in naturalibus per aliud aliquid eſt proportionatum fini naturali, & inclinatur ad ipſum, vt declaratum eſt, ſic & in propoſito, per aliud homo eſt proportionatus fini ſupernaturali, quòd eſt gratia ſecundum illud Roman. 6. [Grã aũt Dei vita æterna;] & per aliud inclinatur, & tendit in ipſum quod eſt charitas, vel amor ſupernaturalis ſecundũ illud Auguſtini in libro confeſſ. 13. cap. 11. [Amor meus pondus meum.]

Reſponſio ad rationẽ prædictam.

Sed ad hanc rationem dicet aliquis per interemptionem minoris: per idem enim re abſoluta materia prima eſt proportionata formæ, & inclinatur naturaliter ad eam, ſcilicet per eſſentiam ſuam, quæ eſt ſua potentia. Et ſimiliter cum naturalis appetitus nõ dicat aliquid abſolutum ſicut dicit appetitus animalis, vel rationalis, per idem abſolutum res naturalis eſt proportionata naturaliter fini ſuo, & inclinatur naturaliter in ipſum, vt potentia ſenſitiua, & intellectiua in actum ſuum, & ſic de alijs. Et ſimiliter in moralibus per idem homo eſt proportionatus naturaliter fini ſuo, ſcilicet, felicitati ſpeculatiuæ, vel practicæ, & inclinatur aptitudinaliter in ipſum, ſcilicet, per ſua naturalia, & per idem eſt proportionatus actualiter eidem, & actualiter inclinatur in ipſum, ſcilicet, per virtutes ſpeculatiuas, vel practicas.

Inſtantia.

Sed ad hoc dicendum eſt, quòd adhuc ſtat argumentum ijs non obſtantibus, quia cum finis ſupernaturalis excedat non vnũ tantùm, ſed omnem finem naturalem, ſi reſpectu alicuius finis naturalis requiruntur, A illa tria realiter diſtincta multò magis reſpectu finis ſupernaturalis.

2. Ratio pro ſententia Auctoris.

Præterea auctoritate Philoſophorum dicitur, quòd virtus eſt diſpoſitio perfecti; dico autem perfectum, quòd eſt diſpoſitũ ſecundum naturam: omnis ergo virtus perficit habentem, & in ordine ad aliquam naturam, vel ſuam (vt virtutes morales perficiunt hominem in ordine ad lumen naturalis rationis, quòd eſt homini naturale) vel alterius, Dei, ſcilicet, in homine participatam per lumen gratiæ. Sicut ergo ſe habent virtutes acquiſitæ ſpeculatiuæ, vel morales ad lumen naturalis rationis, ſic ſe habent virtutes infuſæ ad lumen gratiæ; ſed illæ realiter differunt ab illo lumine. Ergo virtutes omnes infuſæ inter quas eſt charitas realiter differunt à lumine gratiæ.

Confirmatio rationis.

Et confirmatur ratio, quia ſi virtutes acquiſitæ, & actus earum non eſſent propor- B tionatæ eſſentiæ animæ, vt videlicet, per principia naturalia anima poſſet eas acquirere, tunc videretur neceſſarium eſſentiæ, quod eleuaretur, & perficeretur per aliquid altius, & ſublimius ea, alioquin nunquam eas poſſet acquirere, eò quod potentiæ, & actus primi, quibus acquiruntur virtutes, & eliciuntur actus conſequentes virtũtes, agunt in virtute animæ; quæ ponitur improportionata virtutibus, & actibus illis. Cum ergo in propoſito natura animæ ſit improportionata virtutibus infuſis; videtur, quòd neceſſe ſit per donum aliquod ſupernaturale non ſolùm eleuari potentias, ſed etiam ipſam eſſentiam animæ, eſſentia autem animæ differt realiter à ſua potentia, vt apparet ex prædictis. Ergo & perfectio eſſentiæ differt realiter à perfectione potentiæ.

Reſponſiones quæ poſſunt dari ad prædictas rationes.

C Sed ad hãc rationem dicet aliquis, quòd dupliciter poteſt intelligi hominem eleuari ad diuinam naturam, ſcilicet, vel attingendam per operationem, & hoc eſt ad oppoſitum, quia immediatum principium operationis eſt potentia, non eſſentia, in qua ponitur gratia: vel imitandam per aliquam aſſimilationem, & hoc non eſt ad propoſitum, quia Deo perfectiſſimo, homo magis aſſimilatur per maiorem perfectionem, quàm per minorem. Sed perfectio accidentalis eſt minor quàm eſſentialis cũ ſit finis eius. Ergo non eſt ponenda gratia ſubiectiuè in eſſentia animæ propter talem aſſimilationem. Vel poteſt negari comparatio illa virtutum acquiſitarum ad bonum naturalis rationis, & infuſarum ad aliquod lumen gratiæ inhærens; quia ſecundum Philoſophum in 2. Phyſ. naturalia habent principia intra, in quo differunt à non natu- D ralibus; virtutes ergo acquiſitæ ex proprijs naturalibus, non eſt mirũ ſi habent aliquod principium intra, à quo realiter differunt, ſicut effectus à cauſa, ſed virtutes infuſæ ab extra ſufficit, quòd differant à principio

ab

ab extra, nec oportet quòd differant ab aliquo principio intrinseco n si subiectiuo.

Responsiones prædictæ refellūtur. Prima

Sed ad primum istorum dicendum est per interemptionem, quia sicut substantia est finis accidentis, & est eo perfectior, & dignior; sic & perfectio essentialis est finis perfectionis accidentalis, & est dignior, & perfectior. Accidens autem est finis substantiæ, non sicut eius quod est ad finem, sed sicut tendentis ad finem, & tandem attingentis, & habentis finem.

Secunda.

Ad secundum dicendum, quòd quamuis virtutes morales acquirantur ab intrinseco non autem infusæ; tamen necessarium est, quòd ab extra aliquid infundatur, ad quod se habeadt virtutes infusæ, sicut se habent virtutes morales ad lumen naturalis rationis, vt ratio probat.

Tertia rō pro Sententia Auctoris,

Præterea. Sicut operatio specifica naturalis non potest competere non habenti naturá speciei, sic nec supernaturalis nisi naturæ eleuatæ per aliquod donum supernaturale naturæ collatum. Sed operatio meritoria est operatio supernaturalis. Ergo non competit nisi naturæ eleuatæ per donũ totam naturam eleuans; hoc autem est gratia in essentia animæ existens, non charitas, quæ est in sola voluntate. Ergo &c.

Cōfirmatio rationis.

Et confirmatur ratio; quia semper operatio, & principium operandi pręsupponũt aliquam naturam, seu alicuius naturæ participationem, quæ sit diuersa ab eis; sicut operatio, & potentia naturalis præsupponunt naturam, seu substantiam naturalem, cui congruit operatio naturalis. Sed charitas est principium immediatũ operationis supernaturalis, quæ est diligere Deum. Ergo pręsupponit participationem alicuius supernaturalis naturæ, cui congruat talis operatio, quæ sit diuersa à charitate, & eius operatione. Sed ista participatio naturæ supernaturalis est gratia, qua efficimur consortes diuinæ naturæ. Ergo &c.

Euasio.

Sed ad hoc diceret aliquis, ꝙ sicut operatio specifica naturalis competit habenti formam naturalem actualem, quæ est immediatum principium esse naturalis actualis, & operationis naturalis, sic operatio supernaturalis competit habenti donum supernaturale, quòd est principium esse supernaturalis, & operationis supernaturalis. Vnde ratio magis est ad oppositum, quàm ad propositum, quia donum supernaturale, & esse eis correspondens est donum, & esse accidentale, non substantiale.

Instantia.

Ad quod potest dici multipliciter. Primò, quia ista ratio non excludit saltē confirmationem prædictæ rationis. Vel dicendum, quòd præter naturam accidentalem, illud cui competit operatio naturalis, cuius immediatum principiũ est natura accidentalis, habet aliam, scilicet, substantialem, quæ est primum principium operationis. Ergo similiter præter charitatem, quæ est

A immediatum principium dilectionis supernaturalis debet esse gratia tanquam principium primum.

4. Ratio.

Præterea; nihil præuenit seipsum; sed gratia præuenit charitatem, vt Augustinus dicit 2. de bono Perseu. c. 16. Ergo &c.

Cōfirmatio rationis.

Confirmatur, quia quòd præuenit fidem præuenit charitatem, cũ fides sit prior origine charitate. Sed gratia præuenit fidem, vt August. dicit ibidem. Ergo etiam præuenit charitatem, & sic non est idem cum ipsa.

Euasio.

Sed ad hoc dicet aliquis, ꝙ à propositione habente plures causas veritatis nõ licet vnā inferre, imò in tali processu est fallacia figuræ dictionis, vel consequentis. Illud .n. dictum Augustini potest intelligi tripliciter. Primò sicut concluditur in argumento. Secundò, vt per gratiam intelligatur non aliquod donum gratis datum (sicut di-
B citur aliquis facere gratiá alicui, quando ei confert aliquod donum gratis) sed bona voluntas, seu dilectio alicuius, sicut dicitur aliquis habere gratiam alicuius, qui est ab eo dilectus, pro qua expositione videtur facere illud 1. Io. 3. [Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ille prior dilexit nos.] Tertiò modo, vt dicatur, quòd sicut calor, vt facit calescere subiectũ in quo est, prior est secundum rationem seipso, vt est principium calefactionis in alio (nihil enim calefacit aliud, nisi prius sit in seipso calidum, formaliter, vel saltem virtualiter) sic idem donum, vt facit hominem gratum, & acceptum, & dilectum dicitur gratia; & est prius secundũ rationem seipso, vt est principium dilectionis actualis charitatiuæ. Sicut enim aliquid distinguitur ab aliquo re, vel ratione, sic & potest dici prius aliquo,
C vel præuenire aliud, re, vel ratione, & ideò ex illo dictò non potest inferri primus sensus tantùm sicut inferebatur in argumēto.

Instantia.

Sed ad hoc dicendum est, quòd vtrumq; prædictorum duorum sensuum, scilicet, secundus, & tertius excluditur per verba eiusdem Augustini, quæ sequuntur immediatè ad verba prædicta; nam August. dicit ibidem, enarratis quibusdam, [Et hæc omnia gratia in eo cui datur, & cuius hæc omnia pręuenit, operatur.] Cōstat autem, quòd gratuita Dei voluntas nobis non datur propriè loquendo, quamuis metaphoricè dicatur Deus dari, vel persona diuina; sed illud, quod datur nobis, est aliqua perfectio nos informans; idem etiam non potest dici operari seipsum. Ergo nomine gratiæ Augustinus intelligit aliquam perfectionem supernaturalem nobis inhærentem, quæ est
D quoddam radicale principium in nobis omnium supernaturalium nobis inhærentium, propter quod Augustinus dicit, quòd in nobis prædicta omnia operatur.

5. Ratio.

Præterea. Cum ex effectibus deuenia mus in notitiam causarum, quorũ effectus diffe-

differunt, & ipsa etiam differunt; sed effectus gratiæ, & charitatis differunt, quia effectus charitatis est dilectio Dei supernaturalis, cuius principium est potentia volitiua propter quod, & immediatum subiectum charitatis videtur esse voluntas. Effectus autem gratiæ est diuina acceptatio, seu gratificatio, quæ per prius respicit essentiam, quàm potentiam, secundum illud Gen. 4. [Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius.] Vnde per prius acceptatur persona, quàm eius opera, & non nisi principaliter quantum ad animam. Et sic per consequens videtur esse gratia in essentia animæ, non in potentia. Ergo &c.

4. Ratio. Præterea. Communiter dicitur, quòd gloria est gratia consummata; idem ergo iudicium est de lumine gratiæ in via, & de lumine gloriæ in Patria. Sed nullus dicit lumen gloriæ esse idem cum charitate patriæ, cum lumen gloriæ sit in essentia animæ sicut in subiecto totam animam eleuans ad esse supernaturale; & aliud lumen ponatur in intellectu sicut in subiecto, charitas autem sit in voluntate. Ergo &c.

5. Ratio. Præterea. Sicut illud, quo sumus filij per naturam, dicitur, & est natura, non autem potentia, sic illud quo sumus filij adoptiui, debet esse perfectio naturæ, non autem potentiæ. Sed filij adoptiui sumus per gratiam; est ergo gratia perfectio naturæ animæ, non autem potentiæ. Et hanc rationem videtur tangere Apostolus ad Romanos 8. vbi dicit, [Accepistis spiritum adoptionis filiorum,] & subdit [Ipse n. spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes.] Sic igitur videtur dicendum, quòd præter omnia dona supernaturalia perfectiua potentiarum, quæ possunt, per consequens, gratiæ nuncupari, est quoddam donum supernaturale perficiens essentiam animæ, quod antonomasticè dicitur gratia propter duo. Primò, quia vt prædictum est, tale donum est quoddam radicale, & fontale principium omnium donorum supernaturalium, & per consequens omnia excedés. Cum igitur nomine gratiæ in proposito intelligatur donum aliquod supernaturale homini à Deo collatum, congruè tale donum, quod omnia alia dona supernaturalia excedit, gratia antonomasticè nuncupatur. Secundò, quia cætera dona supernaturalia cum sint perfectiua potentiarum animæ, videntur esse principium specialium actuum, à quibus possunt per consequens nuncupari, & habere specialia nomina. Ergo gratia cùm sit in essentia animę nullum actum specialem sibi determinat, per quem possit speciali nomine nucupari, cum sit quoddam radicale principium omnis actus meritorij in nobis, & idcircò commune nomen gratiæ sibi retinet. Et sic patet totum, quod dicendum A erat in hac Quæstione.

Soluuntur argumenta initio proposita.

AD primum ergo factum in oppositū, dicendum, quòd non est idem esse gratum, & carum, sicut patebit per solutionem sequentis argumenti. Esse autem supernaturalis principium immediatum est gratia, & operationis supernaturalis primum principium radicale, non autem immediatum: & è contra, charitas est principium immediatum dilectionis supernaturalis, esse autem supernaturalis non est principium nisi ipsi potentiæ immediatè, & essentiæ mediatè. AD I.

B Vel dicendum, quòd propter inseparabilem connexionem charitatis, & gratiæ, quòd est vnius, attribuitur alteri; & per hoc patet etiam ad primam confirmationem eiusdem rationis. Ad 1. Cōfirmationem.

Et ad secundam dicendum, quòd gratia propriè non est virtus, cum non sit immediatum principium operationis, est tamen qualitas de prima specie qualitatis, quia est dispositio quædam ad gloriam. Et ad illud, per quod probabatur, quòd est virtus: dicendum, quòd bonum positum in diffinitione virtutis dicitur secundum conuenientiam ad naturam aliquam præexistentem, vel essentialem, vel participatam. Sic autem bonum non attribuitur gratiæ, sed sicut radici bonitatis in homine. Virtus etiam bonum reddit opus hominis immediatè, gratia autem mediatè. Ad 2. Cōfirmationem.

C Ad secundum dicendum, quòd gratia, & charitas non differunt sicut nōmen Græcum, & Latinum, cum Deus dicatur charitas secundum Ioannem, nō autem potest dici gratia; & similiter Spiritus sanctus dicitur charitas, vt probat Aug. 15. de Trinitate loco citato, non autem gratia. Dicendum ergo, quòd nomen charitatis non dicitur à charismate, quod est nomen Græcum, & significat gratiam; sed charitas dicitur amor intensus, quo aliquid amatur vt carum, & preciosum. Vel dicendum, quòd quamuis charitas differat à bono supernaturali perficiente essentiam animæ, quod antonomasticè dicitur gratia, tamen ipsa etiam potest dici gratia, idest donum supernaturale homini à Deo collatum, quòd omnia alia dona supernaturalia perfectiua potentiarum excedit, vt patet D per Apostolum 1. Corinthiorum 13 & per Augustinum de Trinitate lib. 15. cap. 18. dicentem [Nullum est isto Dei dono excellentius.] AD II.

Ad tertium dicendum per interemptionem maioris. Non enim omne prius, potest AD III.

virtute diuina absolui à posteriori; quantitas enim non potest fieri sine figura, etiam A
de potentia Dei absoluta, supposito secundum communem doctrinam, quòd Deus
non possit facere quantum infinitum. Numerus etiam (vt videtur) per quamcunque potentiam fieri non potest carens paritate, & imparitate. Et ad illud, per quod probabatur illa maior, dicendum, quòd omne prius, quod virtute diuina non potest absolui à posteriori, non est propter dependentiam à posteriori, sed propter inseparabilem connexionem, quam habet cum ipso (dependere enim propriè est posterioris;) sed connecti inseparabiliter est commune priori, & posteriori, vt patet de subiecto respectu propriæ passionis. Vel dicendum, quòd si Deus de potentia absoluta conferret alicui gratiam sine charitate, talis esset dignus vita æterna non simpliciter, cum supponatur carere charitate; sed secundum quid, idest B
ratione gratiæ; sicut si Deus alicui de potentia absoluta conferret visionem beatam sine dilectione, & fruitione, talis esset beatus non simpliciter, sed secundum quid; vtpote cui conferretur lumen gloriæ secūdum visionem tantum, & per hæc patet ad confirmationem.

AD IV. Ad quartum dicendum. Quòd sicut essentia est nobilior, quàm potentia simpliciter, sic & gratia est simpliciter nobilior, quàm charitas. Et ad illud, quòd contra hoc dicebatur, dicendum, quòd Augustinus loquitur ibi de charitate increata, quæ est Spiritus sanctus. Vnde ipse dicit ibidem [Si in donis Dei nihil maius est charitate, & nullum donum Dei est maius, quàm Spiritus sanctus; quid consequentius quàm, vt ipse sit charitas?] Ad literam ergo Augustinus lo- C
quitur de dono charitatis increatæ, quæ est Spiritus sanctus. Vel potest dici, quòd comparatio est propriè inter ea, quæ sunt vnius generis; charitas autem, quia est perfectiua potentiæ volitiuæ, est quasi vnius generis cū donis perfectiuis potentiarum, non autem cum gratia, quæ est perfectiua essentiæ; & idcirco illa comparatio Augustini referenda est ad charitatem, in habitudine ad cætera dona perfectiua potentiarum, non autem in habitudine ad gratiam, quæ est perfectiua essentiæ.

AD V. Ad quintum dicendum per interemptionem maioris: aliquod enim accidens separabile immediatè inest substantiæ, sicut rarum, & densum, vel quantitas bicubitalis, & huiusmodi. Etiam secun- D
dum illos de opposita opinione, virtutes insunt immediatè essentiæ animæ, & non mediantibus potentijs, quæ secundum eos addunt solum respectum supra essentiam, quia respectus non potest esse subiectum absoluti. Et ad probationem illius maioris dicendum, quòd tale accidens separabile non habet rationem extremi respectu accidentis inseparabilis, sicut nec forma separabilis, quæ inest materiæ immediatè, habet rationem extremi respectu formæ alicuius inseparabilis.

AD VI. Ad sextum dicendum, quòd omnis virtus supernaturalis dat aliquod esse supernaturale subiecto suo, sicut charitas dat esse charitatiuum, fides facit hominem esse fidelem, & spes sperantem &c. Omnis etiam virtus supernaturalis est principium mediatum, vel immediatum alicuius operationis supernaturalis; sed gratia dicitur principium esse supernaturalis, quia per eam primò totus homo eleuatur ad quoddam esse supernaturale; charitas aūt dicitur esse principium operationis supernaturalis, quia est immediatum principium supernaturalis dilectionis.

A Confirmationē. Et ad illud, quod contra hoc dicebatur, dicendum, quòd etiam aliqua forma accidentalis non est principium immediatum alicuius operationis, sicut quantitas non est ex se principium alicuius operationis. Nec est perfectionis, sed imperfectionis esse immediatum principium alicuius operationis, sicut apparet de potentia respectu essentiæ, sicut & immediatum agens est imperfectius, quàm primum. Non autem ponitur aliqua virtus moralis dans esse morale essentiæ animę præter virtutes morales perfectiuas potentiarum, quia virtutes morales perficiunt hominem in ordine ad naturam humanam, seu in ordine ad lumen naturalis rationis; sed virtutes supernaturales perficiunt hominem in ordine ad naturam diuinam participatam ab homine per aliquod donum, totam animam primò, & consequenter totum hominem eleuans ad quoddam esse supernaturale, quod donum dicitur gratia.

A VII. Ad septimum dicendum, quòd gratia est principium esse supernaturalis, & meritorij vitæ æternæ, seù Deo accepti, & grati; & destructa gratia, licet fides, & spes remaneant simpliciter, non tamen remanent quantùm ad tale esse, vt de se patet.

A VIII. Ad octauum dicendum, quòd sicut intellectus, sic, & voluntas immediatè fluit ab essentia animæ, quamuis actus intellectus sit prior actu voluntatis, & sicut habitus, & actus charitatis nō possunt esse sine gratia, sic nec habitus, nec actus fidei, quantùm ad esse gratuitum, in quo esse gratia connectit omnes virtutes. Vel dicendum, quòd aliquid potest immediatius vniri alicui, quòd est magis ab eo separabile, vt anima rōnalis inest materię, immediatiùs, quàm eius operationes, quæ sunt coniuncti, vel cætera accidentia eius; sed ipsa potest naturaliter esse

esse sine materia, non autem operationes eius, vel accidentia coniuncti.

AD IX. Ad nonum dicendum, quòd ad effectum non sufficit primum principium, sed requiritur etiam immediatum; quamuis autem gratia sit primum principium merendi, charitas tamen est principium immediatum, vt patet 1. Corin. 13. ideò actus fidei sine charitate meritorius esse non potest, esto quod sit propinquior primo principio merendi.

AD X. Ad decimú dicendum per interéptioné minoris. Et ad eius probationem dicendum, quòd per gratiam homo ordinatur in Deum, & attingit Deum quadam assimilatione, & imitatione, vel diuinæ naturæ participatione, vt supra declaratum est, & non tanquam operatione, vel principio operatiuo. Vndè interimenda est maior probationis illius minoris.

AD XI. Ad vndecimum dicendum, quòd esse radicem omnium bonorum, vel vitam morientium, conuenit gratiæ principaliter; charitati autem secundariò propter insepa- B rabilem connexionem, quam habet cum gratia, non enim potest esse informis sicut fides, & spes, & cæteræ virtutes. A

Ad duodecimum, & vltimum dicendum, quòd sicut essentia animę est primum principium non autem immediatum omnium operationum naturalium, quæ sunt plures etiam genere differentes, sic gratia est primum principium omnium operationum supernaturalium, vel meritoriarum, quæ sunt plures etiam genere, vt credere, & diligere, & huiusmodi, quamuis conueniant in vna communi ratione meritorij, vel supernaturalis, quæ per consequens non possunt esse actus vnius potentię, propter quòd gratia non est ponenda in potentia animæ, sed magis in eius essentia. Vel dicendum, quòd gratia non perficit animã in habitudine ad operationem supernaturalem, sed magis in ordine ad quoddam esse supernaturale, quod præsupponitur omni operationi supernaturali, sicut esse naturale operationi naturali, & essentia potentiæ. AD XII.

QVAESTIO IV.

Vtrum charitas augeatur secundum gradus in essentia, vel secundum gradus in esse tantùm,

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quòd non augeatur secũdum gradus in essentia, sed secundũ gradus in esse tantùm. Quia res variabilis quantum ad illud tantùm variatur, quantùm ad quod tempore mensuratur; cum tempus sit mensura motus tantùm, & variationis omnis. Sed tempus est mensura actualis existentiæ, non essentiæ, cum per ipsum sciamus, quantùm res existit in rerum natura. Vndè hæc tria, tempus, æuum, æternitas, dicuntur durationes essendi. Ergo &c.

II. PRÆT. Sicut se habet quantitas ad magnum, & paruum, sic se habet qualitas ad magis, & minus. Sed in rarefactione specierum sacramẽtalium magnum, & paruũ sunt circa esse quantitatis, & nõ circa essentiam. Ergo &c. Probatio minoris. In omni naturali variatione præter illud, secundũ quod est variatio, seu terminus variationis, oportet esse subiectum inuariabile. Sed quãuis C supernaturaliter quantitas in Sacramento sit sine subiecto, tamen variatio est naturalis; nec potest inesse aliud subiectum inuariabile, nisi essentia respectu esse. Ergo essentia manet inuariabilis, & variatio est secundum gradus in esse magno, vel paruo.

PRÆT. Quod est tale per essentiam, est semper tale, sed quod est tale secundum actualem existentiam non oportet, quòd sit semper tale. Sed nulla forma est semper variabilis. Ergo &c. III.

PRÆT. Esse comparatur ad essentiam, vt actus ad potentiam, & effectus ad causam, cum dicatur fluere ab essentia; sed potentia non variata, potest variari actus circa eam, & ab eadem causa possunt procedere varij effectus. Ergo forma potest variari per magis, & minus, quantùm ad esse, & non quantùm ad essentiam. IV. D

V PRÆT. Diffinitio significat quidditatem, & essentiam diffiniti; sed diffinitio

non recipit magis, & minus, sed perficitur per vltimam differentiam, quæ est indiuisibilis. Ergo &c. A

VI. PRÆT. Diffinitio vniuoci æqualiter prædicatur de contentis sub diffinito, in quo differt vniuocũ ab analogo. Diffinitio autem significat essentiam diffiniti. Ergo essentia qualitatis, quæ intenditur, & remittitur, æqualiter, & non secundũ magis, & minus, participatur à qualitatibus intensa, & remissa, & per consequens differunt secundum gradus in esse tantum, non in essentia.

VII. PRÆT. Philosophus dicit in Prædicamentis, quòd iustitia, & sanitas non dicitur vna magis, quàm alia, sed dicitur vnus alio iustior, & sanior. Sed iustitia, & sanitas videntur significare essentiam tantùm, iustũ autem, & sanum essentiam, & esse. Ergo iustitia, & sanitas, & pari ratione alia qualitas, quæ augetur, non augetur quantùm ad essentiam, sed quantùm ad esse tantùm. B

VIII. PRÆT. Probo, quòd charitas non augeatur quo ad esse, sed quo ad essentiam tantùm, quia quod potest fieri per pauciora, superfluum est, quòd fiat per plura. Sed omnia, quæ sunt in eodem supposito possunt existere per vnam actualem existẽtiã, s. substantiæ, quæ non recipit magis, & minus, sicut nec substãtia, cuius est esse principaliter. Ergo &c. Probatio minoris. Maioris perfectionis, & actualitatis est esse, quia est actualitas oĩs formæ, & naturæ, quã quęcunq; perfectio accidentalis. Sed omnia, quę sunt in eodem supposito dicuntur extẽsa eadem extensione; aliquid, vt subiectum extẽsionis, vt substantia; aliquid vt inhærens extenso, vt color. Ergo multò magis per idẽ esse existit substãtia, quæ hẽt esse simpliciter tanquã subiectũ, & accidens, vt inherẽs existenti, vndè, & Philophus dicit 7. Metaph. tex. 2. quòd accidentia non sunt entia, sed entis, & in 1. Top. & in 5. Metaph. c. 6. & 9. dicitur, quòd substantia, & accidens sunt vnũ ens, & per cõsequens habent vnũ esse. C

Vide S. Th. p.p.q.4.ar. 1.ad 3.

Pro parte opposita.

SED CONTRA. Charitas non dicit solam essentiam, sed etiam esse. Sed charitas potest esse maior, & minor secundum Io. c. 15. [Maiorem hac dilectionem, nemo habet, &c.] Ergo &c.

Responsio ad quæstionem

RESPONDEO. In hac quæstione supponitur charitatem augeri, & quęritur secundum quid augeatur? Vnde hic duo facienda sunt principaliter. Primò videndum est de supposito. Secundò de quæsito. D

PVNCTVM I.

Agitur de supposito quæstionis scilicet charitatem posse augeri.

QVANTVM ad primum quatuor facienda sunt. Primo probandum est charitatem posse augeri. Secundò, quæretur vtrum charitas augeatur augmento propriè dicto. Tertiò, videbitur, vtrum charitas augeatur per additionem. Quartò, tractabitur de causa augmenti charitatis.

§. 1.

Charitatem posse augeri probatur.

¶ Quòd charitas possit augeri probatur primò auctoritatibus. Augustinus enim dicit super 1. Can. Io. tract. 5. quòd charitas meretur augeri, vt aucta mereatur, & perfici. Item Aug. in libro 83. qq. q. 36. [Augetur charitas, si diminuitur cupiditas.] Hoc etiã potest probari per rationes; quia quòd habet gradum perfecti, & imperfecti, potest de imperfecto perduci ad perfectum & per consequens augeri. Sed charitas est huiusmodi. Ergo &c. Probatio minoris. Præmium respondet merito, sed in præmio est gradus secundum illud Io. 14. [In domo Patris mei mansiones multæ sunt.] Ergo & in merito; sed meritum perfectissimè dependet à charitate, secundum illud Apostoli 1. Corinth. 13. [Si linguis hominum loquar, & Angelorum, &c.] Ergo &c. Probatio 1

Præterea. Ex actibus deuenimus in notitiam habituum. Sed constat, actum charitatis, scilicet, dilectionem esse intensiorem quandoq;, vt experientia docet. Ergo & habitus charitatis potest augeri. Probatio 2

§. 2. Dubitatio.

Vtrum charitas augeatur augmento propriè dicto.

¶ Circa secundum dicendum est, quòd non, quamuis quidam videantur contrariũ dicere; cuius ratio est, quia augmentum est præexistentis quantitatis additamentũ, vt patet per Philosophum in 1. de Generat. cap. 5. Sed hoc non potest intelligi de quantitate perfectionis, quæ est communis omni generi, quia sic augmentum, & diminutio non essent tantum in vno genere contra doctrinam Philosophi in 5. Physic. c. 2. hæc n. quantitas est in omni genere. Ergo intelligẽdum est de quantitas molis, est quę vnius

Pars negãs defenditur ab Auctore Primo.

vnius generis tantùm, & non circuit omne genus; carens igitur hac quantitate per se, & per accidens non propriè augetur; sed charitas est huiusmodi, vt de se patet. Ergo &c

Secundo. Præterea. Sicut inuenitur magnitudo in formis, sic & augmentum, quòd est motus de paruo ad magnum, sed in charitate non est magnitudo, nisi virtutis, vel perfectionis, quę magnitudo non est aliud, quàm qualitas, non autem est in ea magnitudo extensionis, quæ est quantitas, vnum de decem prædicamentis. Ergo augmentum qualitatis non est motus ad quantitatem, qui propriè dicitur augmentum; sed est motus ad qualitatem, qui propriè dicitur alteratio; propriè igitur loquendo motus ab imperfecta charitate ad perfectam; magis debet dici intensio charitatis, quam augmentum.

§. 3. *Alia dubitatio*

Vtrum charitas augeatur per additionem.

¶ Circa tertium sciendum est, quòd nos possumus loqui de augmento per additionem propriè, vel impropriè; propriè est quando aliquid vnum actu distinctum ante, vel post additionem, vel saltem habēs in se, vnde actu distingui possit, sicùt ens ab ente, adiungitur alicui eiusdem naturæ secundum speciem, sicut est de augmento animalis, quod est per additionem materiæ ad materiam, quæ erat ante additionem distincta à materia cui adiungitur, vel saltē distinguibilis, si fiat tale augmentum per creationem nouæ materiæ, quæ materiæ præexistenti adiungeretur. Et tale augmentum est in aliquibus formis, non autē in omnibus. Quædam enim formæ habent quandam extentionem saltem per accidēs, vt albedo à superficie, motus à tempore, vel loco, scientia secundum multitudinem scibilium; vnde si talia augeantur extensiuè est augmentum per additionem propriè scilicet, cum possit secundum talem extensionem diuidi in partes eius naturæ, quarū vna in tali augmento additur alteri. Non autem omnes formæ sunt huiusmodi, sed quædam carent omni extensione per se, & per accidens, quæ per consequens non possunt diuidi in partes eiusdem speciei, quarū vna possit intelligi adiungi alteri; & idcirco tales formę non possunt augeri per additionem propriè. Impropriè autem augmentum per additionem est, quando aliquid minus, factum est maius, & per consequens est diuisibile saltem intellectu in illud minus, & etiam in illud, quòd excedit ipsum, quę tamen nec fuerunt, nec potuerunt esse, ante, vel post tale augmentum actu distincta, tanquam duo entia, cum illud, in quo

A magis excedit minus ante augmentum non fuerit in rerum natura, post augmentum autem sit in eodem subiecto, cum eo quo excedit, & sit eiusdem naturæ specificę cum eo. Distinctio autem naturalis accidentis sub eadem specie, non potest esse nisi penès subiectum, est tamē ab eo distinguibile, saltem intellectu, & etiam quoquo modo virtualiter, seu habitualiter, quia si non fuisset præcedens gradus in subiecto, agens intendens fecisset in illo subiecto qualitatem aliam à qualitate remissa; talis ergo qualitatis augmentum est per additionem impropriè, seu largè, non autem propriè, vndè Philosophus dicit in 4. Physic. cap. 9. t. 84. quòd quando minus calidum, vel albū efficitur magis calidum, vel album, non additur calor calori, vel albedo albedini; sed calor, vel albedo præexistens magis perficitur.

B ¶ Hoc supposito dicendum est, quòd charitas non augetur propriè per additionem, augetur tamen per additionem largè, seu impropriè. Primū istorum patet dupliciter. Primò breuiter ex prædictis sic. Forma carens omni extensione per se, vt quātitas, & per accidens, vt illud, quòd inest quanto & extenditur eius extēsione, non augetur per additionem augmento propriè accepto, cum talis forma non habeat partē, & partem, quarum vna possit intelligi addi alteri; sed charitas est huiusmodi, vt de se patet. Ergo &c. Secundò sic. Quòd additur, est, vel fuit, vel saltem potuit esse realiter distinctum ab eo, cui additur; sed illud, quòd aduenit in augmento charitatis non est charitas realiter distincta à præexistente. Ergo &c. Probatio minoris. Quia si

Charitas non augetur propriè per additionem. 1. Ratio.

Secunda.

C perfectio adueniens in augmento charitatis esset charitas realiter distincta à præexistēte, aut esset distincta specie, aut numero; Non potest dici primum, tum, quia omnis charitas creata videtur esse vnius habitus specie, tum quia per additionem alterius speciei non dicitur aliquid augeri, nec intēdi, sicut cū dulcedo additur albedini. Nec potest dici secundum, quia distinctio secūdum numerum in accidentibus eiusdem speciei est solum penes subiecta, talis autem perfectio superueniens est in eodem subiecto cum charitate præexistente, nec nūquam fuit in alio. Et præterea. Vbi subiectum additur subiecto, non efficitur aliquid magis tale intensiuè; sed potius efficitur maius extensiuè.

D ¶ Secundum prædictorum, scilicet, quòd charitas, & consimiles formæ cum intenduntur, augeantur augmento per additionem largè accepto: potest ad præsens probari tripliciter.

Charitas augetur augmento largo modo dicto.

Primò. quia vbicunq; est latitudo, ibi sunt aliqua plura, quorum vnum potest intelligi addi alteri, quia in indiuisibili non est

Prima probatio.

est latitudo, vt de se patet; sed in omni forma, quę recipit magis, & minus, est aliqua latitudo, secundum quam potest haberi gradus remissos, & intēsos, vt patebit ex sequentibus. Ergo &c.

Secunda. Præterea. In omni motu reali positiuo acquiritur aliquid reale diuersum ab omni præexistente, & per consequens præexistenti adiungitur, seu additur, motus enim realis non est ad nihil; sed intensio charitatis est motus realis positiuus. Ergo &c.

Tertia. Præterea. Illud, quòd excedit alterum, habet tantùm, & amplius, & per consequēs est diuisibile, saltem intellectu, seu virtualiter in duo, in quorum vno adæquatur ei quod ab ipso exceditur, in alio autem excedit ipsum. Sed charitas intensa excedit charitatem remissam. Ergo charitas intensa potest intelligi, diuidi in duo prædicta; sed quod potest diuidi in aliqua duo, potest augeri per hoc, quòd vnum illorum additur alteri. Ergo &c.

S. 4. *Dubitatio vltima.*

Quæ sit causa augmenti charitatis.

De causa augmenti charitatis. Opinio quorundam. ¶ Circa quartum. Tandem inquirendum est de causa augmenti charitatis, & generaliter aliarum formarum, quæ recipiunt magis, & minus. Vbi sciendum est, quòd quidam dicunt, quòd causa suscipiēdi magis, & minus ipsis formis, est indeterminatio formæ ad hoc, quòd sit magis, & minus perfecta, seu eius latitudo in eadem specie. Dicunt enim, quòd triplex indeterminatio potest alicui formæ competere, seu indifferentia. Quædam enim est ad inesse, vel non inesse subiecto, & hæc est causa separabilitatis talis formæ, vel accidentis. Quædam autem est ad inesse diuersis subiectis secundum speciem, & hoc est causa ipsi formæ, vel accidenti, quòd sit, & dicatur accidens commune. Tertia est ad diuersos gradus in eadem specie, & hoc est causa suscipiendi magis, & minus.

Positio prędicta refellitur. Sed hoc videtur esse clarè petitio principij. Idem enim est habere magis, & minus in eadem specie, & latitudinem, seu indeterminationem prædictam, & nihil aliud importatur per magis, & minus nisi indeterminatio, & latitudo prædicta.

2. Opinio aliorum. Alij dicunt, quòd recipere magis, & minus non conuenit formis substantialibus, sed accidentalibus, non omnibus, sed separabilibus, & ijs, quæ concernunt subiecta diuersarum specierum; ratio autem suscipiendi magis, & minus talibus formis secūdum eos, est, quia subiectum receptiuum, & principium productiuum earū possunt diuersimodè se habere, vel secundum se, vel quantùm ad habitudinē vnius ad aliud.

A Et per oppositum, quia subiectum receptiuum, & principium productiuū formarum substantialium, & accidentalium inseparabilium, & quæ non concernunt subiecta diuersarum specierum, non possunt diuersimodè se habere duobus modis prædictis, idcirco talia non suscipiunt magis, & minus. Addunt tamen, quòd quantitas, & figura non recipiunt magis, & minus intensiuè, sed benè possunt dici maior, & minor extensiuè, quamuis subiectum, & principium ipsorum possint diuersimodè se habere, quia perfectio, vel imperfectio quantitatis est secundum extensionem maiorē, vel minorem, secundum quam aliquid potest dici maius, & minus, non autem magis, & minus. Et simile iudicium est de figura, quæ secundum eos non est aliquid absolutum, sed est solùm ordo, & positio

B partium quantitatis.

¶ Sed hæc positio stare non potest quātùm ad duo, quæ ponit principaliter. Primò quantùm ad hoc, quòd dicit, quòd accidentia separabilia, quæ concernunt subiecta diuersarum specierum, sola talia recipiunt magis, & minus: qualitates enim ignis sunt accidentia inseparabilia ab igne, & tamen possunt remitti, & per consequēs recipiunt magis, & minus; aliàs si remitti non possent esset corruptio ignis sine alteratione precedente, quod est contra doctrinam Philosophi in multis locis. Calor etiam naturalis hominis, vel eius qualitas media quæcunq; inter qualitates extremas elemētorum, constat, quòd est accidens inseparabile ab homine stante natura hominis, & tamen ad sensum apparet, quod suscipit magis, & minus. Simile potest dici de qualitatibus aliorum mixtorum; è contra autem

C figura est accidens separabile, vt apparet in humidis, & est in subiectis diuersarum specierum; eadem enim figura potest esse in cera, aqua, & huiusmodi, & est accidens absolutum secundum veritatem cum sit in quarta specie qualitatis, secundum doctrinam Philosophi in Prædicamētis, quamuis ipsi dicant contrarium, & tamen non recipit magis, & minus, secundum doctrinam Philos. in Prædic. quamuis possit dici vna figura maior alia. Nec potest dici, quod hoc conuenit ei, quia est qualitas circa quātitatem, quia pari ratione, nec color susciperet magis, & minus cum eius subiectum immediatum sit quantitas.

¶ Secundò potest eadem opinio improbari quantùm ad causam, quam dicit suscipiendi magis, & minus; quia illud non est

D præcisa ratio suscipiendi magis, & minus, quæ attenditur secundum solam alterationem, quæ est ratio, & causa omnis mutationis. Sed diuersa dispositio agentis, & passi est causa omnis mutationis, nihil enim de nouo incipit quocūq; motu mutari, nisi, quia

Positio prædicta refellitur. 1 Improbatio. 2. Improbatio.

quia agens, vel passum incipit esse in alia dispositione, vel secundum se, vel vnum in respectu ad aliud, vt probatur in 8. Physic. diuersa enim dispositio subiecti, vel agẽtis, facit quòd generetur, vel corrumpatur aliud, et aliud, vel quod producatur maior, vel minor quantitas, vel quòd aliquid plus, vel minus moueatur localiter. Ergo &c.

3. Improbatio. Præterea. Propriæ passionis alicuius rei magis debet dici causa, & ratio, ipsa natura rei, seù quidditas, quàm quòd continet exterius, cuiusmodi est principium effectiuũ & subiectum receptiuum respectu eius, ꝙ recipit, cum propria passio insit rei per se, & non per aliud; sed recipere magis, & minus est proprietas quorundam accidentiũ, & similiter non recipere magis, & minus, vt patet per Philosophum in Prædic. non ergo est dicendum, quòd alia, & alia dispositio agentis, & passi, det formæ, quòd possit recipere magis, & minus, sed è conuerso, quia forma ex natura sua habet, quòd possit suscipere magis, & minus, idcircò agens, & subiectum possunt diuersimodè disponi respectu talis formæ causandæ.

Euersio Rationis prædictæ opinionis. Ratio etiam, per quam hoc probat non est conueniens, & sufficienter probat propositum; sicut enim omnis homo, & solus homo est generatus ab homine naturaliter loquendo, & ex tali materia; non tamen per hæc duo sufficienter, & conuenienter redderetur ratio huius, quòd est esse hominem; sed ratio, & causa est, quia habet corpus organicum, & animam rationalem. Sic & in proposito, dato quod omnis, & sola illa forma reciperet magis, & minus, cuius principium effectiuum, & subiectum receptiuum possunt diuersimodè se habere modo exposito, non tamen per hoc concluditur, quòd prædicta variabilitas sit prędictis formis ratio, & causa suscipiendi magis, & minus, & tamen ipsi prædicto modo probant opinionem prædictam.

§

3. Opinio continet tria dicta. ¶ Alij dicunt, quòd nulla forma secũdum suam absolutam, & specificam rationem recipit magis, & minus, vel habet esse perfectiùs, & imperfectius; sed secundum quòd contrahitur ad indiuiduum forma, quæ est variabilis quantùm ad partes, secũdum materiam, & quantùm ad partes, quæ non intrant diffinitionem rei cuiusmodi sũt hæ carnes, & hæc ossa, vel hæ manus, vel hic pes, & huiusmodi, potest habere esse perfectius, & imperfectius; talis autem est omnis forma substantialis, & omne accidens inseparabile à subiecto, vel quòd non concernit subiecta diuersarum specierum, & è conuerso accidens separabile, vel quod concernit subiecta diuersarum specierum, & per consequens est variabile, quantùm

A ad partes secundum speciem, idest quantũ ad subiectum, quod dicitur pars secundum speciem accidentis, quia intrat eius diffinitionem, non solùm habet esse perfectius, & imperfectius, sed etiam recipit magis, & minus.

¶ Primum istorum probant sic. Suscipere magis, & minus, vel habere esse perfectius, & imperfectius non conuenit alicui, nisi secundum, quòd est aliquo modo variabile; sed natura formæ secundum suam absolutam, & specificam rationem est inuariabilis, quia vt sic est indiuisibilis, & non diuersa, aliàs non differret forma generis, quæ non est vna forma realiter, sed plures, & forma speciei, quæ est vna realiter. Ergo &c. Prima eorũ probatio quantũ ad primum dictum.

¶ Secundum istorum probant sic. Omne totum est maius, & perfectius sua parte, sed conuenit formam substantialem, vel acB cidentalem inseparabilem, etiam quæ non concernit subiecta diuersarum specierum, esse in aliqua tota vna materia, vel in parte eius; sicut conuenit hominem esse cũ manu, & cum pede, vel sine manu, & sine pede, quæ partes non intrant diffinitionem naturæ humanæ, & sine quibus potest esse natura humana in rerum natura propter ꝙ dicuntur partes secundum materiam. Ergo conuenit talem formam habere esse perfectius, & imperfectius, & eadem ratione accidentia inseparabilia, & quæ non concernunt subiecta diuersarum specierum. Secunda quantũ ad secundum dictum.

¶ Tertium istorum probant sic. Accidentia, quæ possunt à substantia separari, aut quæ inueniuntur in subiectis diuersarũ specierum variabiliter, & indeterminatè se habent ad subiectum suum. Sed talia, quæ variabiliter, & indeterminatè se habẽt C ad subiectum suum, possint recipere magis, & minus. Ergo &c. Tertia quãtum ad tertium eorũ dictum.

¶ Sed hæc opinio stare non potest quantùm ad multa, quæ ponit. Primò quantùm ad hoc, quòd dicit, quòd nulla forma secundum suam absolutam, & specificam rationem, habet, quòd continet variabilitatem, sed solùm secundum quòd cõtrahitur ad indiuiduum. Hoc enim intelligi non potest, nisi tripliciter. Vno modo, vt dicatur forma secundum suam absolutã, & specificam rationem formę, vt habet esse obiectiuè in intellectu, forma autem contracta ad indiuiduum dicitur forma vt habet esse reale extra animam in indiuiduis, & secundum hunc sensum diuisio est nulla; constat enim, quòd variatio non potest cõpetere alicui nisi quod habet esse reale extra animam. Alio modo, vt intelligatur, D quòd esse perfectius, & imperfectius, vel habere magis, & minus non potest alicui formæ competere habenti solùm, ꝙ pertinet ad naturam specificam illius formæ, & nihil aliud, & sic etiam diuisio est nulla, quia cum gradus intensus, & remissus, vel Opinionis supradictæ improbatio 1.

maio-

maioris, & minoris perfectionis sint extra naturam specificam formæ, & eius diffinitionem, (vt de se patet) impossibile est, aliquam formam esse intensam, vel remissā, vel magis, & minus perfectam, habentem, præcisè, seu solùm quòd pertinet ad naturam specificam illius formæ. Tertiò modo, vt intelligatur, quòd nulla variabilitas competit formæ secundum se, sed solùm ratione subiecti sui, quod in communi acceptum, dicitur ab eis pars secundum speciem: quantùm autem ad aliquas partes eius, sine quibus forma esse potest, dicitur pars formæ secundum materiam. Et hic intellectus falsus est; quòd patet ex duobus. Primò, quia, vt prædictum est, propria passio alicuius conuenit ei secundum se, & non ratione alicuius extrinseci; sed recipere magis, & minus est propria passio aliquarum formarum, vt patet per Philosop. in Prædicam. Ergo competit ei secundum se, & non ratione subiecti ipsarum. Secundò, quia, vt dicitur 2 Phys. c. 3. Vnúquodq; sic agitur naturaliter sicut natum est agi. Sed quædam formæ naturaliter, & non per artem, vel per violentiam recipiunt magis, & minus. Ergo habent aptitudinem naturalem ad talem variabilitatem, & non competit eis talis variabilitas ratione subiecti ipsarum. Sed illud, quod conuenit alicui formæ, vt saluatur non in vno indiuiduo, sed in multis, conuenit ei secundum suam absolutam, & specificam rationem, quia vniuersale est vnum in multis, sicut habere multas differentias potestate conuenit naturæ generis, vt est similis in multis speciebus, & per consequens secundum suā absolutam, & generalem acceptionem. Sed recipere magis, & minus, sic conuenit secundum eum omni formæ, quia secundum eum forma intensa & remissa differunt numero. Ergo recipere magis, & minus conuenit formę secundum suam absolutam, & specificam rationem.

Soluitur argumentum oppositum. Ad illud ergo, per quod probabatur oppositum dicendum, quod cum diuisio generis in species sit quasi diuisio materialis in formalia, eò, quòd genus, quod sumitur à materia descendit in species per differentias, quæ sumuntur à formis, forma generis non est vna, seu indiuisa, sed plures, vel diuisa realiter; è contra, cum ratio speciei perficiatur per vltimam differentiam, quæ est vna tantùm, forma speciei est vna, & indiuisa realiter, aliqua tamen est diuisibilis, & plures possibiliter secundum diuersos gradus intensos, & remissos, & possibiles aduenire.

2. Improbatio. ¶ Secundò potest eadem opinio improbari quantùm ad hoc, quod dicit, quòd subiectum est pars secundum speciem accidentis. Quia illud, quòd dicit rem alterius generis ab accidente, non potest dici pars eius secundum speciem, pars enim non est in aliquo genere à genere totius. Sed tale est subiectum respectu accidentis. Ergo &c.

Præterea. Quòd est extra essentiam alicuius, non potest dici pars eius secundum speciem; sed subiectum est extra essentiam accidentis, vnde & secundum Philosoph. 7. Metaph. accidentia diffiniuntur per subiectum suum diffinitione per additamentum tanquam per aliquid existens extra essentiam eorum. Ergo &c.

3. Improbatio. ¶ Tertiò potest eadem opinio improbari quantùm ad cōtradictionem, quam videtur implicare. Primò enim dicit, quòd nulla forma quantùm ad specificam rationem est variabilis, postea dicit, quòd aliqua forma est variabilis; quantùm ad formam per partes secundum speciem; quòd enim variatur quantùm ad partes secundum speciem, variatur secundum speciem; parte enim variata, totum non remanet idem.

4. Improbatio. ¶ Quartò, potest eadem opinio improbari quantùm ad rationem, quam dicit suscipiendi magis, & minus, scilicet posse separari à subiecto, vel concernere subiecta diuersarum specierū. Hoc enim falsum est, vt in reprobatione immediatè præcedentis opinionis supra declaratū est. Et prætera. Sicut subiectū, secundum eos, dicitur pars secundum speciem accidētis, sic & materia potest dici pars secundum speciem formæ substantialis; ponitur enim in eius diffinitione. Vnde dicitur in 2. de anima t. 6. [Anima est actus corporis, &c.] forma etiā substantialis potest separari à materia, & tamen non recipit magis, & minus.

Moderatio opinionis allatæ quæ posset dari. Videtur ergo dicendum, quòd si omnis forma accidentalis adueniret subiecto per continuam intēsionem, & recederet per remissionem, posset saluari aliqualiter prædicta opinio, hoc enim videtur supponi secūdum eam. *Sed confutatur.* Sed hoc est falsum, aliqua enim adueniunt per generationem, & recedunt per corruptionem, aliqua autem per augmentum propriè dictum, vt quantitas; & è conuerso aliqua possunt remitti absq; hoc, quòd possint dimittere subiectum suum, vt dictum est de calore ignis. Et ideo prædicta positio non est vera.

Auctoris sententia. ¶ Ijs ergo opinionibus dimissis, dicendū est, quòd cum posse suscipere magis, & minus sit proprietas quædam formarum, vt patet per Philosophum in Prædicam. proprium autem conueniat subiecto per se, & ex sui natura, vt patet per Philosoph. nulla causa quærenda est huius, nisi ipsa natura formæ. Quantùm tamen ad nostram notitiam potest reddi causa, quando scilicet forma habet habitudinem essentialem, & specificam ad aliquid extra, vt habitus ad obiectum, & contingit plus, vel minus attingi per habitum, vel extensiuè, vt

in scientijs; conuenit enim per habitum grammaticæ plura, vel pauciora contenta sub eius subiecto contingere: vel intensiuè; si eadem certius cognoscantur. Virtus autem moralis suscipit magis, & minus, non primo modo; habens enim temperantiam habet eam in ordine ad omnia, ad quæ se extendit temperantia: virtus enim est respectu optimi, cum sit vltimum de potentia, & per consequens respectu omnium aliorum. Sed secundo modo, quia conuenit per virtutem plus, vel minus attingi medium essentiale, quod respicit virtus tanquam regulam; medium enim circa, quod est virtus, est habens latitudinem, vt patet per Philosophum in Ethicis. Motus etiam respicit terminum ad quem, quem plus, vel minus conuenit per motum attingere, vel extensiuè, vt cum quis mouetur per maius tempus, vel intensiuè vt cum quis mouetur velocius. Sanitas B etiam respicit adæquationem humorum alicuius animalis, vt causam efficientem, quæ adæquatio non est punctalis, vnde per sanitatem conuenit plus, & minus attingere adæquationem, quæ est optima respectu huius animalis.

Generaliter ergo qn̄ forma respicit aliqd extra se, q̄ conuenit plus, vel minus attingi per formam, ex latitudine illius potest reddi ratio quo ad nos latitudinis talis formæ; & per consequens susceptionis magis, & minus. Potest etiam reddi similis ratio quo ad nos, quando aliquid perficitur per aliquid intrinsecum habens latitudinem, vt ratio albedinis perficitur per certum gradum lucis, non punctalem, sed latitudinem habentem; idcircò albedo recipit magis, & minus, secundum, quòd plus, vel minus de luce participat. E contra autem C potest reddi ratio quo ad nos, quare aliqua non suscipiunt magis, & minus, si extrinsecum quod respicit caret latitudine; vt si optima sanitas haberet nomen, non reciperet magis, quia causaretur ex adæquatione humorum punctali. Et similiter, si ratio alicuius perficitur per aliquid intrinsecum carens latitudine, vt ratio numeri per vnitatem, & ratio substantiæ per differentiam substantialem specificam, talia per consequens non recipiunt magis, & minus; sed si forma est simplex non habens huiusmodi latitudinem ad aliquid extra, non videtur, quòd aliqua ratio possit reddi, etiam quo ad nos quare suscipiat, vel non suscipiat magis, & minus, nisi quia hoc habet ex natura sua, & est eius proprietas naturalis, sicut proprietas magnetis est quòd attrahat ferrum, & hominis D quòd sit risibilis. Et sic intelligenda videntur verba Fratris Thomæ, quæ habentur Prima Secundæ, quæstione 52. articulo 1. in corpore. Quod enim ibi dicitur, quòd illud, quo accipitur species

D Tho. doctrina exponitur.

rei, est indiuisibile; exponendum est non simpliciter, sed in plura specie; vnde & ibidem dicit, quòd tale est quasi indiuisibile, & ibidem dicitur, quòd species scientiæ sumuntur ab obiecto, sub quo possunt multa comprehendi. Quòd autem ibi dicitur, quòd species aliquorum accipitur ab aliquo extra, exponendum est, quia ad tale extrinsecum habet essentialem ordinem secundum totam suam speciem. Quòd etiam ibi dicitur, quasdam formas secundum se recipere magis, & minus, & quasdam non: exponendum est secundum se, idest, absq; respectu ad subiectum, ex habitudine, scilicet, ad aliquid aliud. Vnde ibi distinguitur secundum se à participatione subiecti. Vnde videtur, quòd eadem sit sententia prædicta, cum doctrina Fr. Thomæ in loco prædicto.

PVNCTVM · II.

Secundum quid charitas augeatur.

SECVNDO Principaliter est videndum de principali quæsito. Vbi sciendum est, quod quidam dicunt charitatem, & cæteras formas augeri quantùm ad esse tantùm, non autem quantùm ad essentiam. Quòd probant multipliciter, quantùm ad vtrumque.

Opinio quorundam.

Primò quantùm ad hoc, quòd non augetur quantùm ad essentiam multipliciter. Primò per dictum Philosoph. in 8. Metap. tex. 10. vbi dicitur, quòd formæ rerum sunt sicut numeri. Sed ratio numeri consistit in indiuisibili, quia perficitur per vnitatem, sic, quòd addita, vel subtracta vnitate, variatur species. Ergo & essentia formæ consistit in indiuisibili, nec per consequens recipit magis, & minus.

Primum argumētum. Quo ad illud dictū, q̄ non augeatur quantū ad essentiā.

Præterea. Auctor sex principiorū c. 1. dicit, quòd forma est simplici, & inuariabili essentia consistens, sed simplex vt sic non habet in se diuersos gradus; & inuariabile non potest recipere magis, & minus. Ergo &c.

Secundum.

Præterea. Illud, per quod aliquid habet certitudinem, oportet esse minimum, & indiuisibile. Sed vnumquodque habet certitudinem per formam suam, per quam est id, quod est secundum, Auicennam 1. Metaphis. suæ. Ergo omnis forma est indiuisibilis, & nullam latitudinem habet.

Tertium.

Præterea, Si in essentia formæ sunt gradus intensi, & remissi; aut gradus intensus continet remissum virtualiter tantùm, sicut sensitiuum continet vegetatiuū, & sic tales gradus differrēt specie, nec esset in vna essētia, seu specie, sicut apparet in exēplo posito

Quartum.

de vegetatiuo, & sensitiuo. Aut gradui remisso quādo augetur forma, adderetur gradus intensus, & tunc esset augmentum per additionem in formis, quòd negatur communiter.

V. arg. pbans aliud dictum opinionis.

¶ Probant etiam eandem opinionem quantùm ad partem affirmatiuam, scilicet, quòd forma recipit magis, & minus quantum ad esse, sic. Sicut se habet virtus ad agere, ita essentia ad esse. Sed eadem virtus in nullo variata potest agere perfectius, vel minus perfectè, secundum quòd subiectum est magis, vel minus dispositum ad recipiēdum. Ergo à simili essentia in nullo variata potest dare esse perfectius, vel minus perfectum secundum quòd subiectum est magis, vel minus dispositum.

Cōfirmatio

Et confirmatur hoc dictum per Philosophum in Prædicamentis, vbi dicit, quòd iustitia non dicitur magis, & minus, sed iustum; iustitia autem in abstracto accepta videtur significare essentiam, iustum autem in concreto esse. Ergo &c.

Prædicta opinio improbatur à quibusdam

¶ Hanc opinionem quidam improbant tripliciter

Primò, quia aut esse est idē cum essentia, & tunc si augetur vnū, augetur & aliud: aut sequitur essentiam intimius, quàm propria passio subiectum suum; & tunc etiam oportet dicere, vt videtur, quòd si augetur vnū, augetur & aliud.

Secundo, quia illud, quod consequitur aliquid primò, & per se, non conuenit alicui, nisi per illud videatur habere mensurā, & fixionem, & determinationem per illud. Sed sic est de esse respectu essentiæ. Ergo aut vtrumque, aut neutrum recipit magis, & minus.

Tertiò, quia indiuisibilitas formæ quo ad vtrumque est ratio non suscipiendi magis, & minus.

Rōnū pdictarū insufficientia, & respōsio ad 1. rōnē.

Sed istæ rationes non videntur sufficienter improbare opinionem prædictam: secundum enim auctorem prædictæ opinionis. Esse realiter differt ab essentia. Quo supposito, dicendum est ad primam rationem per interemptionem illius, quod ibi supponitur, scilicet, quod si propria passio recipit magis, & minus, & subiectum recipit magis, & minus: quia color recipit magis, & minus, & est propria passio quantitatis, quæ non recipit magis, & minus; quantitas etiam, quæ habet latitudinem sui generis; secundum quam dicitur magna, vel parua, est propria passio substantiæ corporeæ, quæ caret omni latitudine. Potentia etiam intellectiua, seu ratiocinatiua est propria passio animæ humanæ, quæ non recipit magis, & minus; & tamen ipsa potentia recipit magis, & minus secundum communem doctrinam, vt patet prima parte quæst. 85. artic. 7. & 2. Sentent. distinctione 32. articulo vltimo, & vt dicit quidam articulus Parisiensis videlicet

A quod [Inconueniens est ponere aliquos intellectus nobiliores alijs, quia cum ista diuersitas non possit esse à parte corporum, oportet, quòd sit à parte intelligentiarum & sic animæ nobiles, & ignobiles essent necessariò diuersarum specierum. Error: quia sic anima Christi non esset nobilior anima Iudæ,] vbi apertè reprobatur pro errore dicere, quòd inconueniens est ponere aliquos intellectus nobiliores alijs in vna etiam specie scilicet hominis.

Per quod patet solutio secundæ rationis, quodlibet enim prædictorum trium, scilicet color, quantitas, & potentia intellectiua primò, & per se conuenit subiecto suo, & nulli alteri, nisi per ipsum, & recipiunt magis, & minus, non autem subiecta eorum. Ad 2. rōnē

Tertia etiam ratio non concludit, imò in ipsa petitur principium, quia illud, quod est commune pluribus, non est propria ratio alicuius, quòd conuenit alteri soli, vt animalitas non est propria rō rationabilitatis in homine, vel irrationabilitatis in bruto. Sed indiuisibilitas quo ad essentiam est communis formis recipientibus magis, & minus, & non recipientibus secundum illos de opposita opinione. Ergo non est ratio non recipiendi magis, & minus: vel petitur principium. Ad 3. rōnē. B

¶ Ijs rationibus dimissis, videtur prędicta opinio posse improbari multipliciter. Ab Auctore refellitur opinio prædicta.

Primò, quia sicut se habent magnum, & paruum ad quantitatem, sic se videntur habere magis, & minus ad qualitatem, quæ recipit magis, & minus. Sed magnum, & paruum sunt circa ipsam essentiam quantitatis, quæ est ipsa extensio. Ergo magis, & minus sunt circa ipsam essentiam qualitatis. 1. Improbatio. C

Præterea, secundum communem regulam, si simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, & maximè ad maximè; sed subiectum dicitur simpliciter album, ex hoc quod habet essentiam albedinis non solum eius esse. Ergo, & dicetur magis album ex hoc quod habet perfectiorem essentiam albedinis. Secunda

Præterea, secundum Philosophum in 7. Physic. comparatio secundum magis, & minus, est propriè in specie specialissima. Sed species specialissima sumitur ab essentia formæ, non ab eius esse, quòd magis respicit indiuiduum. Ergo magis, & minus sunt circa ipsam essentiam formæ. Tertia

Præterea. Per omnem alterationem acquiritur aliqua forma non solùm quantùm ad esse, sed etiam quantùm ad essentiam, cum alteratio sit motus ad formā, quæ est in 3. specie qualitatis, vt patet ex 5. Physic. t. 19. Sed dum qualitas augetur, est ibi vera alteratio. Ergo acquiritur aliqua forma per tale augmentum quantū ad essentiā ipsam. Quarta. D

Sed

Sed non acquiritur forma simpliciter, quia illa præexistebat, sed solùm gradus intẽsus. A Ergo tales gradus intensi, & remissi sunt circa ipsam essentiam formæ.

Quinta. Præterea. Motus ad formam est ipsa essentia formæ, non solùm eius esse, vt patet ex 3. Physic. sed motus est particularis. Ergo & essentia formæ est particularis, saltem, quæ acquiritur per motum continuum, & pari ratione omnis alia forma, quæ recipit magis, & minus; quia, quòd probatur de vna, probatur de omnibus, quia de omnibus consimiliter negatur à dicentibus oppositum.

Cõfirmatio. Et confirmatur ratio, quia sicut motus localis se habet ad locum, sic se videtur habere motus ad ipsam formam. Sed motus localis diuiditur secundum diuisionem loci, vt patet 6. Physicorum, & hoc quantum ad ipsam essentiam loci. Ergo motùs ad formam diuiditur secundum diui- B sionem graduum intensorũ, & remissorum in ipsa essentia formæ.

Sexta. Præterea. Secundum Auctores prædictæ opinionis, esse formæ substantialis, siuè substantiæ, est esse omnium accidentium, quæ sunt in illa substantia. Sed tale esse non recipit magis, & minus, aliàs forma substantialis susciperet magis, & minus; sed secundum opinionem ipsorum, ad hoc, quod aliqua forma suscipiat magis, & minus, sufficit, quod eius esse recipiat magis, & minus. Ergo secundum opinionem eorum, vel nullum accidens recipit magis, & minus, vel accidentia non recipiunt magis, & minus quantùm ad esse, sed solùm quantùm ad essentiam.

Evasio. Si dicatur ad hanc rationem, quod tàm esse, quàm essentia accidentis stat in indi- C uisibili, sed participatio accidentis à subiecto potest esse maior, vel minor, secundum, quòd subiectum est magis, vel minus dispositum, quæ participatio est inesse accidentis, quod ab ipsis dicitur esse, quia accidentis esse, est inesse. Hæc responsio non valet propter plura.

Refutatio. Primò, quia idem subiectum eodem modo dispositum potest aliquam formam participare secundum magis, & minus secundum diuersitatem agentis, vt idem aer eodem modo rarus, magis illuminatur à sole, quàm à luna.

Secundò, quia non potest dici illud (secundum quod subiectum est magis, vel minus dispositum) secundum istorum opinionem. Constat enim quòd essentia materiæ, non recipit magis, & minus, nec essentia, vel esse formæ substantialis, & ac- D cidẽtalis, vt iam prædictum est. Sed præter ista nihil aliud est in subiecto. Ergo &c. Nec potest dici subiectum magis, vel minus dispositum propter maiorem, vel minorem elongationem à contrario, quia magis, & minus inueniuntur in forma non habente contrarium, vt in luce. Et præterea. Maior, & minor elongatio ab vno contrariorum, cum dicat solam priuationem, non potest reddere subiectum magis, & minus dispositum, nisi propter positionem contrarij secundum magis, & minus.

¶ Ad primum ergo argumentum factum pro contraria opinione, potest responderi tripliciter. Primò dicendo, quòd Philosophus ibi ad literam loquitur de formis à materia separatis, quas Platonici ideas vocabant, contra quos Philosophus ad literam loquitur in parte illa; vnde & dicit ibidem, quòd quemadmodum numerus non habet magis, & minus, sic nec substantia etiam secundum speciem, sed siquidem cum materia. Vel potest dici Secundò, quòd Philosophus loquitur de formis substantialibus, & de speciebus per eas constitutis, quarum propriè est diffinitio, quæ numero comparatur, quia sicut in numeris, sic & in diffinitionibus nihil potest addi, vel minui sine variatione speciei. Vel potest dici Tertiò, quòd omnes formę tàm substantiales, quàm accidentales sunt sicut numeri quantùm ad hoc, quòd ratio earum perficitur per aliquid indiuisibile in plura specie, quod tamen latitudinem habet, & plures gradus, existentes tamen infrà eandem speciem, non autem est intelligenda illa similitudo quantùm ad omnia, aliàs sicut numeri non recipiunt magis, & minus, nec quantùm ad esse, nec quantùm ad essentiam, sic nec etiam formæ omnes etiam accidentales, quod falsum est. Ad 1. Arg. contrariæ opinionis.

Ad Secundum dicendum, quòd forma dicitur inuariabili essentia consistens, quia non est subiectum variationis, vt ibi ad literam intelligitur, non autem quantum ad hoc, quòd secundum eam non fit variatio secundum magis, & minus. Dicitur etiam simplici essentia consistens, quia eius essentia caret compositione materiæ, & formæ, non autem quantùm ad hoc, quòd in eius essentia in eadem specie non sint diuersi gradus possibiles maioris, & minoris perfectionis, vt procedebat argumentum. Ad 2.

Ad Tertium dicendum, quòd illud, per quod aliquid habet certitudinem, sufficit, quòd sit indiuisibile secundum acceptionem nostram, vel secundum aliquem modum non autem oportet, quod sit simpliciter indiuisibile, seu minimum, sicut nec in quantitate est minimum simpliciter; essentia autem formæ est indiuisibilis in plura specie, & per consequens secundum acceptionem nostram, non autem simpliciter. Ad 3.

Ad Quartum dicendum, quod illud argumentum æquè probat, quòd forma Ad 4.

careat gradibus intensis, & remissis quantū ad esse, sicut quantùm ad essentiam; secundum enim formam illius argumenti, sequitur; aut quòd vnus gradus essendi differat ab alio specie, quòd falsū est; aut quòd fiat augmentum per additionem vnius gradus essendi ad alium, quòd negatur communiter. Dicendum ergo ad formam argumēti, quòd gradus remissus continetur in intenso virtute, nec oportet, quòd differant specie, maioritas enim, & minoritas aliquando inueniur in eadem specie, aliquādo in diuersis, semper autem in virtute cōtinetur minus in maiori.

Ad 5. Ad quintum dicendum, quòd actus actiuorum fiunt in patiente, & disposito, vt dicitur in 2. de anima t.24. & idcircò, quia actio agentis non est subiectiuè in habente virtutem actiuam, sed magis in passo, non est inconueniens, quòd ab eadem virtute actiua possit esse actio magis, & minus perfecta secundum maiorem, & minorem dispositionem passi; agere enim non est actus virtutis actiuę nisi effectiuè tantùm, non autem subiectiuè, sed passi. Sed è contra, esse est actus essentiæ subiectiuè in eodem supposito existens cum ipsa, & est ea simplicius, & actualius, propter quod non videtur, quòd possint esse gradus intensi, & remissi in actu essendi, & non in essentia.

Ad Confirmationem. Ad auctoritatem Philosophi dicendum, quòd Philosophus dicit, quòd vna iustitia non dicitur magis, quam alia; sed iustus vnus dicitur magis alio, attendens ad proprietatem loquendi, propriè enim vnus debet dici magis iustus, quàm alius, vna autē iustitia debet dici perfectior, & intensior, quam alia, non autem magis iustitia, quam alia. Et sic patet totum, quod erat dicendum in hac Quæstione.

Soluuntur argumenta initio proposita.

AD I. AD primum ergo argumentum factum in obijciendo, dicendum per interēptionem minoris, res enim variabilis, vt motus, mensuratur tempore, non solum quātùm ad esse, sed etiam quantùm ad essentiā, & sicut per tempus scimus quantum talis res existit in rerum natura; sic etiam per ipsum scimus, quantum talis rei essentia durat in rerum natura; quia cum talis res, quantùm ad vtrumq; scilicet essentiam, & esse varietur, & quantùm ad vtrumq; etiam tempore mensuretur, quod est mensura variationis, & motus; quia tamen essentia magis se tenet ex parte speciei, quia significatur per diffinitionem, quæ est propriè speciei, esse autem magis se tenet ex parte indiuidui, cui primo conuenit (vniuersale enim, aut nihil est, aut posterius,) vt dicitur in prmio de Anima tex.8. variationes autem, & motus sunt circa singularia, sicut & actiones, vt dicitur in prologo Metaph. Nihil etiam mensuratur propriè quacunq; duratione, nisi singulare: idcircò æternitas æuum, & tempus dicuntur durationes essendi, quamuis secundum, veritatem sint et mensurationes ipsarum essentiarum, non quidem acceptarum in vniuersali, sed in singulari, cum per ipsa sciatur, quantùm vnaquęq; essentia durat in rerum natura, vt prædictum est.

Ad secundum dicendum per interemptionem minoris. Et ad eius probationem dicendum, quòd quamuis naturaliter in omni mutatione sit aliquod subiectum, tamen in illa rarefactione Sacramenti non est aliquod subiectum, vt aliàs declaratum fuit, & hoc supernaturaliter, & miraculosè per idem, scilicet miraculum, & non per nouum, quo quantitas existit ibi sine subiecto. Sicut enim Deus potest quantitatem stantem cōseruare sine subiecto, sic & quātitatem fluentem, quę secundum veritatem est ille motus rarefactionis. AD II.

Ad tertium dicendum, quòd forma, quę recipit magis, & minus dicitur variari secūdum essentiam, non quia variari sit de eius essentia, vel ei essentiale; vt argumentum procedebat, sed quia variatio per gradus remissos, & intēsos est circa eius essentiam, & non solùm circa esse ipsius. AD III.

Ad quartum dicendum, quòd aliqua potentia est, cuius actus inhærens nō potest circa ipsam variari, vt apparet de forma cœli respectu suæ materiæ, & sic dicendum est de esse respectu essentiæ propter rationes prædictas. Dato etiam, quòd esse sit effectus essentiæ, est effectus suam causam adæquans, vndè nec ab vna essentia possunt fluere multa esse, vt sic essentia possit de vno esse in aliud variari. AD IV.

Ad quintum dicendum, quòd quamuis diffinitio non recipiat magis, & minus quātùm ad hoc, quòd constat ex genere, & certo numero differentiarum, & perficitur per vltimam differentiam, quæ est indiuisibilis in plures differentias specie; tamē talis differentia potest in se habere diuersos gradus intēsos, & remissos in eadem specie existentes, ratione quorum illud possit dici recipere magis, & minus. AD V.

Ad sextum dicendum, quòd diffinitio vniuoci pertinentis ad genus substantię, prędicatur æqualiter de contentis sub diffinito, non autem diffinitio vniuoci pertinentis ad ad genus accidentis, quod recipit magis, & minus; & tamen tale vniuocū differt ab analogo, quia gradus maioris, & minoris perfectionis contenti sub tali vniuoco pertinēt ad eandem speciem; sed gradus maioris, & minoris perfectionis contenti sub tali analogo pertinent ad diuersas species. AD VI.

Ad septimum patet responsio per dicta in responsione initio quæstionis. AD VII.

Ad

AD VIII. Ad octauum, & vltimum dicendum per interemptionem minoris; quia sicut aliàs probatum fuit, quodlibet accidens habet proprium esse in subiecto distinctum ab esse subiecti. Et ad eius probationem dicendum, quòd non est simile de extensione, & de esse: extensio enim dicit aliquid determinati generis non plurificabile per consequens in eodem subiecto; propterquod omnia, quæ sunt in eodẽ subiecto extensa, eadem extensione extensa sunt; sicut & omnia, quæ dicuntur alba in eodem subiecto, eadem albedine sunt alba. Sed esse dicit aliquid commune diuersis, A propter quod non oportet, quod omnia, quæ sunt in eodem subiecto sint entia per vnum esse; dicuntur autem accidentia non entia, sed entis à Philosopho, quia suum proprium esse habere non possunt naturaliter nisi innitantur ipsi esse substantiæ, quòd est quodammodo esse omnium aliorum, cum ab eo dependeant omnia alia, sicut ab illo, cui innituntur, propter quod etiam, substantia, & accidens dicuntur à Philosopho vnum ens.

QVAESTIO V.

Vtrum charitas possit augeri in infinitum.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quòd non. Quia secundum Philosophum processus, quo itur ad perfectionem, & formam, non vadit in infinitum. Sed talis processus est augmentum charitatis. Ergo &c.

II. PRÆT. Secundum Philosophum in 2. de Anima tex. 41. [Omnium natura constantium (per quæ intelligit omnia creata) certus est terminus magnitudinis, & augmenti.] Sed charitas, quæ potest augeri est quid creatum. Ergo &c.

III. PRÆT. Quanta perfectio potest fieri successiuè in vna charitate, tanta potest fieri simul. Sed non est possibile esse simul, & in actu aliquam charitatem perfectionis C infinitæ. Ergo nec successiuè est possibile procedere in infinitum in perfectione charitatis. Minor patet. Maior probatur; quia si Deus non potest facere simul totam perfectionem charitatis, quam potest facere successiuè; aut hoc est ex parte Dei, quòd dici non potest, quia Deus simul totam suam virtutem habet, & habet virtutem infinitam; aut hoc est ex parte recipientis, quòd etiam dici non potest, quia tota capacitas remota, quæ sola est necessaria, respectu Dei est simul in qualibet creatura spirituali, idest ipsa potentia volitiua, licet illa, quæ est per conatum, & meritum non sit simul, quæ respectu Dei non est necessaria; D aut hoc est ex parte ipsius naturæ charitatis, quòd etiam dici non potest, quia ei, quod importat infinitatem graduum in sua natu- B ra, non repugnat posse esse in actu sm̃ talẽ infinitatẽ. Sed charitas, si est augmentabilis in infinitum, importat infinitatem graduũ in sua natura. Ergo &c. Nec potest dici, vt videtur, quòd quamuis charitas possit augeri in infinitum, non tamen est possibile esse in actu charitatem infinitam. Sicut, & continuum est diuisibile in infinitum, non tamen est possibile esse in actu simul partes continui infinitas: quia non est simile de diuisione continui, quæ vadit ad materiam, & ille actus semper habet admixtionem materiæ, & per consequen vadit in infinitũ. & de augmento charitatis, quod vadit ad perfectionem, & actum, & ideò non potest tendere in infinitum.

PRÆT. Deus per ideas rerum cognoscit res quantùm ad totum illud, quòd absolute important, sicut per ideam albedinis cognoscit albedinem, non solùm quãtùm ad vnum gradum intensũ, vel remissũ, sed etiam quantùm ad totum, quòd importat natura albedinis. Sed si charitas potest augeri in infinitum, natura eius secundum se, & absolutè accepta importat infinitam perfectionem graduum. Ergo Deus per ideam charitatis cognoscit quandam naturam creatam perfectionis infinitæ, quod est inconueniens. Ergo &c. IV.

PRÆT. Illud, quòd est proprium ei, quod est perfectum per essentiam, non V. potest conuenire ei, quod est perfectum per participationem. Sed esse infinitum secundum formam, & perfectionem est proprium Dei, qui est perfectus per essentiam. Ergo habere infinitam perfectionem

nem non conuenit charitati creatæ.

VI. PRÆT. Si charitas posset augeri in infinitum, posset aliqua charitas fieri maior charitate Christi, hoc est inconueniens. Ergo &c.

VII. PRÆT. Omnis perfectio possibilis communicari creaturæ est finita. Ergo in nulla perfectione potest esse augmentum in infinitum. Antecedens supponitur, quia perfectio infinita est propria Deo, non solû infinita vndequaque, quia scilicet eadem res in Deo est sapientia, iustitia, &c. Sed etiam vt videtur est infinita quantùm ad aliquam vnam rationem, vt potè sapientię, & huiusmodi, quia nulla creatura existens, vel possibilis potest etiam in vnoquoque adęquare perfectionem diuinam, quæ ab ea distat in infinitum. Consequentia probatur; quia sicut se hēt quãtitas molis ad corporalia, sic se habet quantitas virtutis ad spiritualia; sed augmentum in prima quantitate non potest procedere in infinitum, nisi esset possibilis aliqua quantitas molis infinita, vt patet ex 3. Physic. Ergo &c.

VIII. PRÆT. Per processum in infinitum augmenti charitatis transcenditur omnis charitas finita. Sed omnis charitas finita non transcenditur nisi per charitatem infinitam. Ergo non est possibile augmentum in infinitum in charitate, nisi esset possibilis aliqua charitas infinita, & sic idem quod prius.

IX. PRÆT. Multitudo infinita actualis graduum charitatis supponit aliquem gradum actualem infinitæ perfectionis Ergo multitudo possibilis infinita supponit aliquē gradum possibilem infinitum, & sic idem, quod prius. Consequentia patet per similem proportionem. Antecedens probatur, quia data tali multitudine, aut aliquis gradus distat in infinitum ab aliquo signato, vt potè Beati Lini, aut nullus; si nullus ergo non sunt gradus infiniti; si aliquis, illa est perfectionis infinitæ.

X. PRÆT. Omnis gradus charitatis importat quandam perfectionem simpliciter. Ergo infiniti gradus potentiales important perfectionem simpliciter possibilē infinitā. Sed nulla perfectio possibilis communicari creaturæ est infinita, cû distet in infinitû à quacūq; ēt vna diuina pfectione. Ergo &c.

XI. PRÆT. Sicut omnis multitudo actualis est necessariò in aliqua specie multitudinis, sic & omnis multitudo potentialis: & sicut omnis multitudo actualis compræhēditur sub certa intentione Dei creantis, sic & omnis multitudo possibilis compræhenditur sub certa intentione Dei creatiui, vel creatoris, cû Deus perfectè cognoscat omne, quòd est sibi possibile. Sed propter prima duo, non potest esse actu aliqua infinita multitudo etiam per diuinam potentiam, secundum communem doctrinam. Ergo propter eandem non est ponenda possibilis infinitas graduum charitatis.

XII. A PRÆT. Secundum doctrinam Philosophi in 1. Posteriorû, positis extremis finitis, impossibile est media esse infinita. Sed infimus gradus charitatis est finitus, vt de se patet, & summus possibilis, scilicet Christi est etiam finitus. Ergo non sunt infiniti gradus possibiles charitatis. Probatio minoris quantum ad duo in ea contenta. Primò quantum ad hoc, quod charitas Christi fuerit finita non solùm quantùm ad hoc, quod erat res determinati generis, & speciei (vt quidam dicunt) sed etiam quantùm ad rationem charitatis; quia in beatis, ea, quæ sunt in voluntate correspondent quantùm ad intensionem, & remissionem his, quæ sunt in intellectu, tantum enim proportionaliter amant quantum vident. Sed visio Christi beata creata fuit finita, etiam quantùm ad rationem visionis, vtpotè distans in B infinitum à visione eiusdem increata, quia per eam non compræhendebat Verbum. Ergo & charitas Christi creata fuit finita, vtpotè distans in infinitum à charitate eiusdem increata, cum per charitatem creatam non diligeret Deum quãtùm diligibilis est. Secundò probatur eadem minor quantùm ad hoc, quod gradus charitatis Christi fuit summus possibilis. Quòd potest probari, Primò per dictum commune, quod dicitur quod nullus potest habere maiorem charitatem charitate Christi. Secundò, quia charitas est principium merendi, & est vinculû perfectionis secundû Apostolum. Sed nullû meritum puri hominis potest adæquare meritum Christi, quod fuit sufficiens pro salute totius humani generis, nec meruit per charitatem increatam, sed per creatam tãtùm, nullum etiam membrum potest esse C æqualis perfectionis cum capite. Ergo &c. Et præterea. Charitas Christi fuit dispositio saltem congruitatis ad illam vnionem, quâ maius donum creaturę cõicari non potuit.

XIII. PRÆT. Omne finitum quantumcūq; magnum attingitur, & exceditur per augmentum continuum finiti quantùmcumq; parui eiusdem rationis, vt patet 3. Physicorum. Sed charitas Patriæ est eiusdem rationis specificæ cum charitate viæ secundum doctrinam communem; imò est eadē numero, secundum illud Apostoli 1. Corinth. 13. [Charitas nunquam excidit:] & etiam apparet per rationem, quia est eiusdem subiecti, & obiecti. Nec visio, & fides, cum sint extra formalem rationem obiecti, vt potè, ad quam non tendimus per amorem amicitiæ, possunt diuersificare eius specificam rationem, illud autē est formale obie- D ctum amoris, quod amatur, vel quod est ratio amãdi; sed nec amatur, nec est ratio amãdi aliqua cognitio, sed eius bonitas sola, imò actu recto non potest apprahendi cognitio boni, nec per consequens principaliter amari. Ergo quamuis sit conditio necessa-

cessaria obiecti, non tamen est eius ratio formalis. Charitas etiam Patriæ non potest A attingi à charitate viæ secundum communem doctrinam; quòd etiam potest sic probari. Charitatis actus, vel habitus patriæ se habet per correspondentiam secundum æqualitatem proportionis, quantú ad perfectionem, ad lumen gloriæ, & visionem beatam; quantùm enim beatus habet de his, tátùm habet de charitate; charitas autem viæ se habet per correspondentiam ad fidem, cum omnes virtutes sint æquè intensæ in eodem, secundum communem doctrinam etiam ad gratiam, quæ vel est idem cum ea, vel est dispositio necessitans ad eam; fides autem non potest æquare visionem cú differant specie; nec gratia quæ est principium merendi potest æquare gloriam. Ergo nec charitas viæ charitátem patriæ. Et Præterea. Charitas viæ est charitas meritoria, charitas autem patriæ est beatifica; impossibile autem videtur, quòd motus æquetur B termino in perfectione; meritum autem comparatur ad præmium, vt motus ad terminum. Ergo charitas viæ non potest adæquari charitati patriæ. Ergo charitas viæ non potest in infinitum augeri.

Pro parte opposita.

SED CONTRA. Quòd Glos. super illo verbo ad Philippenses 3. [Non quòd iam acceperim, aut iá perfectus sim: sequor autē si in quo compræhendā, &c.] dicit [Nemo fidelium, & si multum profecerit, dicat, sufficit mihi; qui enim hoc dicit, exit de via ante terminum.] C

Responsio ad quæstionem

RESPONDEO. Quia secundum ponentes processum possibilem infinitum in perfectionibus essentialibus creaturarum, charitas potest augeri in infinitú, quia superiori Angelo collata est maior charitas quàm inferiori. Idcirco circa hanc quæstionem facienda sunt tria principaliter. Primo est inquirendum. Vtrum charitas infundatur maior, vel minor secúdum proportionem naturalium, quòd supponatur in hac quæstione secundum opinionem prædictam. Secundo est inquirendum. Vtrum in perfectionibus essentialibus creaturarum sit processus in infini- D tum, sic scilicet, quod Deus qualibet creatura data possit perfectiorem facere in infinitum. Tertio, principale quæsitum discutiendum est.

PVNCTVM I.

An charitas infundatur maior, vel minor secundum porportionem naturalium.

QVANTVM ad primum probandæ sunt tres conclusiones.

¶ Prima est, quòd simpliciter lòquendo charitas non confertur secundum proportionem naturalium, vel comparando homines inter se, vel ad Angelos; quæ sic probatur. Deus habentibus æqualia naturalia, quibusdam cóf ert charitaté, vt sanctificatis in vtero, & baptizatis, quibusdā non, vt non sanctificatis, nec baptizatis, quibusdam maioré, vt Christo inquātū homini, & Beatæ Virgini, quibusdam aût minorem, vt Ioanni Baptistæ, & ij omnes habuerunt æqualia naturalia, & potentiam volitiuam cum carentia conatus; idest quibusdā habentibus minora naturalia contulit maiorem charitatem, vt Beatæ Virgini, quàm habentibus maiora .i. Angelis. Ergo charitas non confertur secundum proportionē naturalium Antecedens probatum est quâtùm ad ambo, quæ continet; Consequentia patet, quia conferri secundum proportionem naturalium importat opposita prædictorum. *Prima conclusio negatiua.*

Sed contra hoc potest argui. Primò quia conferre æqualibus inæqualia, aut minoribus maiora, videtur pertinere ad iniustitiā conferentis. *Obiectio*

Secundò, quia videtur carere ratione cōtra Augustinum in libro 83. qq. quæst. 46. vbi dicit, quod inconueniens est dicere Deum irrationabiliter omnia condidisse. *Obiectio*

Sed ad primum dicendum, quòd iustitia vel iniustitia non habet locum, nisi, vbi est ratio debiti, vnde non habet locum in charitate, quæ confertur homini non secundú debitum, & naturam, sed [secundum mensuram donationis Christi,] vt dicitur ad Ephesios 4. & 1. Corinth. 12. dicitur de Spiritu sancto, quod dona sua diuidit [Singulis prout vult] propter quod pater familias dicit cuidam Matthæi 20. [Tolle, quod tuum est, & vade; aut non licet mihi, quod volo, facere?] *Solutio Obiectio.*

Ad secundum dicendum, quòd prædicta distributio non caret ratione, quia principium charitatis Christus sm̄ quod homo debuit eā habere singulariter quodammodo, idest in primo instanti suæ conceptionis, & in maiori copia, quia agens præstantius est passo, vt dicitur in 3. de Anima, & habentes specialem habitudinem ad ipsum, rationabile fuit, quòd haberent semper eam speciali quodam modo, scilicet existentes in vtero, vt mater eius, & eius præcursor Bapū- *Solutio 2. Obiectio.*

ptiſta, & eius Propheta ſingularis, ſcilicet, Ieremias, qui verbis, & factis in propria perſona eius paſſionem figurauit, vel propter aliquam aliam cauſam rationabilem, Deo, & ſi non nobis notam. Et ſimiliter rationabile eſt, quòd baptizatis, quibus applicatur paſſio Chriſti, per quam charitatem nobis meruit, magis conferat charitatem, non autem alijs.

2. Cõcluſio.

¶ Secunda concluſio eſt, quòd in Angelis de potentia abſoluta Deus poteſt conferre charitatem, non ſecundum proportionẽ naturalium; quæ poteſt probari quadrupliciter ex prædictis.

1. Ratio.

Primò, quia agens, quod in agendo non requirit diſpoſitionem in paſſo, poteſt formam magis, vel minus perfectam conferre paſſo qualitercunq; diſpoſito. Sed Deus eſt huiuſmodi reſpectu operum naturalium, & multo magis reſpectu ſupernaturalium. Ergo &c.

Secunda.

Secundò, quia plus eſt æquè diſpoſitis quibuſdam conferre, & quibuſdam non conferre charitatem, quàm inæqualibus æqualem charitatem conferre, quia plus differunt affirmatio, & negatio, quàm differant magis, & minus. Sed primum fecit Deus, vt ſupra declaratum eſt. Ergo & ſecundum poteſt facere.

Tertia

Tertiò, quia eiuſdẽ rõnis eſt hominibus habẽtibus æqualia naturalia cõferre inæqualem charitatem, & Angelis habentibus inæqualia conferre æqualem. Sed primum fecit Deus, vt ſupra declaratũ eſt. Ergo &c.

Quarta.

Quartò, quia plus eſt habentibus minora naturalia conferre maiorem charitatem, quàm habentibus inæqualia cõferre æqualem, quia plus diſtat minus à maiori, quàm à medio, vel æquali. Sed primũ fecit Deus, vt ſupra declaratum eſt. Ergo &c. Ex quibus etiam patet, quod de potentia abſoluta Deus poteſt inferioribus Angelis conferre maiorem charitatem.

3. Cõcluſio.

¶ Tertia concluſio eſt, quod de potẽtia ordinaria probabile eſt Deum Angelis charitatem ſecundum proportionem naturalium contuliſſe. Quæ ſic probatur. Non minus debet eſſe ordinatum opus gratiæ, quàm naturæ. Sed in naturalibus, actus actiuorum fiunt in patiente, & diſpoſito, vt dicitur in 2. de Anima tex. 24. & per conſequens perfectior actus fit in perfectiùs diſpoſito ſecundum communem regulam, ſi ſimpliciter, ad ſimpliciter, & magis, ad magis. Angeli autem habentes meliora naturalia habuerunt perfectiorem potentiam volitiuam, quæ eſt prima diſpoſitio 1. * ad charitatẽ, & eſt naturalis, 2. * ideſt neceſſariò conſequens naturam, & habuerunt maiorem conatum, qui conſiſtit in amore naturali boni, & deteſtatione mali, qui eſt naturalis, vtpotè in quem poteſt natura, & eſt diſpoſitio immediata, 3. * ad charitatẽ, quia in Angelis non eſt appetitus ſenſitiuus

* Vt eleuata auxilio ſupnaturali.
2.* hoc eſt ſubiectiuè non eliciti uè.
3.* Ad ſe-

retrahens intellectum noſtrum ab hoc conatu, ſicut eſt in nobis. Ergo &c. Et pari ratione homo adultus, qui maiori conatu 4.* mouetur ad Deum, maiorem charitatem conſequitur. Et hoc modo loquitur Frater Thomas in prima parte Summæ q. 62. art. 6. in corpore. illud autem, quod dicit in Secunda Secũdę referendum eſt ad primã, & ſecundam concluſionem de prædictis tribus.

ſum expoſitum.
4. * vt explicatũ eſt. Conſule expoſitionem Dominici Bannes ibidẽ verſ. Nota 3.

A

¶ Sed contra hanc Tertiam concluſionem poteſt argui dupliciter.

Obiectiones contra hanc 3. cõcluſionem. Prima.

Primò, quia non minus debet eſſe ordinatum opus gratiæ in hominibus, quàm in Angelis. Sed hominibus nõ confertur charitas ſecundum proportionem naturalium, vt patet per prædicta in prima concluſione. Ergo &c.

Secunda.

Secundò, quia totus conatus humanæ naturæ eſt infra conatum minimi Angeli,
B ſicut natura infra naturam. Si ergo ſecundum proportionẽ conatus cõferretur charitas, nunquam poſſet conferri æqualis charitas homini, & Angelo.

Ad primũ

Et ad primum dicendum, quod ſecundum communem curſum in naturalibus, forma confertur ſecundum diſpoſitionem paſſi; ſed ſi ſubiectum eſt rationalis creatura, vt in miraculis, regula deficit, ſecundum illud Matthæi 3. [Potens eſt Deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ,] propter ſcilicet approbationẽ fidei, vel manifeſtationem diuinæ potentiæ, vel ſanctitatis alicuius ſancti. Et ſimiliter in propoſito, cum ſubiectum ſit rationalis creatura, quæ prædicta eſt in prima concluſione, hominibus non confertur charitas ſecundum proportionem naturalium.

Ad ſecũdũ

Ad ſecundum dicendum, quòd hominibus confertur charitas non ſolùm propter
C conatum proprium, * ſed etiam propter meritum Chriſti, quòd in quantùm fuit Dei, & hominis, fuit quodammodo infinitum. Et præterea quamuis conatus purè naturalis hominis ſit infra conatum Angeli, tamen conatus hominis adulti charitate iam habita, poteſt eſſe maior conatu Angeli, qui in charitate non potuit proficere, ſed eam ſolùm primo conatu purè * naturali aſſequutus eſt, vel nullo præcedente conatu, ſi eſt creatus in gratia. Et præterea Deus non limitatur ad conatum prędictum, quin propter rationabilem cauſam poſſit cõferre maiorem charitatem habenti minorem conatum, ſi vult ei dare maiorem felicitatem; ſicut homo poteſt grauiorem lapidem magis ſurſum proijcere, quàm leuiorem, ſi vult eũ in altiori loco ſituare. Et præterea.
D Homo, & Angelus quamuis ſint a Deo facti inæquales quantùm ad naturam, ſunt tamen facti ęquales ab eo quantùm ad gratiam, & gloriam; conatus enim ordinatur ad charitatem, & gratiam ſicut ad finem, à quo ſumenda eſt ratio eorum, quæ ſunt ad finem;

* Eleuatũ diuino auxilio.
* Ad ſenſũ ſupraexplicatum ſubiectiuè non eliciti uè.

finem;

finem; quamuis ergo conatus hominis sit infra conatum Angeli quantùm ad esse naturæ; tamen potuit Deus eum instituere, vt æqualem, in quantùm est dispositio ad charitatem, & gratiam. Et hæc de primo. A

PVNCTVM II.

An in creaturarum perfectionibus essentialibus sit processus in infinitum, ita vt Deus qualibet creatura data possit facere perfectiorem in infinitum.

Prima opinio negatiua.

QVANTVM ad secundum principale, sunt duæ opiniones.

¶ Quidam enim dicunt, quòd processus in perfectionibus creaturarum non procedit in infinitũ, scilicet, quòd qualibet creatura data possit fieri alia perfectior, & hoc in infinitum. Quòd probant multipliciter. B

1. Ratio. Et Primò ex naturali appetitu rerum; quia illud est possibile in natura, ad ꝙ tendit naturalis appetitus rerum, alioquin appetitus esset frustra. Sed naturalis appetitus rerum tendit ad perfectissimum. Ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Quia naturalis appetitus tẽdit magis ad perfectissimũ, quàm ad infimum. Sed appetitus vniuersi tendit ad infimum, s. ad materiam primã, quæ est in vniuerso. Ergo ẽt tẽdit ad perfectissimũ existens, vel possibile in vniuerso.

2. Ratio. Præterea. Natura non incipit processum, quem non potest consummare. Sed natura incipit processum, quò tenditur ad perfectionem; processus aũt infinitus non potest consummari. Ergo &c.

Ratio. Præterea. Philosophus 3. Phys. dicit, ꝙ processus qui est in apponendo, quo itur ad perfectionẽ, & actũ non procedit in infinitũ. Sed talis est processus prædictus. Ergo &c. C

4. Ratio. Pręterea. Augustinus dicit in principio de vera Religione, quòd Deus vniuersum inchoat, continuat, & perficit; sed ꝙ perficitur non vadit in infinitum. Ergo &c.

5. Ratio. Præterea. In generibus nunc existentibus non possunt esse infinitæ species, quia continere infinitas veritates sub se, est proprium Dei, & per consequens conuenire non põt cuicunq; enti creato, & generi. Sed præter genera nunc existentia non potest Deus facere aliud genus, vt patet per Augustinum 2. super Genesim ad literam c. 1. vbi dicit quòd secundum genera, quæ Deus in principio instituit, multa quidem noua eum facere miraculum est. Sed nouum genus institui, dici non potest. Ergo &c. D

6. Ratio. Præterea. In illo genere, in quo oportet dare perfectissimũ, nõ conuenit procedere in infinitũ in speciebus illius generis, sed in omni genere est dare vnum perfectissimũ, quod est mensura omnium aliorum, vt dicitur 10. Meta. c. 3. Ergo in nullo genere possunt esse infinitæ species etiam in potentia; & sic idem, quod prius.

7. Ratio. Præterea. In per se ordinatis non est procedere in infinitũ, vt probat Philos. in multis locis. Sed species cuiuscunq; generis, & oĩa ẽt genera ad inuicẽ habẽt per se ordinẽ, cũ non sit dare duas species æquè distãtes à primo, vel etiam duo genera. Ergo &c.

8. Ratio. Præterea. Ordo rerũ non debet incipere ab imperfectissimo, sed à perfectissimo, & simplicissimo; sicut species numeri incipiũt ab vnitate, & non à supremo numero. Sed Deus est simplicissimũ in entibus. Ergo ꝓcessus in gradibus specificis creaturarũ debet incipere ex parte Dei, & non ex parte materiæ primæ. Sed hoc non posset esse, nisi contingeret dari aliquam speciem creatam immediatè se habentem ad Deum, ita quòd non contingat dari maiorem. Ergo &c.

9. Ratio. Præterea. Vniuersitas creaturæ possibilis, quæ obiectiuè est in intellectu diuino distat à perfectione diuina in infinitũ. Sed hoc nõ esset si perfectiones infinitæ essent possibiles in creaturis. Ergo. Maior supponitur. Minor probatur, quia quod cõtinet perfectiones infinitas non distat in infinitum à perfectione diuina, imò ei æquatur, quæ non põt continere nisi perfectiones infinitas. Sed si perfectiones infinitæ essẽt possibiles in creaturis, vniuersitas creaturarũ possibilis cõtineret obiectiuè in intellectu diuino perfectiones infinitas. Ergo &c.

Secunda Opinio affirmatiua ꝗ sequit̃ Author.

¶ Sed quia potentia Dei est incõpræhensibilis, ei est per omnia deferendum nec in aliquo derogandum; negare aũt Deũ posse, ꝙ põt, magis derogat potentiæ Dei; quàm concedere eum posse ꝙ non põt; quia primum ponit aliquam impotentiam in Deo. Secundum autem ponit in re possibili impossibilitatem; quia quicquid est possibile simpliciter, Deus potest. Idcircò debemus esse largissimi in concedendo Deum posse quæcunq: nisi manifestè implicẽt contradictionem. Idcirco videtur prædictis non obstantibus dicẽdum, quòd Deus potest quacunq; specie facta, vel possibili fieri, facere perfectiorem, & hoc in infinitũ. Quòd põt ad præsens probari multipliciter.

1. Ratio. Primò sic. Deus põt facere quicquid nõ implicat cõntradictionẽ; sed quocunq; dato fieri pfectius ẽ huiusmodi. Ergo &c. Maior supponitur. Minor ꝓbatur. Quia ens creatũ distat ab ẽte increato sicut finitũ ab infinito; inter finitũ aũt, & infinitũ sunt gradus medij infiniti, quorum quilibet est finitus. Nec videtur plus esse de ratione entis creati, nisi ꝙ est ens finitum. Ergo &c.

2. Ratio. Præterea. Processus, quo itur ad actũ permixtũ potẽtiæ vadit in infinitũ sm̃ Philos. 3. Phys. Sed talis est ꝓcessus in ꝑfectionibus creaturarũ, qa nulla creatura ẽ purus actus, quamuis vna sit actualior alia; & quælibet creatura accepta in tali ꝓcessu cũ distet in in-

infinitum à puro actu, habet actu permixtū potentiæ. Ergo &c

3 Ratio. Præterea. Plus excedit potentia diuina, quodcūq; ens creatum datum, quā potētia creata aliqua (vt solis) excedat aliq; creatū (vt vermē, vel plantam, & huiusmodi) cum primus excessus sit infiniti respectu finiti, secundus autem sit finiti respectu alterius finiti. Sed nec vermis, nec plāta adæquat virtutem solis, quin posfit perfectius ab eadem virtute produci. Ergo quocunq; creato dato potest aliud produci perfectius à virtute diuina, & hoc in infinitum.

4. Ratio. Præterea. Processus in speciebus numerorū, & figurarū est posfibilis in infinitum. Ergo & processus in speciebus entis creati. Antecedens patet per Philos. in 3. Physic. Consequentia patet per dicta tenētiū oppositum; ipsi n. non negant posfibilē processū in infinitū, nisi aut propter appetitum naturalē rerum, ad q; pertinent quatuor primæ rōnes eorū de prædictis; aut propter limitationē creaturæ, ad quod pertinēt sequentes duæ, s. quinta, & sexta; aut propter ordinē specierū inter se, ad q; pertinent septima, & octaua; aut propter distātiā creaturæ à Deo, ad quod pertinet nona. Sed appetitus naturalis rerū est ad aliquas figuras, cum figura sit proprietas multarum rerū naturaliū; nec tamen est in rebus appetitus naturalis ad sūmā figuram angularem; omnes etiā figuræ sunt limitatæ ad genus figuræ, & omnes ēt habent per se ordinem; quia impossibile est dari duas species eiusdem nobilitatis: totum ēt genus figurarū angularium distat in infinitum non solū à Deo, sed ēt à figura circulari, quia procedēdo in infinitum in figuris angularibus, nulla attinget perfectionem circuli. Ergo &c.

5. Ratio. Præterea. Sicut se habet virtus infinita secundum quid, vt calor infinitus ad producendum effectū in infinitum perfectius s'm quid, idest in tali genere, sic se habet virtus infinita simpliciter ad producendum simpliciter perfectius; sed nullus calor finitus sic perfectus posset produci à calore infinito, quin alius possit produci perfectior ab eodem. Ergo nulla creatura potest produci à Deo sic perfecta, quin produci possit alia perfectior secundum speciem.

6. Ratio. Præterea. Non minoris efficaciæ est diuina potentia in producendo, quàm sit diuina essentia in repræsentādo; vnde quot possunt diuinā essentiam imitari, seu per eā repræsentari, tot possunt per diuinam potentiā produci; omnia enim, quæ possunt diuinam essentiam imitari, habent ideā in Deo; idea autem est solū respectu entis creati, vel creabilis. Sed Deus nō potest ab aliqua creatura sic perfectè repræsentari, quin possit ab alia adhuc perfectius, & hoc in infinitū, nec aliqua creatura sic perfectè diuinam essentiā imitatur, quin possit aliqua eam perfectius imitari, & hoc in infinitum, cū diuina essentia sit infinitæ perfectionis; sicut à linea infinita non potest aliquid finitū quantuncūq; A magnum auferri, quin possit maius, & hoc in infinitum. Et sicut se habet infinitum quantitate molis ad ablationem, sic infinitū quantitate perfectionis ad imitationē, quia etiam linea finita maior, plus imitatur lineā infinitam, quàm minor. Ergo &c.

7. Ratio. Præterea. Plus potest Deus facere, quàm intellectus noster intelligere. Sed sine contradictione potest intelligi quolibet finito dato aliquid perfectius in infinitū, cū sicut supradictum est, inter finitum, & infinitum sint infiniti gradus medij, quorum quilibet est finitus. Nec videtur esse plus de ratione entis creati nisi, q; sit ens finitum Ergo &c. Hæc videtur esse expressa sentētia Dionysij c. 8. de Diuin. Nominib. vbi sic dicit [Deus dicitur esse infinitæ virtutis, non tantum, eo q; omnem virtutem producit, sed, & eo, q; B est super omnē, & ipsam per se virtutem, & eo quod super pōt. & infinitè infinitas alias ab existētibus virtutibus pducere, & eo q; nunquā possunt infinitè, & infinitum productæ virtutes super infinitam ipsius virtutem, faciētis virtutis hebetare actionem.]

Ad argum. primæ opinionis. ¶ Ad primum ergo factum pro cōtraria opinione dicendum, q; naturalis appetitus rerum tendit ad perfectissimū increatū, q; est Deus, à quo dependent sicut à principali efficiente, & vltimo fine, & q; potest dici quoquo modo pars vniuersi, seu vniuersitatis rerū. Omnis etiā rei naturalis appetitus habet inclinationem naturaliter, ad summā perfectionem sibi possibilē per naturam. Sed naturalis appetitus rerum non tendit ad perfectissimum creatū Deo possibile, cum à tali, res, quæ nunc sunt, in nullo dependeant; nec ex productione tali, rebus, C quæ nunc sunt, aliquid accresceret; nec tale est pars vniuersi, quod nunc est, vt sic possit dici, quòd in vniuerso, quòd nunc est, sit appetitus ad existentiam talis summi, sicut in omni toto ēst appetitus ad existentiam partium suarum, à quibus dependet. Nec est simile de materia prima, & de tali summo, tū quia materia prima est pars vniuersi, q; nūc est, & per consequens ab ipsa vniuersum, q; nunc est, dependet sicut totū à partibus suis; tum, quia materia prima est pars multarū rerum naturalium propter quòd in talibus rebus est naturalis appetitus ad existentiam materiæ primæ sicut ad existentiam propriam; tum quia inter materiam primam, & nihil non sunt aliqui gradus entitatis medij, propter quòd materia prima habet rationem infimi simpliciter possibilis. Inter Deum autem, & supremam creaturam, D quæ nunc est, sunt gradus infiniti, quorum quilibet est finitus; in infinitis autem non est summum, propter quòd non est possibile esse summum à Deo productum, quo perfectius produci non possit.

Ad 2. Ad secūdū dicendū, q; natura incipit, & cōsum-

sumat processum sibi possibilem; processum autẽ prædicti, q̃ ponitur omni creatura data posse fieri pfectiorẽ, natura nõ inchoat nec per consequens consum mat, sed Deus, quem non oportet dicere, omnem processũ quem inchoat consummare, quãtũ ad omnem perfectionem possibilem produci ab ipso, sed sufficit, quòd consummet quantũ ad omnem perfectionem præordinatã ab ipso ab æterno cõmunicari creaturæ. Prædictum etiã processum in productionibus creaturarum, quem Deus inchoat consũmare non posset secundum se totum, quia hoc est contra rationem infiniti, .s. quod sit quandoq; secundum se totum terminatũ; posset tñ consummare talẽ processum secundum partes, partem .s. producẽdo post partem; idest quacunq; creatura data, pducendo perfectiorem, & hoc in infinitum.

Ad 3. Ad tertium dicendũ, q̃ Philos. loquitur de processu, quo tenditur ad actum nõ permixtum potentiæ, vtpotè ad maximã magnitudinem molis, quæ nunc ẽst in Vniuerso, quæ secundum eũ est actus non permixtus potentiæ, quia sm̃ eum nulla maior magnitudo fieri posset etiam à Deo; non autem loquitur de processu, quo tenditur ad actum permixtum potentiæ, sicut apparet de processu in speciebus figurarum; talis autem est processus de quo loquimur, vt supra declaratum est.

Ad 4. Ad quartum dicendum, quod Deus secundum intentionem Augustini inchoat, & perficit vniuersum, quod nunc est perfectione, nunc existente in ipso, non autem loquitur Augustinus de perfectione possibili communicari à Deo vniuerso, quod nũc est, quia communicata per productionem nouarum specierũ esset iã aliud vniuersum; saltem quantum ad species adiunctas.

Ad 5. Ad quintum dicẽdum per interemptionem maioris; aliquod enim genus, & figurarum, & numerorum continet sub se in potentia infinitas species possibiles, vt de se patet, & per consequens infinitas veritates possibiles, cum quælibet species habeat entitatẽ, & per consequens veritatem distinctã à veritate, & entitate alterius speciei. Sicut, & aliqua species specialissima continet in potẽtia infinitas possibiles distinctas entitates, & per consequens veritates suorũ indiuiduorum. Continere aũt infinitas veritates est propriũ Dei respectu cuiuslibet alterius entis realis, cuiusmodi nõ est genus, vel species, quę ẽt continet infinitas veritates in potentia tãtũ, vt dictum est. Propriũ ẽt est Dei continere infinitas veritates in actu obiectiuè, s. sicut ab eo intellectas, in quo tñ nõ est nisi vna veritas formaliter, & subiectiuè.

Ad 6. Ad sextum dicendum, q̃ in omni genere est dare primum perfectissimum, quod est mensura omnium illius generis, quantũ ad illa, quæ sunt in actu; sed quantũ ad illa, quæ sunt Deo possibilia, non oportet, vt apparet in numeris, & figuris, in quibus, vt de se patet, non est dare perfectissimũ in actu, quã- A uis sit dare minimũ, & infimũ, & imperfectissimũ, sicut in numeris dualitatem, & in figuris triangularẽ; & similẽ gradũ tenet in toto vniuerso materia prima.

Ad 7. Ad septimum dicendum, q̃ in per se ordinatis ordine causalitatis, & habentibus ad inuicẽ dependẽtiã non est possibilis pcessus in infinitũ, quia sequęretur, q̃ idem dependeret ab infinitis, q̃ est impossibile. Sed in per se ordinatis ordine nobilitatis, & perfectionis est talis pcessus possibilis, vt de speciebus figurarum, & numerorũ supradictũ est, talia .n. ad inuicem non dependent.

Ad 8. Ad octauũ dicendum, q̃ in rebus est duplex ordo, seu pcessus, vnus .s. ad modum ascensus, & hic inchoatur à materia prima, & tendit ad perfectissimũ, q̃ est in actu creatũ, & tandẽ peruenitur ad aliquid perfectis- B simũ increatum; alius est ordo, seu pcessus, qui inchoatur à perfectissimo, Deo, s. & tẽdit per perfectissimũ creatũ existens actualẽ ad infimum, simpliciter totius vniuersi, s. ad materiã primam. Processus aũt, quo dicitur, qualibet creatura data posse fieri nobiliorẽ est ad modũ ascensus, & idcircò incipit ab imperfectissimo, q̃ est pura potẽtia, s. à materia prima, & tendit versus perfectionẽ, & actum. Et ad illud, q̃ dicitur in eodẽ argumẽto, q̃ sicut se habet Deus in vniuerso, sic vnitas in numeris, dicendũ, q̃ verum est, quantùm ad simplicitatem, non autem quantũ ad perfectionem, vt de se patet: propter q̃ ẽt simplicitas vnitatis, & Dei sunt alterius rõnis, cum vna sit partis, & imperfectissimi; alia aũt sit puri actus, & sũmæ perfectionis: propter quod processui numerorum, quo inchoamus ab vnitate, & tandem C deuenimus ad dualitatem, & sic demũ cõtinuè ad numerum perfectiorẽ ascendendo, assimilatur processus, quo incipimus à materia prima, & tendimus ascendendo ad partes perfectiores vniuersi, & non processus, quo incipimus à Deo, & tendimus descendendo in partes reliquas vniuersi.

Ad 9. Ad nonũ dicẽdũ, q̃ vniuersitas creaturarum possibilis distat quantũ ad perfectionẽ à Deo in infinitũ, cũ pfectio creata, vel creabilis, & diuina sint alterius rationis, sicut, & perfectio figurarum angularium infinitarũ possibilis distat in infinitum, non solum à perfectione diuina, sed etiam ab aliqua perfectione creata, vtpotè iustitiæ, vel sapietiæ, vel fortè etiam figuræ circularis.

§

¶ Quidam autem probant prædictam cõclusionẽ aliter, s. q̃ prædictus pcessus sit possibilis in infinitũ; pbãt aũt eã tripliciter. D — *Probatio supradictæ sententiæ q̃ Auctor sequitur secũdum mẽtẽ aliorum.*

Primò, quia Deus est infinitarũ pfectionũ, & nõ magis (vt videtur) põt se communicare sm̃ vnam, quàm secundum aliam.

Secundò, quia eius virtus est omnibus modis, scilicet, quantum ad vigorẽ, & obiectorum

ctorum multitudinem & modum agendi infinita. Ergo &c.

Tertiò, quia eius cognitio est infinitorum secundum Augustinum 12. de Ciuit. Dei, cap. 17, dicentem esse [Mentem diuinam innumera numerantem.]

Prædictarũ rõnu insufficientia.

Sed pdictæ rõnes non videtur sufficiẽter probare propositũ. Posset .n. ad primam responderi per interemptionem minoris; sũma enim actualitas, & summa simplicitas, & huiusmodi non potest cõmunicari creaturæ, & tamẽ constat, quod important perfectiones diuinas.

Et si dicatur contra hoc, quod hæc communicantur creaturis, sed nõ cum illo modo, quo sunt in Deo: idem sequeretur, quia ille modus est perfectio, cum quicquid est in Deo sit perfectio, maximè si sit commune tribus personis.

Et præterea. Si omnes perfectiones diuinæ essent communicabiles creaturæ, sequeretur, quòd creatura possibilis adæquaretur Deo in perfectione.

Ad secundam posset dici, quòd etiam voluntas diuina est omnibus modis infinita, non tamen propter hoc sequitur, ꝙ Deus velit infinitas species; & similiter potentia Dei est infinita omnibus modis, quia est idem quòd diuina essentia, nõ tamen oportet, quod se extẽdat ad species infinitas, nisi ponatur, & probetur, quòd est infinita quantùm ad obiectorum multitudinem; & si hoc supponitur, & non probatur, clarè petitur principium.

Ad tertiam rationem posset dici secundũ illos de contraria opinione, quia cognitio Dei est infinitorum, quia est infinitarum perfectionum suarum, & infinitarum cogitationum futurarum in damnatis, & saluatis; & infinitarum partium possibilium continui, & huiusmodi, non autem infinitorum specierum creatarũ possibilium produci, & ideo non oportet ponere infinitas species creaturarum possibiliũ produci ad saluandam cognitionem diuinam de infinitis. Et hæc de Secundo principali.

PVNCTVM III.

Discutitur principale quæsitum.

Prima opinio quorũdam.

QVANTVM autem ad Tertium, quod est principale quæsitum, sciendum est, quòd est triplex opinio, circa hoc. Quidam enim (scilicet qui supra) dicunt, quod charitas non potest augeri in infinitũ, sicut nec in infinitum potest vna creatura fieri perfectior alia; quorum motiua tacta sunt. Sed quia non ex necessitate concludunt: videtur dicendum conformiter prædictis, quòd charitas põt augeri in infinitũ, ꝙ potest ad præsens probari multipliciter.

reprobatio

Sententia Auctoris.

1. Ratio.

Primò. Quia processus in perfectionibus essentialibus creaturarum est possibilis in infinitum. Ergo & processus in perfectione charitatis, siue in augmento eius est possibilis in infinitum. Antecedens supra probatum est. Consequentia probatur. Et primò, quantùm ad diuersas charitates, quia secundum maiorem capacitatem propinquam ad charitatem confertur maior charitas, vt supra in tertia conclusione primæ partis principalis huius determinationis pbatum est. Sed in habentibus meliora naturalia est maior capacitas propinqua ad charitatem (quia in eis est natus esse maior * conatus dum modo vtantur tota sua facultate, quòd saltem est possibile, & si non sit necessarium, vt ibidem determinatum est.) Ergo si qualibet creatura intellectuali data, potest fieri perfectior, qualibet charitate data potest fieri perfectior saltem diuersa siuè distincta ab illa. Secundò probatur eadem consequentia quantùm ad eandẽ charitatem numero, quia de potentia absoluta Dei, tanta charitas potest conferri infimæ creaturæ intellectuali, quanta potest cõferri superiori, cuicunq;, vt patet ex prima, & secunda cõclusione primæ partis principalis huius determinationis. Sed charitas potest fieri perfectior in infinitum in diuersis creaturis intellectualibus, sic quòd in perfectiori creatura intellectuali est perfectior charitas, vt supra probatum est. Ergo vna, & eadem charitas numero infimæ creaturæ intellectualis potest augeri in infinitum.

(A) (B)

* Intellige per eleuationẽ gr̃æ, vt supra explicatũ est.

Secunda.

Præterea Illud est absolutè possibile, quòd non implicat contradictionem, sed augmentum charitatis in infinitum est hujusmodi. Ergo &c. Probatio minoris. Omnis charitas creata est finita, charitas autem Dei est infinita. Sed inter finitum, & infinitum sunt infiniti gradus medij, quorum quilibet est finitus, nec plus videtur esse de ratione charitatis creatæ, nisi quòd sit charitas finita. Ergo &c. Et per consimilem rationem probabatur supra, quòd processus in speciebus creatis est Deo possibilis in infinitum. Vnde per omnes prædictas rationes si benè inspiciantur, & deducantur, per quas probatum est secundũ principale huius determinationis, potest de facili probari hoc tertium, quod est principale quæsitum, vt patet intuenti.

(C)

Tertia.

Præterea. Præter omnes rationes prædictas potest hoc ipsum vltimò sic probari. Deus potest cõferre cuilibet rei illud, quod ei non repugnat; sed charitati non repugnat posse augeri in infinitum. Ergo Deus potest charitatem augere in infinitum. Maior supponitur. Minor probatur; quia cum charitas possit tripliciter cõsiderari, scilicet, secundum se, & in comparatione ad principium productiuum eius, vel eius virtutem; & in comparatione ad subiectũ receptiuũ charitatis, idest, talis subiecti capacitatem; non potest dici, ꝙ charitati repugnat posse

(D)

auge-

augeri in infinitum ratione naturæ suæ specificæ; tum quia eius species sumitur ab obiecto, quòd est in infinitum amabile, quod est Deus, ratione suæ bonitatis infinitæ. tum quia cum limitatione ad speciem stat simul infinitas graduum possibilium intra eandẽ speciẽ, sicut etiam cum limitatione ad genus in numeris, & figuris stat infinitas specierum possibilium intra idem genus, eadẽ enim est habitudo indiuiduorũ ad species, & specierum ad genera. Nam limitatio secundum speciem ponit rem non posse se extendere ad perfectionem alterius speciei, non autem excludit infinitatem graduum infinitorum possibilium intra eandem speciem. Nec potest dici, quòd hoc ei repugnat ratione virtutis agentis, quæ est infinita, quæ per consequens potest charitatem augere in infinitum, quantùm est de se, nisi hoc alia de causa repugnet charitati. Nec potest dici, quod hoc repugnet charitati ratione subiecti receptiui; capacitas enim immediata ad recipiendam charitatem, quæ est conatus, * qui consistit in detestatione mali, & amore boni, augetur aucta charitate; quia talis capacitas est semper minor charitas respectu maioris. Vnde si charitati secundum se non repugnat posse augeri in infinitum, hoc non repugnat per consequens tali capacitati. Capacitas autem remota respectu charitatis, quæ est natura potentiæ volitiuæ, quamuis sit aliquid finitum secundum se; tamen cum tali finitate stat simul infinitas possibilis diuersorum graduum charitatis; sicut, & cum finitate quantitatis essentiali stat infinitas specierũ possibilium figurarum, & cum finitate materiæ essentiali, & eius potentiæ receptiuæ stat infinitas formarũ possibiliũ fieri successiuè, etiam in eadem parte materiæ, & sic probata est minor. Sequitur ergo cõclusio principalis, scilicet, quòd charitas potest augeri in infinitum à Deo.

Intellige prout elicitur à principio supernarali, & de propterea Auctor dicit augeri aucta charitate quia illa est eius principiũ.

* Ad rationes contrariæ opinionis patebit responsio in solutione argumentorum, quæ fuerunt facta in obijciendo.

§

2. Opinio aliorum.

¶ Alij dicunt, quòd charitas simpliciter loquendo non potest augeri in infinitũ, imò est dare aliquam charitatem patriæ, qua maior esse non potest, charitas tamen viæ potest augeri in infinitum, & tamen per tale augmentum nũquam attinget ad perfectionem charitatis patriæ, quia secundum eos est alterius rationis ab ipsa, sicut angulus stans in diametro circuli, si cresceret in infinitum crescente circulo in infinitum, nunquam attingeret ad magnitudinem anguli recti, quia est alterius rationis ab ipso. Hoc autem, scilicet, quòd charitas simpliciter loquendo non possit augeri in infinitum, imò sit dare aliquam maximam charitatem patriæ, probant tripliciter.

A Primò, quia secundum Philosoph. in 2. de Anima t.41. [Omnium natura constantium (per quæ intelligit omnia creata) positus est terminus magnitudinis, & augmẽti.] Sed charitas est quid creatũ. Ergo &c. *Probatur Primo.*

Secundò, quia omnis creatura est circũscripta certis naturæ suæ limitibus; sed nihil tale potest augeri in infinitum. Ergo &c. *Secundo.*

Tertiò, quia tota capacitas animæ Christi fuit impleta, quam habuit respectu charitatis suæ creatæ, quæ per consequens erat finita, vtpotè in infinitum distans à charitate sua increata. Sed non fuisset tota capacitas animæ Christi impleta, si charitas posset augeri in infinitum, vt de se patet. Ergo charitas simpliciter loquendo non potest augeri in infinitum. Quòd autem tota capacitas animæ Christi fuerit impleta, patet per hoc, quòd Pater dedit Filio spiritum non ad mensuram, vt dicitur Io. 3. *Tertio.*

B Et confirmatur hæc ratio per Augustinum, qui dicit super Ioannem, quòd Christus in instanti suæ conceptionis fuit ita plenus gratia, quòd in ea vlterius augeri non potuit. *Confirmatio.*

Sed contra hanc opinionem potest argui dupliciter in genere. Et primò ex natura rei, per oẽs rationes factas cõtra opinionem præcedentem, quia æquè benè concludunt contra istam opinionẽ, sicut contra illam. *Impugnatio 1. prædictæ opinionis.*

Secundò potest argui contra eandem opinionem ex dictis opinantium ipsam. Primò quia secundum eos eadem charitas quantũ ad essentiam habitus, etiam numero est viæ, & patriæ. Ergo impossibile est dicere secũdum eos, quòd charitas viæ, & charitas patriæ sint diuersarum rationum, sicut angulus diametri circuli, & angulus rectus; vt C sic dici possit, quòd charitas viæ nunquam attingit ad perfectionem charitatis patriæ. Secundò, quia si charitas patriæ est finita simpliciter; ergo, & charitas viæ multò magis. Sed quòd est finitum non potest augeri in infinitum. Ergo potest dari aliqua charitas viæ, qua vlterius maior esse non poterit, quia charitas viæ maxima tandẽ attingetur per augmentũ cõtinuum charitatis viæ, nec excedi poterit per tale augmentum, cũ supponatur maxima; augmentum ergo charitatis viæ non potest procedere in infinitum. *Secunda.*

Tertiò, quia secundũ eos, qualibet creatura intellectuali data Deus põt facere perfectiorem, & hoc in infinitum. Sed secundũ eosdem superiori creaturæ intellectuali cõfertur maior charitas tam viæ, quàm patriæ. Ergo etiam charitas patriæ potest augeri in infinitum. *Tertia.*

D Quartò, quia charitas patriæ correspondet quantùm ad magnitudinem, & paruitatem charitati viæ, sicut præmium merito, siue charitas patriæ sit præmium substantiale, siuè accidentale; siuè sit præmium principale, siue secundariũ, non est vis quantùm *Quarta.*

tum ad præsens. Si ergo charitas viæ potest augeri in infinitum, & charitas patriæ poterit augeri in infinitum.

Responsio ad arg. opinionis contrariæ. Ad primã

Ad primam ergo rationem factam pro hac opinione patebit responsio in solutione secundi argumenti facti in obijciendo, quia idem argumentum factum est vtrobique.

Ad secũdã. Ad secundam dicendum, quòd omnis creatura est naturæ limitatæ ad genus, & speciem, & etiam gradum actualem existẽtem in rerum natura; aliquod tamen genus creatum, vt figurarum, & numerorũ continet sub se species infinitas possibiles; & similiter aliqua species creata, vt charitatis continet sub se infinitos gradus possibiles, vt supra declaratum est.

Ad tertiam. Ad tertiam rationem patebit responsio in solutione sexti argumenti facti in obijciendo.

Sententia Auctoris. ¶ Ijs ergo opinionibus dimissis, videtur dicendum, ꝙ charitas simpliciter loquendo, tàm viæ, quàm patriæ potest augeri in infinitum, & veritas huius opinionis patet per rationes factas contra primam opinionem de prædictis duabus, & hæc de tertio principali, & de toto.

Soluuntur argumenta initio proposita.

AD I. AD Primum ergo Argumentum factũ in obijciendo dicendum, quod Philosophus loquitur de processu ad actum non permixtum potentiæ, idest de processu, quo tenditur ad maximam magnitudinem molis, quæ nunc est in vniuerso, quæ secũdum eum est actus nõ permixtus potentię, quia secundum eum nulla maior magnitudo potest fieri ea etiam à Deo; non autem loquitur de processu qui est in augmento charitatis, quo tenditur ad actum permixtũ potentiæ. Et hæc responsio patet per dicta in solutione principali.

AD II. Ad Secundum dicendum, quòd Philosophus loquitur de augmento naturali rei naturalis, quòd est à virtute naturali tantũ, quæ non potest esse infinita propter eandẽ causam; charitas autem, & eius augmentũ est quid supernaturale, & est à virtute diuina, quæ est infinita, & idcircò in proposito dictum Philosophi locũ non habet. Omnis etiam magnitudo rei naturalis, & etiam charitatis est terminata in actu; nec tamen ex hoc sequitur, quin Deus qualibet magnitudine data rei naturalis, vel etiam charitatis possit facere maiorem, & hoc in infinitum.

AD III. Ad Tertium dicẽdum per interemptionem minoris; nõ enim tota charitas, quę potest fieri successiuè potest fieri simul, non quia hoc repugnet potentiæ facientis, vel capacitati recipiẽtis, sed quia hoc repugnat ipsi naturæ charitatis, vt est augmentabilis in infinitum, quia contra rationem infiniti possibilis est, quòd sit quandoq; totum terminatum in actu, vt patet per Philos. in 3. Physic. cap. 5. sicut apparet in diuisione continui, & augmento numerorum, & figurarum. Et ad illud quod contra hoc dicebatur, dicendum, quòd etiam in augmento charitatis tenditur ad actum permixtum potentiæ, vt supra declaratum est.

AD IV. Ad Quartum dicẽdum, quòd Deus per ideam charitatis cognoscit quandam naturam, scilicet, charitatis creatę infinitarum perfectionum non actualium, sed possibiliũ, sicut etiam cognoscit genus figurarum, & numerorum continere sub se infinitas species non actuales, sed possibiles.

AD V. Ad Quintum dicendum, quòd essentia diuina est infinitæ perfectionis actu, non autem charitas, imò potentia tantùm, & in genere charitatis, quod etiam de numero, & figura dici potest.

AD VI. Ad Sextum dicendum, quòd quamuis de potentia ordinaria non possit fieri aliqua charitas maior charitate Christi; tamen cũ charitas animæ Christi fuerit simpliciter finita, & per consequens inter eam, & infinitam charitatem Dei sint infiniti gradus possibiles quorum quilibet est finitus, videtur dicendum, quòd de potentia absoluta Dei possit fieri charitas creata perfectior charitate creata animæ Christi. Et visio etiam creata propter eandẽ rationẽ perfectior est visione creata beata animæ Christi; & contrarium non videtur, quòd dici possit sine præiudicio diuinæ potentiæ absolutæ. Quòd autem Augustinus dicit super Ioannem, ꝙ Christus in instanti suæ conceptionis, fuit ita plenus gratia, quòd in eo vlterius augeri non potuit, quòd supra allegabatur pro secunda opinione, referendum est ad potẽtiam Dei ordinariam, non autem ad absolutam. Quòd etiam dicitur tota capacitas animæ Christi fuisse impleta, quòd supra pro eadem opinione allegabatur, non est sic intelligendum, quòd Deus de potentia absoluta non potuerit maiorem charitatem, & gratiã conferre animæ Christi: sed quia voluntati animæ Christi sufficit gratia, & charitas quam habet, nec appetit maiorem, & quia ei de potentia ordinaria maior conferri non potest. Illud autem, quod dicitur Ioannis 3. quòd non ad mensuram dat Pater Filio spiritum, quod supra pro eadem opinione allegabatur, intelligẽdum est, non ad mensuram, scilicet, aliorũ, quia maiorem habuit, quàm omnes alij: vel hoc potest referri ad donũ assumptionis personalis, quod est infinitum, ex parte personæ assumentis, ad quam terminata est assumptio.

AD VII. Ad septimũ potest responderi multipliciter. Primò ad antecedens dicendo, quòd om-

omnis perfectio possibilis communicari creaturæ possibilitate quandoq; reducta ad actum secundum se totam est finita, & in nulla tali perfectione potest esse augmẽtum in infinitum, aliqua tamen perfectio est possibilis communicari creaturæ possibilitate numquam secundum se totam reducenda ad actum, sed solùm secundum partes suas sibi succedentes in infinitum, & talis pfectio põt esse infinita quãtũ ad gradus indiuiduales potẽtiales, quos sub se cõtinet, quæ tamen semper quantùm ad totã actualitatem suam est finita, & in tali perfectione potest esse augmentum in infinitum. Et ad probationem illius antecedentis, quòd erat contra hoc, dicendum, quòd talis perfectio creata, vtpotè charitas distat in infinitum à charitate diuina, etiam quantùm ad rationẽ charitatis, quia charitas Dei est purus actus, & habet totam suam perfectionem simul: charitas autem creata habet oppositas conditiones. Vel potest respondere ad consequentiam, dicendo, quòd quamuis omnis perfectio possibilis communicari creaturæ sit finita quantùm ad totam actualitatem quam habet quandoq; tamen in aliqua tali perfectione, vtpotè charitatis potest esse augmentum in infinitum. Et ad probationem illius consequentiæ, dicendum, quòd Philosop loquitur de augmento in quantitate molis, per quòd tenditur ad actum nõ permixtum potentiæ, vt supra declaratum est; tale enim augmentum non posset procedere in infinitum, nisi aliqua quantitas molis esset possibilis, quæ esset actus non permixtus potentiæ, idest, qua per nullam potentiam posset esse maior aliqua alia magnitudo, quæ secùndum Philos. est magnitudo primi orbis, secundum autem veritatem est solùm magnitudo infinita, per augmentum autem charitatis tenditur ad actum permixtum potentiæ, vt supra declaratum est: & idcirco in proposito dictum Philosophi locum non habet.

AD VIII. Ad Octauum dicendum, quòd per processum in infinitum in augmento charitatis trascenditur omnis charitas finita, accipiendo distributiuè signum vniuersale [omnis,] idest quæcunq; vna accepta determinate; omnis autem charitas finita, collectiuè accipiendo signum vniuersale [omnis,] non transcẽditur nisi per charitatem infinitam, quia sola charitas infinita trãscendit omnes charitates finitas simul acceptas; omnes aũt gradus potentiales contenti sub specie charitatis creatæ, nunquam erunt simul accepti, etiam per augmentum continuum charitatis; & idcircò augmentum charitatis cõtinuum in infinitum non supponit, vt concludebatur in argumento, aliquam charitatem creatam possibilem infinitam.

AD IX. Ad Nonum dicendum per interemptionem antecedentis. Et ad eius probationem dicendum, quòd data multitudine actuali infinita graduũ charitatis ab aliquo signato gradu charitatis, vtpotè Beati Lini, nullus distaret in infinitum determinatè acceptus; & tamen essent gradus infiniti charitatis, quia vltra omnem gradum acceptum, possent accipi alij infiniti.

A

AD X. Ad Decimum dicendum, quòd infiniti gradus possibiles charitatis important perfectionẽ simpliciter, scilicet, charitatis possibilem, infinitam, non simpliciter, sed secũdum quid; cum talis perfectio non sit purus actus, nec vnquam secundum se totam sit reducta ad actum, per quæ duo distat in infinitum à perfectione charitatis diuinæ.

AD XI. Et ad Vndecimum dicendum, quòd omnis multitudo actualis est in aliqua specie multitudinis actualis necessariò, & per cõsequens finita; quia contra rationem infiniti materialis est, quòd sit quandoq; terminatum, & existens totum in actu, multitudo

B

autem possibilis est in specie multitudinis non quidem actuali, sed possibili, qualis potest esse multitudo infinita: quamuis autem intentio, quę propriè respicit actionem agentis, quæ quandoq; est in actu tota, sit solùm respectu alicuius determinati (hoc enim videtur importare vocabulum, dicitur enim intendere quasi in aliquid determinatum tendere) tamen cognitio potest esse infinitorum, sicut de cognitione Dei dicit August. 12. de Ciuitate Dei, c. 18. quòd quamuis infinitorum numerorum nullus sit numerus, non tamen est incompræhensibilis ei, cuius scientiæ non est numerus.

AD XII. Ad Duodecimum, quòd, sicut supra declaratum est, Deus de potentia absoluta potest facere maiorem charitatem charitate Christi. Et ad ea, quæ contra hoc adducebãtur, dicendum, quòd dictum commune, quo dicitur, quòd nullus potest habere maiorem charitatem charitate Christi referendum est ad potentiam Dei ordinatam, non autem ad absolutam: nullum etiam meritum puri hominis potest adæquare meritum Christi, nec aliquod membrum potest esse æqualis perfectionis, cum capite Christo de potentia Dei ordinata; tamẽ loquendo de potentia Dei absoluta, vtrunq; negandum est. Vel dicendum, quòd nullũ meritum puri hominis potest adæquare meritum Christi quantùm ad hanc circũstantiam, seu dignitatem, quod erat meritũ Dei, & hominis; quantùm autem ad rationem meriti præcise, aliquod meritum puri hominis posset adæquare, & etiam excedere de potentia Dei absoluta meritũ Christi, sicut, & charitas charitatem. Et eodẽ modo dicendum est, quòd aliquod membrum, idest aliquis purus homo posset de potentia Dei absoluta esse æqualis, & etiam maioris perfectionis charitatiuæ, quàm Christus. Nullus tamen purus homo posset adæquare perfectionem Christi quantùm ad hanc circumstantiam vel dignitatem, quòd illa per-

C

D

perfectio erat Dei, & hominis. Et similiter dicẽdum, quòd quamuis nulla charitas puri hominis possit adæquare charitatem Christi, quantùm ad hoc, ꝙ charitas Christi fuit dispositio saltẽ congruitatis ad vnionem personalem naturæ humanæ cum diuina; posset tamen de potentia Dei absoluta adæquare, & etiam excedere ipsam quãtùm ad rationem charitatis præcisè. Vel dicendum, quòd etiam illa charitas puri hominis, quæ de potentia Dei absoluta adæquaret, vel excederet charitatem Christi, esset dispositio congruitatis ad consimilem vnionem.

AD XIII. Ad Decimumtertium dicendum, quòd charitas viæ potest adæquare, & etiam excedere charitatem patriæ quantùm ad substantiam habitus, & actus, & fortè etiam de facto charitas Beatæ Virginis dum erat in via excedebat charitatẽ alicuius Beati existentis in patria. Et ad illud, quòd contra hoc dicebatur, dicendum, quòd dictum commune, est referendum non ad substantiã habitus, vel actus charitatis; sed ad quãdam perfectionem, quam habet actus charitatis ex præsentia obiecti, quæ est per apertam visionem, quam fides, quantumcunque aucta adæquare non potest. Vel dicendum ad idem, & fortè in idem redit cum hoc; quòd dictum commune est referendum non ad substantiam habitus charitatis, vel actus principalis eius, quòd est amare; sed ad actum secũdarium ipsius, quòd est fruitio, vel delectatio; non enim videtur, quòd A amicus absens idem numero sic delectare possit eundem, sicut præsens. Et ad aliud quòd dicebatur contra idem, dicendum, ꝙ idem potest æquari æqualitate proportionis inæqualibus, vt aqua, vel aer in mixto terrę, & igni; & eodem modo charitas põt æquari, æqualitate proportionis fidei, & visioni beatæ, & gratiæ, & gloriæ. Vel dicendum, quòd quãuis charitas viæ alicuius, vt Beatæ Virginis possit adæquare, vel excedere charitatem alterius, vt Beati Lini; charitas tamẽ alicuius, quæ est in via non potest adæquare charitatem eiusdem, quæ est in patria; & sic non est inconueniens, ꝙ ipsa, vt est in via æquetur æqualitate proportionis fidei, & lumini gratię, & vt est in patria eadem æquetur eadem æqualitate visioni beatæ, & lumini gratiæ. Ad aliud, quòd dicebatur B contra idem dicendum, quòd sicut eadem superficies numero, primò dealbatur, & calefit, & tandem est albefacta, & calefacta; sic non est inconueniens, quòd eadem charitas, vel etiam aliqua perfectior sit meritoria, & tandem eadem, vel minor sit beatifica, dicitur enim charitas beatifica denominatione extrinseca, quia scilicet est coniuncta visioni, quæ est essentialiter beatitudo, vt suppono ad præsens, meritoria autem quia est principium merendi.

QVAESTIO VI

Vtrum charitas possit diminui de facto.

Pro Parte Affirmatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quòd sic. Quia vnum contrarium intensum remittit aliud; sed cupiditas, quę causatur ex peccatis venialibus contrariatur charitati, secundũ illud Augustini in libro 83. quæstionum quæst. 36. Venenum charitatis est cupiditas adipiscendorum. Ergo cum talis cupiditas possit augeri, sequitur, quòd charitas possit diminui.

I I. PRÆT. Sicut se habet diminutio cupiditatis ad augmentum charitatis, vel nutrimentum; sic se habet augmentum cupiditatis ad detrimentum charitatis; sed secũdum Augustinum vbi supra. Nutrimentũ C charitatis est diminutio cupiditatis, & vbi perfecta charitas nulla cupiditas. Ergo idem, quod prius.

PRÆT. Sicut se habet perfecta deordinatio ad corruptionem charitatis, sic se habet imperfecta ad aliquam eius diminutionem. Sed perfecta deordinatio, quæ est in peccato mortali, totaliter corrũpit charitatem. Ergo imperfecta qualis est in peccato veniali diminuit charitatem. III.

PRÆT. Illud, quod facit, quòd à principio minor charitas infundatur, facit etiã, vt post infusionem charitas minoretur, quia illud, quod facit à principio minorem charitatem infundi, non facit hoc, nisi propter D aliquam repugnantiam, quam habet ad ipsam; sed non habet minorem repugnantiã IV

ad eam

ad eam post infusionem, quàm ante; sed peccatum veniale facit, quòd à principio minor charitas infundatur etiam secundũ dicta eorum, qui sunt de contraria opinione. Ergo etiam post infusionem charitatis peccatum veniale ipsam diminuet.

PRÆT. Sicut se habet actus disponẽs ad perfectam, & completam charitatem ad eius augmentum, sic se habet actus disponens ad corruptionem charitatis ad eius diminutionem; sed actus disponens ad perfectam charitatem eam augmentat, vel multiplicatus, vel vnus virtute plurium. Ergo actus peccati venialis, qui secũdum omnes disponit ad corruptionem charitatis, eam diminuet, vel plurificatus, vel vnus virtute plurium.

VI. PRÆT. Ille, quem Deus minus diligit minus habet de charitate, cum charitas sit effectus diuinæ dilectionis, & per consequens maior dilectio maioris charitatis. Sed si duo à principio habent æqualem charitatem, & postea vnus peccat venialiter multotiens, & grauiter in tali genere, alter vero raro, & leuiter, vel nihil: secundus, vt videtur plus à Deo diligitur, quàm primus, cum plus Deum diligat, vt potè qui plus facit pro Deo, siue in honorẽ Dei, quia à pluribus inordinationibus se abstinet. Ergo primus minus habebit de charitate, & per consequens charitas est in eo diminuta.

VII. PRÆT. Omne malum aliquid adimit, secũdum Augustinum in Ench. c. 12. Sed peccatum veniale est quoddã malum. Ergo aliquid adimit; sed non videtur, quod possit aliquid adimere, nisi habitum charitatis. Ergo &c.

VIII. PRÆT. Augustinus dicit 10. confess. c. 29. Deum alloquens [minus te amat, qui tecum aliquid amat &c.] Sed conuenit habentem charitatem cum Deo aliquid diligere. Ergo conuenit talem Deum minus diligere, & per consequens diminui in charitate.

Pro Parte Opposita.

SED CONTRA. Charitas in scriptura sacra comparatur igni, Cantic. 8. [Lampades eius lampades ignis, atq; flammarum, aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatẽ.] Sed ignis naturaliter semper ascendit, & nunquam descendit. Ergo potest augeri in infinitum, & nunquã diminui.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius Quæstionis sunt tria principaliter facienda. Primò quærendum est, an ex sui natura charitas possit diminui. Secundò quæretur, an de facto quandoq; minuatur. Tertiò quæretur, an peccatum veniale diminuat charitatem.

A

PVNCTVM I.

An charitas ex sui natura possit diminui.

CONclusio est affirmatiua. Probatur primò, quia omnis forma, cuius ratio non stat in indiuisibili, sed habet latitudinẽ graduum in eadẽ specie, pōt quantũ est ex natura sua augeri, & diminui; sed charitas est talis forma. Ergo &c. Minor supponitur ex præcedenti quæstione. Maior probari pōt multipliciter. Primò inducendo in omnibus talibus formis, vt in albedine, calore, & in cæteris, quæ possunt augeri, & minui, vt de se patet, quia ratio earum non stat in indiuisibili, sed habet latitudinem graduũ in eadẽ specie. Secundò pōt eadem maior probari per oppositũ; forma.n. quę caret latitudine, cuius.s. rō stat in indiuisibili, nec augeri pōt, nec minui, vt de se patet. Tertiò pōt probari per rōnẽ, quia cũm naturę talis formæ conueniat vterq; gradus indifferenter, s. intensus, & remissus; sicut per agens pōt talis forma deduci de gradu remisso ad intensum, qꝫ est eam augeri, sic & è conuerso poterit deduci per idem agens de gradu intenso ad remissum, quòd est eam diminui. — Prima Probatio.

B

Præterea Secundò. Secundum Augustinum ad Volusianum epistola 3. [In rebus supernaturaliter factis, tota ratio facti est potentia facietis] sed charitas est aliquid supernaturale, secundum illud Apostoli ad Rom. 5. [Charitas Dei diffusa est &c.] Ergo illud est naturale charitati, quòd Deus potest circa eam facere; sed Deus cum non necessariò, sed liberè influat charitatem, & eius gradum, sicut potest influere eam, & non influere, sic & potest influere gradum remissum, post intensum, quòd est eã diminui. Ergo &c. — Secunda.

C

Præterea Tertiò. Contraria habent fieri circa idẽ, nisi alterum insit à natura. Sed non magis inest naturæ charitatis augmentum, quàm diminutio; sicut nec gradus intensus, quàm remissus; motus.n. est de genere, & natura termini ad quẽ; charitas autem pōt augeri, vt patet ex præcedenti quæstione. Ergo & potest diminui quantùm est ex natura sua. — Tertia.

PVNCTVM II.

An charitas de facto quandoq. diminuatur.

SECVNDO principaliter vidẽdum est. Vtrum de facto quandoq; diminuatur, vbi sciendũ est, qꝫ quidã dicunt, qꝫ sic; quorum motiua omnia tacta sunt in obijciẽdo. Sed his non obstantibus, quia nō ex necessitate concludunt, vt patebit ex solutione ipsorum, dicendum est, qꝫ quamuis de nāra sua possit diminui, vt supra declaratum est, nunquam tamen minuitur de facto. — Opinio aliorũ affirmatiua. — Opinio Auctoris negatiua.

D

Ad cuius euidentiam tria præintelligenda sunt. Et primum est, quòd charitas potest diminui etiam de facto cùm corruptione praexistentis prius, quia potest infundi minor, quàm prius esset, antequam eam perderet habens ipsam, & nec de hoc est quæstio. Peccans enim mortaliter, non est necesse, quòd resurgat in æquali charitate, imò potest resurgere in minori; sed dubium est, vtrum possit diminui sine præexistenti corruptione. Secundum est, quòd hic non quęrimus de absoluta potentia Dei, sed de ordinata, secundum quam, sicut nemini subtrahit charitatem, nisi hoc merenti propter aliquam suam culpam, sicut nec etiam diminuit. Tertium est, quòd propter culpam mortalem charitas non diminuitur, sed totaliter tollitur, nec propter solam cessationem ab actu non culpabilem; tum quia poena simpliciter, quæ nõ ẽ medicina, cuiusmodi est diminutio charitatis, nunquam infertur, nisi propter culpam, tum quia in dormiente, vel amente, vel puero diminueretur, quòd est inconueniens dicere. Ergo si potest diminui, diminuitur tantum per peccatum veniale non effectiuè, sed demeritoriè tantùm: effectiuè enim à Deo tantùm datur, augetur, subtrahitur, & per consequens diminuitur, si potest diminui; sed per peccatum veniale non diminuitur charitas de facto, quo ad substantiam habitus, etiam demeritoriè, de quo est dubium. Quod potest probari multipliciter; quod est arguere ad principalem conclusionem, & contra opinionem prædictam simul.

A

B

prima ratio principalis.

¶ Primò sic. Omne finitum, ablato semper quodam finito, tãdem consumitur, vt patet per Philosophum in 1. Phys. t. 37. Sed charitas est habitus finitus; si ergo per peccatum veniale diminuitur, sequitur, ꝙ per peccata venialia multiplicata, tandem corrumperetur; & sic per sola peccata venialia charitas totaliter tolli poterit, quòd est contra communem doctrinam.

C

Responsio quorundã ad istã rationem.

Respondetur ad hanc rationem multipliciter. Quidam enim dicunt, quòd peccatum veniale non opponitur charitati simpliciter, sed gradui tantùm intenso, nec per consequens tollit charitatem simpliciter, vtpotè quando est minima per diminutionem factã; sed tollit tantùm gradum intensum.

Impugnatur dicta responsio.

Sed hæc responsio potest multipliciter excludi.

Primò, quia omnes gradus sunt vna charitas specie, & numero. Ergo cum contrarietas sit differentia secundum speciem, ꝙ communicatur vni gradui, communicatur oĩbus gradibus charitatis, & per cõsequens, quòd tollit vnum; tollit omnes.

Secúdò, quia charitas intensa est maioris perfectionis quã remissa. Ergo est maioris virtutis, & vigoris, quã ipsa, & per cõsequẽs minus potest tolli per veniale peccatum.

Tertiò, quia peioris conditionis esset habens charitatem intensam, quàm remissã, si pro eodem scilicet peccato veniali posset puniri, scilicet, poena simpliciter, quæ non est medicina, idest diminutione charitatis vnus, & non alius.

Quartò, quia inconueniens est dicere de toto non etherogeneo, quòd secundum vnã suam partẽ possit consumi per aliquid, & per idem secundum aliam non cõsumi, secus est de homine composito ex corpore, & anima.

Responsio aliorum ad eandem rõnẽ principalem Auctoris.

Alij respondent aliter. Dicunt enim, ꝙ cum charitas est in infimo gradu, non est nata diminui, sed corrumpi, & ideo non diminuitur per peccatum veniale, sed corrũpitur per mortale; sicut dispositio ad formã naturalem cum est in summo in aliquo, nõ alteratur, hoc est intenditur, vel remittitur, sed corrumpitur potius, & alia generatur; & sicut habitus generatus ex actibus per actus consimiles non generatur, sed augetur tãtùm, quia nõ est generabilis, sed augmentabilis, & consimiliter dicendum est de infima charitate, quia non est diminuibilis, sed solùm corruptibilis, idcirco non potest diminui per peccatum veniale, sed solùm corrumpi per peccatum mortale.

Cõfutatio

Sed hæc responsio in nullo excludit rationem prædictam; dato n. ꝙ infima charitas non sit diminuibilis, sed corruptibilis, sicut summa dispositio ad formam naturalem non est amplius augmentabilis, & sicut habitus generatus ex actibus nõ est amplius generabilis; tamen adhùc stat ratio præcedens, ꝙ scilicet talis infima charitas tolleret, seu corrũperetur per peccatum veniale, & non per mortale; tum quia omnes gradus sunt vna charitas specie, & numero; contrarietas autem est differentia secundũ speciẽ, ergo ꝙ cõtrariatur vni gradui, & omnibus, & ꝙ potest tollere vnum, potest tollere oẽs; tum quia charitas intensa est maioris perfectionis, quã remissa, & per consequens maioris virtutis, & vigoris, & per consequens minus potest tolli per veniale; tum quia peioris conditionis esset habens charitatẽ intẽsam, quàm remissam, si pro eodem posset puniri poena simpliciter, quæ non est medicina, idest diminutione charitatis, vnus, & non alius; tum quia, cum charitas sit totum homogeneum, incõueniens est dicere, quòd peccatum veniale possit tollere vnũ gradũ eius, & non alium. Vnde per easdem rõnes excluditur hæc responsio, & præcedens.

Responsio aliorum ad eandem rationem.

Alij respondent aliter. Dicunt enim, quòd sicut non est dare pro statu viæ summam charitatẽ, sm̃ Magistros, sic nec infimam, qua minor esse non possit; & per consequens omnis charitas quantumcunq; parua diminui poterit per peccatum veniale, & nunquam per ipsum tolleretur totaliter, seu corrumpetur.

D

Sed

Cõfutatio. Sed hæc responsio nulla est, quia siue sit possibile dare infimam charitatem, siue nõ; cum diminutio charitatis non sit ad modũ diminutionis continui, per partes eiusdem proportionis, & non eiusdem quantitatis, eò quòd sequeretur, ꝙ nec peccatum veniale posset esse æquè graue, vel grauius sicut p̄cedens, & per consequens posset tantùm, vel plus diminuere de perfectione charitatis sicut præcedens; adhùc stat prima ratio, quòd .s. si peccatum veniale diminuit charitatem, multiplicatum tandem consumet ipsam totaliter, seu corrumpet.

Responsio aliorum ad eãdẽ rõnẽ principalẽ. Alij aliter respondent concedendo conclusionem ipsius rationis; dicunt n. quòd peccata venialia multiplicata tandẽ corrũpunt totaliter charitatem; quòd probant per quoddam dictum August. in lib. de medic. poenitentiæ c. 2. vbi dicit, ꝙ venialia si multiplicentur, ita decorẽ nostrum extermināt, vt à cęlestis sponsi amplexibus nos separent; sed separare ab amplexibus cęlestis sponsi non potest conuenire animæ nostræ nisi per totalem amissionem charitatis. Ergo &c.

Cõfutatio. Sed quia hæc respõsio est contra cõmunem doctrinam, sm̃ quam ponitur ab omnibus, quod charitas non amittitur, nisi per solũ peccatum mortale; idcircò hæc respõsio nulla reputanda est. Ad auctoritatem Aug. dicendum, ꝙ peccata venialia multiplicata exterminant decorem animæ, & separant eam ab amplexu sponsi cælestis, non quantùm ad habitum charitatis, sed solùm quantùm ad feruorem actus, vt patebit per ea, quæ infra dicentur.

Responsio aliorum ad eandẽ rõnẽ. Alij aliter respondent. Dicunt enim, ꝙ venialia multiplicata causant in homine dispositionem, quam habens si procedat vltra sm̃ illam dispositionem non poterit exire in actum, quin incidat in talem conceptum, & libidinem sic improbam, quòd erit peccatum mortale, & sic charitas corrumpetur non per peccatum veniale, sed per peccatũ mortale.

Cõfutatio. Prima. Sed hæc responsio multipliciter excluditur. Primò, quia supponit falsum; habitus n. vel dispositio causatur ex actibus eiusdẽ speciei tantùm, & non diuersæ; sed peccata venialia sunt diuersarum specierum, & naturarum, vt mendacium iocosum, verbum ociosum, motus subiti venerei, & infidelitatis, & huiusmodi; poterit ergo aliquis frequentare peccata venialia nõ vnius speciei, sed diuersarum, & per consequens in tali saltem non generabitur aliqua vna dispositio vitiosa. Et si dicatur, quòd in tali non causatur vna talis dispositio, sed multæ, & per consequens talis multo magis necessariò prorumpet in actum peccati mortalis agens secundum aliquam de eis, quàm ille in quo est vna talis dispositio generata; hoc nihil est; quia supposito, quod duorum habentium æqualem charitatem, vnus frequentet peccata venialia vnius generis, alius

A autem generum diuersorum, quando in primo causata est prædicta dispositio necessitans ad peccatũ mortale; in secundo nulla vna talis dispositio erit sic intensa, vt ipsum ad peccatum mortale necessitet, quia nulla de multis, quæ sunt in isto secundò est causata ex frequentatione tot peccatorũ venialium, sicut illa vna sola, quæ erat in primo, supposito, quod tot peccata venialia diuersorum generum commiserit secũdus, quot vnius generis commisit primus. In tali ergo casu primus perdit charitatem totaliter, non autem secundus, si vterq; prorumpit in actum peccati, quòd est sine ratione dictũ, & inconuenienter; possunt enim peccata venialia secundi esse multò grauiora, quàm primi, & per consequens multò magis mereri totalem amissionem charitatis; sequitur etiam, quòd ad hoc, quòd secundus

B perdat totaliter charitatem, quòd oportet tot peccata venialia multiplicari in ipso cuiuslibet generum diuersorum suppositorum, quòd æqualis numeri peccata venialia committat in vno genere, sicut in alio, quot fuerunt omnia peccata venialia, primi, & sic, vel incomparabiliter per plura peccata venialia commissa perdit secundus charitatem, quàm primus, quòd est inconuenienter dictum, & sine ratione.

Secunda. Præterea. Dato, quòd talis dispositio sit causata in aliquo homine ex multis peccatis venialibus vnius generis, non est necesse talem hominem, vel secundum talem dispositionem in aliquem actum prorumpere, vel à peccato desistere, poterit enim talis prorumpere in multa alia peccata venialia aliorum generum; & per consequens saltem in tali, minima charitas per talia pec-

C cata venialia aliorum generum tolleretur totaliter, seu corrumperetur, & sic quantũ ad talem saltem prædicta ratio concludit necessariò.

Tertia. Præterea. Dato, quòd homo per talem dispositionem prorumpat in actum peccati, non est necesse dicere, quòd peccet mortaliter, vt supponebatur in responsione prædicta: quia peius est dispositus existens in peccato mortali, quàm existens in peccato veniali tantùm. Sed existens in peccato mortali multiplici etiam, potest peccare solùm venialiter, & non agere secundum dispositionem peccati mortalis. Ergo multò magis existens in peccato veniali tãtùm quantùmcunque multiplicato, potest peccare venialiter tantùm peccato alterius generis, & agere non secundum dispositio-

D nem ipsam generatam ex peccatis venialibus alterius generis, & per consequens non peccare mortaliter.

Quarta. Præterea. Habitus, & dispositio per se inclinant ad actus consimiles actibus, ex quibus generantur; sed talis dispositio supponi-

tur causata ex peccatis venialibus. Ergo per se inclinant ad peccatum veniale, & non ad mortale, & per consequens agens secundũ talem dispositionem non est necesse dicere, quòd peccet mortaliter; sed poterit peccare venialiter tantùm.

Præterea, cum homo sit dominus suorũ actuum, in actum deliberatum, qui plenè est in potestate nostra, non est necessarium voluntatem prorumpere, qualitercunq; sit homo dispositus; sed talis est actus peccati mortalis. Ergo &c.

Euasio. Sed ad hoc respondetur à quibusdam, quòd sicut homo existens in peccato mortali, nisi à peccato mortali desistat, non potest diu stare, quin peccet mortaliter secũdum communem doctrinã, & tamen actus peccati mortalis est plenè in potestate nostra, sic etiam est, vt videtur de existente in dispositione prædicta.

Instantia 1. Sed hæc responsio non excludit responsionem prædictam, quia etiam existens in peccato mortali quamuis, vt communiter dicitur nõ possit diu stare quin peccet mortaliter, tamen vt communiter dicitur potest quodcunq; vnum peccatum mortale signatum acceptum vitare; & pluries peccare venialiter antequam peccet mortaliter, nec est necessarium eum agere secundũ dispositionem in eo causatam ex peccato mortali. Ergo pari ratione, vt etiam supra dicebatur, habens dispositionem quamcunque causatam ex peccatis venialibus, nõ est necessarium prorumpere in actum peccati mortalis etiam agendo secundum illam dispositionem; sed poterit quodcunq; vnum peccatum mortale vitare, & prorumpere in actum peccati venialis, saltẽ alterius generis ab illis, ex quibus causata est.

Instantia 2. Amplius. Omnibus autem prædictis concessis, adhuc, stat ratio principalis ad propositum adducta. Arguam enim sic. Illud quod quomodocunq; multiplicatum non potest tollere charitatem, nec potest charitatem diminuere; & ista patet ex prædictis. Sed peccatum veniale quantũcunq; multiplicatum non potest tollere charitatẽ, siuè talis multiplicatio sit possibilis, siuè nõ. Ergo peccatum veniale in nullo diminuet charitatem. Ista ergo consequentia omninò vera est: scilicet, peccata venialia quantumcunq; multiplicata non possunt tollere charitatem. Ergo peccatum veniale non diminuit charitatem. Nec impeditur veritas istius consequentiæ siuè antecedens sit possibile, siuè non.

Instantia 3. Amplius. Dato, quòd aliquis creatus sit in infimo gradu charitatis, sicut est ille, qui habet dispositionem talem, qualem ipsi ponunt causatam ex peccatis venialibus, saltem talis non est necesse dicere, quòd si peccet, peccet mortaliter, sed poterit peccare venialiter, cum careat dispositione prædicta. In tali ergo sic habente minimã charitatem, peccatũ veniale non diminuit, sed eam tollit, & corrumpit totaliter. Stat ergo prima ratio, per quam probatum est, quòd peccatum veniale non diminuit charitatem.

A

Secũda rõ principalis. ¶ Præterea. Arguitur secundò ad principale sic. Sicut augmentum substantiæ nõ est sine generatione, similiter nec eius diminutio sine eius corruptione, sicut patet per Philosophum in 2. de Anima, & in 1. de Generatione cap. 3. Sic nec augmentum accidentis est sine generatione eius secundũ quid, nec diminutio sine consimili corruptione; quod ergo non potest corrũpere charitatem, non potest eam diminuere. Sed peccatum veniale non potest corrumpere charitatem. Ergo non potest eam diminuere.

Responsio ad hãc rõnem. Sed posset aliquis respondere ad hanc rationem dicendo, quòd peccatum veniale non potest corrumpere charitatem totaliter, sed potest eam corrumpere partialiter, idest quantum ad gradum intensum.

B

Instantia. Sed hæc responsio potest excludi omnibus quatuor vijs, quibus exclusa est prima responsio data ad primam rationem immediatè præcedentem. Sed præter illas quatuor vias, excludatur hac responsio quinto sic. Illud, quòd multiplicatum non potest corrumpere totum homogeneum, nõ potest corrumpere partialiter, vbi corruptio, seu ablatio non est, secundum partes eiusdẽ proportionis, sed eiusdem quantitatis. Sed peccatum veniale quantumcunq; multiplicatum non potest totaliter corrumpere charitatẽ, quæ est totum homogeneũ, nec talis corruptio, seu diminutio est secundum partes eiusdem proportionis, sed eiusdem quantitatis; quia sequens peccatum veniale, vt supra etiã dicebatur potest esse æquè graue, vel grauius, quàm præcedens, & per consequens tantundem diminuet de charitate, vel plus, quàm præcedens. Ergo peccatum veniale non potest partialiter corrũpere, seu diminuere charitatem.

C

Tertia rõ principalis. ¶ Præterea arguitur tertio ad principale sic. Quòd non potest tollere charitatem non potest eam diminuere, quia per diminutionem tollitur gradus charitatis, qui est idem, quòd charitas re absoluta. Sed peccatum veniale non potest tollere charitatẽ. Ergo non potest eam diminuere.

instantia. Sed ad hanc rationem responderi posset, sicut responsum est ad secundam rationem immediatè præcedentem, dicendo, quòd peccatum veniale non potest tollere charitatem totaliter, sed partialiter tantùm.

Euasio. Sed hæc respõsio excluditur omnibus vijs, quibus exclusa est prædicta responsio secundæ rationis immediatè præcedentis.

D

Quarta rõ principalis. ¶ Præterea quartò arguitur ad principale sic. Solùm peccatum mortale tollit totaliter charitatem. Ergo peccatum veniale non potest eam totaliter tollere, nec di-

minuere. Antecedens supponitur. Consequētia probatur, quia sicut poenę peccatorum mortalium, & venialium in infinitū distant, sic & culpæ mortales, & veniales: quia poena, & culpa inter se, ꝓportionātur. Sed si aliquid tollitur solùm ab vno, quod in infinitum distat ab alio, ab hoc alio in infinitum distante; nec tolli potest, nec diminui, vt patet de linea bicubita, quæ tollit ab aliquo loco aliquam lineam sibi æqualem, quæ non secundum se totam, nec secundum eius partem, potest per vnum punctum solùm, quod ab ea distat in infinitum, tolli ab eodem loco. Ergo si solùm peccatum mortale tollit totaliter charitatē, peccatum veniale, quod ab eo distat in infinitum, nec totaliter, nec partialiter potest eam tollere, quòd esset eam diminuere.

Quinta rō principalis

¶ Præterea arguitur quintò ad principale sic. Si peccatum veniale diminuit charitatem quantùm ad aliquem gradum; aut ille gradus aliquotiens sumptus adæquat totam charitatem, aut non: non potest dici primum, scilicet, quòd adæquat, quia sequeretur, quod totidem peccata venialia, quot gradus adæquant totam charitatem, adæquarēt vnum peccatum mortale, quod est falsum, & impossibile dicere, Sicut enim peccatum mortale in infinitū excedit quæcunq; peccata venialia quātùm ad poenam, sic etiam quantùm ad culpam. Ergo talis gradus quotiescunq; sumptus non adęquat totam charitatem. Ergo per amotionem talis gradus, charitas in nullo est diminuta: sicut nec linea per amotionē pūcti, ꝙ quotiescunq; sumptum non adæquat lineam (punctum enim, vt communiter dicitur, additum lineæ nihil auget, nec amotum diminuit.) Peccatum ergo veniale in nullo diminuit charitatem.

Sexta ratio principalis

¶ Præterea arguitur sextò ad principale sic. Si aliquis crearetur in minimo gradu charitatis, talis cùm non esset melioris conditionis, quàm habens charitatem intēsam, constat, quòd posset peccare venialiter, nec in tali peccatum veniale posset corrumpere charitatem, quæ corrumpitur per solùm peccatum mortale, vt pluries supradictum est; nec etiam posset eam diminuere cum supponatur talis charitas minima. Ergo pari ratione quodcunq; aliud peccatum veniale in nullo potest diminuere, aut corrumpere charitatem.

Responsio quorundā.

Sed respondetur ad hāc rationem, quòd si talis crearetur in statu innocentiæ, non posset peccare venialiter primo peccato, sicut nec Adam potuit, vt communiter dicitur; si autem in statu originalis peccati, idē sequeretur; quia habens originale solùm, D veniens ad ætatem, in qua potest actualiter peccare, non potest primò peccare venialiter, sed mortaliter tantùm, vt communiter dicitur.

Instantia.

Sed hæc responsio non excludit rationē prædictam propter duo. Primò quia sup- A ponit vnum falsum, scilicet, quòd aliquis possit habere minimam charitatem, & esse in peccato originali, charitas enim quæcūq; excludit, tam peccatum mortale, quàm originale, secundum communem doctrinam. Secundò, quia procedit ab insufficienti diuisione. Supponit enim, ꝙ creatus cum minima charitate crearetur necessariò, aut cum peccato originali, aut in statu innocentiæ, quòd non est necessarium; posset enim creari talis homo sine iustitia originali, & sine peccato originali, & per consequens posset peccare primò venialiter; quamuis homo creatus in statu innocētiæ hoc non potuisset, secundum communē doctrinam, propter perfectam rectitudinē, & plenariam subiectionem inferiorum ad superiora, quam habuisset ratione iustitiæ originalis.

B Alij respondent aliter ad illam rationem, dicunt enim, quòd non est possibile dari minimum gradum charitatis, sicut nec maximum pro statu viæ. Responsio aliorum.

Sed hæc responsio multipliciter deficit. Primò, quia licet in quātitate mathematica non sit dare minimum: tamen in quantitate naturali dimensiua, vel virtuali est dare, vt communiter dicitur, vt minimam carnē, & huiusmodi. Potest ergo Deus creare aliquem cum minimo gradu charitatis. Secūndò, quia dato, quòd non posset esse minima charitas in rerum natura, adhuc tamē propter hoc non impeditur ratio quin concludat; dicerem enim, quòd saltem tantam charitatem (quanta potest diminui per centum, vel mille peccata venialia, si aliquis crearetur à Deo, cum ea) totidem peccata venialia tollerēt totaliter, & corrumperēt. Instantia.

C Alij respondent ad eandem rationem, & dicunt, quòd imperfecta charitas non tollitur per veniale, sed per mortale tantùm. Quòd supra in prima rōne improbatū est. Responsio aliorum. Cōfutatio.

¶ Præterea arguitur septimò ad principale sic. Quòd per omnem gradum suum improportionabiliter excedit omne peccatum veniale, non potest tolli per ipsū, nec simpliciter, nec quantùm ad aliquem gradum suum, nihil enim tollitur, nisi per virtuosius se: sed charitas secundum omnē gradum improportionabiliter excedit omne peccatum veniale, loquendo de excessu proportionis, quia cuilibet gradui charitatis debetur præmium æternum; peccato autē veniali debetur poena temporalis tantùm. Ergo &c. Septima rō principalis

Præterea. Et quasi in idem redit cū hoc. Peccatum, cui non debetur poena æterna, sed temporalis tantùm, nō potest diminuere charitatem; sed peccato veniali non debetur poena æterna, sed temporalis tātùm. Ergo &c. Minor supponitur. Maior probatur; quia ad diminutionem charitatis in via, sequitur diminutio præmij essentialis per-

perpetua in patria, quæ est pœna æterna. Ergo ad destructionem cõsequentis, quòd non potest puniri poena æterna, non potest diminuere charitatem quantùm ad substãtiã habitus. Et hæc de secundo principali.

PVNCTVM III.

An peccatum veniale diminuat charitatem.

Conclusio.

CIRCA Tertium principaliter dicendum est, quòd quamuis peccatum veniale non diminuat charitatem quantùm ad substantiam habitus, diminuit tamen ipsam quantùm ad feruorem actus, idest, quantùm ad quandam habilitatem, seu promptitudinem exercendi opera charitatis.

Ad cuius euidentiam sciẽdum est, quòd cum actus eliciti à charitate non sint minoris efficaciæ, & vigoris quàm actus virtuosi morales, sicut actus virtuosi morales causant in nobis quendam habitum acquisitũ, secundum quem promptè, & faciliter inclinamur ad actus consimiles, sic etiam actus eliciti à charitate; non enim possunt dici tales actus augere præexistentẽ habitũ charitatis, nisi fortè meritoriè tantùm, non autem effectiuè; cùm habitus à solo Deo augeatur, à quo primò causatur; sicut actus eliciti à virtute morali non causant nouam virtutem, sed præexistentem augent. Per talem ergo habitum acquisitum ex actibus charitatis, promptè, & faciliter, & delectabiliter inclinamur, & exercemus opera charitatis; cuius signum est, quòd habituatus prius in malo, si de nouo conuertatur, & habeat charitatem, experitur in principio difficultatem in exercendo opera charitatis propter carentiam habitus acquisiti, & è contra exercitatus primò in operibus charitatis, si de nouo perdat charitatem, adhuc remanet in ipso quædam promptitudo ad opera charitatis.

Probatio.

Hoc supposito potest sic argui ad cõclusionem intentam. Effectus dependens ab aliquibus pluribus, potest impediri ex defectu cuiuscunq; illorum. Sed feruor in actibus charitatis, & promptitudo, seu facilitas, vel habilitas ad exercendũ tales actus, dependet ex duobus, scilicet, ex intenso habitu charitatis infuso, & ex intenso habitu acquisito prædicto. Ergo actus charitatis possunt impediri à suo feruore propter diminutionem solius prædicti habitus acquisiti; sed peccata venialia tanquam opposita actibus charitatis, aliqualiter possunt diminuere talẽ habitũ charitatis insusum. Ergo stante habitu charitatis infuso, & in nullo diminuto, seu remisso, peccata venialia possunt diminuere feruorem actus charitatis, & promptitudinem, seu habilitatem, & facilitatem exercendi tales actus, quæ est in nobis ex habitu acquisito prædicto.

Impugnat quorumdã cõtra conclusionẽ prædictam. Prima.

¶ Sed contra hanc conclusionem aliqui arguunt tripliciter.

Primò, quia ex actibus elicitis à virtute morali non causatur in nobis habitus, sed solùm præexistens roboratur. Ergo à simili, ex actibus elicitis à charitate, non generatur nouus habitus acquisitus, sed solùm præexistens insusus roboratur, & augetur.

Secunda.

Secundò, quia supposito, quòd talis habitus in nobis causetur, peccata venialia magis videntur, quod diminuant charitatis habitum infusum, quàm talem habitum acquisitum: cuius ratio videtur esse. Quia peccata venialia cũ Deo aliqualiter displiceant (et si non tantum quantum mortalia) magis videntur opponi habitui charitatis infuso, per quem solùm homo est Deo acceptus, & placitus, quàm prædicto habitui acquisito, per quem in quantum huiusmodi, homo nec Deo placet, nec displicet, cum possit esse communis bonis, & malis, vt supra dictum est. Sed vnum oppositorum magis diminuit aliud, quàm illud, quod ei non opponitur. Ergo &c.

Tertia.

Tertiò, quia de nouo habens charitatem, quam nunquam habuit, non habet talem habitum acquisitum; in tali ergo cum peccat venialiter, peccatum veniale non diminuit talem habitum. Ergo saltem in tali peccatum veniale diminuit habitum charitatis infusum.

Solutio primæ impugnationis.

Sed ad Primum horum dicendum est, quòd virtus moralis ẽ habitus acquisitus ex actibus, & idcircò post talem acquisitionem, ex sequentibus actibus nõ acquiritur alius habitus, sed præexistens augetur, charitas autem est habitus infusus quantùm ad suam essentiam, & quantùm ad omnem suum gradum, & idcircò actus sequentes non possunt eam augere, nisi fortè meritoriè, & quia tales actus non sunt minoris virtutis, & efficaciæ, vel vigoris, quàm actus virtutum moralium, idcircò necessariò aliquem aliũ habitum inducunt, scilicet acquisitum.

Solutio secundæ.

Ad Secundum dicendum, quòd peccatũ veniale non opponitur charitati, cum stet in eodem subiecto simul cum ea, nec etiam propter eandem rationem opponitur illi habitui acquisito: habitus tamen causatus ex frequẽtatione venialium, opponitur habitui prædicto, & non charitati, quia vterq; est habitus acquisitus, & contraria sunt in eodem genere, & per consequens tollit eũ, & non charitatem infusam. Quamuis autem peccatum veniale Deo displiceat, & per cõsequens habitus causatus ex eius frequentatione; non tñ videtur, quòd ei displiceat displicentia propriè contraria, seu opposita complacentiæ, qua ei complacet homo in charitate, cum per charitatem homo Deũ sibi finem præstituat, cum qua præstitutione stat etiam peccatum veniale, per quod homo non auertitur à Deo, vt ab vltimo fine

finẽ, nec sibi creaturam finem præstituit, quamuis creatura plus debito ametur, nec in Deum actu referatur, nec talis actus, quã-tùm ex se est, sit in Deum referibilis.

Solutio Tertiæ. Ad Tertium dicendum, quod ante acquisitionem talis habitus, per peccatum veniale diminuitur promptitudo exercendi opera charitatis, quæ est ex carentia habitus, vel dispositionis causatę ex frequentatione venialiũ. Dispositionis dico, vel habitus vnius, vel plurium. Et hæc de tertio principali, & de toto.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD Primum ergo Argumentum factũ in contrariũ dicendum, quòd si maior intelligitur de contrarijs realiter in subiecto distinctis, est falsa; impossibile est.n. contraria esse simul in subiecto qualitercunq; accepta, idest, vel ambo intensa, vel ambo remissa, vel alterum intensum, & alterum remissum. Quod patet, tum quia impossibile est idem simul esse, & non esse, omnis autem oppositio includit contradictionem, tum quia contrarietas est differẽtia secundum speciem, intensum autem, & remissum sunt eiusdem speciei, tum quia vna qualitas media esset duæ qualitates extremæ realiter distinctæ. Et pari ratione, anima, quæ est media inter Deum & materiam primã, esset actus purus, qui est Deus, & potentia pura materiæ primæ; tum quia mediũ non esset differens realiter ab extremis, totum enim non differt realiter à partibus suis. Si autem maior intelligatur de cõtrarijs vnitis in medio, vt sit sensus; Quãtò medium plus distat ab vno extremo, tãtò plus participat de altero extremo; non est ad propositum, quia cupiditas, quæ est in peccato veniali, realiter differt à charitate, quòd patet ex obiectis ipsorũ, quæ sunt diuersa, quia Deus, & creatura; habitus n. distinguntur per actus, & actus per obiecta. Et, præterea non plus contrariantur charitas, & prædicta cupiditas, quam dolor maximus Christi passi, & eius fruitio, quæ erant in eodem subiecto primo simul, scilicet in anima Christi, (quicquid sit de subiecto immediato) nec vnum remittebat aliud, secundum communem doctrinam, quia non contrariabantur, quoniam non erant respectu eiusdem obiecti. Et sic dicendum est de charitate, & tali cupiditate, quod non contrariatur, tum propter illud, quòd dictum est, quia, scilicet, non sunt respectu eiusdem obiecti, tum quia si contrariantur, cupiditas peccati venialis aucta ex frequentatione venialium totaliter tolleret charitatem: quòd est falsum, & inconueniens dicere.

AD II. Ad Secundum dicendum, quòd si minor intelligitur de cupiditate peccati mortalis, est falsa, quia nulla charitas stat cum tali cupiditate, & non est etiam ad propositum. A Si autem intelligitur de cupiditate peccati venialis, dicendum primò, quòd Augustinus non dicit, quòd diminutio cupiditatis sit augmentum charitatis, sed dicit tantùm, quòd est eius nutrimentum, quia scilicet cauendo venialia, homo exercet se in actibus charitatis, quibus charitas conseruatur, & augetur saltem meritoriè. Vel dicendum melius (& fortè in idem vadit,) quòd diminutio cupiditatis venialium, idest, vitatio eorum est augmentum charitatis, non quantùm ad habitum infusum, (cum possit esse parua charitas cum nullo veniali, vt in puero, vel in aliquo de nouo baptizato, & è contra potest esse magna charitas cũ aliquibus venialibus, vt fuit in multis Sanctis) sed quantũ ad habitũ acquisitum prædictũ, & ita augmentũ huiusmodi cupiditatis est talis habitus diminutio.

B Ad Tertiũ dicendum, quòd maior esset vera, si aliqua auersio peccati venialis esset proportionalis auersioni peccati mortalis, quòd supra improbatum est. Vel dicendũ ad minorem, quòd in peccato veniali non est auersio propriè, cum non sit contra pceptum Dei, nec in eo creatura finis præstituatur, sed est quasi quidam status, in quo creatura plus debito amatur, quamuis non vt finis, nec in Deum actu refertur, nec talis actus, quantum est ex se, est in Deum referibilis. AD III.

Ad Quartum dicendum, quòd maior est falsa; sicut enim aliquid est causa quantùm ad fieri, & non quantùm ad esse, sic etiam potest esse aliquid causa alicuius quantùm ad minus fieri à principio, & non posterius; vt certi venti, vel certa regio, secundum Philosophum in lib. 6. de hist. animal. c. 19. C & 4. de gen. anim. c. 2. est causa qua generetur sexus femineus, & tamẽ si mas generetur, postea in eadem regione, etiam si esset idem ventus, non transmutaretur de sexu ad sexum. Et ponendo exemplũ magis ad propositum, minor conatus est causa, quòd à principio minor charitas infundatur in adulto, & tamen post infusionem non esset causa, quòd infusa charitas minoraretur, quia homo merendo, puniretur, quia omnis bonus conatus existentis in charitate est meritorius, & diminutio charitatis est poena simpliciter. Vel dicendum ad minorem, quòd si cum peccato veniali esset conatus æquè magnus (sicut & cum æquali charitate est quandoque, vt supra probatum est) non daretur minor charitas, sed si peccatum veniale remittit conatum, datur minor, propter remissionem cona- D tus, sed tamen remissus non diminuit charitatem iam habitam, propter causam prędictam. AD IV.

Ad Quintum dicendum per interemptionem maioris, actus enim disponens ad perfectam charitatem, disponit ad eam imme- AD V.

immediatè, & necessariò, supposito cōmuni influxu diuino, sed peccatum veniale disponit ad corruptionem charitatis mediatè, quia disponit ad peccatum mortale, per quod tollitur charitas, & non necessariò, vt supra in prima ratione probatum est. A

AD VI. Ad Sextum dicēdum, ꝙ dilectio Dei est causa bonitatis in creatura, possunt autem duæ creaturæ esse æquales in vna bonitate, & inæquales in alia: habens ergo æqualem charitatem cum venialibus, est æquè dilectus Deo, sicut alius carens eis, quantùm ad æqualem gradum meriti, & præmij essentialis, & inæqualiter quantum ad carentiam peccati venialis,& delectationem gloriæ, & gaudiū accidentale,quod habet alius de vitatione venialium.

AD VII. Ad Septimum dicēdum, quòd deformitas peccati venialis, quæ est malū, vel peccatū formaliter, adimit, idest,tollit ab actu peccati venialis formositatem, seu virtuositatem, quia impossibile est eundem actum esse simul virtuosum, seu meritorium, & peccatum veniale;malum enim tollit bonū sibi oppositum, seu adimit.

Instantia. Et si dicatur contra hoc, quòd pari ratione habitus causatus ex frequentatione venialium tollit habitum charitatis.

Solutio. Dicendum, quòd sicut actus tollit actū, quia impossibile est, eundem actum esse charitatis,& peccatum veniale; sic etiam habitus tollit habitum, quia impossibile est,eundem habitum esse causatum ex frequentatione venialium, & esse habitu charitatis. Vel dicendum, quòd peccatum veniale adimit de habitu acquisito ex frequētatione actus charitatis, modo superius exposito in principali solutione quæstionis. Vel potest dici tandē, quòd peccatum veniale adimit, vel diminuit feruorem,qui est in viribus sensitiuis ex redundantia superiorum virium in inferiores.

Alia instantia. Sed contra hoc quidam arguunt, quia non videtur, quòd talis feruor possit diminui, qui est ex redundantia superiorum virium, nisi diminuatur aliquid existens in viribus superioribus. Sed nihil existens in superioribus viribus potest diminui per peccatum veniale, vt videtur,nisi charitas. Ergo peccatum veniale diminuit charitatem.

Solutio. Sed ad hoc dicendum est per interemptionem minoris, quòd sicut supra declaratum est, quamuis peccatum veniale non B diminuat charitatem, tamen diminuit habitum acquisitum ex operibus charitatis existentem subiectiuè in ipsa voluntate, ad cuius diminutionē sequitur diminutio redundantiæ virium superiorum in inferiores, & per consequens diminutio feruoris, qui est in viribus sensitiuis.

AD VIII. Ad Octauum, & vltimum dicendum,ꝙ ille,qui cum Deo aliud amat,peccando venialiter, Deū minus amat, non quo ad substantiam habitus charitatis, sed quo ad feruorem actus amandi modò supra exposito.

QVAESTIO VII.

Vtrū Deus possit ab aliquo clarè videri per essentiam,& non diligi.

Pro Parte Affirmatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, ꝙ sic Quia voluntas est libera in omni actu suo. Sed necessitari est contra rationem libertatis. Ergo voluntas videntis Deum per essentiam, pōt Deū non diligere. Maior supponitur. Minor probatur tripliciter. C

Primi probatio minoris. Primò, quia cum sit duplex necessitas (præter necessitatem ex suppositione finis). scilicet necessitas coactionis, & necessitas naturalis,vt patet per Philosoph. in 5. Metaph. cap. 5. Constat, quòd necessitas coactionis opponitur libertati voluntatis; nam talis necessitas tristis est, & tristitiam inducit, vt patet per Philos. loco citato. Hoc ipsum videtur de necessitate naturali, quia natura, & voluntas sunt opposita principaliter,& oppositos primò modos principiandi habent. Ergo voluntas nullum actum elicit ex necessitate naturæ. D

Secunda. Secundò, quia eadem potentia est volitiua respectu omnium, quæ vult voluntas,& eiusdem rationis. Sed quædam vult voluntas non necessariò, sed potest ea velle, & nō velle liberè, libertate contradictionis. Ergo nihil vult voluntas necessariò, & necessitas est contra rationem libertatis.

Tertia. Tertiò, quia ratio intrinseca rei per aduentum nullius extrinseci variatur. Sed voluntas de ratione sua intrinseca habet, ꝙ, sit

sit libera respectu actus sui, vt scilicet, possit eum elicere, aut non elicere. Ergo nullum obiectum, cum sit aliquid extrinsecú respectu voluntatis, potest voluntati auferre hanc libertatem, necessitando voluntatẽ ad actum suum.

II. PRÆT. ad principale, credens in Deum habet in potestate sua Deum non diligere. Ergo etiam videns Deum clarè per essentiam, habet hoc ipsum in sua potestate. Antecedens supponitur, quia existentè eodem principio elicitiuo alicuius actus, & eodem obiecto, est idem actus, vel saltem vniformis. Sed eadem est potentia voluntatis credentis in Deum, & videntis Deum per essentiam, & idem habitus charitatis, & idem obiectum, scilicet, Deus. Visio autem nihil facit plus, nisi quòd obiectum facit præsens, quod, stante fide, est absens: præsentia autem, vel absentia obiecti non arguit actum necessarium, vel contingentem, sed solùm intensionem, vel remissionem eius, vt patet de calefactibili respectu calefactionis. Ergo &c.

Confirmatio. Et confirmatur ratio. Quia, si actus dilectionis causaretur à potentia, haberetur propositum, quia constat, quòd est eadem potentia eodem habitu informata, & æquè intensa in via, & in patria. Si autem causaretur ab obiecto, haberetur propositum eodem modo; Deus enim nihil causat extra se, nisi contingenter; visio autem est extra rationem obiecti amoris, (cùm non sit amata amore amicitiæ, sed Deus præcisè.) Ergo &c.

III. PRÆT. In potestate voluntatis est nõ diligere bonum in communi, quantumcunque clarè visum. Ergo multò magis in potestate eius est non diligere Deum etiam clarè visum. Consequentia videtur vera, quia magis videtur voluntas necessitari ad bonum in communi, cuius ratio includitur in omni eo, quòd sibi obijcitur, quàm ad quodcumque aliud; sicut & omnis potentia magis necessitatur respectu obiecti sibi adæquati, quàm respectu cuiuscunque alterius. Antecedens probatur tripliciter. Primò, quia in potestate voluntatis est intellectum auertere à consideratione boni in communi. Ergo multò magis non diligere ipsum, nihil enim est, tàm in potestate voluntatis, secundum Augustinum in primo libro Retractationum capite 9. & 1. de Libero Arbitrio cap. 12. sicut ipsa voluntas, idest, actus voluntatis, qui est ei ratio, quòd sit in eius potestate quodcunque aliud. Secundò, quòd si voluntas necessitaretur ad volendum bonum in communi, sequeretur, quòd semper æquè intensè diligeremus ipsum, cuius oppositum experimur, quia contingit, quandoque nos ipsum intensè cognoscere; & remissè diligere, & è conuerso. Tertiò, quia eadem ratione aliquid mouetur ad

A aliud, & remouet omne impedimentum motus sui ad illud, sicut graue eadem velocitate, qua mouetur deorsum, frangit trabem, & remouet, si potest, omne impediens talem motum. Sed inter impedientia dilectionem boni in communi, est eius inconsideratio, quod impedimentum voluntas non necessariò aufert, quia non semper tenet intellectum in tali consideratione. Ergo voluntas non necessariò diligit bonum in communi.

PRÆT. Cum essentia, & bonitas in Deo differant ratione, Deus potest videri sub ratione essentiæ, & non bonitatis, & potest videri sub ratione boni speculatiuè, & non practicè. Vndè & Metaphysica, quæ est scientia speculatiua tractat de bono, vt patet in 12. Metaphysices cap. 6. Sed ens, vel bonum speculatiuè acceptum non mouet voluntatem, quia vt habetur B in 3. de Anima cap. 5. Intellectus speculatiuus nil dicit de prosequibili, vel fugibili. Ergo in potestate videntis Deum est ipsum non diligere. IV.

Et confirmatur ratio, quia illa visio cum sit nobilissima, est speculatiua, & per consequens non est motiua voluntatis. Ergo nõ potest necessitare ad dilectionem, quæ est actus voluntatis. Confirmatio.

PRÆT. Actus liber est in nostra potestate, per quòd differt ab actu naturali, ad quem necessitamur, sed dilectio patriæ est actus liber cum sit actus nobilissimus voluntatis, libertas enim cum sit perfectio simpliciter, magis debet attribui actui nobilissimo, quàm alteri. Ergo &c. V.

PRÆT. Si Deus clarè visus necessitat voluntatem ad sui dilectionem, aut hoc facit C remouendo positiuum prohibens talem dilectionem, sicut ille qui remouet columnam prohibitiuam motus lapidis deorsum, necessitat ipsum ad talem motum: aut præbendo materiam, in quam transeat actus volendi, sicut approximans aquam igni, necessitat eum ad calefaciendum: aut imprimendo actum dilectionis ipsi voluntati, sicut ignis necessitat aquam sibi approximatam ad recipiendum calorem. Non potest dici primum, quia præsentia obiecti non remouet prohibens positiuum, sed priuatiuum tantùm, scilicet inconsiderationem. Nec potest dici secundum, quia volitio, vel dilectio non est actus transiẽs in exteriorem materiam, sed manens in agente, vt patet 9. Metaphysices tex. 16. Nec potest dici tertium, quia si obiectum causaret, vel imprimeret actum D potentiæ, beatitudo consisteret in passione hominis, & non in eius operatione, contra doctrinam Philosophi in 1. Ethicorum cap. 7. VI.

PRÆT. Ea, quæ sunt voluntatis, non necessariò sequuntur ad ea, quæ sunt VII.

intellectus secundū illud Aug. super illud Psalmi 118. [Concupiuit anima mea, &c.] dicentis [Præuolat intellectus, sequitur tardus, aut nullus affectus.] Sed visio pertinet ad intellectum, dilectio autē ad voluntatem seu affectum. Ergo &c.

VIII. PRÆT. Eiusdem rationis (vt videtur) est, non videntem Deum, ipsum diligere, & videntem ipsum, non diligere. Sed nō vidēs Deum, potest eum diligere. Ergo videns Deum. potest eum non diligere.

IX. PRÆT. Potentia determinata ad vnum, non indiget habitu, qui est determinatiuus potentiæ, quæ de se est indeterminata. Sed voluntas videntis Deum per essentiam, indiget habitu charitatis ad diligendum Deum. Ergo ad talem actum non est determinata, & per consequens videns Deum per essentiam, potest eum non diligere.

X. PRÆT. Voluntas magis habet in potestate sua actum suum, quàm actus aliarum potentiarum. Sed voluntas potest impedire alias potentias ab actibus suis. Ergo multo magis potest impedire omnem actum suum, respectu cuiuscunque obiecti.

Et confirmatur ratio, quia non minus intellectus necessitatur ad prima principia, quàm voluntas ad vltimum finem, secundum Philosophum in Ethicis. Sed voluntas potest impedire actum cōsiderandi prima principia, vt experientia docet. Ergo ēt pōt impedire, seu prohibere actum diligēdi vltimum finem etiam clare visum.

XI. PRÆT. Non minus necessarius ordo est inter phantasiam, & sensum, quā inter voluntatem, & intellectum. Sed in potentia sentientis est, quodcunq; sensatum nō phātasiari. Ergo in potestate intelligentis est, quodcunq; obiectum, quātumcunq. clarè visum, ipsum non diligere.

XII. PRÆT. Potentia rationalis est ad opposita sm̄ Philos. 9. Metaph. c. 4. Sed voluntas est potētia rationalis, quia est in ratione sm̄ Philos. in 2. de Anima t. 42. Ergo quodcūq; obiectum potest velle, & non velle.

XIII. PRÆT. Beati sunt maioris dignitatis, quā viator quicunq;. Sed in potestate viatoris est, quodcunq; bonū quantūcūq; clarè visum, non diligere. Ergo in potestate vidētis Deū per essentiā, est Deum nō diligere.

Pro parte negante.

I. SED è contra videtur, ꝙ nec Deus possit facere, ꝙ videns Deum per essentiam clarè, ipsum non diligat. Quia sicut se habet habens formam naturalem ad appetitū naturalē, sic se videtur habere habens formam apprahensam per sensum, & intellectum ad appetitū animalē, vel intellectualem (omnis enim appetitus consequitur aliquam formam sibi correspondentem.) Sed habens perfectè formam aliquam naturalem, vt grauitatem, non potest carere actuali appetitu naturali, vel inclinatione naturali ad locum deorsum, etiam, vt videtur, per diuinam potentiam. Ergo habens formam perfecti boni intellectiui, scilicet, Dei, non potest carere actu dilectionis ipsius. Nec valet (vt videtur) quòd ad hoc respondent, quòd non est simile, quia appetitus naturalis non dicit aliquid absolutum, sed appetitus animalis, vel rationalis sic. Quia minus dependet absolutum à respectiuo, quàm absolutum ab absoluto, & per cōsequens magis potest esse sine eo. Ergo &c. Euasio. Instantia.

A

II. Præterea. Deus non potest à vidente ipsum, odio haberi. Ergo nec non diligi. Antecedens probatur, quia sicut nihil pōt diligi, nisi appræhensum vt bonū; sic nec odio haberi, nisi appræhensum, vt malum, vel diminutum bonum. Sed stante visione clara diuinæ essentiæ, Deus non potest vt aliquid tale appræhendi. Ergo &c. Consequentia ēt probatur, quia potentia receptiua duorū oppositorum vtroq; carens, potest alterum duorum per indifferentiā recipere, vt patet de aere respectu lucis, & tenebrarum. Sed voluntas est huiusmodi respectu dilectionis Dei, & odij. Ergo carens vtroq;, potest Deū odio habere.

B

III. Præterea. Voluntas carens charitate, cum sit in puris naturalibus, potest peccare. Sed voluntas videntis Deum, non potest peccare. Ergo &c. Probatio minoris. Peccatum consistit in auersione à bono incommutabili, & conuersione ad bonum commutabile. Sed videns Deum, ad nihil potest magis affici, quàm ad Deum (quia nihil potest appræhendere, vt magis bonum, quam sit Deus.) Ergo &c.

C

IV. Præterea, perfectior est causalitas finis, & per consequens maiorem necessitatem imponit effectui, quàm sit formæ, vel materię, vel efficientis, cum finis sit causa causarum. Sed forma approximata materiæ, & è conuerso, scilicet, per inhærentiam, seu vnionem vnius ad aliud, habet necessariò effectum suum, sic ꝙ per virtutē diuinam non potest esse oppositum, (vt quòd anima intellectiua vniatur materiæ, & non resultet ex eis, homo, vel humanitas. Similiter etiam agens primum præcipuè, scilicet, Deus supposita cognitione, & volitione effectus, (quæ videntur esse de ratione causalitatis suæ effectiuè) cum sit agens per intellectum, & voluntatem, (per quæ duo videtur effectus eius ei approximari) necessariò producit effectum. Ergo finis vltimus approximatus voluntati, scilicet, per talem visionem, non potest non allicere voluntatem ad sui dilectionem.

D

V. Præterea, quicunq; videt aliquid sub hac ratione, quòd summè debet diligere ipsum, non potest, non velle diligere ipsum. Sed

Sed videns Deum clarè, videt eum sub hac conditione, qua debet summè diligere eú. Ergo nulla virtute potest fieri, vt videns nudè Deum, non diligat ipsum.

VI. PRÆT. Iudicans aliquid esse summè diligibile, & non diligens, peccat. Sed vidẽs Deum clarè, iudicat ipsum esse summè diligibile, nec Deus potest esse alicui causa peccandi. Ergo Deus non potest facere, quòd talis eum non diligat.

VII. PRÆT. Nulla res potest intelligi sine intentione voluntatis. Sed intentio est quidam actus voluntatis. Ergo nulla res potest intelligi, vel videri, sine actu voluntatis, nec per consequens sine amore, (vt videtur) quem omnis actus voluntatis suppõnit. Minor patet. Maior probatur. Primò auctoritate Augustini 11. de Trinitate 8. & 9. cap. Vbi dicit, quòd nihil omnino contingit intelligi, nisi sit intentio voluntatis coniungens parentem cum prole. Secundò ratione, quia nullus intelligit illud, de quo nec iudicat, nec iudicare potest, qualiter sit, vel quomodo se habeat; sed omnis iudicans de aliquo prędicto modo, est aliquo modo ad illud intentus, vel attentus. Ergo &c.

VIII. PRÆT. Quòd non potest videri nisi sub ratione boni, non potest non diligi, sicut è contra, miseria, quæ non potest appræhẽdi, nisi sub ratione mali necessariò, non diligitur, vt docet Beatus August. 13. de Trinit. cap. 5. Sed Deus clarè visus, non potest videri, nisi sub ratione boni, quia vt supra dictum est, quicumq; intelligit aliquid, iudicat de illo, quale sit, & est intentus, vel attẽtus circa illud, nullus potest autem iudicare Deum, nisi vt bonum. Ergo &c.

IX. PRÆT. Modus videndi Deum, est, vt vnitiuè feramur in ipsum. Sed hoc nõ potest esse sine delectatione, nec per consequens sine amore. Ergo videre Deum est summè delectabile, & per consequens videns Deú clarè, necessariò delectatur in eo, & diligit ipsum.

X. PRÆT. Nullus potest non diligere se, vel bonum suum naturaliter. Sed videntes Deum videbunt bonum suũ magis esse in Deo, quàm in seipsis. Ergo nullus videns Deum clarè, potest eum non diligere.

XI. PRÆT. Deus non põt esse causa homini eius, quo est homo deterior, secundũ Aug. in lib. 83. quæstionum q. 3. Sed per carentiam diuinæ dilectionis est homo deterior. Ergo &c.

XII. PRÆT. Summum bonum nõ potest esse causa mali. Sed Deus est summum bonum, carentia suæ dilectionis est malũ, sicut è contra diuina dilectio habet rationem boni. Ergo &c.

XIII. PRÆT. Prouerb. 8. dicitur, ex persona Dei [Ego diligentes me diligo.] Sed illũ, cui Deus communicat visionem beatam, Deus maximè diligit, cum ei communicet maximum bonum, s. vltimum finem. Ergo talis necessariò Deum diligit. A

XIV. PRÆT. Summè nociuum præsentatũ secundum sensum tactus non põt nõ respui secundum appetitum sensitiuum; & per cõsequens à simili, nec summè nociuũ præsẽtatum sm̃ intellectum potest non respui sm̃ appetitum intellectiuum. Cum ergo bonũ sit magis motiuum, quàm malum, summè bonum, ꝙ est Deus clarè repræsentatus per intellectum non potest non diligi.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius Quæstionis tria sunt principaliter facienda. Primò videndum est, vtrum supposito communi influxu diuino Deus possit in patria videri, & non diligi, idest, vtrum sit in potestate videntis Deum per essentiam diligere illum, vel non diligere. B Secundò, videndum est, vtrum saltem hoc possit Deus, scilicet, suspendere actum dilectionis ab actu beatę visionis. Tertiò, prępmittentur quædam ad solutiones argumẽtorum.

PVNCTVM I.

An sit in potestate videntis Deum per essentiam, illum diligere, vel non diligere.

QVANTVM ad primum sciendum est, quòd quidam dicunt, quòd videns Deum per essentiam, etiam supposito communi influxu diuino, põt ipsum non diligere: quorũ motiua omnia tacta sũt in primis sex argumentis factis in obijciendo ad partem affirmatiuam. C — *Opinio quorundam.*

Sed his non obstantibus, quia non ex necessitate concludunt, vt apparebit ex eorum solutione. Dicendum est, quòd videns Deum per essentiam non habet in potestate sua ipsum non diligere; sed necessariò eú diligit. — *Sententia Auctoris.*

Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd non diligere potest accipi dupliciter, vno modo, positiuè, scilicet, pro habere Deum odio, seu aliquod creatum plus Deo diligere. Alio modo, negatiuè, s. pro nõ exercere aliquẽ actũ voluntatis circa Deũ obiectiuè.

Primò ergo probandũ est, ꝙ videns Deũ clarè per essentiam non potest ipsum non diligere, accipiendo vtroq; modo simul non diligere, quod potest probari ad præsẽs multipliciter.

D Primo, Quia maior est connexio visionis beatæ ad dilectionem Dei, quàm sit habitus prudentiæ ad virtutes morales, quia magis allicit appetitum beati bonum diuinum clare visum ad sui dilectionem, quàm illud, quod dictat prudentia, — *Prima ratio pro sententia Auctoris, quo ad vtramque istam explicationẽ.*

ideſt actus noſter, ſeu agibile à nobis ad ſui perfectionem. Sed prudentia non poteſt A eſſe in intellectu cum vitio, vel carentia virtutis moralis in appetitu, quia prudentia eſt recta ratio agibilium, idem autem eſt agibile, & eligibile, vt patet per Philoſoph. in Ethicis, recta autem ratio eligibilium practica præſupponit rectam æſtimationẽ, & electionem de fine, ſicut in ſpeculabilibus recta ratio concluſionis ſupponit rectā rationem principiorum, rectam autem æſtimationem de fine facit virtus moralis, vt patet per Philoſ. in Ethicis, propter quod non videtur, quòd ſit in poteſtate habentis prudentiam in intellectu, habere habitum vitioſum, & carentiam virtutis moralis in appetitu. Ergo nec eſt in poteſtate videntis Deum clarè per eſſentiam ipſum non diligere.

2. Ratio. Præterea. Secundum Philoſ. in Ethicis, ſicut ſe habent prima principia in ordine ad B intellectum, ſic ſe habet finis ad appetitum. Sed ſtante debita approximatione obiecti ad intellectum, intellectus non poteſt errare circa illa prima principia, vel eis non aſſentire, vt experientia docet. Ergo ſtante debita approximatione vltimi finis, per claram, & apertam viſionem ad appetitum, voluntas non poterit eum non diligere, vel odio habere.

Euaſio. Et ſi dicatur, quòd ſimilitudo Philoſophi eſt referenda ad hoc ſolùm, quòd ſicut principium primum cognoſcitur, & eſt ratio cognoſcendi concluſionem, ſic vltimus finis primò appetitur, & eſt ratio appetendi ea, quæ ſunt ad finem, non autem quantùm ad illud, quòd concluditur in argumento.

Inſtantia 1. Hoc non valet propter duo. Primò, quia textus exprimit contrarium, nam ibi dicitur C manifeſtè, quòd ratio non eſt electiua principiorum, & tamen conſtat, quod intellectus eſt eorum cognoſcitiuus: intellectus autem non videtur differre à ratione, niſi quòd intellectus vt ſic, eſt determinatus ad vnum, ratio verò ſe habet ad oppoſita. Ergo à ſimili, appetitus neceſſariò eſt determinatus reſpectu finis, non autem reſpectu omnium eorum, quæ ſunt ad finem.

Inſtantia 2. Secundò, quia finis non eſt minoris efficaciæ, in mouendo appetitum ad ſui dilectionem, quàm ſit primum principium in mouendo intellectum ad ſui cognitionem, ſed maioris, & fortioris, cum ſit potiſſima cauſarum. Sed intellectus neceſſariò aſſentitur primis principijs, vt experientia docet; nec poteſt circa ea errare, vel eis non aſſentiri. Ergo etiam voluntas neceſſariò adhæret vltimo fini per dilectionem, ſic quòd nõ D poteſt ipſum non diligere, vel etiam odio habere.

Ratio. Præterea. Secundum Philoſophum in 3. de Anima t. 54. bonum appræhenſum mouet appetitum. Non minoris ergo efficaciæ eſt bonum ſummum clarè appræhenſum appræhenſione ſtabili, quæ non poteſt deſinere ad alliciendum voluntatem ad ſui dilectionem, quàm ſit agens naturale ad producendum effectum ſuũ; vel aliud obiectum ad mouendum ſuam potentiam. Sed agẽs naturale præſens paſſo neceſſariò producit effectum ſuum, nec poteſt nõ producere ipſum, vel producere contrarium, & ſimiliter color reſpectu viſus, vel ſonus reſpectu auditus. Ergo &c.

Confirmatio 1. Et confirmatur ratio, quia non minoris efficaciæ eſt bonum diuinum reſpectu voluntatis beati, quàm ſit reſpectu voluntatis diuinæ, vel bonum appræhenſum, ſecundũ ſenſum reſpectu appetitus ſenſitiui, vel id, quod appetitur appetitu naturali reſpectu talis appetitus. Sed quodlibet prædictorum trium obiectorũ neceſſariò mouet appetitum ſibi correſpõdentem. Ergo & bonum diuinũ clarè appræhenſum neceſſariò mouet voluntatem beati ad ſui dilectionem.

Confirmatio. Et præterea, omnis alius appetitus fertur neceſſariò in illud, ad quòd fertur naturaliter, vt apparet de voluntate diuina reſpectu diuinæ bonitatis: & de appetitu ſenſitiuo, vel nãrali reſpectu obiecti ſui cõnaturalis. Sed voluntas in nihil ſic fertur naturaliter, ſicut in vltimum finem ſic clarè appræhenſum. Ergo voluntas beata non habet in poteſtate ſua talem finem ſic appræhenſum reſpuere, vel non diligere, ſed neceſſariò ipſum diligit.

Probatur ſentẽtia Auctoris quãtum ad primã acceptionem, & explicationem. ¶ Secundo ſpecialiter probandum eſt, quòd videns Deum clarè per eſſentiam nõ habet in poteſtate ſua Deum non diligere tantum poſitiuè, ideſt, Deum odio habere, vel aliud creatum plus eo diligere, quòd poteſt ad præſens probari multipliciter.

1. Ratio. Primò, quia ſicut nihil poteſt diligi, niſi apprehenſum bonum, ſic nec odio haberi niſi appræhenſum malum, nec minus diligi, niſi appræhenſum minus bonum. Sed ſtãte clara viſione Dei ipſe appræhenditur, vt ſummum bonum. Ergo &c.

Confirmatio. Et confirmatur ratio, quia obiectum dilectionis adæquatæ eſt bonum appræhenſum, quo ſuppoſito arguitur ſic. Summa miſeria, quia non poteſt appræhendi ſub ratione boni, non poteſt diligi. Ergo ſummum bonum, quia non poteſt appræhendi ſub ratione mali, vel minus boni ſtante viſione clara diuinæ eſſentiæ, non poteſt non diligi, ideſt, odiò haberi, vel aliquo creato minus diligi. Antecedens patet, quia actus non poteſt eſſe ſine obiecto. Conſequentia probatur, quia ſuppoſita adæquatione aliquorum duorum, ſi ad negationem vnius ſequitur negatio alterius, & ad affirmationẽ ſequetur affirmatio.

2. Ratio. Præterea. Maioris efficaciæ eſt bonum diuinum, quam quodcunq; bonum creatũ, ſed aliquod bonum creatum non poteſt reſpui, vt eſſe viuere, & huiuſmodi, vt experien-

rientia docet, vnde dicitur in Ethicis, quod esse est omnibus amabile, & eligibile, & in Politicis dicitur, quòd aliqua particula boni, idest, naturalis appetitus est ad ipsum viuere. Vnde mala sustinent homines propter viuere, tanquam existente quodam solatio in ipso, & dulcedine naturali. Quòd autem omnibus est amabile naturaliter, nõ potest respui, vel odio haberi, vt de se patet. Ergo bonum diuinum clarè appræhensum non potest odio haberi.

3. Ratio. Pręterea magis mouet voluntatem bonũ diuinum clarè visum, quàm bonum commune appræhensum in vniuersali, ꝙ patet ex duobus. Primò, quia bonum particulare magis mouet appetitum, quàm vniuersale. Secundò, quia cognitio patriæ est perfectior, quàm quęcunq; cognitio viæ, & per consequens est magis motiua voluntatis. Sed bonum commune appræhensum in via est impossibile respuere, quia esset actus sine obiecto. Ergo &c.

Ratio. Præterea. Vltimum finem, vel beatitudinem appręhensã in via, impossibile est respuere, seu odio habere, stante tali appręhẽsione, vt Augustinus probat 13. de Trinit. cap. 4. & 5. Ergo multò minus in patria vltimum finem verum, vel beatitudinem, idest, Deum clarè appræhensum, impossibile est respuere, vel odio habere. Antecedens probatum est. Cõsequentia patet, quia nõ minus mouet appetitum verus finis clarè appræhensus ad sui dilectionem, quàm falsus finis appræhensus per falsum intelligere: Harum autem quatuor rationum, prima ratio probat, quòd Deus clarè visus non potest odio haberi, vel minus diligi: tres autem sequentes probant solùm, quòd non potest odio haberi.

Sẽtẽtia Auctoris probatur quãtũ ad alterã acceptionem supra explicatã. ¶ Rursus specialiter probandum est, quòd voluntas videntis Deum per essentiã non habet in potestate sua Deum non diligere, negatiuè tantùm accipiendo non diligere, modo supra exposito, quod etiam potest probari tripliciter.

1. Ratio. Primo. Quia nihil videtur habere volũtas in potestate sua, nisi mediante actu suo, qui est velle. Sed voluntas videntis Deum per essentiam non potest velle, Deum non diligere. Ergo &c. Probatio minoris, quia constat, quod hoc non potest velle indirectè volendo, scilicet, illud, quod non compatitur secum diuinam dilectionem, quia stante visione diuinæ essentiæ, nõ potest apparere aliud volendum tale, sicut in via apparet, aut propter necessitatem vitæ præsẽtis, aut quia intellectus decipitur circa ea etiam, quæ ad nos pertinent, vel saltem nõ omnia talia actu considerat. Nec potest hoc velle directè, quia voluntas nihil potest velle, nisi appręhensum bonum, quod ẽ eius obiectum, vt patet in fine 3. de Anima t. 54 aliàs esset actus sine obiecto: sed carere diuina dilectione non est bonum in se, nec respectu videntis Deum per essentiam; nec A intellectus videntis Deum per essentiam potest in hoc decipi, stante tali visione, vt talem carentiam existimet bonum, cũ sciamus, quòd nec habet, nec habere potest rationem boni. Et præterea, impossibile esset talem carentiam appræhendere, vt bonum, nisi homo appræhenderet eius oppositum, scilicet Dei dilectionem, & per consequens Deum ipsum habere rationem mali, quòd est impossibile, stante appræhensione diuinæ essentiæ. Ergo &c.

Præterea. Voluntas videntis Deum per essentiam non potest peccare. Ergo nec Deum non diligere. Consequentia patet, quia velle carere diuina dilectione etiam actuali, est peccatum, nisi quantum necessitas præsentis vitæ cogit. Probatio antecedentis. Primò per Augustinum 14. de Ciuitate Dei cap. 9. [In futuro sæculo, vbi boni adepti amor immutabilis est, profectò si B dici potest mali cauendi timor securus est, Timoris quippe casti nomine ea voluntas significata est, qua nos necesse erit nolle peccare, & non sollicitudine infirmitatis, ne fortè peccemus, sed tranquillitate charitatis cauere peccatum.] Et in Enchiridion cap. 105. [Postea verò sic erit, vt malum velle non possit, nec ideo libero carebit arbitrio, multò quippe liberius erit arbitriũ, quòd omnino non poterit seruire peccato.] Secundò per rationem; impossibile ęst essẽ peccatum in voluntate, nisi sit aliquis defectus in ratione. Sed in intellectu beati non potest esse aliquis defectus, maximè in his, quæ ad eum pertinẽt, secundum communem doctrinam. Ergo &c. Minor supponitur. Maior probatur, quia voluntas nunquam peccat, nisi refutando bonum, vel C eligendo malum, vel æquando, aut præferẽdo minus bonum magis bono, vel præferẽdo, vel præponendo æquè bonum æquè bono. Sed impossibile est, eam velle malum, nisi sit appræhẽsũ bonũ, aliàs esset actus sine obiecto, & impossibile est, eam refutare bonum, nisi appræhendendo illud, vt malũ propter eandem causam; & impossibile est, eam minus bonum præferre, vel æquare magis bono, nisi minus bonum appræhendendo esse magis bonum, vel ei æquale; & impossibile est, æquè bonum præferre, vel præponere æquè bono, nisi appræhendatur æquè bonum, maius, vel minus bonum æquè bono; quòd autem bonum appareat malum, vel malum bonum, vel minus bonum magis bonum, vel ei æquale, vel æquè bonum magis, aut minus bonum, non potest esse sine errore, vel ignorantia, vel saltẽ D inconsideratione alicuius circunstantiæ, per quam latet vel bonitas, vel malitia, aut maior, vel minor bonitas. Quodlibet autem istorum, scilicet, tàm error, quàm inconsideratio, quã ignorantia est quidã defectus rationis, vt de se patet. Ergo.

2. Ratio.

Hanc

Hanc causam videtur tangere Augustinus 1, de Doct. Christ. cap. 27. sic dicens. [Ille autem iustè,& sanctè viuit,qui rerum integer æstimator est. Ipse est autẽ qui ordinatam dilectionem habet, ne aut diligat, quod non est diligendum; aut non diligat, quod est diligendum, aut amplius diligat, quod minus est diligendũ,aut æquè diligat, quod vel minus, vel amplius diligendum est, aut minus, vel amplius, quod æquè diligendum est,&c.]

3. Ratio. Tertio. Quia cum voluntas sit sequela intellectus,minus potest deficere in volendo voluntas videntis Deum clarè per essentiam, quàm nostra. Sed impossibile est, nos velle malum appræhensum,vt miseriam, vnde Augustinus in Enchirid.c.105. [Neque enim culpanda est voluntas,aut voluntas non est, aut libera dicenda non est, qua beati esse sic volumus, vt esse miseri non solum nolimus, sed nequaquam prorsus velle possimus.] Non diligere autem Deũ est magnum malum vtpotè, carẽtia magni boni, & hoc ipsum appræhenditur à vidente diuinam essentiam,vel saltem non potest apprahendi oppositum,idest,quòd talis carentia habeat rationem boni. Ergo videns Deum per essentiam,non habet in potestate sua Deum non diligere, sic quòd stante tali visione ipsum non diligat. Et hæc de primo principali.

PVNCTVM II.

An Deus possit suspendere actum dilectionis ab actu visionis beatæ.

Opinio quorundã negatiua. QVANTVM ad Secundum sciendum est, quòd quidam dicunt,quòd non, quorum motiua omnia tacta sunt in Argumentis supra factis, in obijciẽdo ad partem negatiuam. Sed his non obstantibus, quia non ex necessitate concludunt, vt patebit ex ipsorum solutione.Duo circa hoc secundum probanda sunt.

Sẽtẽtia Auctoris duobus dictis explicata. Et primum est,quòd de absoluta potentia Deus potest suspendere actum dilectionis ab actu visionis diuinæ,sic,scilicet,quod talis videns Deum,nullum actum voluntatis habeat erga Deum,.i. quòd nec Deum diligat nec eum, odio habeat.

Secundum est,quòd Deus non potest facere,quòd videns Deum habeat eum odio, vel aliud magis, quam Deum diligat.

Probatio primi dicti. ¶ Primum horum probatur quadrupliciter.

Primo. Primò, quia Deus potest omnem causã creatam, etiam perfectè dispositam impedire ab actu suo, etiam si passum sit perfectè dispositum, quia cum causa secunda non possit agere nisi supposita influentia causæ primæ, vt patet in prima propositione de causis, si causa prima non influit in causam secundam, etiam perfectè dispositam, non poterit agere in passum, etiam perfectè dispositum: causa autem prima nihil influit creaturæ necessariò, sed solum liberè, & per consequens potest influere, & non influere. Sed actus dilectionis est ab obiecto appræhenso, seu ab eius appræhensione, vel à potentia volitiua, vel ab vtroque. Ergo Deus potest suspendere talem actum à quocunq; istorum, etiam stante diuina visione.

Praterea plus est suspendere actionem eiusdẽ agentis naturalis respectu vnius passi, & non respectu alterius non minus dispositi, & propinqui,quam vnam actioné priorẽ ab alia posteriori; agere enim in vnum, & non in aliud æquè dispositũ, & propinquũ, est agentis liberi, & non naturalis, sed primum fecit Deus, Danielis 3. nam ignis incendit quos reperit iuxta fornacẽ de Chaldæis, pueros autem positos in camino omnino non tetigit. Ergo multo magis Deus potest actum diuinæ visionis, qui est prior suspendere ab actu diuinæ dilectionis, quæ est posterior. Secundo.

Præterea. Non minus necessariò formã naturalem consequitur operatio naturalis, supposita dispositione, & propinquitate passi, quam formam quamcunq; clarè apprahensam boni eius dilectio. Sed Deus suspendit operationem naturalem ab habẽte formam naturalem,secundum Daniel.3. Ergo &c. Tertio.

Præterea. Deus potest facere rem actualem sine eo,quod non est de eius ratione,& est ea posterius, quod patet ex duobus. Primò, quia in hoc nulla contradictio implicatur, postquã supponitur tale quid esse extra eius rationem, & esse eo posterius, vt de se patet, & per consequens est Deo possibile. Secundò, quia hoc ipsum potest intellectus noster intelligere: ergo multo magis Deus facere, res enim potest intelligi sine eo, quod est extra eius rationem, & est ea posterius.Sed diuina dilectio est extra rationem diuinæ visionis,& est ea posterior. Ergo &c. Quarto.

¶ Secundum dictum probandum est, quòd Deus non potest facere, quod videns Deum, habeat eum odio, vel aliquid aliud magis, quàm Deum diligat, quod etiam potest probari tripliciter. Primò, quia Deus non potest esse alicui causa peccandi, secundum communem omnium doctrinã, & Augustinus etiam probat in lib. 83. qq. & vt facilè probari posset. Sed habere Deũ odio, vel aliquod creatum magis Deo diligere,includit inseparabiliter rationem peccati. Ergo &c. Secundum dictum sẽtentiæ Auctoris. Probatur primo.

Præterea. Deus non potest facere actum sine obiecto, vt est terminatiuum actus, secundum communem doctrinam, vt visionem sine colore, vt est terminatiuus visus. Sed sicut bonum appræhensum est obiectũ dile- Secundo.

dilectionis, sic appræhensum malum, est obiectum odij, & appræhensum magis bonum, est obiectum actus, quo aliud magis alio diligitur. Ergo impossibile est, quod Deus faciat aliquid odio haberi, vel minus diligi, nisi illud possit appræhendi, vt malū, vel vt minus bonum. Sed stante visione clara diuinæ essentiæ, quæ est summum bonum, Deus non potest appræhendi à vidente, vt malum, vel vt minus bonū quocunq; creato. Ergo &c. Et hæc de Secundo principali.

PVNCTVM III.

Præponuntur quædam notatu digna ad solutionem Argumentorum.

Notabile primum. CIRCA Tertium Principale. Notandū est. Primo propter solutionē quorundā Argumentorum, quòd triplex necessitas datur, vt patet per Philosophum in 5. Metaph. cap. 5. scilicet, coactionis, immutabilitatis, & suppositionis. Secundò, ꝙ prima necessitas opponitur libertati, & tollit eam, non autem secunda, vel tertia, quòd probatur sic. Libertas est propriè conditio voluntatis, quod igitur tollit, vel non tollit voluntarium, tollit & non tollit libertatem. Coactio autem violenta tollit rationem voluntarij, vt patet per Philosophum in Ethicis. Illud enim, ad quod quis cogitur, non est ei voluntarium, necessitas autem immutabilitatis, vel suppositionis non tollit rationē voluntarij. Ergo nec libertatem arbitrij. Maior declarata est, & similiter minor, quātum ad partem affirmatiuam: sed quantum ad partem negatiuam probatur dupliciter. Primò, quia Deus, cuius voluntas est maximè libera, vult bonitatem suam primò, & creata omnia secundariò necessitate immutabilitatis, & multa vult necessitate suppositionis: Si enim vult esse hominem necessariò vult esse corpus, & animam rationalem, & omnia ea sine quibus non potest homo esse in rerum natura, necessitate suppositionis. Ergo necessitas immutabilitatis, & suppositionis nō est contra rationem libertatis. Secundo quia voluntas est quædam natura. Ergo quædam vult naturaliter, & per consequens necessariò necessitate immutabilitatis, vt bonum in communi appræhensum, & summum bonum, seu vltimum finem æstimatum, & esse, & viuere, & huiusmodi, & per consequens illa, sine quibus hæc haberi non possunt, vult necessario necessitate suppositionis. Ergo vtraque necessitas stat simul cum libertate voluntatis.

Notabile secundum.

Necessitas immutabilitatis, & suppositionis non tollit libertatem: quod nota ꝓ solutione argumētorū quorundā Neotericorum.

Soluuntur Argumenta facta initio pro parte affirmatiua.

AD I. AD Primum ergo argumētum factum ad partem affirmatiuam, per ꝙ probabatur, quòd in potestate volūtatis videntis Deum per essentiam, est Deum non diligere. A Dicendum est per interemptionem minoris; necessitas enim immutabilitatis & suppositionis non tollit libertatem voluntatis. Et ad primum per quod probabatur oppositum, dicendum, quod voluntas (respectu actus eligendi ea, quæ sunt ad finem, quę non habent necessariam connexionem ad vltimum finem.) & natura sunt opposita principia, & oppositos modos principiandi habent; sed natura & voluntas respectu actus volendi vltimum finem, & ea quæ sunt ad talem finem, quæ habent necessariam connexionem ad ipsum, nō sunt opposita principia, nec oppositos modos principiandi habent, imo voluntas respectu talium actuum est quædam natura, sicut, & intellectus respectu cognitionis primorum principiorum, & respectu conclusionum, quæ habent necessariam connexionem ad B prima principia.

Ad primam ꝓbationē minoris.

Ad Secundum per quod probabatur eadem minor, dicendum, quod sicut eadem potentia intellectiua est respectu cognitionis primorum principiorum, & respectu conclusionum, quæ habent necessariam connexionem ad ipsa, & quæ non habent & tamen intellectus primis principijs necessariò assentitur, & conclusionibus, quæ habent necessariam connexionem ad ipsa; alijs autem conclusionibus, intellectus non necessariò assentitur, sed contingenter tantùm, sic & eadem potentia volitiua est in nobis, per quam volumus necessario vltimum finem, & ea quæ habent necessariam connexionem ad ipsum, & per quam volumus non necessario sed contingenter ea, quæ ordinantur ad vltimum finem, quæ nō habent necessariam connexionē ad ipsum.

Ad secūdā probatione minoris.

C Et ad Tertium per quòd probabatur eadem minor dicendum, quòd nullū extrinsecum obiectum aufert volūtati libertatem eius, sed libertas eius stat simul cum necessitate immutabilitatis & suppositionis, vt supra declaratum est. Vnde Aug. 5. de Ciuit. Dei cap. 10. inquit [Si autem illa definitur esse necessitas secundum quam dicimus necesse esse, vt ita sit, aliquid, vel ita fiat, nescio cur eam timeamus, ne nobis libertatem auferat voluntatis.] Et probat per hoc, quia etiam dicimus necesse esse, Deum sēper viuere & non mori, nec falli posse, nec tamen ex hoc diminuitur libertas voluntatis eius, sicut etiam non est contra libertatē voluntatis eius, quia vult necessario suam bonitatem, sicut supra declaratum est.

Ad tertiam probationē minoris prædictæ.

AD II. Ad Secundū principale dicendum. Per interemptionem consequentiæ. Et ad eius D probationem dicendum, quòd quamuis in via & in patria sit eadem potentia voluntatis, idem habitus charitatis, & idem obiectum formale dilectionis, scilicet Deus, tamen visio beata non interrumpitur, quæ præexigitur ad dilectionem, sed actus fidei inter-

interrumpitur, tàm positiuè, quàm negatiuè: potest enim aliquid in via apparere magis bonum, quàm Deus, vel volitum à Deo, seu præceptum, & ideò potest Deus in via diligi, & non diligi, non autem in patria.

AD III. Ad Tertium dicendum per interemptionem consequentiæ; & ad eius probationem dicendum, quòd sicut ratio boni includitur in omni bono per prædicationem, sic & ratio boni diuini includitur in omni bono per participationem. Vnde etiam bonum diuinum adæquat in patria potentiam voluntatis eam replendo, vtpotè, in quo est ratio omnis boni, secundum illud Exodi 33. q̃ dixit Deus Moysi, [Ostendam tibi omne bonum.] Vndè magis mouet hoc bonum in patria voluntatem clarè visum, quàm bonum in communi appræhensum in via, tum propter perfectiorem cognitionem patriæ, quàm viæ, tum quia particulare bonum magis mouet, quàm vniuersale. Et ad probationem antecedentis dicendum, & primò ad primam, quòd voluntas potest auertere intellectum à consideratione boni in communi, & debet ipsum auertere, propter multa alia magis in via necessaria, quã sit talis consideratio viæ imperfecta, & frequenter intellectus auertit propter multa occurrentia, quæ repellere non est in potestate voluntatis. Visio autem Dei est nobilissima operatio, qua nihil est magis necessarium nobis in patria, nec interrumpi potest. Ad secundam probationem eiusdem antecedentis dicendum, quòd nõ est necessarium voluntatem æquè semper intensè ferri in bonum in communi, in quod tamẽ necessariò fertur, tùm quia non semper æquè perfectè cognoscitur, tum propter aliqua alia impedimenta, tùm quia bonorũ particularium, in quibus saluatur ratio boni communis, vnum potest magis allicere voluntatem ad sui dilectionem, quàm aliud; non enim bonum commune mouet voluntatem, nisi quia mouet eam aliquod bonũ particulare, in quo saluatur ratio boni cõmunis. Ad tertiam probationem eiusdem antecedentis dicendum est, quòd voluntas non remouet omne impediẽs nos à cõsideratione boni communis, quia multa sunt nobis in via magis necessaria, quàm sit talis consideratio: multa etiam occurrunt impedientia talem considerationem, quæ repellere non est in potestate voluntatis. Sed sicut supra dictum est, visio Dei clara per essentiam in patria, est nobilissima operatio, qua nihil erit, vel poterit esse in patria nobis magis necessarium, & quæ, per nihil occurrens, interrumpi poterit, vt supra declaratum est; & idcircò non est simile de appræhensione boni in communi in via, & de cognitione Dei clara per essentiam in patria.

AD IV. Ad Quartum factum ad principale di-

A cendum, quòd quamuis in via, Deus possit cognosci sub ratione entis, vel veri, & non boni, & sub ratione boni speculatiui, & non practici, propter imperfectionem cognitionis viæ, tamen in patria vbi erit perfecta cognitio Deus necessariò cognoscetur sub ratione entis, & boni, quæ sunt idem realiter in Deo, & sub ratione communi entis, respectu talis cognoscentis, & per consequens talis cognitio erit necessariò supposito communi influxu diuino, motiuo voluntatis.

Confirmatio. Et ad confirmationem eiusdem rationis dicendum, quòd quamuis cognitio speculatiua præcisè sit nobilior, quàm cognitio practica eiusdem præcisè, cognitio tamen, quæ est speculatiua, & practica, est nobilior quàm illa, quæ est speculatiua tantum, & talis est cognitio patriæ, quæ est speculatiua in se, & est practica in quantum est motiua voluntatis.

B AD V. Ad Quintum dicendum, quòd non est contra rationem actus liberi, nec contra eius nobilitatem, quòd sit actus necessarius necessitate immutabilitatis, vel suppositionis; vt supra declaratum est.

AD VI. Ad Sextum dicendum, quòd aliquod obiectum necessitat voluntatem ad sui dilectionem, imprimendo talem actum. Et ad illud, quod contra hoc dicebatur, dicẽdum, quòd operatio, in qua Philosophus ponit felicitatem in 1. Ethic. cap. 7. secundum rei veritatem est passio intellectus, licet secundum modum significandi videatur esse actio: vnde, & Philosophus dicit in 3. de Anima tex. 2. q̃ intelligere est quoddã pati: & sicut Idem dicit in 3. Physicorum tex. 6. & 15. quòd motus est actus mobilis, & tamen mobile non est actiuum, sed passiuum tantum respectu motus sui. Vel di-

C cendum (si aliquis nollet concedere, quòd voluntas sit passiua tantùm respectu actus sui,) quòd Deus clarè visus necessariò allicit voluntatem ad sui dilectionem, non propter aliquod illorum trium, quæ tanguntur in argumento, sed quia natura volũtatis est, quòd necessariò feratur actu suo in vltimũ finem simpliciter, sic clarè appræhensum, sicut appræhenditur Deus in patria, sicut & natura intellectus est assentiri necessariò primis principijs.

AD VII. Ad Septimum dicendum, quòd quãuis ea, quæ sunt voluntatis, non semper necessariò sequantur ad ea, quæ sunt intellectus, vt apparet de dilectione Dei, & volitione actuum virtuosorum, seu meritoriorum, quæ non necessariò sequuntur cognitionẽ Dei, & talium actuum pro statu viæ (ad q̃ referendum est dictum Augustini, q̃ alle-

D gatur in argumento) tamen visionem clarã diuinæ essentiæ sequitur necessariò Dei dilectio, vt supra probatum est; ad quod non est referendum dictum Augustini, &c.

AD VIII. Ad Octauum dicendum per interemptionem maioris, quia non videns Deum clarè

clarè per essentiam, potest Deum non diligere, quia potest habere aliqualem notitiam de Deo per fidem, seu per speculum, & in ænigmate: sed è contra videns Deum per essentiam potest ipsum non diligere, propter causas superius positas.

AD IX. Ad nonum dicendum, ꝙ potentia determinata ad vnũ simpliciter, & absolutè, seu quantũ est ex sui natura, nõ indiget habitu, vt apparet de potentijs vegetatiuis. Sed potentia determinata ad vnum ex suppositione alicuius alterius, potest habitu indigere, sicut supposita prudẽtia in intellectu, appetitus est determinatus ad actus virtuosos, & tamen indiget habitibus virtuosis. Et similiter in proposito, quamuis supposita visione clara diuinæ essentiæ, voluntas sit determinata ad Dei dilectionem, vt supra probatum est, tamen voluntas debet poni in patria informari habitu charitatis, vt in alia quæstione declaratum est.

AD X. Ad decimum dicendũ, ꝙ sicut voluntas potest impedire multos actus aliarum potentiarum, etiam actus intellectus, quo cõsiderat prima principia, quia potest per intellectũ appræhendi aliquid aliud esse magis necessarium, & bonum, sm̃ statum viæ, quã sint tales actus, ẽt quã sit actus cõsiderandi prima principia: sic ẽt, ꝓpter eandem causam, põt volũtas impedire multos actus suos, vtpotè oẽs illos, quibus vult tales actus aliarum potentiarum, vt ẽt dicebatur in argumentando. Sicut tñ non põt impedire in patria actũ visionis beatæ, quia non põt appræhendi per intellectũ aliquid melius esse in patria, quam talis actus, per ꝙ talis actus impediretur: sic etiam & impedire non põt propter eandem causam in patria actũ diuinæ dilectionis.

AD XI Ad vndecimum dicendum, ꝙ in potestate sentientis est, quodcunq; sensibile non phantasiari, quia potest appræhendi per intellectum esse aliquid melius, & magis necessarium in via tali actu phãtasiandi, quod simul cum tali actu esse non põt: sed in patria non põt apprẽhẽdi esse aliquid melius, & magis necessariũ actu diuinæ dilectionis, quod nõ possit simul stare cum tali actu, & idcirco non est in potestate videntis Deum per essentiam, ipsum non diligere; nõ quia sit magis necessarius ordo inter intellectũ, & voluntatem, quàm inter intellectum, & phantasiam (vt supponebatur in argumentando) sed propter causam prædictam, &c. Vel potest responderi ad maiorem dicendo, quòd sic est necessarius ordo inter intellectum, & voluntatem, sicut inter sensum, & phantasiam, quãtùm ad hoc, quòd sicut omnem actum phãtasiæ necessariò semper præcedit naturaliter actus sentiẽdi, eo quòd phantasia est motus factus à sensu, secundũ actum, vt patet per Philosophum in 2. de Anima tex. 161. sic & omnem actum volũtatis necessariò præcedit aliquis actus intellectus, eo ꝙ obiectũ voluntatis est bonũ appræhensum per intellectum, vt patet in fine 3. de Anima t. 54. non autẽ quantũ ad illud, ꝙ tãgitur in argumento, quod .s. sicut aliquem actũ intellectus necessariò sequitur aliquis actus voluntatis, sic aliquẽ actũ sentiendi necessariò sequatur aliquis actus phãtasiãdi, sic ꝙ talẽ actũ volũtas impedire non possit, & hoc propter causas prædictas.

AD XII. Ad duodecimum dicendum, ꝙ potentia rationalis est ad opposita, respectu quorũdã obiectorum, non autem respectu omnium, vt apparet etiam de intellectu, qui non põt non assentiri primis principijs, & cõclusionibus habentibus necessariam connexionẽ ad ipsa, si talis connexio est euidens. Et similiter volũtas est ad opposita respectu aliquorum obiectorum, quæ potest velle, & non velle, nõ autem respectu Dei clarè visi, quem non potest non diligere propter causas prædictas. Vel dicendum, quòd volũtas vt ratio, seu vt potentia rationalis, est ad opposita, sed voluntas, vt natura ad vnũ tantũ, vt respectu volitionis boni in communi, & vltimi finis appræhensi: & similiter multò magis respectu Dei clarè visi per essentiam.

AD XIII. Ad tertiumdecimum dicendum, ꝙ sicut supra declaratum est, non est contra dignitatem, & libertatem voluntatis, & habentis voluntatem, necessitari ad aliquem actum necessitate immutabilitatis, & suppositionis. Vnde, & Deus, qui est infinitæ dignitatis, vult quædam necessariò tali necessitate, vt supra dictum est, & similiter beatus non propter hoc est minoris dignitatis, quã viator, quia necessariò Deum diligit, & nõ potest eum non diligere. In via autẽ quodcunq; bonum, quantumcũq; clarè visum, põt non diligi, tũ quia talis cognitio potest interrumpi, tũ quia potest aliquid aliud apparere magis bonum, ꝙ non potest diligi simul cum illo, quorũ neutrũ est in patria, vt superius dictũ est, & idcirco videns Deũ clarè per essentiam, non habet in potestate sua Deum non diligere.

Soluuntur Argumenta pro parte negante.

AD I. AD Primum autem Argumentum factum pro parte negatiua, per ꝙ probabatur, quod nec Deus potest facere, ꝙ videns clarè eius essentiam, ipsum non diligat, dicendũ. Quòd non est simile de appetitu naturali, & eius actu, qui nihil absolutũ addit supra formam naturalem, & de actu appetitus animalis, & intellectualis, qui addit aliquid supra talem appetitum, idest, formam appræhensam: propter ꝙ habere aliquam formam naturalem, vt grauitatẽ, & carere appetitu nãli actuali, seu actuali inclinatione ad locũ deorsum, implicat cõtradictionẽ; nec per cõsequens est Deo possibile, non autẽ habere formam appræhẽsã, & ca-

& carere eius dilectione. Et ad illud, ꝙ cõtra hoc dicebatur, dicendũ. Quòd quamuis minus dependeat absolutũ à respectiuo, quã ab absoluto, ꝓpriè loquẽdo de depẽdere, tñ põt esse maior cõnexio, & magis necessaria inter aliquid absolutũ, & aliquid respectiuũ, sine quo per cõsequens minus poterit esse, quàm inter duo absoluta, vt apparet de esse creaturæ, & de respectu dependentiæ ad Deum, sine quo creatura nullo modo põt esse, & sic est in proposito de forma naturali, & de appetitu eam consequente.

AD II. Ad secundũ dicendum per interẽptionẽ consequentiæ, quia aliquid est absoluiè possibile, ꝙ aliquo supposito, est impossibile, vt hominem ambulare, si sedet. Voluntas ergo carẽs dilectione Dei, põt ipsum odio habere, absolutè loquendo; supposito tñ, ꝙ Deũ videat clarè ille, cuius est voluntas, hoc non potest, sicut benè probat argumentum.

AD III. Et per hæc patet responsio ad tertiũ; voluntas .n. existens in puris naturalibus, põt peccare absolutè loquẽdo, sed supposita visione clara diuinæ essentię, peccare non põt.

AD IV. Ad quartũ dicendũ, ꝙ materia, & forma vnitæ sunt ipsum cõpositũ, cum sint causæ intrinsecæ, vnde implicat contradictionem, hæc esse vnita, & non esse compositum; Nõ autem esse finem appræhensum, & non diligere ipsum. Agens .n. omne creatum, vt supra declaratum est, Deus põt impedire ab effectu suo, Deum autem intelligere, & velle effectũ producere, est Deũ posse effectum producere, cũ per hæc duo tantũ operetur. Vnde dicere ꝙ possit effectum non producere, quẽ scit, & vult producere, supposita scientia, & volitione, est dicere, quòd Deus possit impedire suã potentiã, & seipsũ & ꝙ simul possit producere, si intelligit, & vult, & nõ possit, si est impeditus à suo posse.

AD V. Ad quintum dicendũ, ꝙ videns aliquid sub hac rõne, ꝙ sũmè possit, & debeat ipsũ, diligere, necessariò vult diligere; & per cõsequens illud diligit, supposito cõi influxu diuino; sed Deus potest de potentia absoluta à tali vidente subtrahere, non solum diligere illud, sed ẽt velle diligere; & sic est in proposito de vidente clarè diuinã essentiam, etiam sub hac ratione, ꝙ summè debet Deum diligere, à quo Deus potest subtrahere, non solum amare Deum, sed etiam velle amare.

AD VI. Ad sextum dicendum, ꝙ videns Deũ per essentiam, & iudicans ipsum summè diligibilem, & non diligens, in casu prædicto nõ peccat, quia non habet in potestate sua Deũ diligere, supposita subtractione diuini influxus, modo exposito; nullus .n. peccat nõ diligendo, vel non faciendo illud, ꝙ non põt diligere, vel facere.

AD VII. Ad septimum dicendum, ꝙ nulla res potest intelligi sine intentione voluntatis, & sine amore, quo amatur actus intelligendi, & res intelligibilis, sm̃ esse cognitum; qui amor põt esse ẽt respectu malorum, & est coniungens parentẽ cum prole, sm̃ Augu. 11. de Trin. c. 8. & 9. & talis amor est amor concupiscentiæ, seu commodi, de quo ad præsens non loquimur: põt aũt res intelligi, absq; hoc, ꝙ ametur amore amicitiæ, quo res intellecta placet sm̃ se intelligenti; vt apparet de intellectu malorum, de quo amore ad præsens loquimur. Vndè illud argumẽtum non concludit ad propositum.

AD VIII. Ad octauum dicendum, ꝙ illud, ꝙ non potest videri, nisi sub rõne boni, non põt respui, vt apparet de beatitudine potest tñ nõ diligi negatiuè, s. de potentia Dei absoluta suspẽdente actum talis cognitionis ab actu dilectionis; differt .n. respuere aliquid, & carere omni actu appetitu respectu illius, quia primum dicit aliquid positiuum, sm̃ autem negatiuum tantũ; ipsa ẽt miseria, quę non potest appræhendi sub rõne boni, non potest diligi, posset tñ non respui, negatiuè accipiendo non respuere, Deo suspendente actũ cognitionis miseriæ ab omni actu appetitus. Et similiter in proposito, quamuis Deus visus clarè sub ratione boni, nõ possit respui, vel odio haberi, potest tñ non diligi negatiuè, modo supra exposito.

AD IX. Ad nonum dicendum, ꝙ quamuis videre Deum, habeat necessariò annexã delectationem, & complacentiam, vel amorem per consequens ad actum videndi, vel ad Deũ, vt est visus, qui est amor concupiscentiæ, seu cõmodi, de quo ad p̃sens non loquimur, põt tñ talis visio esse sine amore amicitiæ Dei, de quo ad præsens loquimur, vt supra probatum est. Si tñ talis amor concupiscentiæ, & complacentiæ, vel delectatio ad talẽ amorẽ pertinens, sit actus volũtatis, videretur dicendũ propter rõnes prædictas, ꝙ Deus de potentia absoluta põt suspendere actũ talis visionis ab oĩbus talibus actibus voluntatis, quamuis de cõmuni cursu, supposito communi influxu diuino, visio clara diuinæ essentię non possit esse sine tali delectatione, complacentia, & amore.

AD X. Ad decimum dicẽdũ, ꝙ quamuis nullus considerans se, & bonum suum, possit se, vel tale bonũ odio habere, vel respuere, quãuis ẽt omnis talis se, & bonum suum diligat, sm̃ communẽ cursum naturæ, supposito communi influxu diuino; tamen Deus posset de potentia absoluta suspendere etiam talem actum cognitionis, ab actu dilectionis, propter easdem causas, propter quas supra probatum est, hoc ipsum de actu diuinę visionis respectu actus diuinæ dilectionis. Vel fortè dicendum ad minorem, quòd quãuis videntes bonum suum magis esse in Deo, quã in seipsis, non possint Deum nõ diligere amore concupiscentiæ, seu commodi, in quantum .s. Deus est causa boni ꝓprij; possunt tñ eum nõ diligere amore amicitiæ, de quo ad præsens loquimur propter causas prædictas.

Ad

AD XI. Ad vndecimum dicendum, quòd Deus non potest esse causa peccati hominis, quo est homo deterior, & sic loquitur Aug. in auctoritate allegata, potest tamen Deus esse causa subtractionis alicuius perfectionis ab homine, non efficiendo, vel influendo, sed subtrahendo suum influxum diuinum, & efficientiam, cum Deus nihil necessariò agat ad extra, sed merè liberè, & contingéter; & ad hanc subtractionem sequitur, ꝙ sit homo deterior, & de hoc non loquitur Aug. Vel dicendũ breuius, (& fortè in idẽ redit cum hoc) ꝙ Aug. loquitur de malo culpæ, per ꝙ simpliciter est homo deterior, non autem de malo poenæ, vel carẽtia perfectionis alicuius, & tale malũ est carentia diuinæ dilectionis negatiuè accepta.

AD XII. Et per idem respondendũ est ad duodecimũ. Summum.n. bonũ, ꝙ est Deus nõ pôt esse causã mali culpæ, ꝙ est malũ simpliciter, pôt tñ esse causa carentiæ alicuius perfectionis creatæ, non influendo, seu efficiẽdo, sed influxum, & efficientiam subtrahendo quę carentia nõ habet rationem mali simpliciter, sed solum secundum quid.

AD XIII. Ad tertiumdecimũ dicendũ, ꝙ ille, quem A Deus maximè diligit, cõicando ei maximũ bonũ, s. visionem beatam, Deum diligit sm̃ communem cursum, & supposito cõmuni influxu diuino, pôt tñ Deus facere oppositũ de potentia absoluta, vt supra probatũ est. Vel dicendum, quòd cum Dei dilectio sit causa bonitatis in creatura, Deus diligit se diligentes, communicando eis bonum diuinæ dilectionis creatæ, & quantum ad hoc Deus non diligeret illum, cui tale bonũ non communicaret, & tñ posset eum diligere, communicando ei aliud bonum, s. actum beatæ visionis.

AD XIV. Ad decimũquartũ, & vltimũ dicendũ, ꝙ summè noxiũ, præsentatum sm̃ sensũ tactus non pôt respui sm̃ appetitum sensitiuum, de cõi cursu naturæ, cuius tñ oppositum Deus pôt facere de potentia absoluta, vt supra declaratum est. Et similiter dicendum est de B summè noxio præsentato per intellectũ respectu respuitionis appetitus intellectiui, & de summo bono præsentato per intellectũ clarè, & apertè, s. de Deo respectu suæ dilectionis, vt supra probatum est.

QVAESTIO VIII.

Vtrum creatura intellectualis diligat Deum plusquam se dilectione naturali, vel sola dilectione charitatiua.

Pro Parte negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quòd non. Quia naturalia semper manent. Sed in peccante nõ manet diligere Deum plusquã se. quia sm̃ Aug. 14. de Ciu. Dei c. 28. fecerunt ciuitates duas amores duo, s. ciuitatẽ Dei amor Dei, vsq; ad contemptum sui, ciuitatẽ autẽ diaboli amor sui, vsq; ad contemptum Dei. Ergo &c.

II. PRÆT. Nihil diligitur nisi vt vnitũm cum diligente. Sed creaturæ ad se est maior vnitas, vtpotè numeralis, quã ad Deum, cui vnitur solum, vt effectus causæ extrinsecæ efficienti, vel finali. Ergo &c.

III. PRÆT. Homo non pôt ex puris naturalibus præcepta legis implere. Ergo nec Deum plusquã se diligere. Antecedẽs patet per cõnem doctrinã, & per August. qui in lib. de Hæresibus dicit, ꝙ contrariũ dicere pertinet ad hæresim Pelagianã. Patet etiam per rõnem, quia per solã obseruationẽ præ- C ceptorũ ꝑuenimus ad beatitudinẽ, sm̃ illud Matth. 19. [Si vis ad vitã ingredi, serua mãdata] siue aliquis impleat præceptũ ex habitu, siue non; quia modus ꝑceptι nõ est sub ꝑcepto. Sed per sola naturalia nõ pôt homo peruenire ad vitã æternã. Ergo &c. Consequentia probatur dupliciter. Primò, quia vt dicitur Matt. 22. [Hoc est maximũ, & primũ mandatũ.] Ergo qui pôt seruare istud, & alia pôt seruare, & qui alia nõ pôt seruare, nec istud. Secũdò, quia istud continet oĩa alia, vt posset ꝓbari de facili. Nec pôt dici, ꝙ sub ꝑcepto cadit, diligere Deũ ex charitate. Quia modus præcepti, vt .s. aliquis operetur ex habitu, nõ cadit sub præcepto, vt cõmuniter dicitur, aliàs carens habitu temperantiæ, si propter Deum nõ moechatur, est transgressor præcepti, ꝙ est inconueniens.

IV. PRÆT. Quia respondens dicebat, ꝙ D natura intellectualis diligit Deum plusquã se amore amicitiæ, non autem amore concupiscentię. Arguitur cõtra hãc determinationẽ. Quia quæ sunt vnus finis, diliguntur

vno amore, quia actus diſtinguuntur per obiecta. Sed Deus, & viſio Dei ſunt vnus finis. A Ergo ambo diliguntur vno amore tantùm, & non duobus, Deus ſcilicet amore amicitiæ, & eius viſio amore concupiſcentiæ. Probatio minoris. Vbi vnum propter alterum, vtrobiq; tantum vnum. Sed viſio Dei non eſt finis, niſi ratione talis obiecti, nec tale obiectum eſt vltimus finis, niſi ratione actus, quo attingitur. Ergo &c.

PRÆT. Quia reſpondens dicebat, ꝙ creatura diligit Deũ pluſquam ſe dilectione naturali, idest, quàm dictat ratio naturalis. Arguitur contra hoc. Quia ſicut Deus eſt maximè diligibilis, quia eſt infinita bonitas: ſic & eſt maximè cognoſcibilis, quia eſt infinita veritas, & vtrumq; dictat ratio naturalis. Sed quamuis ratio naturalis dictet Deum eſſe maximè cognoſcibilē, non tamen ſequitur, quòd cognitione naturali, homo cognoſcat maximè Deum, ſeù B poſſit cognoſcere, vel magis, quàm creaturam. Ergo quamuis ratio naturalis dictet Deum eſſe maximè diligendum, non tamē ſequitur, quòd dilectione naturali Deum diligat pluſquam ſe.

VI. PRÆT. Quia reſpondens dixerat, ꝙ niſi dilectione naturali creatura diligeret Deum pluſquam ſe, dilectio naturalis contrariaretur dilectioni charitatiuæ, qua diligit Deum pluſquam ſe. Contra hoc arguitur. Quia ſicut ſe habet cognitio ad cognitionem, ſic & dilectio ad dilectionem. Sed cognitio, qua in via cognoſcitur creatura perfectiùs, quàm Deus, non contrariatur cognitioni, qua Deus in patria perfectius cognoſcitur, quàm creatura, ſaltem de potentia abſoluta, ſed eſt imperfecta reſpectu eius. Ergo &c.

VII. PRÆT. Quia reſpondens dicebat, ꝙ C dilectio, qua creatura diligit Deum pluſquam ſe, non eſt naturalis, ſicut de neceſſitate conſequens naturam. Contra hoc arguitur. Quia illud à quo aliquis impeditur ſolum per accidens, eſt naturale hoc modo, ſicut motus deorſum eſt naturalis lapidi, ſicut de neceſſitate conſequens eius naturam, quia ab eo impeditur ſolum per accidens, ſcilicet, per detinens ipſum ſursũ. Sed creatura impeditur à diligendo Deum pluſquam omne aliud ſolum per accidens, ſcilicet, per dilectionem alicuius alterius, cum Deus ſit vltimus finis creaturæ, & omni alia dilectione amota à creatura, ipſa diligat Deum pluſquam ſe. Ergo &c.

VIII. PRÆT. Eadem neceſſitate aliqua res tendit in aliquid abſens, & in eo quieſcit, quando eſt præſens, vt patet de graui reſpectu loci deorſum. Sed creatura in Deo D præſente per viſionē beatam quieſcit, fruēdo neceſſitate naturali, nec poteſt Deo viſo non frui. Ergo in Deum abſentem in via eadem neceſſitate tendit, diligendo, & amando. Et ſic idem quòd prius.

PRÆT. Quæ ſtant ſimul in aliquo gradu, ſi vnum augetur, poteſt ſtare cum alio, vt patet de colore, & quantitate. Sed dilectio Dei, & dilectio creaturæ ſtant ſimul. Ergo aucta dilectione creaturæ quãtumcunq; adhuc poterit ſtare cũ dilectione Dei etiam charitatiua. Sed dilectio, quæ ſtat ſimul cum charitate, eſt naturalis. Ergo dilectio intenſa, qua creatura diligitur pluſquam Deus, eſt dilectio naturalis. IX.

PRÆT. In Deo ſunt duæ rationes diligibilitatis, ſcilicet, vt continet omne aliud bonum à me, & vt continet bonum meum. Sed quantum ad primum, debet Deus minus diligi à me, quam ego, ſicut & homo debet diligere plus ſe, quam omne aliud bonum creatum, & ſimiliter quantum ad ſecũdum, quia ſi diligo Deum ꝓpter bonũ meũ, quòd eſt participatio Dei, multò magis diligo bonum meum. Ergo &c. X.

PRÆT. Propter quod vnumquodq; tale, & illud magis. Sed homo diligit omne aliud propter ſe; quia obiectum amoris eſt bonum conueniens amanti; idem enim eſt obiectum intellectus practici, & voluntatis, ſeu amoris, bonũ .ſ. conueniens amãti. Ergo &c. XI.

PRÆT. Sicut ciuis ſe habet ad virtutem, ſic homo ad bonum diuinum, quod eſt bonum totale. Sed ciuis magis diligit ſe, quam ciuitatem, quia ſibi magis vult bona virtutum, quæ ſunt magna, quàm toti ciuitati, & magis deberet eligere totam ciuitatem carere his bonis, quàm ſe ſolum, & in hoc ipſo, quòd exponit ſe morti pro ſalute ciuitatis, eligit ſibi maximũ bonum, ſcilicet, virtutem fortitudinis, vt patet 9. Ethic. c. 8. Ergo &c. XII.

PRÆT. Creatura diligit ſe quantum poteſt, quod patet ex hoc, quòd refugit malum ſuum, quantum poteſt. Sed Deum non diligit pluſquam poteſt, quia nulla res agit pluſquam poſſit. Ergo creatura non diligit Deum pluſquam ſe dilectione naturali. XIII.

PRÆT. Diligens vnum pluſquàm aliud, ſcit hoc. Sed habens charitatem non poteſt ſcire, quòd Deum diligat pluſquam ſe ex charitate; quia ſciret ſe habere charitatem. Ergo per charitatem, & multo minus per dilectionem naturalem, creatura non diligit Deum pluſquam ſe. XIV.

PRÆT. Quod eſt prius ordine naturæ, eſt perfectius, ſicut patet de ſubſtantia reſpectu accidentis. Sed dilectio proximi eſt prior quam dilectio Dei, ſecundum illud 1. Ioannis 4. [Qui non diligit fratrem ſuum, quē videt, Deum quē non videt quomodo poteſt diligere?] Ergo ſicut cognitio proximi eſt perfectior, quam cognitio Dei, vtpotè prior, ſic & dilectio reſpectu dilectionis. XV.

PRÆT. Quod non poteſt cognoſci naturaliter, nec poteſt diligi naturaliter. Sed XVI.

Deus

Deus non potest cognosci naturaliter esse vltimus finis beatificus. Ergo nec vt vltimus finis potest diligi naturaliter. Contra dictum respondentis, qui dicebat, quòd naturali dilectione creatura diligit Deum, plusquam se, Deum tanquam vltimum finem, qui est diligibilior omni eo, quod est ad finem.

XVII. PRAET. Dilectio hominis debet cōformari dilectioni Dei, Sed Deus diligit se plusquam omne aliud. Ergo & homo debet se plus diligere, quàm quodcunq; aliud.

XVIII. PRAET. Homo non diligit Angelum plusquam se, quamuis Angelus sit melior homine. Ergo nec Deum debet plusquam se diligere, quãtumcunq; sit infinitè bonus. Contra dictum respondentis.

XIX. PRAET. Amicitia requirit reamationem, vt patet 8. Ethic. cap. 8. Sed reamatio non est eiusdem ad seipsum. Ergo nec amicitia. Contra dictum respondentis.

XX. PRAET. Amor realis est potior non reali, sed creaturæ est realis amor respectu Dei, non autem respectu sui. Ergo nullo amore etiam vitioso creatura diligit se plusquam Deum. Contra dictum respondentis. Probatio minoris Omnis amor supponit relationem vnionis. Sed eiusdem ad se, non est realis relatio, est autem ad alterum. Ergo & amor est realis respectu alterius, non autem respectu sui.

XXI. PRAET. Aut natura, & voluntas sunt idem, aut differunt, si sunt idem, actus voluntatis quicunq; non debet dici magis naturalis, quàm voluntarius, sed magis è conuerso, quia velle, seu diligere omne esset à voluntate, non vt natura est, sed vt volūtas; si autem differunt, tunc dilectio esset à natura, & à voluntate, sicut à causa prima, & secunda. Sed effectus magis denominatur à causa secunda, quàm à prima, vt homo genitus à sole, & homine dicitur homo, & non sol. Ergo dilectio omnis debet dici voluntaria, & non naturalis.

XXII. PRAET. Quod est causa diligendi alterum, necessariò magis diligitur. Sed Deus est causa diligendi creaturam, quia nihil diligitur nisi appræhensum bonum, & bonitas Dei est causa bonitatis creaturæ. Ergo Deus necessariò magis diligitur, quã creatura omni amore, non solum naturali. Cōtra dictum respondentis.

XXIII. PRAET. Vbi non potest esse perfectius principium elicitiuum, nec effectus potest esse perfectior, vt patet per Cōmentatorem in 3. de Anima. Sed cognitio est principium elicitiuum dilectionis; cognitio autem qua creatura in via cognoscit Deū est imperfectior, quam illa qua cognoscit se, quia Deum cognoscit solum per creaturas, se autem cognoscit per essentiam suã. Ergo &c.

XXIV. PRAET. Aut Angelus ante peccatum cognouit, Deum esse magis diligendū

A quàm creaturam, & tunc peccatum volūtatis non præcessit error rationis: aut cognouit, esse minus diligendum, & tunc culpam præcessit error pœnalis, quod est incōueniens. Non ergo naturali dilectione præcedente scilicet, peccatum, Angelus diligit Deum plusquam se.

Pro Parte Opposita.

SED CONTRA. Præcepta moralia sunt de lege naturæ, secundum communem doctrinam. Sed inter præcepta moralia, est diligere Deum plusquam se, & quodcunque aliud, vt patet in multis locis scripturæ. Ergo dilectione naturali homo diligit Deum plusquam se.

Responsio ad Quæstionem.

B RESPONDEO. Ad euidentiam huius Quæstionis quatuor sunt principaliter facienda. Primò præmittenda sunt aliqua propter declarationē tituli quæstionis. Secundò, narranda est quædam opinio quæ est circa hanc quæstionem cū suis fulcimentis. Tertiò, arguetur contra illam opinionem, quod est declarare veritatem quæstionis. Quartò, respondebitur ad fulcimenta opinionis reprobatæ.

PVNCTVM I.

Præmittuntur quædam pro declaratione tituli Quæstionis.

PRIMVM est quòd dilectio naturalis potest dici, quantū ad præsens spe- Primū Notandum.
C ctat, dupliciter, vno modo dilectio nō gratuita, seu charitatiua, vel meritoria, quæ est supernaturalis. Alio modo dilectio conformis rectæ rationi, secundum quòd communiter dicitur, & sumitur ex dictis Dionysij 4. capite de Diuinis nominibus, quòd naturale est homini viuere secundum rectam rationem, & contra naturam est homini viuere non secundum rationem; ratio enim est homini naturalis, & homo naturaliter est rationalis: & ratio dicti est, quia naturale est omni regulabili conformari suæ regulæ, & omni effectui conformari suę causæ. Sed voluntas quantum ad actum suum, se habet ad intellectum, vt regulabile ad regulam, & effectus ad causam. Ergo dilectio conformis rectæ rationi debet dici naturalis, & difformis, innaturalis. In proposito autem dilectio naturalis accipitur
D vtroq; modo simul, vt sit sensus quæstionis, vtrum secundum dictamen rationis naturalis, & inclinationem naturalem voluntatis conformem rectæ rationi, voluntas sine omni supernaturali ei addito, diligat Deum super omnia.

Secun-

Secundum notandum.

Secundò. Præmittendum est, quòd vt communiter dicitur, duplex est amor, scilicet amicitiæ, quo amamus aliquem, vt ei volumus bonum, & concupiscentiæ, quo amamus aliquid, vt bonum, quod volumus nobis, vel alijs, & vtroq; amore diligimus Deum, amicitiæ scilicet, in quantum Deo volumus bonum diuinum; concupiscentiæ autem, seu commodi, in quantum eum diligimus in ordine ad nos, vtpotè in quantũ volumus ipsum esse obiectum nostre visionis, seu fruitionis: sed creatura intellectualis se (vt videtur) diligit tantum amore amicitiæ; si ergo comparetur amor amicitiæ, quo creatura intellectualis diligit se, ad amorem concupiscentiæ, quo diligit Deũ, sic quæstio nec est rationabilis, nec difficilis; non est enim rationabilis propter duo. Primò, quia, vt patet ex 7. Physic. tex. 27. inter ea, quæ non sunt vnius rationis, non est comparatio propriè dicta, sed amor amicitiæ, & concupiscentiæ non sunt vnius rationis. Ergo &c. Secundò, quia esto. quòd amor, quo creatura intellectualis diligit se amore amicitiæ, esset maior prędicto amore, quo diligimus Deum, non tamen sequitur, quòd simpliciter se magis, quam Deũ diligeret, quia amor amicitiæ hominis ad Deum est simpliciter perfectior, quã amor concupiscentiæ eiusdẽ ad ipsum. Nec esset quæstio difficilis, quia sicut accidens est propter substantiam, sicut propter finem; sic & amatum amore concupiscentiæ est sicut propter finem, propter amatum amore amicitiæ. Sed finis est potior ijs, quæ sunt ad finem. Ergo perfectius amatur, ꝙ amatur amore amicitiæ, quàm quod amatur amore concupiscentię. Est ergo quæstio de comparatione amoris amicitiæ creaturæ ad se, & ad Deum, loquendo de amicitia largè, quia amicitia propriè dicta, non est creaturæ ad se, vel ad Deum, quia amicitia supponit distinctionem, & æqualitatem, vt patet per Philosophum in 8. Ethic. cap. 5. Creatura autem non distinguitur à seipsa, nec est Deo æqualis, sed largè loquendo de amicitia, potest dici esse amicitia creaturæ ad se, & ad Deum, prout, scilicet, dicimur amore amicitiæ diligere omnem illum, cui volumus aliquod bonum.

Tertiũ notandum.

Tertio. Præmittendum est, quòd potest aliquis magis diligi amore amicitiæ dupliciter. Scilicet, aut ex parte obiecti accipiẽdo comparationẽ, quia scilicet ei volumus magis bonum: & sic constat, quòd creatura diligit Deum, plusquã se, quia Deo vult bonum diuinum, sibi autem bonum creatum; nec per consequens de hoc est quæstio. Aut ex parte actus, quia scilicet intẽsiori actu alicui volumus bonũ quodcunq; & sic est dubium, & per consequens quæstio, vtrum naturali dilectione creatura diligat Deum, plusquam se, vel è conuerso.

Quartũ notandum.

Quartò. Præmittendũ est, quòd voluntas naturaliter sine omni habitu supernaturali, A seu infuso, potest diligere * omne appræhensum per rationem naturalem rectã, esse diligendum à diligente. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd obiectum voluntatis (vt omnes concedunt) est bonum appræhensum per intellectum, seu conueniẽs amanti. Obiectum autem habet duplicem habitudinem ad potentiam, scilicet mouentis, & terminantis, vt etiam communiter dicitur, quibus suppositis patet propositum dupliciter.

*Sed hoc quomodo intelligendũ sit infrà declaratur de mente D. Tho. & Auctoris.

1. Ratio.

Primò, quia cuilibet potẽtię actiuę nãli correspondet passiua naturalis. & è conuerso secundum Commentatorem: & hoc patet per diffinitiones potentiæ actiuæ, & passiuæ, quæ sunt 5. Metaph. tex. 17. scilicet, quòd potentia actiua est principium agendi in aliud, secundum, quod aliud, scilicet, passiuum: passiua autem patiendi ab alio, B secũdum quod aliud, scilicet ab actiuo: aliàs talis potentia esset frustra, sicut etiam omnipotentiæ supernaturali diuinæ respondet potentia obedientialis in creatura; potest enim fieri in creatura omne illud, ꝙ Deus potest in ea facere. Sed in bono apprahẽso per rationem naturalem, est potentia naturalis motiua voluntatis. Ergo in voluntate est potentia passiua naturalis ad diligẽdum omne tale.

2. Ratio.

Secundò, omnis potentia potest ferri naturaliter in omne contentum sub obiecto suo adæquato naturali, aliàs non esset adæquatum. Sed bonum apprahensum per rationem naturalem, est obiectum volũtatis, quantum ad actum suum naturalem, sicut bonum apprahensum per rationẽ est obiectum voluntatis in communi. Ergo &c.

Confirmatio.

Et confirmãtur ambæ rationes. Quia C non minoris perfectionis est volũtas respectu obiecti sui naturalis, quàm alij appetitus, vel potentię animæ, & per consequens non pluribus indiget, actus etiam voluntatis est magis in potestate nostra, quam quicunq; alius, vt patet per August. in 1. de Libero Arbitrio cap. 12. Sed appetitus sensitiuus potest ferri naturaliter in omne appræhensum naturaliter per sensum, esse bonum, & similiter appetitus naturalis in omne cõpræhensũm sub obiecto suo adæquato, & intellectus in omne phantasiatum, & phantasia in omne sensatum. Ergo & voluntas potest naturaliter diligere omne appræhensum naturaliter per intellectum, esse diligendum à voluntate, & per consequens appræhensum esse magis diligẽdum, potest magis diligere, quia magis diligendum respectu minus diligendi, habet ratio- D nem diligendi, & minus diligendum respectu magis diligendi habet rationẽ non diligendi. Et hæc de primo principali.

PVN

PVNCTVM II.

Ponitur quædam opinio dicens dilectione naturali intellectualem creaturam se magis, quam Deum diligere.

QVANTVM autem ad Secundum, est sciendum, quòd Quidam dicunt, quòd naturali dilectione creatura intellectualis diligit se, plusquam Deum. Quod probant multipliciter.

1. Argum. Primò sic. Amor naturalis consequitur esse naturale, & vnitatem naturalem, cum amor faciat vnum quodammodo amantē cum amato, sic quod ipse amans est quodammodo ipsum amatum; sic ergo aliquis amat & se, & alium, sicut per amorem est vnum sibi, & alij. Sed res, secundum esse naturale nō potest esse magis aliquid aliud, quàm id, quod ipsa est; est enim id quod est per identitatem numeralem, & est aliquid aliud per conformitatem, vel similitudinē; magis autem est esse aliquid per numeralē identitatem, quàm per conformitatem, vnitas etiam identitatis numeralis, est maior, quam conformitatis, vel similitudinis. Ergo dilectione naturali nullus potest diligere aliquem alium plusquam se.

2. Argum. Secundò sic. Deus diligitur à nobis, tàm amore amicitiæ, quàm concupiscentię. Sed charitas eleuat ad diligendum Deum amore concupiscentiæ, vltra id quod possit ex naturalibus; quia ex naturalibus diligimus Deum in quantum est vniuersale principiū productiuum, & conseruatiuum, ex charitate autem, vt est bonum beatificans. Ergo similiter charitas eleuat naturam vltrà id, quòd posset ex naturalibus; sed non videtur aliter eleuare nisi quantùm ad modùm, & ordinem diligendi, quem attendit charitas, qui est, quòd Deus propter se super omnia diligatur. Ergo &c.

Confirmatio 1. Et confirmatur ratio dupliciter. Primò, quia cum charitas sit dilectio gratuita, sicut dilectio naturalis, sequitur modum esse naturalis, sic gratuita modum esse gratuiti, ꝙ est quodāmodo esse diuinū, quia per gratiā efficitur homo cōsors diuinæ naturæ, secundum quandam similitudinem; & ideò sicut gratia facit hominem esse Deum quodammodo; sic dilectio gratuita facit quòd homo magis diligat Deum quàm se, vt sicut Deus magis diligit se quàm alia, sic & homo factus Deus per gratiam, diligit Deum magis quam quodcunq; aliud, & sic in dilectione naturali, & gratuita est ordo conuersus. Dilectio enim naturalis prius, & magis tendit in se, quàm in Deum. Vndè quantum ad eam verum est illud 9. Ethic. cap. 4. Amicabilia, quæ sunt ad alterum veniunt ex amicabilibus, quæ sunt ad seipsum. Dilectio verò gratuita è côuerso, prius & magis tendit in Deum, quàm in se, vel proximum, sic quòd secundum eam amicabilia, quæ sunt ad se, vel ad proximum veniunt ex amicabilibus, quæ sunt ad Deū.

Confirmatio 2. Secundò, quia sic est de dilectione, sicut de cognitione, & è conuerso. Sed naturalis cognitio incipit à creaturis, & ex eis tendit in Deum; supernaturalis verò è conuerso. Ergo similiter est de dilectione naturali, & supernaturali.

3. Argum. Tertiò sic. Bernardus in libro de diligēdo Deo distinguit quatuor gradus dilectionis. Primus est, cum homo non diligit nisi se: secundus, cum nihil diligit nisi propter se, & propter propriam vtilitatem; tertius est, cum diligit Deū propter Deum: quartus est, cum diligit se, & omnia alia propter Deum: & dicit, quòd primi duo gradus sūt naturales, tertius autem, & quartus gratuiti. Et dicit quòd quartus à paucis, & quasi raptim in hac vita attingitur. Diligere autem se propter Deum, est diligere Deum plusquam se. Ergo hoc non est attribuendum dilectioni naturali, cum ad hoc vix gratuita possit attingere in hac vita, & sic secundum istos amore naturali creatura diligit se plusquam Deum, sed per charitatem eleuatur ad diligendum Deum plusquam se.

PVNCTVM III.

Ponitur sententia Auctoris affirmatiua.

QVANTVM ad Tertium principale videtur (ijs non obstantibus) dicendum, quòd creatura intellectualis etiam homo saltem pro statu naturæ integræ diligit Deum dilectionę naturali plus quam se, quòd potest probari multipliciter.

1. Ratio. Primo sic. Dependens secundum se totum ab aliquo quantum ad fieri, & conseruari, naturaliter plus diligit illud à quo dependet quam se. Sed * sic est de creatura respectu Dei. Ergo &c. Minor supponitur. Maior probatur, quia eiusdem rationis est velle aliquid esse, & nolle non esse. Vndè cuius magis nolumus, seu respuimus non esse, illud magis volumus esse, sed dependens ab aliquo, secundum se totum, secundum dictamen rectæ rationis magis debet eligere se non esse, quàm illud à quo depēdet, quia ad non esse illius sequitur non esse proprium, & non è conuerso, plura autem mala sunt magis respuenda quam aliquod illorum. Ergo dependens ab aliquo secundum se totum, secundum dictamen rectæ rationis magis debet eligere, seu velle illud, à quo dependet esse, quàm se, & per consequens talis pōt ex puris naturalibus, illum magis diligere, vt patet per quartam suppositionem prædictam.

* Vide ꝙ non loquit̄ Auctor de dilectione Dei nāali sīpliciter, & sm̄ se, sed de ea, qua amat̄ Deus, vt ē bonū cōe, à quo oīa dependent in suo esse, & de dilectio ne īpfecta, ad mētem S. Th. 1. p. q. 60. ar. 5.

Sed

ad 1. & p. 2. q. 109. a. 3. in corp. & hęc nota diligenter.

Sed ad hoc respondetur, quòd non quicquid naturalis ratio dictat, pôtest natura per sua principia; dictat enim ratio & conuincit, Deum esse maximè cognoscibilem, nec tamen naturaliter Deum maximè cognoscimus, & omnia præcepta sunt de dictamine legis naturalis, nec tamen omnia homo sine gratia Dei implere potest, sic ẽt licet naturalis ratio dictet Deum super omnia esse diligendum, non tamen sequitur, ꝙ sine gratia hoc homo possit.

Euasio.

Instantia.

Sed hæc responsio non excludit rationẽ prædictam, quia non dicitur, ꝙ quicquid dictat ratio naturalis, homo possit per sua naturalia, sed quòd quicquid dictat ratio naturalis esse magis diligendum, homo per sua naturalia potest magis diligere, vt supra multipliciter est probatum. Et præterea quamuis ratio naturalis dictet, Deum esse in se maximè cognoscibilẽ, non tamen dictat, eum esse maximè à nobis cognoscendum, vel magis etiam, quàm creatura: ratio autem naturalis dictat, vt iam probatũ est, non solum Deum esse maximè in se diligibilem, sed etiam esse maximè diligẽdum à diligente, magis etiam quàm se, vt supra declaratum est. Actus etiam cognitionis nõ est sic in potestate nostra, sicut actus dilectionis, & idcirco non est simile de vno, & de alio.

Solutio secunda huius.

Et ad illud, quod dicitur de impletione præceptorum, dicendum, quòd saltem pro statu naturæ integræ poterat homo implere præcepta Dei omnia, ex puris naturalibus, quamuis propter corruptionem fomitis nõ possit in statu naturæ corruptæ, & hoc sufficit ad propositum, quia etiã dictum est, ꝙ pro statu naturæ integræ præcisè homo diligit Deum plusquam se dilectione naturali. Vel dicendum, secundum quosdam, quòd * omnia præcepta legis potest homo implere ex puris naturalibus, etiam in statu naturæ corruptę, non autem omnia simpliciter, quia inter pręcepta est habere charitatem. Vel dicendum, quòd quamuis ex puris naturalibus, non possit homo omnia præcepta collectiuè implere, potest tamen adimplere omnia distributiuè, idest, quodcunq; de omnibus, vt communiter dicitur. Vel dicendum, quòd saltem potest homo * velle omnia præcepta implere, & hoc sufficit ad propositum.

**Sed hanc exclusionẽ non sequitur Auctor, & propterea dat aliã responsionẽ.*

*Intellige de desiderio inefficaci *secundũ Medinam p. 2. q. 109. a. 3. dub. 1. conclus. 3.*

Ratio.

Præterea. Arguitur ad principale, & est quasi confirmatio præcedentis. Pars plus debet diligere totum, secundum dictamen rectæ rationis, quàm se, sicut & plura bona sunt magis diligenda, quàm aliquod illorũ, vnde & manus ex appetitu quodam naturali, & instinctu exponit se ictui, pro conseruatione totius corporis, & bonus ciuis exponit se morti ꝓ salute ciuitatis. Sed bonum diuinũ est bonum totale respectu boni creaturæ intellectualis, cum à bono diuino dependeat omne bonũ creaturæ. Ergo &c.

Euasio.

Sed respondetur ad hoc, quòd bonum A totale, vt includit partem, non distinguitur à parte, sed est vnum cum ea, & per consequens hoc modo eadem, & æquali dilectione pars diligit se, & totum; nec est comparatio inter ea, quia hoc modo non sunt diuersa, sed vt pars non includitur in toto est diuersa ab ipso, & hoc modo pars magis diligit se, quàm totum. Ad exemplum de manu respondetur, quòd eius est, manum exponere pro conseruatione capitis, vel totius, cuius est manum mouere, sed manus non mouet se, sed totum mouet manum, mouere enim, est existentis in actu, sicut moueri est existentis in potentia, pars autẽ existens in toto habet esse potentiale, totũ autem habet esse actuale. Ergo non est ex appetitu partis, quòd exponat se, pro conseruatione totius, vel partis nobilioris, vt capitis, sicut & in vniuerso corruptio partis B vniuersi, vt aquæ non est ex appetitu eius, immo est contra eius appetitum, sed est, ex appetitu totius, seu Dei, qui est totius gubernator, scilicet propter bonum totius, ꝙ consistit in distinctione graduum vniuersi, propter quod Deus permittit minus malũ, propter maius bonũ, quod inde elicit. Ergo similiter idem dicendum est in proposito. Ad exemplum etiam de ciue respondetur, quòd quamuis ciuis, secundũ quid, idest, quantum ad salutem corporalẽ magis diligat ciuitatem, quam se, tamen simpliciter magis diligit se, quam ciuitatem, quia sibi vult maxima bona, scilicet virtutes, & debet velle magis totam ciuitatem carere talibus bonis quàm se solum, vnde Philosophus 9. Ethic. c. 9. vbi quærit, vtrũ homo debeat se maximè diligere, respõdet, quòd sic, quantum ad maxima bona, scili- C cet, virtutes, non autem quantum ad alia, & subdit, quòd ille, qui eligit pati detrimẽtum in diuitijs, honoribus, & vita propria, vel amicis, in hoc ipso maximè se diligit, quia scilicet vult sibi maxima bona, vt actũ virtuosum fortitudinis.

Instãtia cõtra prædictam solutionem.

Sed hæc responsio non valet, quia pars vt includitur in toto distinguitur à toto, vt inclusum ab includente, & vt sic debet magis velle se desinere, quàm totum, quo desinente, & ipsum desineret, & per oppositũ debet velle totum magis conseruari, quàm se tantum; vnde qui desinente toto homine per mortem, etiam manus desinit, nec est manus nisi æquiuocè, sicut & homo mortuus est homo æquiuocè, magis vellet manus se solam desinere, quã totum hominẽ; & totum hominem in vita conseruare, quã se solam; & per consequens est ex naturali D appetitu manus, nedum totius hominis, ꝙ exponat se pro toto, propter quod & si manus moueret seipsam, exponeret se pro cõseruatione totius hominis, vt apparet per prædicta. Et similiter bonus ciuis maxima bona, scilicet, virtutes magis debet velle

toti ciuitati, cuius ipse est pars se in ciuitate incluso, quam sibi soli; stat ergo prædicta ratio cum exemplis suis. A

3. Ratio. Præt. arguitur ad principale. Finis ē magis diligēdus, quam id, q̄ est ad finē. Sed homo, sm̄ dictamen rectæ rationis debet diligere Deum sicut finem, & se sicut illud, q̄ est ad finem, dictat .n. ratio Deum esse vltimum finem omnis creaturæ. Ergo &c.

Euasio. Sed ad hoc respōdetur, q̄ amor quo Deus amatur vt finis, est amor concupiscentiæ, de quo non agitur ad præsens, non autem est amor amicitiæ. Et præterea maior nō videtur esse vera, quia visio beata est finis potētiæ intellectiuæ, & tñ potentia intellectiua magis diligitur, quàm visio beata, quia carentia potentiæ intellectiuę est magis fugiēda, quàm carentia visionis Dei, quia si non est potentia intellectiua, non est talis visio, non autem è conuerso.

Solutiones prædictæ euasionis. Sed ad primū istorū dicēdum est per interēptionē añtis, illud .n. q̄ amatur amore concupiscētiæ, amatur sicut propter finem, propter illum cui concupiscitur, sicut amo vinum propter me. Ergo amor quo Deus amatur vt vltimus finis, non est amor concupiscentiæ, sed amicitiæ magis. B

Ad secundum dicendum, q̄ aliquid pōt dici vltimus finis alicuius dupliciter. Vno modo vt eius, q̄ est ad finem, & sic finis est magis diligendus, quàm illud cuius est, per quem modum visio est finis operis meritorij, seu virtuosi. Alio modo sicut subiecti primi, vel immediati, & sic finis non est appetibilior eo, cuius est finis, imò est minus appetibilis, quia habet rōnem minoris boni respectu eius, cum subiectum sit finis accidentis, q̄ ipsū perficit, & accidens sit ꝑpter subiectum perficiendum sicut propter finē. & hoc modo visio dicitur esse finis potentiæ intellectiuæ, qui est eius subiectum immediatum. C

4. Ratio. Præterea. Arguitur ad principale, quia non minus est in potestate nostra, imò magis actus dilectionis, quā actus fidei, & virtutum moralium, sed sine gratia contingit actum fidei, & virtutū moraliū esse ęquè* intensum, sicut cum gratia, quamuis cum gratia tales actus sint meritorij, non autem sine gratia. Ergo quamuis dilectio Dei merè naturalis nō sit meritoria vitæ eternæ, sed solum dilectio gratuita, potest tamen esse æquè intensa sicut gratuita, sed dilectione gratuita homo diligit Deum plusquam se. Ergo &c.* Maior est ex se manifesta, minor autem declaratur, quia fidelis carēs gratia ęquè firmiter adherere potest, vel firmius ijs, quæ sunt fidei, sicut existens in gratia, & frequenter de facto adhęret, quāuis non meritoriè: aliquis etiam infidelis non minus adhæret multis, quæ sunt veræ fidei, quam multi fideles; similiter multi carentes gratia, vt plures gentiles Philosophi non minus promptè, & delectabiliter exercuerunt, & exercent plures actus virtutum moralium, quàm multi fideles existentes in gratia.* D

*Loquitur Auctor de intensione non ex parte obiecti, sed subiecti.

* & loquitur ēt de dilectione ĩpfecta, vt supradictū est.

*ad sensū dictum.

5. Ratio. Præterea. Si solum per charitatem homo diligit Deum plusquam se, & nullo modo dilectione naturali homo posset scire se esse in charitate, consequens est falsum. Ergo & antecedens, falsitas consequentis supponitur, quia, vt dicitur 9. Ecclesiastes [Nescit homo, vtrum amore, an odio dignus sit;] scilicet Dei, vt ibi ad literam intelligit, qui autem sciret se esse in charitate, sciret se dignum Dei amore. Consequentia patet, quia diligens Deum plusquam se, talem actum potest cognoscere, & per consequens si talis actus esset solus charitatis, nō posset haberi sine charitate, & experiens talem actum in se, sciret se esse in charitate.

6. Ratio. Pręterea. Amor naturalis nō est vitiosus. Sed amor quo creatura diligit se, plusquam Deum est vitiosus. Ergo &c. Maior est de se manifesta, quia nulla operatio merè naturalis est vitiosa, seu peruersa, aliàs natura cuius est talis operatio, esset etiam peruersa, & mala, & per consequens à malo Deo producta. Minor probatur per Augustinum 14. de Ciuitate Dei cap. 28. in principio. Fecerunt ciuitates duas amores duo, terrenam, scilicet amor sui, vsq; ad contēptum Dei, cælestem verò amor Dei, vsque ad contemptum sui, sed res minus dilecta, contemnitur propter rem magis dilectam. Ergo &c.

Euasio. Sed ad hoc respondetur primò, dicendo, quòd peruersitas esset in dilectione naturali, si homo diligeret aliquid plusquā Deum sicut finem, sed hoc non est in dilectione naturali, imò naturali dilectione homo diligit Deum super omnia sicut finem, sed hæc dilectio est concupiscentiæ, non amicitiæ, dilectione autem naturali, quæ est amicitiæ homo non diligit plus Deum quā se. Secundò respondetur, quòd dilectio naturalis, qua homo diligit se plus quàm Deum, non est peruersa, quamuis sit defectuosa, & imperfecta, sicut & cognitio qua homo cognoscit creaturam, melius quam Deum, non est peruersa, & vitiosa, sed solum imperfecta, & defectuosa.

Solutio euasionis. Sed ad primum horum patet responsio per dicta in tertia ratione principali prædicta.

Ad secundum dicendum, q̄ nō est simile de cognitione, & dilectione propter duo. Primò, quia peruersitas, & vitiū non respiciūt actū intellectus, sed actū volūtatis solū, seu primo. Secundo, quia actus intellectus non est in potestate nostra, sicut actus volūtatis, vnde nō est in potestate nostra quantū Deū cognoscamus, sicut est quātū Deū diligamus, quamuis ergo cognitio, qua minus Deus à nobis cognoscitur, quā creatura nō sit vitiosa, seu peruersa, sed impfecta, & defectuosa solum, tamē dilectio qua creatura

diligitur plusquam Deum, non solum est imperfecta, sed etiam vitiosa, & peccatum; cum ratio peccati consistat in auersione à Deo, vt ab vltimo fine, & conuersione ad creaturam, vt ad finem, quod enim minus diligitur, non diligitur vt vltimus finis, vt supra declaratum est, & quod magis diligitur, quàm quodcunque aliud diligitur vt finis, quia semper finis est diligibilior his, quæ sunt ad finem. Et hæc de tertiò principali.

PVNCTVM IV.

Obiecta alterius opinionis diluuntur.

Ad primū NVNC Quartò respondendum est ad obiecta alterius opinionis, & ad primum dicendum est primò, quod illa ratio probat non solum de dilectione naturali, sed etiam de charitatiua, quod ea homo diligat se plusquam Deum, quia quamuis per gratiam homo consequatur esse supernaturale, & vnitatem supernaturalem cum Deo, tamen etiam quantum ad tale esse, & vnitatem, homo magis est id, quod est intrinsecè etiam supernaturaliter, quàm aliquod extrinsecum, quia secundum esse gratuitum homo magis est, & debet dici esse gratus Deo, quàm Deus. Et similiter propter vnitatem supernaturalem hominis cum Deo, quæ est per gratiam, homo non efficitur magis vnum cum Deo quàm secum, imò est multo minus vnum, quamuis maiorem vnitatem habeat cum Deo, quàm si tali esse supernaturali careret: cum igitur propter esse supernaturale, & vnitatem tale esse consequentem, homo non desinat esse magis illud, quod est quàm Deus; vel magis esse vnum secum, quàm cum Deo, si ratio benè concluderet, sequeretur, quod etiam dilectione supernaturali, quæ esse supernaturale, & vnitatem ad tale esse pertinentem consequitur, secundum illos qui talem rationem faciunt, homo diligeret se plusquam Deum, quod est absurdum. Dicendum ergo ad rationem, quod quamuis omnis amor cōsequatur aliquod esse, & aliquam vnitatem, non tamen oportet, quod habeat modum talis esse, & talis vnitatis, sicut tangitur in argumento; vt scilicet homo magis diligat illum, cum quo est magis vnum; vel quod est magis: aliàs sequeretur, quod homo magis diligeret naturali dilectione alium hominem, aut Angelum, cum quo est idem in specie, vel in genere, quàm Deum, à quo differt etiam plusquam genere, sicut & omnis dilectio consequitur aliquam cognitionem, nec tamen oportet, quod illud quod magis cognoscitur, magis diligatur.

Ad secundum. Ad secundum dicendum, quòd per charitatem creatura eleuatur ad diligendum meritoriè, nec oportet, quòd per charitatem eleuetur ad diligendum Deum, intensius, quàm possit sinè charitate, sicut Philosophus gentilis posset habere habitum, & actum virtuosum moralem æquè intensum, sicut fidelis existens in gratia, sed non meritorium, * vt supra dictum est. Et prætereà diligere Deum plusquam se habet latitudinem, & gradus diuersos, ad quorum aliquem potest eleuari per charitatem. Vel potest dici per interemptionem minoris, quia charitas non eleuat naturam ad amandum Deum, secundum specialem rationem, idest secundum rationem beatificantis, sed hoc facit fides, quæ ostendit nobis in Deo esse talem rationem; nec iterum ad hoc necessariò requiritur fides infusa, cum multi infideles sine fide infusa possint de Deo talem rationem concipere, & de facto concipiant.* Et prætereà, si charitas eleuaret naturam ad amandum Deum amore concupiscentiæ, quantum ad specialem rationem, oporteret proportionaliter dicere, quod eleuaret naturam ad amandum Deum amore amicitiæ, quantum ad aliquam specialem rationem, quæ esset in Deo amato, & non quantum ad ordinem, seu intensionem actus amandi, vt scilicet, creatura diligat Deum plusquam se, vt concludebatur in Argumento.

* Vide declarationē factam supra.

* vt Aucto rē beatitudinis naturalis.

Ad primā Cōfirmationem. Et ad primam Confirmationem rationis dicendum, quòd esse nostrum gratuitum, non est esse diuinum per essentiam, sed per participationem solum, & eodem modo esse nostrum naturale, est esse diuinum per participationem, & magis quàm esse gratuitum, vtpotè perfectius in ratione entis præcisè, sicut & omne esse substantiale est perfectius quàm accidentale, cum sit eius finis: nec tale esse gratuitum facit, quòd homo sit magis Deus, quàm illud, quod est intrinsecè, vel quod habeat maiorem vnitatem cum Deo, quàm secum, vt supra probatum est: propter quod non oportet, quod sit alius ordo in dilectione naturali, & gratuita, sed est vnus, & idem, quod scilicet creatura diligit Deū plusquam se, vtpotè à quo totaliter dependet, & qui est creaturæ vltimus finis, & quia Deus non dependet à creatura, sed è conuerso creatura dependet à Deo: nec creatura est finis Dei, sed è conuerso, Deus est finis creaturæ: idcirco Deus diligit se plusquam creaturam, & è conuerso creatura diligit Deum plusquam se.

Ad secūdā Cōfirmationem. Ad secundam Confirmationem eiusdem rationis dicendum, quod non est simile de cognitione, & dilectione, quia ratio naturalis non dictat, quòd Deus à nobis sit prius cognoscendus, quàm creatura, dictat autem, quod homo debet Deum prius, & magis diligere, quàm se dile-

dilectione etiam naturali, vt probatur per prædicta.

Ad auctoritatem Beati Bernardi dicendum, quod primi duo gradus dilectionis dicuntur naturales, quia inueniuntur in homine, in solis naturalibus existente, & per consequens diuina gratia destituto cum stent simul cum peccato mortali, & per oppositum alij dicuntur gratuiti, quia stant simul cum gratia, non quia haberi nō possint sine gratia. Et hæc de quarto principali, & de toto.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

Ad I. AD Primum ergo factum in obijciendo dicendum, quòd naturale potest aliquid dici dupliciter, vno modo sicut ex necessitate consequens naturam, sicut proprietas dicitur esse naturalis subiecto suo, vt risibile homini, & tale naturale semper manet. Alio modo sicut illud in quod potest natura sinè omni supernaturali, prout scilicet distinguitur naturale contra supernaturale, diligere autem Deum super omnia dicitur esse naturale secundo modo, & non primo.

Ad II. Ad secundum patet per dicta in responsione principali ad primam rationem alterius opinionis, quæ ibi improbatur.

Ad III. Ad tertium patet per dicta in responsione principali in prima ratione, quæ ibi adducitur ad principalem conclusionem.

Ad IV. Ad quartum dicendum, quòd secundum quosdam, amor amicitiæ, & amor concupiscentię non sunt duo amores, sed vnus habens duo obiecta: sed quia actus distinguntur per obiecta, vt patet in 2. de Anima com. 33. Idcirco istud dictum videtur implicare contradictionem. Et ideò aliter dicendum ad Argumentum, scilicet per interemptionem minoris; & probatur interemptio dupliciter.

Probatio 1 Primò, quia, quæ non sunt vna ratione vltimus finis, non sunt vnus vltimus finis. Sed Deus, & Dei visio, non sunt vna ratione vltimus finis hominis, quia Deus est eius finis, vt res, visio autem vt operatio, qua res attingitur; Deus enim est hominis finis cuius, visio autem est eius finis quo. Ergo &c.

Probatio 2 Secundò, quia Deus est finis hominis, vt eius, quod est ad finem, vt sanitas est finis medicinæ, non sic autem est eius finis visio, sed magis è conuerso; hoc modo homo est finis visionis, & omnis substantia est finis sui accidentis, quod est propter substantiam perficiendam, sicut propter finem; sed dicitur visio finis hominis sicut habentis, & attingentis finem. Et ad probationem illius minoris dicendum, quòd maior habet veritatem in his, quæ sunt vnius rationis, vt patet exēplo, quod potest adduci de medicina amara, & sanitate, quorum vtrumq; est obiectum appetitus, non autem in his, quæ sunt diuersarum rationum: sicut non sequitur. Agens non est causa effectus sui, nisi ratione formæ, quam imprimit materiæ. Ergo non est alia causa à forma, quia agens, & forma sunt causæ diuersarum rationum. Et similiter finis non est causa, vt communiter dicitur, nisi quia mouet agentem, & tamen est alia causa ab agente, quia est causa alterius rationis ab agente. Tota etiam entitas creaturæ est solum propter Deum sicut propter finem, & tamen est alia entitas ab entitate Dei, quia est alterius rationis ab ea. Et similiter Deus, & Dei visio sunt vltimus finis creaturæ intellectualis diuersis rationibus, vt supra dictum est, & ideò non sunt vnus vltimus finis.

Ad V. Ad quintum dicendum, quòd licet ratio naturalis dictet, Deum esse in se maximè cognoscibilem, quia est infinita veritas, non tamen dictat, quòd Deus sit à nobis pro statu viæ maximè cognoscibilis, seu magis, quàm creatura, sed ratio naturalis dictat, non solum, quòd Deus sit maximè in se diligibilis, sed etiam, quòd est à nobis in statu etiam viæ maximè diligendus, vt patet per prædicta.

Ad VI. Ad sextum dicendum, quòd dilectio, qua Deus diligitur minus, quàm creatura, est peruersa, & vitiosa, vt supra probatum est, & per consequens opponitur dilectioni, qua Deus diligitur plusquam creatura, quia talis dilectio est bona, & virtuosa, bonum autem, & malum, & virtus, & vitium opponuntur. Cognitio autem, qua cognoscitur creatura plusquam Deus, non est mala, seù vitiosa, quia peruersitas, & vitium non respiciunt actum intellectus, sed voluntatis, vt supra dictum est, & ideò talis cognitio non opponitur cognitioni, qua Deus cognosceretur plusquam creatura, licet sit imperfecta respectu eius; & ideò non est simile de dilectione, & cognitione.

Ad VII. Ad septimum dicendum, quòd impediri à diligendo Deum plusquam se per dilectionem creaturæ, non est impediri per accidens, cum omnis actus dilectionis compræhendatur sub actu dilectionis in communi accepto, qui per se conuenit voluntati, sicut visus videndo nigrum, vel rubeum impeditur à videndo album, non per accidens, sed per se, quia vterq; actus est visio, quæ est actus proprius, & per se potentiæ visiuæ.

Ad VIII. Ad octauum dicendum, quòd maior est vera de tendentia, & quiete rei naturalis cōsequente appetitum naturalem; talis enim tendentia, & quies non est in potestate rei naturalis. Sed non est vera de tendentia per

amorem in Deum in via, & quiete fruitionis in patria, quæ ſunt actus appetitus intellectiui, quorum primum conſequitur fidē, ſecundum autem claram viſionem; propter quod amare Deum in via eſt in poteſtate credentis, non autem fruitio in patria eſt in poteſtate Deum videntis in patria, vt ſupra in quæſtione immediatè præcedente probatum, & declaratum eſt.

Ad IX. Ad nonum dicendum per interemptionem maioris; calor enim ſtat ſimul in eodē corpore cum anima rationali, & tamen ſi intendatur nimis vſq; ad gradum, cum quo eſt in igne, non ſtat ſimul cum anima rationali, quia opponitur qualitati mediæ, ſeu temperatæ, quàm requirit in corpore anima rationalis: & ſimiliter licet aliqua moderata dilectio creaturæ ſtet ſimul cum dilectione Dei, tamen nimius amor creaturæ, quo ſcilicet creatura diligitur pluſquam Deus, non ſtat ſimul cum amore Dei, quia opponitur amori Dei, & amori creaturæ, quem compatitur amor Dei, ſicut amor vitioſus, & peruerſus amori bono & virtuoſo.

Ad X. Ad decimum dicendum, quòd homo debet diligere Deum pluſquam ſe, quia bonum diuinum continet bonum ſuum, & omne aliud, vt ſupra declaratum eſt; nec debeo diligere Deum ꝓpter bonum meū, vt dicitur in argumento, ſed è cōuerſo, bonum meum debeo diligere propter Deū, ſicut propter finem, licet ex hoc, quòd bonum diuinum continet bonum meum, & omne aliud, ratio naturalis recta conſurgat in notitiam huius, quòd Deus eſt ab homine maximè diligendus, plus etiam, quàm ipſemet diligens, & hoc dictat ratio voluntati.

Ad XI. Ad vndecimum dicendum per interemptionem minoris; homo enim debet diligere ſe propter Deum, ſicut propter finem, & non è conuerſo, vt patet per prædicta, non ſolum autem ea, quæ ſunt ad finē conueniunt fini, ſed etiam è conuerſo, finis cōuenit eis, quæ ſunt ad finem, vt ſanitas medicinæ, & hoc modo Deus eſt bonum conueniens homini ipſum amanti.

Ad XII. Ad duodecimum patet reſponſio per dicta in ſolutione obiectionis factæ contra confutationem primæ rationis, quæ adducebatur ad principalem quæſtionem, in reſponſione principali.

Ad XIII. Ad tertiumdecimum dicendum per interemptionem maioris; homo enim nō debet diligere ſe quantum poteſt, nec malum ſuum refugere quantum poteſt, immo debet Deum intenſiori actu amoris diligere, quàm ſe, & ſi Deus poſſet pati detrimentū in bono ſuo, deberet homo magis refugere malum Dei, quàm malum proprium, vt ſupra probatum eſt.

Ad XIV. Ad quartumdecimum dicendum, quòd homo diligens Deum pluſquam ſe, poteſt hoc ſcire ſcientia experimentali. Sed vtrū
A hic amor ſit naturalis, vel charitatiuus, nō poteſt ſcire per certitudinem, propter ſimilitudinem, quæ eſt inter tales duos amores, ſcilicet, naturalem, & charitatiuum, nec plus probat illud argumentum.

Ad XV. Ad quintumdecimum dicendum per interemptionem maioris; vbi enim eſt proceſſus ab imperfecto ad perfectum, quod eſt imperfectius, eſt prius, & hoc modo cognitio creaturæ eſt prior, quā cognitio Dei: & ſimiliter hoc modo dilectio creaturæ eſt prior dilectione Dei.

Ad XVI. Ad ſextumdecimum dicendum, quòd licet naturaliter homo non poſſit cognoſcere, Deum eſſe vltimum finem beatificum creaturæ intellectualis, poteſt tamē cognoſcere naturaliter, eſſe primam cauſam efficientem, & vltimum finem naturalem omnis creaturæ.

Ad XVII. B Ad decimumſeptimum dicendum, quòd cōformitas dilectionis hominis ad dilectionem Dei debet eſſe in hoc, vt homo diligat illud, quod Deus vult hominem diligere, & ſic, ſicut vult eum diligere; Deus autem vult, hominem diligere Deum, pluſquam ſeipſum, etiam dilectione naturali, vnde & hoc ei præcepit, quod præceptum, cum ſit morale, eſt de lege naturæ, & de dictamine rationis naturalis, debet etiam eſſe in hoc, vt homo Deum diligat ſuper omnia, ſicut, & Deus diligit ſe ſuper omnia, quæ eſt cōformitas in volito, ſeu obiectiua, vel ſecundum genus cauſæ materialis, vt alibi declaratur.

Ad XVIII Ad decimumoctauum dicendum, quòd non eſt ſimile de Angelo, & de Deo, quia Deus eſt primum efficiens, & vltimus finis hominis, quorum vtrumq; conuenit Deo
C ratione ſuæ infinitæ bonitatis, & propter hoc debet homo diligere Deum, pluſquam ſe, vt ſupra declaratum eſt, neutrum autem conuenit Angelo, reſpectu hominis.

Ad XIX. Ad decimumnonum dicendum, ꝙ hominis ad ſeipſum nō eſt propriè dicta amicitia, ſed largè ſolum, vt ſupra declaratum eſt.

Ad XX. Ad vigeſimum dicendum, quòd hominis ad ſe eſt amor realis. Et ad illud, per ꝙ ꝓbabatur oppoſitum, dicendū, quòd amor realis ſupponit vnitatem realem, vel vnionē amantis, & amati; non autem oportet dicere, quòd ſupponat reſpectum realem vnionis, vt ſupponitur in Argumento.

Ad XXI. Ad vigeſimumprimum dicēdum, quòd natura ſubſtantialis, & voluntas creaturæ differunt ſicut ſubſtantia, & accidens, vt in alia quæſtione probatum eſt; ſed tamen
D ipſa etiam voluntas eſt quædam natura, cū ſit quædam potentia naturalis, & propter hoc dici poteſt aliquis actus eius naturalis, aliquis non; ſicut communiter diſtinguitur voluntas, quòd poteſt accipi voluntas, vt natura, & vt ratio. In propoſito autem

dici-

dicitur actus voluntatis naturalis, in quem potest creatura ex puris naturalibus, & quē dictat ratio naturalis, seu qui est conformis rationi rectæ, vt supra declaratum est.

Ad XXII. Ad vigesimumsecundum dicendum per interemptionē minoris. Dilectionis.n. multorū in nobis Deus non est causa finalis, vt de se patet, cum talia non diligamus ꝓpter Deū, sed cōtra Deū, nec efficiens quantum ad deformitatem, quæ est in tali dilectione; diligere autem creaturam plusquam Deū, importat deformitatem, vt patet per prædicta: vnde huius deformitatis Deus non est causa. Et ad probationem illius minoris, dicendum, quòd bonitas rei amatæ non est tota causa amoris, sed cum hoc oportet, ꝙ concurrat appræhensio; potest autem in via aliquid appræhendi, melius quàm Deus, vel eius præceptum, vt quando quis peccat; & ideò licet bonitas creata omnis sit diligēda, & diligibilis propter Dei bonitatem, & per consequens Dei bonitas sit magis diligenda, & diligibilis, quàm omnis bonitas creata, non tamen oportet, quòd de facto semper Dei bonitas magis diligatur, aut ꝙ creatura propter Deum solum diligatur.

Ad XXIII. Ad vigesimumtertium dicendum, quòd non sola cognitio est causa dilectionis, licet sit aliquo modo eius causa, sed etiā est causa bonitas rei dilectæ, quæ si appræhendatur esse primum efficiens, & vltimus finis diligentis, plus amabitur à diligente, quàm ipsemet diligens à seipso.

Ad XXIV. Ad vigesimumquartum & vltimum

A dicendum, quòd primum peccatum Angeli non præcessit error propriè loquendo, aut ignorantia, sed inconsideratio, dum, scilicet, appetijt aliquid, quod de genere suo erat bonum, non appetendo cum circunstantia, sine qua nō erat appetendum; quòd autem cū circunstantia illa non appetierit, causa fuit, quia de illa non cōsiderauit, & sic ponitur Angelus peccasse, qa voluit obtinere beatitudinē, nō cōsiderādo, an ex merito suo apud Deū, aut ex Dei dono, quia de hoc nihil considerauit. Talis autem inconsideratio fuit culpabilis, sed non fuit alia culpa à culpa prauæ electionis, quod sic patet. Vbi vnum propter alterum tantum, vtrobiq; vnum. Sed inconsideratio circunstantiæ alicuius eligibilis non est peccatum, nisi propter electionem sequentem, & pro tunc

B solum est, quando debet eligere. Et ratio est, quia consideratio circunstantiarum alicuius eligibilis, quæ natæ sunt rectificare talis eligibilis electionem, non est debita nisi propter electionem sequentem, & pro tunc quando debet eligere; eligens enim aliquid debet pro tunc considerare omnes circunstantias talis eligibilis, quæ rectificant talem electionem; nec est debitum omnes circunstantias omnium eligibilium considerare semper, aliàs homo semper peccaret etiam dormiendo, quia non faciens, quod debet facere peccat, Ergo inconsideratio circunstantiæ alicuius eligibilis nō est aliud peccatum, à peccato prauæ electionis,

C

QVAESTIO IX

Vtrum in Christo sit duplex esse.

Pro Parte Affirmatiua

ARG. I. ET PRIMO videtur, quòd sic. Quia Philosophus dicit in 2. de Anima tex. 37. quòd viuere viuentibus est esse. Sed in Christo fuit duplex viuere, scilicet humanum, quod desijt per mortem, & diuinum, quod est æternum. Ergo &c. Sed respondens

Euasio. dicebat, quòd viuere humanum in Christo subsistebat per viuere diuinum, à quo de-

Instantia. pendebat. Sed contra. Viuere secundum Philosophū 2. de Anima t. 13. & 34. aliquādo accipitur pro esse viuentis, aliquando ꝓ operatione. Sed viuere secundo modo acceptum fuit in Christo, perfectius quàm in alijs hominibus, vt patet maximè de intelligere. Ergo etiam viuere primo modo acceptum fuit in Christo perfectius. Sed perfectius est viuere non dependens, quàm dependens. Ergo &c.

PRÆT. Forma est, secundum Philosophum, quæ dat esse. Ergo anima rationalis in Christo dabat aliquod esse. Sed non esse diuinum, vt de se patet. Ergo aliquod

D aliud, Sed respondens dicebat, ꝙ esse, ꝙ dat anima rationalis in Christo, non erat esse subsistentiæ, sed magis inexistentiæ, Sed contra. Non minoris perfectionis est forma substantialis respectu sui esse, quàm acciden- II. Euasio. Instantia.

dentalis respectu sui, scilicet, inhærentiæ. Sed omnis forma accidentalis dat esse inhærentiæ, vel inexistentiæ suo subiecto. Ergo &c.

III. PRÆT. Sicut esse conuenit supposito, ita & natiuitas, & generatio, & filiatio. Sed ista tria duplicantur in Christo, propter duplicem naturam, non obstante vnitate suppositi. Est enim in Christo duplex natiuitas, & generatio, scilicet temporalis, & æterna; est etiam in eo, vt videtur, duplex filiatio. Nam secundum filiationem æternam non refertur ad matrem, & constat, quòd aliqua filiatione ad eam refertur, quia è cõuerso, mater vera maternitate refertur ad Christum. Ergo &c.

IV. PRÆT. Quæstio si est, quærit de esse, vt videtur. Sed de Christo potest formari duplex quæstio, si est, scilicet, si est Deus, & si est homo. Ergo &c.

V. PRÆT. Accidens commune, & proprium est in supposito, quia est in subsistẽte. Sed in Christo est accidens commune, & proprium hominis. Ergo humana natura in Christo est suppositum. Ergo in Christo est duplex suppositum, & duplex esse suppositi.

VI. PRÆT. Quod inseparabiliter consequitur aliquid, non potest esse sine ipso. Sed esse inseparabiliter consequitur essentiam substantiæ, inseparabilius etiam, quã quæcunq; proprietas suum subiectum; omnis enim proprietas supponit existere sui subiecti, propter quod existere immediatius, & per consequens inseparabilius se habet ad essentiam, quàm quæcunq; proprietas. Sed in Christo erat duplex esse substantiæ, scilicet, diuinæ, & humanæ, Ergo &c.

Pro Parte Opposita.

SED CONTRA EST. Quia vnius rei vnicum est esse. Sed Christus est vnus, secũdum illud Athanasij in Symbolo [Deus & homo vnus est Christus.] Ergo &c.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. In hac quæstione sunt tria facienda. Primò aperiendus est titulus Quæstionis. Secundò narrãdæ sunt opiniones circa hoc, & reprobandæ. Tertiò ex earum reprobatione apparebit veritas quæstionis.

PVNCTVM I.

Declaratur titulus Quæstionis

QVANTVM Ad Primum horum est sciendum, quòd secundum Philosophum 5. Metaph. cap. de ente, A Esse aliquãdo significat veritatem propositionis, aliquando entitatem rei. Et differentia istorũ duorũ apparet dupliciter, quia esse primo modo acceptũ, est subiectiuè in intellectu componente, & diuidente, vt patet per Philosophum 6. Metaph. iuxta finẽ, vel ad minus est in ipsa propositione, quæ dicitur vera, cum sit quasi quædam conditio propositionis: esse autem secundo modo acceptum, est in ipsa re, quæ dicitur ens. Secundò, apparet differentia inter ista duo esse, quia de aliquo verè potest dici esse primo modo acceptum, vt cum dicitur, quod cęcitas est in oculo, quod tamen nullam entitatem secundo modo acceptam importat, sed solam priuationem.

Vlterius sciendum est, quòd esse secundo modo acceptum, quod dicit rei entitatẽ, est duplex, vt communiter dicitur, scilicet, esse essentiæ, quod idem est, quod quidditas, vel natura rei, ab ipsa solùm differens B secundum modum significandi, vt differũt cursus, & currere, calor, & calere &c. Et hoc est esse, quod communiter dicitur, & est verbum Philosophi 1. Topicorum, & 7. Metaph. tex. 13. quòd diffinitio significat, quod quid erat esse. Aliud est esse actualis existentiæ, quod nihil aliud est, quàm actualitas rei in rerum natura. Et differentia inter ista duo apparere potest ex diuersitate propositionum, quæ de ipsis formantur, cũ enim est prædicatum tertium adiacens de aliquo, significat quidditatem rei, vel essentiam; hęc enim propositio, Sortes est homo, nihil aliud significat, quàm Sortes est habẽs humanam naturam. Sed cum est prædicatum secundum adiacens de aliquo, significat actualem rei existentiam; hæc enim ꝓpositio, Sortes est, significat quòd Sortes C habet actualem existentiam in rerum natura &c. Si ergo quæstio ista intelligatur de esse primo modo accepto, quod significat veritatem propositionis, clarè patet, quòd in Christo est multiplex tale esse. In illo enim de quo potest multiplex vera propositio formari, est multiplex tale esse, cum tale esse dicat conditionem propositionis, vt dictum est; sed de Christo potest multiplex vera propositio formari, vt de se patet. Ergo &c. Si etiam quæstio intelligatur de secundo, esse, secundo modo accepto, quod dicit essentiam rei, sic etiam patet, quòd in Christo est multiplex tale esse; in illo enim sunt multa talia esse, in quo sunt multæ essentiæ, cum tale esse non differat ab essentia, vt supra dictum est. Sed in Christo sunt multæ essentiæ, duæ, scilicet, substantiales, & multæ accidentales. Ergo &c. De hoc D ergo duplici modo accipiendi esse non videtur quæstio quærere, aliàs quæstio nullã difficultatem haberet, vt patet per ea, quæ dicta sunt. Quærit ergo quæstio de esse actualis existentiæ, & hoc sufficiat quantũ ad primum.

PVNCTVM II.

Quædam opiniones recensentur.

Prima opinio, quod esse non differt realiter ab essentia. Sed in hac opinione sunt plures modi dicẽdi. Primus modus dicẽdi

QVANTVM ad Secundum est sciendum, quòd de hoc esse actualis existentiæ, est multiplex opinio. Quidam .n. dicunt quòd non differt realiter ab essentia, & hi diuiduntur.

¶ Aliqui dicunt, quòd non differunt, nec re, nec ratione, sed intentione; illa enim secundum eos differunt re, quæ dicunt diuersas res, vt homo & asinus: & differunt intentione, quæ dicunt vnam rem, de qua formari possunt diuersi conceptus distincti totaliter, sic quòd vnus est extra alium, vt principium, & finis, quæ sunt idem punctũ; vel de quibus formantur diuersi cóceptus, quorum vnus aliqualiter includit aliũ, quia vnus est confusus, & alius distinctus, vt patet de genere, & specie; sed illa differunt ratione, quæ dicunt eandem rem, & eundem conceptum, sed sub alio, & alio modo concipiendi, vt attributa respectu intellectus diuini, & respectu intellectus nostri diffinitio, & diffinitum, & quia de creatura possunt formari duo cóceptus ad inuicem totaliter distincti, vnus scilicet, quo intelligimus creaturam habere respectum ad Deum, vt ad causam exemplarem, secundum quem cóceptum dicitur creatura habere esse essentiæ, secũdum eos, & alius, quo intelligimus creaturam referri ad Deum, vt ad causam efficientem, secundum quem creatura dicitur habere esse actualis existentiæ, secundum eos, idcircò secundum eos, esse actualis existentiæ, & essentiæ differunt intentione.

Secundus modus dicendi.

¶ Alij dicunt, quòd differunt secundum modum significandi; nomen.n. verbum, & participium idem significant, quamuis diuerso modo, vt cursus, currens, & currere, sed talia sunt essentia, esse & ens. Ergo &c. Et secundum ambos istos, oporteret dicere, quòd sicut in Christo est multiplex essẽtia, sic etiam multiplex esse, nec quęstio aliquam difficultatem haberet. Quòd autem essentia, & esse sint idem realiter, in quo cóuenit vtraq; opinio, probant quatuor rationibus.

Rationes pro vtroq; dicẽdi modo primæ opinionis. Prima.

Prima talis est. Ens minus habet addere, quàm vnum supra id, de quo prædicatur, cum ratio entis includatur in omni ratione, etiam in ratione vnius, quæ addit supra rationem entis indiuisionem. Sed vnum non addit aliquid reale supra essentiam eius, de quo dicitur. Ergo nec ens, nec per consequens esse à quo ens dicitur.

Secunda.

Præterea, secundum Philosoph. 4. Metaph. t. 3. ens, & vnum sunt vnum inter se, & nihil addunt ei, cui adiunguntur, vnde secundum Philosoph. ibidem, Homo, Ens homo, Et vnus homo, idem dicunt, & non
A aliud, & aliud. Sed hoc non esset, si ens adderet aliquam rem super essentiam eius, de qua dicitur. Ergo &c.

Tertia.

Præterea, vnumquodque, aut est ens per essentiam suam, aut per aliquod additum, si per additum, de illo quæritur, per quid est ens, & si est ens per se, eadem ratione standum est in primo, ponendo quòd primum erat ens per se, si autem ponatur, quòd illud sit ens per aliud, quæretur de illo alio, & sic itur in infinitum. Relinquitur ergo, quòd vnumquodq; sit ens per se, & non per aliquam rem additam.

Quarta.

Præterea, si esse, & essentia differunt realiter, & concurrunt ad compositionem suppositi quæro qualis compositio sit ista? quia aut est compositio ex pura potentia, & actu simpliciter: aut est compositio ex potentia secundum quid, & actu
B secundum quid. Si primo modo dicatur. Contra, quia sequeretur, quòd illud, quod dicitur essentia, quod est compositum ex materia, & forma sit pura potentia, quod est inconueniens; sequitur etiam, quòd esse sit forma substantialis, quia actus simpliciter non est, nisi forma substantialis. Si dicatur secundo modo, contra, quia illud, quod vocatur esse, erit forma accidentalis, quia sicut omnis actus, vel est actus simpliciter, vel secundum quid, ita omnis actus, vel est forma substantialis, vel accidentalis. Sed hoc est falsum, quia subiectum formæ accidentalis præintelligitur simpliciter esse formæ accidentali, res autem non potest intelligi esse sine esse. Ergo &c.

Impugnatio prædictæ opinionis cum vtroq; dicẽdi modo quantũ ad id in quo conueniunt.

¶ Sed istæ duæ positiones stare non possunt, nec quantum ad illud, in quo conueniunt, scilicet, quòd sint idẽ realiter esse
C & essentia, nec quantum ad id, in quo differunt. Quòd enim differant realiter esse, & essentia, videtur posse probari quatuor rationibus.

1. Ratio.

Primò sic. Illud, quod est extra essentiã, differt ab essentia realiter. Sed esse est extra essentiam, vt probabo. Ergo &c. Probatio minoris. Illud quod est extra definitionem, est extra essentiam, quia diffinitio indicat totam essentiam rei. Sed existentia actualis est extra rei diffinitionem, quod patet, tũ quia intellectus potest intelligere rem, non intellecta existentia actuali, non autem non intellecta essentia, seu diffinitione, cũ obiectum intellectus propriũ sit quod quid est, vt dicitur 3. de Anima; tùm etiam, quia in definitione rei non ponitur nisi genus, & differentia, vel materia, & forma, non autẽ fit ibi mentio, vtrum res existat, vel non
D existat in rerum natura. Ergo &c.

2. Ratio.

Pręterea eorum, quæ sunt idem, cuicũq; conuenit vnũ per prius, vel per posterius, & reliquum. Sed non sic se habent esse, & essentia, vt probabo. Ergo &c. Probatio minoris. Essentia per prius conuenit speciei,

cici, quã indiuiduo, ficut, & diffinitió, quæ essentiam significat; secũdum enim Boetiũ sola species diffinitur: è contra esse ꝑ prius conuenit indiuiduo, quam speciei; existere enim propriè conuenit supposito, species autẽ non existit, nisi in indiuiduis suis, vt ꝑ Philosophum patet in Prædicamentis cap. De substantia; propter quod etiam vniuersale, aut nihil est, aut posterius est, vt ipse dicit in 1. de Anima tex. 8. Vnde secundũ eundem in Prædicamentis cap. De substantia, destructis primis substantijs, impossibile est, aliquid aliorum remanere.

3. Ratio. Præterea. Si esse est essentia, aut est materia, aut forma, aut compositum. Non materia, quia materia est pura potentia, secundum Philosophum, esse autem est quidam actus, vt de se patet. Non formæ, quod patet dupliciter. Primò, quia secundum Dionysium, esse est actus cõmunis formæ, & naturę; omnis .n. forma, & natura significatur, cum esse actualiter dicitur, actus autẽ differt realiter ab eo, cuius est actus. Secundò, quia forma est pars essentiæ in compositis; si ergo esse esset forma solum, nõ esset tota essentia, ꝙ est contra positionem. Iterum Esse non potest poni, quòd sit compositum, quod patet dupliciter. Primò, quia Esse est actus quidam, actus autem nõ potest habere materiam partem sui, quæ est pura potentia. Secundò, quia si non est materia, nec forma. Ergo nec compositum ex vtroque; ad destructionem enim partiũ integralium, sequitur destructio totius.

4. Ratio. Præterea, habens distinguitur ab eo, ꝙ habet, aut totaliter, vt cum dicimus homo habet albedinem: aut sicut totum à parte, sicut dicimus domus habet parietem. Sed dicimus, quòd essentia habet esse. Ergo altero istorum modorum essentia àb esse distinguitur, non secundo, vt probabo. Ergo primò &c. Probatio suppositi dupliciter. Primò, quia si esset pars essentiæ, aut esset materia, aut forma, quod supra improbatũ est. Secundò, quia quando totum dicitur habere aliquam partem, sic dicitur eã habere, quòd non dicitur eam non habere. Non enim totum potest parte carere, maximè principali; non enim possumus verè dicere, domus non habet parietem. Sed essentia rosæ, sicut dicitur habere esse, cum est in rerũ natura, sic verè dicitur, ꝙ nõ habet esse, cũ non est in rerum natura. Ergo &c.

5. Ratio. Præterea, Augustinus dicit 5. de Trinit. cap. 2. Sicut scientia ad scire, & sapientia ad sapere, sic essentia ad esse. Sed illa differunt realiter, sicut potentia, & actus superueniens. Ergo &c.

Specialiter impugnatur primus modus dicendi. Primò. ¶ Potest etiam improbari specialiter positio, quæ ponit, quòd essentia, & esse differunt intentione, multipliciter.

Primò, quantum ad hoc, quod dicit, ꝙ aliqua differunt intentione, & non ratione sic Sicut illa verè realiter differunt, quæ

A dicunt diuersas res, etiam secundum hanc positionem, sic ea verè, & propriè differunt ratione, quæ habent diuersas rationes, cum conceptus dicat rationem rei. Huiusmodi autem sunt ea, quæ dicunt ipsi differre, secundum intentionem. Ergo &c.

Præterea, improbari potest, quantum ad hoc, quod dicit, quòd esse, & essentia differunt secundum intentionem, sic &c. Aut Esse dicit solum respectum ad Deum, sicut ad causam efficientem, aut dicit rem sub respectu. Si primo modo, contra dupliciter. Primò, quia nulla actio terminatur ad solũ respectum, vt patet per Philosoph. 5. Phys. creatio autem terminatur ad esse. Secundò quia accidens absolutum, cuius est inesse, non potest dare simpliciter esse, sed necessariò ipsum supponit; multò minus respectus, cuius est ad aliud esse, non dabit esse simpliciter, sed necessariò ipsum supponet. Secundo.

B Si dicatur secundum, scilicet, quòd Esse dicit rem sub prædicto respectu, non euaduntur prędicta inconuenientia, non enim euaditur primum; res enim secundum essentiã, secundum istos præexistit creationi. Ergo per creationem nihil fiet nisi respectus; nec etiam euaditur secundum; illud enim, quod secundum se intelligitur, & pręexistit omni respectui, non potest in suo significato includere respectum. Sed huiusmodi est esse simpliciter. Ergo &c.

¶ Secunda etiam positio, quæ ponit, ꝙ distinguntur esse, & essentia secundũ modũ significandi, vt cursus, & currere, potest specialiter improbari dupliciter. Impugnatur secũdus modus dicendi. Primo.

Primò. Quando aliqua distinguntur secundum modum significandi tantum, non potest dici vnum habere, vel non habere aliud; non enim propriè diceretur, ꝙ cursus

C habet, vel non habet currere. Sed propriè, & verè dicitur, quòd essentia habet, vel non habet esse. Ergo &c. Vnde videtur magis se habere sicut intellectus, & intelligere, & voluntas, & velle, quã sicut cursus, & currere.

Secundò, quia hic non quęrimus de diffinitione horum vocabulorum (esse, & essentia) sicut dicit dicta opinio, sed de distinctione rerum, quarum vna dicitur essentia, vel quidditas, vel natura, alia autem esse, vel actualis existentia; esto ergo, quòd prædicta positio assignet distinctionem inter ista duo, sub nominibus esse, & essentię accepta, si tamen hæc duo sub alijs vocabulis acciperentur, vt dictum est, vtpotè, quod vnum vocetur quidditas, aliud existentia actualis, prædicta positio ad horum distinctionem nihil videtur omnino facere. Secundo.

D Ad primam ergo rationem factam ad oppositum, ad probandum, scilicet, ꝙ non differunt realiter, dicendum, quòd ens potest sumi dupliciter, scilicet, vel per denominationem ab esse essentię, vel ab esse existentiæ: quo supposito, dicendum, ꝙ si ens, & vnum vniformiter accipiantur, minus addit Ad primã rationẽ in oppositum.

addit ens, quam vnum, vtpotè si accipiatur ens, quod dicitur ab esse essentiæ, & vnum super tali ente fundatum, vel etiam si accipiatur ens, quod dicitur ab esse existentiæ, & vnum super tali ente fundatum; sed si accipiatur difformiter, vtpotè accipiatur ens, quod dicitur ab esse existentiæ, vnum autem, quod fundatur super ente, quod dicitur ab esse essentiæ, minus addit vnum, quàm ens, quia vnum addit solam indiuisionem essentiæ supra id, de quo prędicatur, ens autem addit existentiam actualem, secundum quem modum ratio procedebat, & est maior rationis neganda.

Ad secũdũ. Ad secundum dicendum similiter, quòd Philosophus ibi loquitur de ente, quod deriuatur ab esse essentiæ, & de vno super tali ente fundato.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, quòd res dicitur ens, secundum quod ens idem est, quod actualiter existens, non per essentiam suam, sed per aliquid additum, idest, actualem existentiam; nec sequitur, quòd illud additum sit ens per aliquid aliud, sicut homo dicitur extensus quantitate, quantitas autem dicitur extensa seipsa, & non aliquo alio.

Ad quartũ. Ad quartum potest responderi dupliciter. Primò dicendo, quòd compositio essentiæ, & esse non est aliqua duarum compositionum, scilicet, formę, & materię, accidentis, & subiecti, sed quædam tertia differens ab vtraque. Vel potest responderi Secundò, circa quam responsionem est intelligendum; quòd esse ipsius substantiæ, & potest dici accidens in quantum est extra essentiam rei, secundum illum modum loquendi, quo dicitur, quicquid est extra essentiam rei, est accidens respectu essentiæ: & potest dici esse in genere substantiæ, sicut principium suppositi, sic enim materia, & forma reducuntur ad genus substantiæ, vt principium essentiæ, sic & esse, & essentia, vt principium suppositi. Quo supposito dicendum, quòd compositio esse, & essentiæ potest secundum aliquem modum dici compositio puræ potẽtiæ, & actus simpliciter, accipiendo actum simpliciter, non formam substantialem, vt ratio dicebat, sed actum aliquo modo pertinentem ad genus substantiæ, vt dictum est, intelligendo etiam per puram potentiam, non materiam primam, vt dicebat ratio, sed potentiam carentem totaliter actu substantiali, qui dicitur actualis existentia, quæ potentia est tota essentia rei. Potest etiam dici compositio esse, & essentiæ, compositio potentiæ secundum quid, & actus secundum quid; accipiendo per actum secundum quid, non actum, qui sit propriè accidens, de quo ratio procedebat, cui scilicet actui subiectum præintelligitur esse secundum actum pertinentem ad genus substantiæ, extra tamen rei essentiam existentem.

A

Secũda opinio. Secunda autem positio principalis est, quæ ponit, quòd esse realiter differat ab essentia, sed omnium existentium in eodem subiecto, quantumcunque differentium secundum essentias, sit vnicum esse actualis existentiæ, secundum quam positionem, etiam quæstio nullam difficultatem haberet; in Christo enim secundum hanc positionem oportet ponere vnicum esse, quod autem ita sit, quòd scilicet omnium existentium in eodem subiecto sit vnicum esse tantum; probatur quatuor rationibus, & vno exemplo.

B

Primò. Primò sic. Omnia, quæ sunt vnum subiecto, sunt vnum secundum esse. Sed hoc non esset, si in eodem essent plura esse. Ergo &c.

Secundo. Præterea. Accidentia non dicuntur entia, nisi quia sunt entis, vt patet per Philosophum 7. Metaphys. Sed hoc non est propter aliud, vt videtur, nisi quia accidentia non habent proprium esse, sed solum habent esse in existente. Ergo, & cætera.

Tertio. Præterea. Si in eodem sunt plura esse, vnum participabit aliud, sicut & vnum accidens aliud participat, vt quantitas qualitatem. Sed ipsi esse repugnat participari, cum sit actus ab omnibus participatus. Ergo &c.

Quarto. Præterea. Esse cum sit actus perfectissimus, videtur consequi formam perfectissimam. Huiusmodi autem est forma substantialis. Ergo &c.

C

Exemplũ. Adducunt etiam exemplum de extensione. Vna enim extensione substantia est extensa tanquam subiectum extensionis, quantitas est extensa, sicut ipsa formalis extensio, & color est extensus tanquam in extenso receptus, sic videtur etiam esse de ipso esse; vt scilicet ab vno existere dicatur substantia existens, quasi subiectum ipsius existentiæ actualis, & accidentia dicantur existentia tanquam inhærentia existenti.

Impugnatio dictæ opinionis. Prima. Sed ista positio stare non potest, propter multa. Primò, quia illud, quod non est vnum ens per se, non habet vnum esse. Sed tale est illud in quo sunt plures formæ substantiales, seu accidentales. Ergo &c. Maior patet. Quòd enim non est vnum ens per se, sed per accidens, est plura entia per se, & per consequens habet plura esse. Minor probatur. Quia secundum Philosophum in secundo de Anima, tex. 2. & in quinto Metaphys. cap. de vno, vnum per se faciunt pura potentia, & actus simpliciter.

D

Sed pura potentia dici non potest materia cum aliqua forma, nec actus simpliciter potest dici secundum Philosophum principio 1. de Generat. actus superueniens alteri actui. Ergo &c.

Secundo. Præterea. Secundum Philosophum 5. Physic. tex. 4. mutationes distinguuntur per terminos ad quos. Sed generatio, quæ est quædam mutatio terminatur ad esse. Ergo duplex generatio, vna scilicet, per quam introducitur forma substantialis, & alia per quam introducitur forma accidentalis, vel etiam multiplex generatio accidentalis. terminabitur ad diuersum esse.

Tertio. Præterea. Secundum numerum perfectibilium oportet ponere numerum propriarum perfectionum, cum perfectibile, & perfectio per correspondentiā se habeāt, sicut actus, & potentia. Sed esse est perfectio essentiæ. Ergo &c.

Quarto. Præterea. Quantitas, quæ est in Sacramento altaris sine subiecto, non potest dici, quòd careat omni esse, cum re vera existat in rerum natura, nec potest dici, quòd sit per esse substantiæ, per quòd erat antea, quia substantia non manet, & esse substātiæ inseparabilius consequitur ipsam substantiam, quàm quæcunq; proprietas suum subiectum, vt supra in arguēdo dictum est. Nec potest dici, quod per aliud esse de nouo sibi aduenıens existat; quod patet, tū ex eo, ꝙ immediatè dictum est, tum etiam quia sequeretur, quòd esset aliud ens, si haberet aliud esse. Relinquitur ergo quartum membrum, quia nullum aliud potest dari, scilicet, ꝙ quantitas existat per aliud esse formaliter ipsam perficiens, aliud ab esse substantiæ, quòd habebat, etiam quando inhærebat.

Quinto. Præterea. Illud, quod præexistit formæ accidentali in eodem subiecto, non potest esse formaliter perficiens formam accidentalem; præxistens enim in eodem se habet per modum informati, & non informantis, vt patet de quantitate respectu qualitatis, & de substantia respectu quantitatis. Sed existere substantiæ, præexistit omni formæ accidentali, saltem ordine naturæ, & intellectus; omnis enim forma accidentalis inest existenti. Ergo existere substantiæ non potest formaliter perficere formam accidentalem quamcunque: esse autem ad quamcunque essentiam comparatur, vt actus ad potentiam, & perfectio ad perfectibile, vtpotè existentem ipsam denominans. Ergo &c. Dicendum ergo, quòd omnes formæ accidentales habent propria esse in suo subiecto formaliter ipsas perficientia, quæ tamen esse, quia sunt esse secundum quid, dependent ab esse substantiæ, quod est esse simpliciter, sicut, & ipsæ formæ accidentales à forma substantiali dependent, & ratione huius dependentiæ esse substantiæ, potest dici

A esse omnium accidentium, quia scilicet, esse omnium accidentium innititur ipsi esse substantiæ, & omnia accidentia quantum ad esse dependent ab esse substantiæ.

Ad primum ergo, quod adducebatur pro ista opinione, dicendum, quòd omnia, quæ sunt in vno subiecto, dicuntur vnum, secundum esse, in quantum esse substantiæ, est esse omnium aliorum quodammodo, illi scilicet esse innitentium. — Soluuntur rōnes pdictę opinionis. Ad primū.

Ad Secundum dicendum, quòd accidentia pro tanto non dicuntur entia, sed entis, quia suum proprium esse non possunt habere, nisi innixum ipsi esse simpliciter, quod est esse substantiæ. — Ad secūdā.

Ad Tertium dicendum, quòd sicut vna essentia participat aliam, vt essentia substantię essentiam accidentis, ita non est inconueniens, quòd vnum esse participet aliud; semper enim illud, quod alicui substernitur, potest dici participare aliqualiter illud, cui substernitur, tale autem est esse substantiæ respectu esse accidentis, quod etiam necesse est dicere illos de alia positione, cum substantiam, & esse substantiæ, secundum eos etiam oporteat ponere, vt substratum ipsi accidenti; substantia enim non solum quantum ad essentiam, sed etiam quantum ad esse in actu, secundum omnes, præsupponitur, & substernitur accidenti. — Ad Tertiā. (B)

Ad Quartum dicendum, quòd esse simpliciter, quod est esse perfectum, consequitur solum formam substantialem; esse autem, secundum quid, consequitur formam accidentalem quamcunque. Exemplum autem de extensione non valet; extensio enim dicit aliquid determinati generis, non plurificabile per consequens in eodem subiecto, propter quod omnia, quæ sunt in eodem subiecto extensa, eadem extensione extensa sunt; sicut & omnia, quæ dicuntur alba in eodem subiecto, eadem albedine sunt alba; sed esse dicit aliquid commune diuersis, propter quod non oportet, quòd omnia, quæ sunt in eodem subiecto, sint per vnum esse entia. Et hoc sufficiat de Secundo principali. — Ad Quartā. (C)

PVNCTVM III.

Ponitur decisio Quæstionis ex Auctoris sententia.

D QVANTVM autem ad Tertium dicendum, ꝙ sicut patet ex reprobatione duarum primarum positionum, esse differt realiter ab essentia, sicut actus à potentia, actus autem proportionari debent suis

suis potentijs. Ergo secundum quem modum ponuntur essentiæ, secundum eundem oportet ponere existentias; quatuor autem solum in vniuerso videntur esse essentiæ, quantum ad præsens spectat.

Vbi intelligendum, quòd modus essentiæ substantiæ est, vt sit alteri non innixa; modus autem essentiæ accidentis est, vt sit alteri inhærens, seu innixa, vt de se patet. Quo supposito dicendum, quòd est quædam essentia substãtialis quantum ad rem, & quantum ad modum, vt humanitas Sortis. Et est alia accidentalis quantum ad rẽ, & modum, vt albedo Sortis. Et est quædã tertia, accidentalis quantum ad rem, sed substantialis quantum ad modum, vt quãtitas, quæ est in Sacramento altaris, quæ realiter est accidens, tamen habet modum substantiæ, quia alteri non inhæret. Et est quędam quarta essentia substantialis quantum ad rem, accidentalis tamen quantum ad modum, & hæc est humana natura, quæ est in Christo, quæ realiter est substantia, habet tamen modum accidentis, non quidem quantum ad hoc, quòd sit inhærens, sicut accidens, sed quia est innixa supposito alterius naturæ, diuinę, scilicet, sicut accidens innititur supposito alterius naturæ, scilicet substantiæ. Humana ergo natura Christi habet modum accidentis, in communi de tali modo loquendo, non in speciali. Sic ergo esse per correspondentiam se habet ad essentias, vt supra dictum est, & probatum. Est enim quoddam esse substantiale quantum ad rem, & modum, vt esse Sortis, quod dicitur esse subsistentiæ. Quoddam accidentale quantum ad rem, & modum, vt esse albedinis, quæ est in Sorte, quod dicitur esse inexistentiæ. Quoddam accidentale quantum ad rem, substãtiale, quantum ad modum, vt esse quantitatis, quæ est in Sacramẽto altaris: & quoddam substantiale quantum ad rem, accidẽtale, quantum ad modum, vt esse humanæ naturæ Christi.

Secundum ergo ista ad quæstionem propositam dicendum est, quòd in Christo est duplex esse substantiale quantum ad rem, diuinæ naturæ, scilicet, & humanæ. Quorum primum est substantiale, etiam quantum ad modum. Secundum autem accidentale quantum ad modum, vt supra dictum est. Nec valet quod contra hoc dicitur, quòd esse est suppositi, & in Christo est vnum suppositum, quia etiam natura est suppositi, & non minus est de ratione suppositi natura, quam esse, & tamen natura est duplex in Christo. Est etiam multiplex esse accidentale, quantum ad rẽ, & modum, quot, scilicet, accidentia sunt in Christo, quorum omnium probatio ex supradictis patet, posset siquidem talis ratio formari ad probandum prædicta omnia.

Probatio Sententię Auctoris.

Illud in quo est duplex natura substantialis quantum ad rem, quarum vna est substantialis quantum ad modum, alia non; & in quo est multiplex essentia accidentalis quantum ad rem, & modum, est etiam multiplex esse per correspondentiam se habens ad prædictas essentias. Christus est huiusmodi. Ergo &c. Maior patet. Minor supponitur ex fide. * Et hæc sint dicta sine præiudicio cuiuscunque, opinatiuè, scilicet, absq; assertione, maximè si contineret aliquid, quod videatur contrarium dictis REVERENDI PATRIS DOCTORIS OMNIVM, ET MAGISTRI FRATRIS THOMÆ DE AQVINO.

* Auctor testatur in hac materia opinatiuè loqui nõ assertiuè, & subdit se doctrinæ S. Thom. nolle cõtradicere. Vbi nota quãti faciat doctrinã Sãcti Thomæ.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I.

AD Primum ergo dicendum, quòd in Christo fuit duplex viuere, sed vnum scilicet diuinum, est esse subsistentiæ quantum ad rem, & modum; aliud, scilicet humanum est esse subsistentiæ quantum ad rem, sed inexistentiæ quantum ad modum vtpotè dependens ab esse diuino. Et ad probationem factam contra hoc, dicendum, quòd dependere ab aliquo sicut à causa efficiente, est imperfectionis, sed dependere ab aliquo, sicut ab eo, in quo subsistit, est perfectionis respectu alterius eiusdem generis, sicut enim nobilius est sensitiuum hominis, quòd subsistit in rationali, quàm sensitiuum bruti, quod subsistit per se, sic, & nobilius est viuere humanæ naturæ Christi, quæ subsistit in supposito æterno, quàm humanæ naturæ alterius hominis, quæ subsistit in supposito creato; Viuere enim in perfectiori ad perfectionem pertinet, non ad imperfectionem.

AD II.

Ad secundum dicendum, quòd anima rationalis Christi dabat ipsi aliquod esse creatum, sed illud erat esse subsistentiæ quantum ad rem, sed inexistentiæ quantum ad modum. Et ad probationem factam contra hoc dicendum, quod aliqua forma accidentalis est, quæ non habet esse inexistentiæ quantum ad modum, vt dictum est de quantitate, quæ est in Sacramento altaris: & similiter aliqua forma substantialis est, quę non dat esse subsistentię quantum ad modum, sed quantum ad rem tantum, vt natura Christi. Vel posset dici ad hoc, quòd nulla forma accidentalis inhærens est per se existens; hoc enim contradictionem implicat, & propter hoc omnis talis forma dat esse inexistentiæ quantũ ad rem, & modum, sed aliqua forma substantialis potest subsistere in supposito ęterno, vt supponimus de anima Christi, propter quod talis forma dabit esse subsistentię quantum ad rem, & non quantum ad mo-

dum: vnde non est simile quantum ad hoc de forma substantiali, & accidentali.

AD III. Ad tertium dicendum, quod in Christo est duplex natiuitas, & generatio, vt dicebatur in arguendo, quarum vna, scilicet, æterna terminatur ad esse subsistentię quantum ad rem, & modum. Alia, scilicet, temporalis terminatur ad esse subsistentiæ quantum ad rem, sed inexistentiæ quantum ad modum. Vnde talis duplicitas non arguit duplicitatem esse subsistentiæ quantum ad rem, & modum. Respectus autem filiationis realis non duplicatur in Christo, secundum communiorem opinionem propter vnitatem suppositi æterni; filiatio enim est relatio personalis; personæ autem diuinæ ad creaturam, nullus respectus est realis respectu Dei, sed solum secundum rationem. Et ad illud, quod dicebatur contra hoc, dicendum, quòd sicut Deus est realiter dominus creaturæ de nouo propter nouam realem subiectionem creaturæ ad Deum, non quia relatio dominij sit realis in Deo: sic & Christus erat realiter, & de nouo filius Virginis, non quia respectus filiationis erat realis in ipso, sed propter realem respectum maternitatis Matris ad ipsum. Quęre de hoc tertia parte, quæst. 35. artic. 5.

AD IV. Ad quartum dicẽdum, quòd de Christo potest verè duplex quæstio, si est, formari, imo multiplex propter multa esse, quæ sũt in Christo, quorum tamen vnum tantum est esse subsistentię, quantũ ad rem, & modum, vt dictum est. Vel dicendum, & melius, quòd quia multiplex quæstio potest C formari de Christo, oportet in Christo esse A multiplex esse, ꝙ dicit veritatem propositionis, & non aliud; sicut enim de Christo potest multiplex quæstio, si est formari, sic & multiplex vera propositio, quæ respondet ad talem multiplicitatem quæstionum.

AD V. Ad quintum dicendum, quòd humana natura Christi non est suppositum, est tñ in æterno supposito, propter quod esse potest subiectum accidentis proprij, & communis, sicut & quantitas est subiectum qualitatis.

AD VI. Ad sextum dicendũ, quòd esse subsistentiæ quantum ad rem necessariò consequitur essentiam substantiæ, non autem esse subsistentiæ, quãtùm ad modum, maximè quando essentia substantiæ modum habet accidentis in hoc, quòd existit in supposito B alterius naturæ; esse enim, & essentia quãtum ad rem, & quantum ad modum debẽt per correspondentiam se habere, & talis est humana natura Christi. Ad argumentum factum in contrarium dicendum, ꝙ vnius rei simpliciter, & totaliter, quantum scilicet ad naturam, & essentiã (sicut dicimus vnam rem esse quãtitatem, vel vnam qualitatem) est vnicum esse simpliciter, talis autẽ vnitas non est in Christo, in quo sunt multæ naturæ. Vel dicendum, quòd in vnius rei subiecto, vel supposito est vnum esse subsistenę, quantùm ad rem, & modum, & hoc est in Christo, non autem oportet, quòd sit vnũ esse simpliciter. Et per hoc patet ad quæstionem, & argumenta.

QVAESTIO X.

Vtrum esse rerum creatarum sit in continuo fieri, vel in continuo facto esse.

Pro Parte Affirmatiua.

ARG. I. ET videtur, quòd sit in continuo fieri, & primò de rebus viuentibus, sic. Secundũ Phil. 2. de Anima t. 37. viuere viuentibus est esse. Secundum eũdem in princ. 8. Physicorum, motus est vita quædam omnibus natura existentibus: esse autem motus est in continuo fieri. Ergo &c.

II. PRÆT. Hoc de omnibus generabilibus, & corruptibilibus videtur, sic. Mensura, & mensuratum debent sibi inuicem D correspondere quantum ad fluxum, & permanentiam. Sed tempus, quod est mensura esse generabilium, & corruptibilium, est in continuo fieri. Ergo &c.

III. PRÆT. Hoc videtur de omnibus creatis generaliter. Conseruare enim, & creare eadem actio sunt, vt videtur, sicut sol eadem actio-

actione illuminat aerem, & lumen ipsum conseruat. Sed Deus continuò conseruat creaturas, vt patet per Aug. 4. super Gen. ad lit. c. 11. vbi dicit [Quæ virtus ab eis, quæ creata sunt regendis si aliquando cessaret, simul, & illorũ cessaret species, &c.] Ergo Deus creaturas continuò creat. Esse ergo
IV. creaturarum est in continuo creari, & fieri

PRÆT. Deus continuò facit creaturam. Ergo creatura continuò fit à Deo. Consequentia patet. Probatio antecedentis. Deus continuò conseruat creaturam, vt iã dictum est, conseruare autem Dei, aut est actio manens in agente, quæ proprie dicitur actio; aut transiens in exteriorem materiam, quæ propriè dicitur factio, vt dicitur 8. Metaph. primum dici non potest; cõseruare enim passiuè acceptum, subiectiuè est in creatura, & non in agente, idest conseruante, per actionem etiam manentem in agente, Deus principaliter ad seipsum refertur; principaliter enim Deus intelligit, & vult seipsum, per conseruare autem refertur ad creaturam, non enim seipsum, sed creaturam conseruat. Continuum ergo cõseruare, est continuum facere, Deus ergo qui continuè conseruat creaturas, continuè eas facit, quod erat antecedens.

PRÆT. Sicut pater est principium filij per generationem, sic est principium creaturæ per creationem. Sed pater semper generat filium, secundũ sanctos. Ergo semper creat creaturam quamdiu est creatura, & per consequẽs semper creatura creatur,
VI. & fit à Deo.

PRÆT. Quia dixerat respondens, ꝙ esse motus est in continuo fieri. Contra, sicut se habet linea ad punctum, sic motus ad mutatum esse. Sed linea non esset, si solũ esset vnum punctum. Ergo nec motus debet dici esse, si sit solum vnum eius mutatum esse, sed dum fit motus nihil est de motu, nisi vnum mutatum esse, sicut & de tempore nihil est, nisi nunc. Ergo motus dũ
VII. fit, non est.

PRÆT. Quia dixerat respondens, ꝙ esse permanentium non est in fieri. Contra, dum aliquid fit album, est album, vt potest patere per Philos. 6. Phys. vbi dicit, quòd nihil mouetur, dum est in termino à quo, sed dum est in medio, medium autem sapit naturam extremorum. Sed albedo dicit aliquid permanens, simul ergo sunt fieri, & esse permanentis.

Pro Parte Opposita.

SED CONTRA. Auctor sex principiorum cap. 1. dicit, quòd forma est simplici, & inuariabili essentia consistens, Sed esse est actus proprius formæ. Esse ergo rerum, est inuariabile; sed quod est in continuo fieri, est subiectum continuæ variationi. Ergo &c.

A *Responsio ad Quæstionem.*

RESPONDEO. In hac Quæstione est sic procedendum. Primo, narrabitur quædam opinio circa hoc, cum sua probatione. Secundò, improbabitur. Tertiò, præmittentur quædam suppositiones. Quarto, ex improbatione prædicta, & ex his suppositionibus declarabitur veritas Quæstionis. Quintò, & vltimò, respondebitur ad argumenta positionis prædictæ.

PVNCTVM I.

Recensetur quædam opinio cum suis fundamentis.

QVANTVM ad Primum horum est sciendum, quòd quidam dixerunt, quòd esse rerum creatarum est in cõtinuo fieri, & fluxu, seu variatione, ad ꝙ quidem ponendum inducti sunt triplici ratione. Opinio quædam
B

Prima talis est. Illud, quod non habet totum suum esse simul, sed habet illud per partes, videtur esse in continuo fieri, & fluxu; hoc enim videtur proprium motus, & temporis. Sed secundum Boetium libro 5. de Consolatione, nullum creatum potest totum suum esse simul recipere à Deo, sed recipit eum per partes. Ergo &c. 1. Ratio

Præterea. Maior est dependentia creaturæ à Deo, quam cuiuscunq; creaturæ ab alia. Sed aliquis effectus creatus sic dependet à causa sua creata, quòd est in continuo fieri ab ipsa. Ergo &c. Maior patet. Minor probatur per Aug. 8. super Gen. ad lit. c. 12. vbi dicit, quòd [Aer præsente lumine non factus est lucidus, sed fit, quia si factus esset non fieret, sed ẽt absente lumine lucidus maneret.] Secunda
C

Præterea. illud, quod est proprium Dei non potest communicari alicui creaturæ. Sed esse stabile, & permanens est proprium Dei. Ergo &c. Tertia

Et confirmatur ratio hæc per dictũ Boetij lib. 3. de Consolat. metr. 9. de Deo dicẽtis, quòd immobilis manens, dat cuncta moueri. Et hæc de Primo. Confirmatio.

PVNCTVM II.

Reprobatur supradicta opinio.

QVANTVM ad Secundum videtur, quòd hæc opinio possit sic improbari. Esse creaturæ (vt dictum est in alia Quæstione, & probatum) duplex est, scilicet quidditatiuum, siue essentiale, & actualis existentiæ. Si ergo esse creaturæ est in continuo fieri, aut hoc est verum solum de esse existentiæ; aut solum de esse essen- Improbatur hæc sẽtentia dilẽmate.
D

essentiæ: aut simul de vtroque.

Primũ membrum huius dilemmatis improbatur. Primo.

Primum stare non potest, quod probatur tripliciter. *A* Primò sic, Esse actualis existentiæ est aliquid permanentius, quàm quæcunq; proprietas naturalis. Sed proprietas naturalis est sic permanens, quòd non est in continuo fieri, fluxu, & variatione; idem enim intelligo per omnia ista tria propriè accipiendo fieri. Ergo &c. Probatio vtriusq; assumptæ. Et primæ. Quantò aliquid se habet immediatius ad illud, quod est permanens, tantò videtur esse aliquid permanentius. Sed actualis existentia immediatius se habet ad essentiam rei, quæ supponitur in hoc mẽbro esse aliquid permanens, quam quæcunq; proprietas naturalis: quia proprietas naturalis, cũ sit quoddam accidens, præsupponit in subiecto existere; non enim inest nisi existenti, propter quod existere immediatius se habet ad subiectum, quam naturalis proprietas quæcunq; *B*, sicut quãtitas immediatius se habet ad substantiam, quam qualitas, quæ inest substantiæ mediante quantitate. Ergo &c. Secunda etiam assumpta probari potest per illud, quod communiter dicitur, scilicet, quòd accidens proprium est inuariabile, accidens autem commune variabile, illud autem, quod habet esse inuariabile, habet esse permanens, non in fluxu, & fieri.

Secundo.

Preterea. Esse, quod mensuratur æuo, non tempore, est esse stabile, seu permanẽs, & non in fluxu, & fieri. Sed tale est esse multarum creaturarum, vt corporum cælestium, & substantiarum separatarum, vt communiter omnes Doctores dicunt. Ergo &c. Minor patet. Maior probatur per id, quod communiter dicitur, scilicet, quòd tempus mẽsurat motum, & illud cuius esse est in fieri, fluxu, seu motu. *C* Æuum autèm mensurat esse stabile, & permanens, secundum se, variabile tamen, secundum aliqua sibi inhærentia, .f. Vbi, vel Actus quoscunque: æternitas autem mensurat esse, quod est quantum ad omnia inuariabile.

Tertio.

Præterea. Illud, quod habet in subiecto aliquam causam necessariam, & inuariabilem, videtur esse aliquid permanens, & stabile. Sed tale est esse multarum creaturarum. Ergo &c. Maior videtur vera; ad causam enim perfectã necessariò sequitur effectus, & effectus imitatur causam; vnde si causa est necessaria, & permanens, & illud, quod ad causam sequitur, videtur esse stabile, & permanens. Minor probatur; causa enim necessaria actualis existentiæ videtur esse inhærentia formæ in materia in rebus compositis, vel forma tantum in simplicibus; quandiu enim forma est in materia, *D* res existit solùm, sed vnio formę, & materię in aliquibus, vtpotè in corporibus cælestibus, est aliquid permanens, & stabile, quod patet tum ex eo, quod communiter dicitur, scilicet, quòd formæ talium tanquam replentes totum appetitũ materiæ, sunt a materia inseparabiles; tum ex eo, quod supponitur in hoc membro, scilicet, quòd esse essentiæ est aliquid permanens, & stabile, quod esse essentiæ idem est, quod essentia, essentia autem talium nihil est aliud, quam materia, & forma eorum vnita. Ergo &c.

Secundum mẽbrũ dilẽmatis impugnatur. Primo.

Non potest etiam dici secundum membrum trium prædictorum, scilicet, quod esse essentiæ tantum rei creatæ sit in continuò fluxu, & fieri. Quod apparet tripliciter.

Primò sic, quando aliquid componitur ex duobus, quorum vnum est potentia respectu alterius, & reliquum actus, si variatur, variatio est secundum illud, quod est actus, & non secundum illud, quod est potentia, vt generatio substantialis, secundum formam substantialem, motus autem quicunq; secundum formam accidentalem; esse autem comparatur ad essentiã, vt actus ad potentiam: impossibile est ergo, quòd res varietur quantum ad essentiam tantũ, & non quantum ad esse.

Secundo.

Præterea. Variatio omnis, & fieri, naturaliter loquendo, supponit subiectum. Sed non est dare aliquod subiectum respectu totius esse rei, imò essentia subijcitur omnibus alijs, quę sunt in re. Ergo &c.

Tertio.

Præterea. Si essentia rei est in fieri, & fluxu, & materia est pars essentię rerum naturalium. Ergo materia etiam, erit in continuò fieri, & fluxu, seu variatione, quod est contra Philosoph. in fin. 1. Phys. & contra rationem. Quia non esset dare subiectum talis fluxus, & variationis.

Tertium mẽbrũ dilemmatis impugnatur.

Non potest etiam dari tertium membrũ prædictorum, scilicet, quòd creatura, quãtum ad vtrumq; esse essentiæ, & existentiæ sit in continuo fieri, & fluxu, quod etiam apparet tripliciter.

Primo.

Primò, quia ad destructionem partium integralium sequitur destructio totius, & multò magis ad destructionem omnium partium integralium; si ergo res non est in continuo fluxu, & fieri nec quãtum ad esse essentiæ, nec quantum ad esse existentię. Ergo nec quantum ad vtrumque.

Secundo.

Præterea. Substantia est aliquid permanentius, quàm accidens, si ergo substantia quantum ad vtrumq; esse, est in continuò fluxu, & fieri, multò magis, & accidens, sed in re nihil aliud est nisi essentia, actualis existentia, & accidens. Ergo res quantùm ad omnia, quæ habet, est in continuò fluxu, & fieri, quòd esset redire ad antiquam opinionem Philosophorum, dicentium, quòd sicut non contingit eandem aquam fluuij bis tangere, sic nec in duobus instantibus, res quæcunq; est in eadem dispositione, quæ opinio improbatur à Philosoph. 4. Metaph. cap. 5.

Tertio.

Præterea. Si esse omnium creaturarum est in continuo fieri: aut est vnum, & idem in toto tempore, cum innouatione tamen

& va-

& variatione: aut semper est aliud, & aliud. Si dicatur primum, contra, quia variatio intelligi non potest circa idem esse numero, nisi dupliciter, scilicet, vel per modum intentionis, vt est de esse albedinis in motu dealbationis: vel secundum extensionem, vt scilicet, intelligatur fieri pars post partē, vt est de motu augmenti, qui fit per additionem quanti ad quantum. Primum istorum stare non potest, quia sequeretur, ꝙ omnia creata reciperent magis, & minus, quod est falsum de subsistentijs, & de omnibus accidentibus quorum ratio in indiuisibili consistit, vt patet per Philos. in Prædicamentis cap. de Substantia, & cap. de Quantitate. Secundum etiam non potest stare, quicquid enim habet partem, & partem, diuisibile est, multorum autem esse tam quidditatiuum, quàm existentiæ, simplex est, cuius ratio, vtpotè in indiuisibili consistit.

Si autem detur secundum membrum principale, scilicet, quòd non sit vnum, & idem esse in tota duratione, contra arguitur, hoc enim non posset esse, nisi vno triu modorum: scilicet, quòd aut esse præcedens corrumperetur adueniente sequente; & hoc e t impossibile, quia sequeretur, quòd nihil esset incorruptibile per naturam, & ꝙ nulla creatura esset eadem numero in duobus instantibus, quorum vtrumq; est falsum, & impossibile. Aut secundò, quòd esse sequens simul esset cum esse præcedenti realiter distinctum ab ipso, & hoc est etiam impossibile, quia cum ens, & vnum cōuertantur, sic se habet res ad vnitatem, sicut ad esse; vnde res in qua sunt plura esse substantialia, vna esse non potest: Nulla igitur creatura est simpliciter vna, quòd est falsū. Aut tertiò oporteret ponere, quòd ex duobus esse, scilicet, præcedēte, & sequente fieret vnum, quod etiam est impossibile, quia ex pluribus existentibus in actu, non potest fieri per se vnum; sed existens actu dicitur ab esse. Ergo ex pluribus esse substantialibus non potest fieri vnum per se; nulla ergo res esset simpliciter vna. Et hæc de Secundo principali.

PVNCTVM III.

Quædam supposita præmittuntur pro explicatione terminorum Quæstionis.

QVANTVM autem ad Tertium, tria supponenda sunt. Primum est, quid significent termini in Quæstione positi, scilicet fieri, & factum esse, vbi intelligendum est, quòd fieri potest tripliciter accipi. Vno modo pro accipere esse ab alio, sicut ab efficiente, quod dico propter generationē filij à patre in diuinis, seu pro dependere ab aliquo efficiente. Secundò modo pro habere esse de nouo, seu pro nouitate essendi. Tertio modo, pro fluxu quodam, seu variatione, siuè circa ipsum, siuè circa aliquid præexistens. Et horum ratio est, quia cum voces significēt conceptus, vt dicitur 1. Perher. illis primo nomina imponimus, quæ primo cognoscimus, & ex illis ad alia deriuamus: fieri autem nobis primò, & maximè notum est, cum motu quodam, vel mutatione, vbi sunt prædicta tria, scilicet dependentia ab aliquo efficiente, (omne enim, quòd mouetur, ab alio mouetur, vt probatur in 8. Phys. c.4.) & nouitas, & successio. Factum autem esse propriè quantum ad nominis etymologiam, dicitur, cuius fieri præterijt, & per consequens potest esse tripliciter, scilicet. Aut quia aliquando ab aliquo dependebat, & postea non dependet, vt domus ab artifice, postquam est facta. Aut quia aliquando habuit esse de nouo, postea caret nouitate, vt homo post primū instans suæ generationis. Aut quia si qua successio precessit, terminata est. Largè autem, seu quantum ad hominis significatum, factum esse idem est, quòd esse perfectum; in his enim, quæ videmus communiter, apparet, quòd res dū est in fieri est imperfecta, dum autem est in facto esse, est perfecta.

Primū suppositum.

Secundò, supponendum est, quòd effectus aliquis dependet à causa sua tripliciter. Quidam enim dependet quantùm ad perfectionem, quam habet à causa sua, solum in primo instanti, vt patet de domo, respectu domificatoris, omnis siquidem effectus dependet à causa sua, quantum ad primum instans sui esse, in tali enim instanti dicitur fieri, vel mutari; & omne quòd mutatur, vel fit, ab alio fit, vel mutatur, vt supra allegatum est; sed aliquæ formæ sunt, quæ videntur habere causam in subiecto in quo recipiuntur, postquam in esse productæ sunt, vt dictum est de forma domus, cuius permanentia dependere videtur ex ipsa duritie lapidum, & lignorum. Quidam alius effectus est, qui dependet à causa sua, quantum ad totam suam durationem, quando scilicet ex parte subiecti ex parte subiecti recipientis, nulla causa assignari posset permanentiæ formæ in subiecto, vt patet de luce aeris respectu solis; vel quando in subiecto est aliquid repugnans existētiæ formæ in materia, vt patet de figura sigilli recepta in aqua, in qua .s. ē humiditas, quæ repugnat retentioni figuræ; humida n. sunt malè terminabilia terminis ꝓprijs, figura autem est, quæ termino, vel terminis compræhenditur; vel si sit successiuum, vt motus; omne enim, quod mouetur, ab alio mouetur, & tempus per consequens, quod est in motu sicut in subiecto. Quidam alius effectus est quasi medio modo se habens, qui scilicet retinere potest formam sibi ab agente datam, pro aliquo tempore, vel modicum

Secundum suppositū.

tricum, & si non semper, vt patet de aqua calefacta ab igne; quia enim aqua rarefit ab igne (quæ rarefactio est dispositio ad calorem) idcircò per aliquod tempus calorem retinet; quia verò est naturaliter frigida (naturalia autem semper manent,& omne contrarium est expulsiuum sui contrarij) idcircò tandem redit ad suam frigiditatem, sicut lapis quantumcunq; violenter motus sursum,tandem mouetur deorsum.

Tertium suppositum.

Tertiò supponendum est,quòd aliqua tripliciter se possunt habere ad successionē. Quædam enim sunt,contra quorum rationem est successio,vt substantiæ, & omnia illa, quorum ratio est in indiuisibili; successio enim partibilitatem, & diuisibilitatem includit: ea autem quorum ratio in indiuisibili consistit, partem, & partem habere non possunt. Quædam autem sunt, de quorum ratione est successio, vt motus, & tempus; motus enim nihil aliud esse videtur, quàm fluxus quidam, & successio alicuius,scilicet vbi,vel formæ in subiecto aliquo; & quia tempus est mensura motus, id circò ratio temporis esse videtur in quadā successione. Quædam alia sunt medio modo se habentia sicut omnia, quæ suscipiunt magis,& minus,talia quędam cū successione esse possunt, quia ratio eorum in indiuisibili non consistit; possunt etiam esse sine successione, quia successio de ratione eorū non est. Et hæc de Tertio principali.

PVNCTVM IV.

Ponitur sententia Auctoris tribus conclusionibus explicata.

Sententia Auctoris.

QVANTVM autem ad Quartum, supposita reprobatione positionis prędictæ, & suppositis tribus suppositionibus prædictis, ad quæstionem respondendum est per distinctionem. Quia aut quæstio quærit de esse illorum, quorum ratio consistit in successione, vt de esse motus, & temporis: aut de esse eorum, quorū ratio consistit in indiuisibili: aut de esse eorum, quæ medio modo se habent, eorum scilicet, quæ possunt recipere magis, & minus.

Prima conclusio.

¶ Si quærat quæstio de esse primorum entium. Dicendum, quòd esse talium, pro ut talibus potest cōpetere esse, scilicet secundum aliquid sui indiuisibile, est in continuo fieri omnibus tribus modis prædictis, cum sint in continua dependentia ab alio, & nouitate,& successione; & per consequens factum esse talibus secundum se totū, conuenire non potest, nisi postquam desinunt esse, sed secundum partem aliquā semper sunt in facto esse, quia vt probatur in 6.Physic. Omne quod mutatur, secundum partem aliquā mutatū est. Ergo &c.

Secunda conclusio bimembris. Ratio primi membri.

¶ Si autem quæratur de esse rerum, A contra quorum rationem est successio, in quibus per consequens non possunt accipi fieri, & factum esse tertio modo. Sic dicendum, quod si talia essent æterna,esse earum esset in cōtinuo fieri primo modo accepto, respectu causæ primæ, vel alterius, à qua dependerent; non autem accepto secundo modo, cum talia carerent nouitate, & nunquam essent in facto esse,prout factum esse dicitur, cuius fieri prçterijt, vt sonat nomē: sed possent dici esse in facto esse semper, pro vt factum esse dicit esse perfectum.

Ratio secūdi membri.

Si autem talia incipiant esse de nouo, aut incipiunt per creationem à Deo, aut per generationem ab agente naturali. Si primo modo, sic dicendum, quòd in primo instāti suæ durationis sunt in fieri primo, & secundo modo accepto, quia pro tunc, & dependent ab efficiente,& habēt de nouo esse B naturæ, & per consequens pro tunc non sunt propriè in facto esse, nisi factum esse accipiatur pro esse perfectum, in tota autem duratione sequente sunt in facto esse secundo modo accepto, & etiam pro vt factum esse idem est,quòd esse perfectum, & in continuo fieri primo modo accepto, nec in fieri accepto secundo modo, & hæc omnia intelligenda sunt comparando creaturas ad Deum,vt loquimur in hoc mēbro. Si autem talia sint producta per generationem naturalem, sic dicendum, quod in tēpore alterationis prçcedente generationem naturalem, talia sunt in fieri primo, & tertio modo accepto, cum pro tunc, & à generato dependeāt, & sic successio quædam, & fluxus quantum ad aliquid præexistens, non autem secundo modo, quia nō possunt dici adhuc habere esse, non autem sunt in C facto esse qualitercūq; factum esse accipiatur, vt de se patet, pro primo autem instanti suæ generationis,simile est de ijs,q̄ creantur, & similiter pro tota duratione sequente, si sunt effectus à generante dependentes quantum ad esse,esset autem dissimile,si sic ab eo non dependerent.

Tertia conclusio.

¶ Si autem quæratur de rebus tertij generis, sic dicendum idem de eis quantum ad tempus, in quo est in eis successio, quod dictum est de successiuis, quantum autem ad tempus quo carent successione idem dicendum est de eis, quod dictum est de permanentibus.

§

Soluuntur argumenta opinionis superius impugnatæ.

¶ Nunc autem respondendum est ad tria argumenta facta pro prima opinione, quod erat quintum principale.

Ad primam rationem.

D Ad primum illorum dicendum, quòd dictum Boetij est intelligendum de esse rerum creatarum non substantiali, sed accidentali; nulla enim creatura est, quæ quantum ad accidens aliquod successionem non habeat,vt quantum ad vbi,vel quantum ad ali-

aliquas operationes; & ideò verè dici potest, quod creatura omnis suum esse accidentale simul totum non habeat, sed successiuum.

Ad secūdā rationem. Ad secundū dicendū, q Augusl. loquitur de fieri, & facto esse, non propriè, sed largè, vt tactum est in corpore solutionis, pro fieri siquidem lucidum, intelligit habere lucem cum dependentia ab alio, & imperfectione sicut habet aer, & perfectum esse lucidum, intelligit habere lucem sine tali dependentia, & imperfectione, sicut habet sol, & hoc expresse sonant verba sua; nam loquens de aere, dicit [Si factus esset lucidus, non fieret.] Idest, si haberet lucem, sic perfecte, & sine dependentia, sicut habet sol, etiam absente sole lucidus esset.

Ad tertiam ratione, & cōfirmationem simul. Ad tertium dicendum, quòd esse stabile, & permanens, quantum ad omnia simpliciter, quæ in seipso habet, est proprium Dei. Sed habere esse substantiale stabile, & permanens, & posse variari quantum ad aliqua accidentalia, potest competere creaturæ, ad quod etiam referendum est illud Boetij [Immobilis manens, &c.] Vel potest dici, quòd solius Dei esse est permanens, & stabile, vtpotè, quod nunquàm incipit, & per nullam potentiam potest desinere, quod de esse nullius creaturæ verificari potest. Et sic patet totum quod pertinet ad corpus solutionis.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD Primum ergo factum in contrarium posset dici, quòd viuere est analogum, vel æquiuocum. Aliquando enim accipitur pro esse viuentis, & sic accipitur secundo de Anima loco citato. Aliquando pro opere vitæ; siuè illud opus sit motus localis, qui est motus propriè dictus; vtpotè, qui est actus imperfecti, & sic accipitur 8. Physic. initio, siuè impropriè, qui est actus perfecti, vndè fallacia æquiuocationis committitur si concluderetur, quod esse viuentium, sit motus.

Responsio quædam.

Impugnatio Sed hæc responsio non est sufficiens, quia Philosophus 8. Physic. loco citato, loquitur non solum de motu viuentium, vt exponitur secundum responsionem prædictam, sed de motu omnium rerum naturalium; ait enim quod motus est vita quædam omnibus natura existentibus.

Solutio Auctoris. Et ideo aliter dicendum est, quod Philosophus non dicit, ibi, quod motus sit vita quædam &c. Sed quod est vt vita quædam, idest, similitudinem habet quandam cum vita; quod quidem exponi potest dupliciter, scilicet, vel de motu primi mobilis, secundum Commentatorem, vel de motu naturali quocunq; secundum alios. Primo modo exponitur sic, vita sic se habet ad viuens, quod quantum ad omnes operationes vitales ab ea dependet viuens, & sic est

A de motu primi mobilis, respectu omnium motuum, omnium rerum naturalium, & omnium etiam naturalium operationum. Secundum enim Philosophum 8. Physic. cap. 7. Omnes motus ad motum localem reducuntur; sicut ad causam, & omnes motus locales ad motum primi mobilis, propter quod ab ipso, sicut à causa omnes alij motus naturales dependent, sic quod ipso desinente omnes desinerent; sicut etiam est de motu cordis respectu omnium aliorum membrorum, sicut etiam Rabbi Moyses dicit, sic est motus primi cæli in vniuerso, sicut motus cordis est in animali. Secundò modo potest sic exponi, sicut se habet vita, idest, vitalis operatio ad viuens, quod scilicet, est ei propria, & inest ei à principio intrinseco, quod est anima; sic se habet motus naturalis quicunq; ad rem naturalem,

B vtpotè motus deorsum ad graue, motus sursum ad leue, &c. quia scilicet, ei pprius, & inest sibi à principio intrinseco, quod est natura.

Ad secundum dicendum, quòd hæc est differentia inter æternitatem, tempus, & æuum, quod æternitas est mensura esse increati, quod est totaliter stabile. Æuum esse stabilis creati, tempus esse fluentis. Quo supposito ad argumentum dicendum, quod esse generabilium, & corruptibilium, siuè sint subsistentia, siuè inhærentia, in quantum est fluens, seu subiectum variationi; mensuratur tempore. Sed quia talia non fluunt continuè, in quantum stabilitatem, & permanentiam habent secundum quamcunq; durationem, videtur quibusdam sm̄ prædicta, quod non tempore, sed æuo mensurentur. AD II.

C Ad tertium dicendum, quod sicut actio, & passio sunt vnus motus realiter, inter se tamen differunt ratione, propter quod nec passio est actio, nec è conuerso, nec quod agit patitur, nec è conuerso, sic & conseruare, & creare actiuè accepta, sunt eadem actio Dei, & passiuè accepta sunt idem effectus realiter, idest, esse creaturæ cum respectu dependentiæ ad Deum, sicut ad causam: differunt tamen ratione inter se qualitercunq; accepta; esse enim creaturæ cum respectu prædicto, in primo instanti suæ durationis dicitur creatio accepta passiuè; & actio Dei vt existens in tali instanti, dicitur creatio accepta actiue: in tota autem duratione sequenti conseruatio actiua, vel passiua nuncupatur. Vnde non sequitur, quod si continuè conseruat, creet, propter differentiam rationis inter conseruationem, & creationem prædictam. AD III.

D Ad quartum dicendum, quòd si per facere, intelligatur influere esse absolutum cum innouatione quacunque, conseruare Dei potest dici facere, & Deus conseruans creaturam, poterit dici ipsam con- AD IV.

M tinue

tinuè facere, & per consequens creatura continuè ab ipso fieri. Sed si per facere, & fieri innouatio aliqua importetur, fieri proprio modo accipiendo, vtpatet per corpus solutionis; nec continuum conseruare erit continuum facere, nec per consequens continuum conseruari erit continuum fieri. A

AD V. Ad quintum dicendum, quod non est simile de generatione Filij, & creatione creaturæ, quia generatio Filij mensuratur æternitate, propter quod secundum Sanctos potest dici, quod Filius semper generatur, sed creatio creaturæ est solú in primo instanti durationis ipsius creaturæ, propter quod solum tunc dicitur creatura creari, in tota autem duratione sequenti dicitur conseruari.

AD VI. Ad sextum dicendum, quod esse aliter cóuenit permanentibus, aliter successiuis. Permanentia siquidé simul sunt, vel simul esse possunt, secundú omnes partes suas, vt patet de linea; propter quod nec partes debent dici esse, si sit aliquid eorum indiuisibile, quia esse non sic eis competit secundum suam naturam, vt dictum est; sed successiua esse non possunt simul, secundum se tota, vel etiam secundum aliquid eorum diuisibile, quod rationem partis habeat, sed B solum secundum aliquid eorum indiuisibile; propter quod talia dicuntur esse in rerum natura, sic scilicet, sicut esse potest eis competere, si aliquid eorum indiuisibile in rerum natura existat.

AD VII. Ad septimum dicendum, quod esse albedinis potest esse in fieri, & etiam potest esse in facto esse, vt patet per prædicta in principali responsione.

Solutio Argumenti sed contra.

¶ Ad Argumentum factum in contrarium dicendum, quod forma, vel actus dicitur in indiuisibili essentia consistere; quia scilicet non est aliquid compositum ex duobus, quorum vnum sit potentia, siuè materia, aliud autem actus, siuè forma. Non autem oportet necessariò, quod omnis forma sit sic simplex, quod nullas partes habeat. Contrarium enim huius expresse apparet de quantitate. Vndè & esse illorum omnium, quorum esse est in fieri, vtpotè, motus, temporis, &c. partes potest dici habere, sicut & illa quorum est esse.

QVAESTIO XI.

Vtrum elementa sint in mixto actu, vel virtute tantum.

Pro Parte Affirmatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quòd sit in eo actu. Quia diffinitio, & quicquid in diffinitione ponitur, inest diffinito actualiter. Sed diffinitio elementi est, quòd elementum est, ex quo primò componitur aliquid, cum insit, vt patet per Philosophum 5. Metaphysices cap. 3. & 3. de Cælo, & Mundo. Ergo inesse, scilicet in mixto, debet actualiter competere elementis.

Cófirmatio. Et Confirmatur ista ratio. Quia sm̃ eundem Philos. 5. Metaph. diffinitio ista elementi saluatur in vocibus, & Geometricis, &c. Sed diffinitio debet vniformiter cóuenire contentis sub diffinito; voces autem, & cætera, quæ dicuntur elementa actualiter sunt in mixtis ex eis. Ergo &c.

C II. PRÆT. In elementis non est nisi materia, forma substantialis, & accidens, quod accidens, desinente forma substantiali, remanere non potest, aliàs transmigraret de vno subiecto in aliud. Quibus suppositis sic arguitur. Illud, quod non manet actu in aliquo, non manet in ipso, nisi secundum materiam. Si ergo elementa non manent actu in mixto, sequitur, quòd non maneant in eo, nisi secundum materiam. Materia autem, & forma mixtionem non faciunt secundum Philosoph. 1. de Gener. Ergo sequeretur, quòd D nullum corpus posset dici mixtú, si elemẽta in mixto non actu manerẽt. Minor istius rationis supponitur ex data hypothesi. Maior probatur, quia esse in actu simpliciter, est à

est à forma substantiali, qua desinente, vt prædictum est, desinit omne accidens. A Vnde si in re non sunt nisi tria prædicta, illud quod non est actu in aliquo, non potest in eo esse, nisi fortè secundum materiam.

Confirmatio. Et confirmatur ratio principalis prædicta: quia etiam elementum est compositum ex materia, & forma. Vnde non magis esset mixtum elementatum, quàm elementum.

III. PRÆT. Ista est differentia inter efficiens ex vna parte, & materiam, & formam ex altera: quia efficiens est virtute tantum in effectu, materia, & forma sunt actu in composito, vtpotè partes eius integrales. Sed elementa sunt in genere causæ materialis, vt patet per Philosoph. 5. Metaph. cap. de Causa. Ergo &c.

IV. PRÆT. Quia respondens dixerat, quòd elementa sunt virtute in mixto: quia s. virtutes elementorum, B idest, eorum qualitates sunt in qualitate mixti, tanquam extrema in medio. Contra hoc arguitur. Frigiditas aquæ, & caliditas ignis sunt quædã extrema respectu caliditatis aeris. Sed non propterea dicuntur ignis, & aqua esse in aere, tanquam elementa in mixto. Ergo illud dictum non sufficit.

V. PRÆT. Maior est similitudo medij ad medium, vt videtur, quàm extremorum ad medium. Sed propter similitudinem, quæ est inter duas qualitates medias mixtorum, non dicitur vnum mixtum esse in alio. Ergo nec propter similitudinem qualitatum extremorum elementorum ad mediam, mixti, debent dici elementa esse in mixto.

VI. PRÆT. Aut media qualitas mixti est nihil elementi, aut aliquid: si nihil, propter C eam non debent dici elemẽta esse in mixto: si aliquid, aut est eius substantia, aut accidens: si substantia. Contra dupliciter. Primò, quia quod est in vno accidens, non potest esse in alio substantia, vt colligitur ex tex. 27. & 30. primi Physicorum. Sed illa media qualitas est accidens mixti. Ergo &c. Secundò, quia haberetur propositum, quòd scilicet elementa actu essent in mixto; quod enim est in aliquo secundum suam substantiam, est in eo actu. Si dicatur, quòd accidens est elementi. Contra, quia accidens non derelinquit suum subiectum, accidens ergo elementi, elemento corrupto, in alio subiecto esse non potest.

VII. PRÆT. Substantia, virtus, & operatio necessariò se concomitantur. Impossibile est ergo, quòd virtus alicuius rei in aliquo D remaneat re illa corrupta; aut ergo elemẽta sunt in mixto, secundum substantiam, & virtutem; aut secundum neutrum.

Confirmatio. Et confirmatur hæc ratio, quia propriũ non separatur à subiecto, virtus autem rei est quædam eius proprietas. Ergo &c.

VIII. PRÆT. Quamuis corruptum esse arguat alteratum esse, non tamen è conuerso, alteratum esse arguit corruptum esse, vt de se patet, sed mixtio dicitur à Philos. 1. de Generat. c. 10. esse miscibilium alteratorũ vnio. Ergo non est vnio corruptorum, quod oporteret dicere, si elementa secundum formas suas substantiales in mixto nõ essent.

IX. PRÆT. Si elementa sm̃ formas suas substantiales in mixto non manent, sed materiæ, quæ erant sub formis elementorum. Ergo forma substantialis mixti de nouo aduenit, & sic mixtio in nullo à generatione substantiali differet, quod est contra Philos. 1. de Gen. c. 10.

X. PRÆT. Agere est per formam. Sed ferrum ignitum causat ignem. Ergo in ferro ignito est forma ignis. Est etiam, vt per se patet, forma ferri; ferrum ergo ignitum quoddam mixtum esse videtur ex igne, & ferro. In hoc autem mixto secundum formas suas miscibilia actu manent. Pari ergo ratione, & elementa in mixtis suis.

XI. PRÆT. Sicut substantia non est accidens, nec è conuerso, sic nec mixtio accidẽtium est mixtio substantiarũ, nec è cõuerso; mixtio ergo accidentium extremorum in medio est mixtio accidentis solius, & non substantiæ. Propter talem ergo mixtionem corpora mixta dici non poterunt.

XII. PRÆT. Cum virtus sit principium operationis, ad virtutẽ, vt videtur, necessariò sequitur operatio. Si ergo elementa sm̃ virtutes sunt in oĩbus mixtis, in omnibus agẽt, & patiẽtur ad inuicem, scilicet ẽt post iudicium in corporibus glorificatis. Sed ad talem actionem, & passionem tandem sequitur corruptio, ergo corpora glorificata tandem corrumperentur. Hoc est falsum. Ergo illud ex quo sequitur, scilicet, quòd elementa sunt secundum virtutem in mixtis.

XIII. PRÆT. Substantia non fit ex non substantijs. Sed mixtum, quod est substantia est ex elementis. Ergo elementa in mixto sunt quædam substantiæ, vel secundum substantiam, quòd idem est.

XIV. PRÆT. Materia manet secundum suam substantiam in composito: sed materia est elementum quoddam, vt etiam respondens dicebat. Ergo aliquod elementum manet in elementato, secundum substantiam, & pari ratione elementa in mixtis, quia de similibus idem est iudicium.

PRÆT. Sicut extremæ qualitates sunt in medio, sic & media est in extremis, sed propter existentiam medij in extremis non dicuntur mixta esse in elementis. Ergo nec propter existentiam extremarum in media debent dici in mixto esse elementa.

Confirmatio. Et confirmatur hæc ratio, quia medium est in extremis perfectiori modo, vtpotè secundum totale suum esse, quàm extrema in medio, quæ sunt in eo secundum esse suum quodamodo imperfectum, & partiale.

XVI. PRÆT. Resolutio est inexistentium, sed elementatum resoluitur in elementa. Ergo elementa antea erant in elementato.

Pro Parte Opposita.

SED CONTRA. Est dictum Philosophi 1. de Generatione cap. 10. Non manent (inquit) elementa in mixto actu, vt corpus, & album, nec corrumpuntur, nec alterum, nec ambo, saluatur enim virtus eorum.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Supposita expositione vocabulorum, quòd scilicet per elementa intelligantur quatuor simplicia corpora, scilicet ignis, aer, & cætera, quæ communiter à Philosophis vocata sunt elementa. In hac quæstione sicut apparet aliquid supponitur; scilicet, elementa qualitercunq; esse in mixto: & aliud quæritur, scilicet, per quem modum ibi sint, vtrum actu, vel per aliquem al um modũ. Erit ergo in hac Quæstione hoc ordine procedendum. Primò probabitur id quod supponitur. Secundò narrabuntur, & improbabuntur duæ opiniones, quæ sunt in hac quæstione, quantum ad id, quod quæritur. Et tertiò declarabitur veritas quæstionis.

PVNCTVM I.

Elementa qualitercunq; sunt in mixto.

PRIMVM horum, scilicet, quòd elementa aliqualiter sint in mixto probari potest ad præsens tripliciter.

Prima probatio suppositi. Primò ex definitione elementi, quæ habetur 5. Metaph. cap. 3, & 3. cæli, & mundi; nam 5. Metaph. dicitur, quòd elementũ est ex quo componitur primò aliquid cum insit, & 3. de cęlo, & mundo dicitur, quòd elementum est corpus, in quod alia corpora diuiduntur, intus existens. Ex quibus diffinitionibus habetur, quòd elementa dicũtur à Philosopho aliqua simplicia corpora, maximè ex diffinitione, quæ habetur in 3. de cęlo, & mundo, quòd tamen negatur ab aliquibus esse de intentione Philosophi, & etiam ex ijs diffinitionibus in promptu habetur, quòd elementa aliqualiter sunt in mixto. Potest etiam ex eisdem diffinitionibus formari hęc ratio ad hoc ipsum probandum. Illa ex quibus aliquid componitur, & in quod resoluitur, sũt aliqualiter in eo, sed elementa sunt huiusmodi. Ergo &c.

Minor patet per definitiones supradictas.

A Maior pbatur dupliciter. Primo, qa ea, ex quibus aliquid cõponitur, & in quę resoluiuitur, habent rationem partium integraliũ; hoc enim partium integralium propriũ est: partes autem integrales sunt in toto, primo modo essendi. In, vt patet 4. Physic. cap. 3. Secundò hoc ipsum patet ex vocabulorum significatione; cõpositio etenim nihil aliud est, quam vnio prius disiunctorum, ea autem quæ vniuntur ad inuicem, post vnionẽ sunt aliqualiter in vnito ex ijs, resolutio etiã nihil aliud videtur esse, quàm disiunctio, vel solutio prius vnitorum, ea autem, quæ nullo modo fuerunt vnita, non possunt dici ad inuicem dissolui, sicut è cõuerso, ea, quę nullo modo remanent non possunt dici vniri ad inuicem, vt dictum est.

Præterea. Vt communiter dicitur, & haberi potest à Philosopho 5. Metaph. c. 2. 2. Probatio

B & 2. Physic. c. 3. finis, & efficiens sunt causæ extrinsecæ, materia autem, & forma sunt causæ intrinsecæ, sed elementa ponuntur à Philosopho in prællegatis libris in genere causæ materialis. Ergo &c.

Præterea. Sicut simplicia corpora dicũtur elementa respectu mixtorum, sic & literę dicũtur elementa respectu dictionum, & primæ demonstrationes respectu aliarũ sequentium, vt patet per Philosophum 5. Metaph. cap. 3. sed literæ sunt in dictionibus, vt de se patet, primæ etiam demonstrationes sunt aliqualiter in secundis, sicut esse magis commune continetur in minus cõmuni. Ergo &c. Et hæc de primo. 3. Probatio

PVNCTVM II.

C *Recitantur opiniones, an elementa sint in mixto actu, vel virtute.*

QVANTVM ad Secundum sciendum est, quòd circa hanc Quæstionẽ sunt duæ opiniones specialiter (quas veras esse non credo) Prima scilicet Auicennæ 1. suæ suff. cap. 2. qui ponit formas elementorum substantiales manere in mixto, sed accidentales remitti. Quę quidem opinio improbari potest, quantum ad duo prædicta, & primò quantum ad hoc, quòd ponit formas substantiales in mixto manere, & hoc propter tria. Prima opinio Auicénæ.

¶ Primò, quia istud dictum tollit rationem veram mixtionis. Secundò, quia tollit veram vnitatẽ corporis. Tertiò, quia tollit veram generationem naturalem. Impugnatio quantũ ad primum membrum.

D Primum horum apparet dupliciter. Primò, quia aut illę diuersæ formæ sunt in eadem parte materiæ, aut in diuersis: primũ dici non potest; secundum enim omnes, diuersæ formæ substantiales specialiter sic disparatæ, sicut sunt formæ elementorum, in eadem parte materiæ esse non possunt, Prima improbatio.

quam-

quamuis secundum aliquos formæ substátiales aliquem ordinem habētes, vt vegetatiuum, sensitiuum, &c. possint esse in eadē parte materiæ. Nec etiam potest dici secundum, quia ad omnem vnionem formæ cum materia, necessariò sequitur quantitas, sine qua materia non potest intelligi habere partem, & partem, cum materia secundum se, sit indiuisibilis, vt patet 1. Physic. & forma etiá, vt patet in principio libri sex principiorū. Si ergo diuersæ formæ elemētorum essent in diuersis partibus materiæ, sequeretur quòd essent sub diuersis quantitatibus; ea autem, quæ sunt diuersa quantùm ad tria prædicta, materiam scilicet, & formam, & quantitatem, possunt dici verè, & perfectè esse diuersa corpora; elementa ergo, quæ sunt in mixto, essent ad inuicem distincta corpora, quantum ad prædicta tria, & per consequens essent actu distincta situ. Ea autem, quæ sunt distincta quantùm ad situm, non verè possunt dici misceri ad inuicem, quamuis in eis possit esse appositio vnius minimi, iuxta aliud, vt apparet de granis in modio, vt patet per Philosoph. 1. de Generatione. Ergo &c. Hoc ipsum secundo apparet, quia diuersæ formæ elementorum exigūt in materia dispositiones, aut contrarias, vt patet de forma ignis, quæ exigit raritatem, & forma terræ, quæ exigit densitatem, aut eiusdem speciei differentes, secundum magis, & minus, vt patet de forma ignis, & aeris, quæ requirunt in materia maiorem, & minorem raritatem. Sed nec contraria, nec ea, quæ eiusdem speciei sunt, simul in eodem esse possunt. Erunt ergo formæ substantiales elementorum in diuersis partibus materiæ, & per consequēs si elementa in mixto, sunt verè distincta quantum ad materiam, formam, quantitatem, & dispositiones prædictas, non poterūt ad inuicē verè dici misceri, vt supra declaratum est; vnde hæ duæ rationes faciunt vnam perfectam.

2. Improbatio. ¶ Hęc etiam positio tollit secundo veram vnitatem corporis, quod etiam apparet dupliciter.

Primò, quia tollit veram vnitatem corporis mixti cuiuslibet, secundum enim Philosophum 7. Metaph. cap. 14. ex pluribus actu entibus non potest fieri simpliciter vnum, sed fortè per conseruationem solū, vt patet in modio, & aceruo, sed forma dat materiæ esse in actu, & per consequens diuersæ formæ constituunt diuersa entia in actu. Ergo &c.

Secundò, tollit veram vnitatem specialiter corporis mixti homogenei, vt carnis, ossis, &c. De ratione enim talis corporis ē, vt patet per Philosophum in diuersis locis, & etiam per ipsam expositionem vocabuli, quòd quęlibet pars habeat rationem totius, vt quælibet pars carnis est caro. Ergo &c. Hoc autem saluari non potest, secundum

A positionem prædictam; forma enim substātialis ignis, facit esse ignem, & sic etiam est de alijs formis elementorum, ignis autem non est aer, nec ignis, & aer sunt caro, vt per se patet. Ergo &c.

¶ Hæc etiam positio tollit veram generationem naturalem, quòd etiá apparet dupliciter. 3. Improbatio.

Primò, quia secundum Philosoph. 1. de Generat. cap. 3. Generatio vnius, scilicet, eius, quod generatur, est corruptio alterius, scilicet, eius ex quo generatur. Si ergo ex elementis generatur mixtum, generatio mixti, quæ est per aduentum formæ substantialis mixti, erit corruptio elementorū, quæ intelligi non potest, nisi per deficere formarum substantialium eorū. Ergo &c.

Præterea. Si formæ substantiales elemētorum remanent, aut aduenit aliqua alia forma substantialis materiæ, aut tollitur.
B Secundum dici non potest propter multa. Primò, quia destrueretur omnis forma substantialis mixtorum; generatio enim substantialis, nec esse de nouo, nec intelligi potest, nisi per aduentum nouum alicuius formæ substantialis in materia. Secundò, quia cum perfectiones quæcunq; accidentales corporales, cōsequantur ipsas formas substantiales corporum, si in mixtis non essent aliæ formæ substantiales, nisi elemētorum, sequeretur, quòd in eis non essent perfectiones accidentales, aliæ à perfectionibus accidentalibus elementorum, quæ sunt calidum, frigidum, cuius contrarium apparet expresè: & præcipuè esset impossibile, quòd in mixtis essent aliquæ perfectiones maiores, quàm prædictæ elementorum perfectiones, cuius contrarium apparet de vegetatiuo, & sensitiuo, &c. imò om-
C nes perfectiones mixtorū oporteret reducere, sicut in principium in qualitates actiuas, & passiuas ipsorum elementorum, quod est impossibile. Tertiò, quia cum aliquid sit substantia composita à forma substātiali, si nullæ aliæ formę substantiales sunt in materia nisi elementorum, sequeretur, quòd nulla substantia corporalis esset in vniuerso, nisi ipsa elementa. Quartò, quia cum formæ elementorum desinant esse separatæ à materia, vtpotè à materia totaliter dependentes, anima hominis desineret esse per separationem à corpore, si anima humana non est alia forma substantialis ab ipsis formis elementorū, & ita anima hominis esset corruptibilis, quod est contra Philosophos, & etiam contra fidem; sequitur autem prædictum inconueniens, quia supponitur ad præsens hominem esse quoddam mixtum
D ex quatuor elementis. Si autem dicatur, quòd materiæ existenti sub formis substantialibus elementorum, aliqua alia forma substantialis mixti adueniat, sequitur etiá, quod generatio mixti hominis sit alteratio; quicquid .n. aduenit existenti in actu, accidens

dens est, secundum quòd accidēs alteratio, & non generatio substantialis attenditur. Esse autem in actu est à forma substantiali quacunque. Nec potest ad hoc responderi dicendo (sicut quidam dicunt,) quod illud, quòd aduenit existenti in actu imperfecto, materiæ scilicet, existenti sub forma substantiali aliqua imperfecta, est forma substantialis, & non accidens, & per consequens talis vnio formę cum materia est generatio, & non alteratio. Expressè enim Philosophus in 1. de Generat. tex. 11. dicit contrarium; nam loquens contra antiquos Philosophos, qui posuerunt materiam corporum esse aliquid ens actu, vt ignem, & aerem &c. dicit, quòd ad eorum positionē, sequitur, quòd omnis generatio substantialis sit alteratio, & dicit, quòd secundum eorum positionem differentia inter generationem substantialem, & alterationem saluari non potest, cum tamen formæ ignis, & aeris, &c. imperfectissimæ sint inter omnes formas substantiales. Ergo &c.

Improbatio secundi membri opinionis Auicennę allatæ supra.

¶ Secundò, improbari potest prædicta positio Auicennæ, quantum ad id, quod ponit formis elemētorum substantialibus remanentibus, formas eorū accidentales remitti, quod improbari potest tripliciter.

Prima improbatio.

Primò, quia omnis forma substantialis requirit in materia certas dispositiones, quæ sunt maximè rarum, & densum. Quo supposito sic arguitur. Plus distat ignis in grossitie, & subtilitate, quæ nihil aliud sunt, quā raritas, & densitas à mixto aliquo, vtpotè lapide, ferro, &c. quàm ab aere, & hoc per se patet. Sed forma ignis non potest stare cū raritate aeris, & aquæ. Ergò multò minus stare poterit in mixto, vtpotè in lapide, cū densitate, & grossitie, quæ apparet in ipso.

Secūda improbatio.

Præterea. Supponatur ad præsens (quod etiā per se patet) quod qualitates sub certis gradibus, sunt propriæ qualitates elementorum, qui gradus, si remittantur formæ substantiales elementorum non manent; proprium enim suum subiectum non derelinquit, sicut si calor ignis remitteretur vsque ad calorem aeris, non maneret forma substantialis ignis. Quo supposito arguitur, sicut prius. Plus distat calor ignis, à media qualitate alicuius mixti, vtpotè ferri, &c. quā à calore aeris. Sed si calor ignis remitteretur, vsq; ad calorem aeris, forma substantialis ignis, in materia esse non posset. Multo igitur minus poterit esse in materia ferri; vel alicuius similis mixti, in quo est calor magis remissus, quàm sit in aere.

Præterea. A quo aliquid dependet quantum ad esse, dependet etiam quantum ad vnitatem; ens enim, & vnum conuertūtur. Sed accidens dependet à subiecto, quantum ad esse. Ergo &c. Distinctorum ergo subiectorum, distincta sunt accidentia, sed distinctæ formę substantiales elementorum constituunt distincta subiecta, vt supra probatum est, mixtum ergo, in quo sunt distinctæ formæ substantiales elementorum, secundum hanc opinionem, non est vnum subiectum, & per consequens vnam qualitatem mediam, in qua sint extremæ qualitates elementorum remissæ, habere non poterit.

Secūda opinio Auerrois continens tria membra.

Secunda opinio circa hanc Quæstionem est Auerrois, vt patet in Commento suo super tertium de Cęlo, & Mundo Com. 47. & 67. qui reprobans prædictam opinionem Auicennæ, incidit in plura inconuenientia, quę sequuntur ad opinionē Auicennæ prædictam. Dicit enim, quod formæ substantiales elementorum, tanquam imperfectissimæ respectu omnium aliarum formarū substantialium, sunt quasi mediæ inter substantiales, & accidentales formas, & quia medium sapit vtriusq; extremi naturam; accidens autem potest recipere magis, & minus, dicit, quod formæ substantiales elementorum remitti possunt vsq; ad aliquā mediam substantialem, quam substantialē formam mediam, inter prædictas formas substantiales elementorum, dicit esse propriam substantialem formā mixti, & quia extrema continentur in medio, idcircò secundum eum, formę substantiales elementorum saluantur in mixto.

Improbatio quantū ad primum dictum.

¶ Hæc autem opinio improbari potest quantum ad tria, quæ ponit. Primo siquidem quantū ad id, quod ponit aliquid esse medium inter substantiam, & accidens. Secundò, quātum ad hoc, quod dicit formas substantiales elementorum posse remitti, & recipere magis, & minus. Tertiò, quantum ad hoc, quod dicit, quod formę substantiales elementorum sic remissæ manent in mixto.

Primo.

Primum istorum improbari potest multipliciter. Primò, quia secundum Philosophum 10. Metaph. inter ea, quæ sunt diuersorum generum non est aliquid mediū, vt inter substantiam, & quantitatem, cuius ratio est. Quia medium, & extrema sunt in eodem genere. Sed substantia, & accidens sunt diuersorum generum. Ergo &c.

Secundo.

Secundò, quia inter affirmationem, & negationem non est aliquod medium, vt probatur 4. Metaph. cap. 7. Sed substantia, & accidens diuidunt ens per affirmationē, & negationem; substantia enim est ens per se non in alio, accidens autem est ens in alio & non per se. Ergo &c.

Tertio.

Tertiò, quia medium non potest esse maioris perfectionis, quam vtrumque extremorum, quamuis possit esse maioris perfectionis, quam alterum. Si ergo forma mixti substantialis est media inter formas elementorum substantiales, & nulla forma substantialis alicuius elemēti est simpliciter forma substātialis. Ergo nec aliqua

forma

forma mixti, secundum quod tale erit forma substantialis simpliciter, & si à forma substantiali res composita habet, quod sit substantia, nec elementum, nec elementatum erit simpliciter substantia, quod est inconueniens.

Quarto. Quartò, quia aut ex forma elementi, & ex materia fit vnum simpliciter, aut non: si fit vnum simpliciter. Ergo eius forma dicēda est forma substātialis simpliciter, hoc enim proprium est formæ substantialis, vt patet per Philosophum 5. Metaph. & in principio 2. de anima tex. 2. si autem non fit ex ea, & materia vnum simpliciter, est simpliciter dicenda forma accidentalis; hoc enim proprium est formæ accidentalis, vt patet per Philosophum 5. Metaph. cap. 6. sicut ergo impossibile est aliquid esse medium inter vnum simpliciter, & nō vnum, vel inter multa simpliciter, & non multa, sic impossibile videtur esse aliquod mediū inter formam substantialem, & accidentalem.

Quinto. Quintò, quia medium, cum sit aliquid diuersum ab vtroque extremo, non est aliquid extremorum suorum. Si ergo forma elementi est media inter accidētales, & substantiales formas, dici non poterit forma substantialis. Sed per formam substantialē compositum reponitur in genere substantiæ. Ergo elementum non poterit dici substantia. Sed ex non substantijs non fit substantia. Ergo ex elementis naturalia elemētata substantia fieri non poterunt, quod est contra communem omnium Philosophorum opinionem.

Improbatio secundi mēbri. Secundum etiam dictum inter prędicta, scilicet, quod forma substantialis elementorum recipiat magis, & minus, improbari potest multipliciter.

Primo. Primò, quia secundum omnem formā, quæ recipit magis, & minus, potest esse motus continuus. Sed secundum formas substantiales elementorum non potest esse motus continuus. Ergo &c. Minor patet per Philosophum 5. Physic. cap. 2. vbi dicit, quod in substantia non est motus, quāuis in ea possit esse mutatio: & etiam patet per rationem; omnis enim motus cōtinuus, vel est augmentum, vel est diminutio, quæ sunt in genere quantitatis; vel alteratio, quæ est in genere qualitatis; vel motus localis, qui est in genere vbi: nec est inuenire alium motum continuum, vt probatur 5. Physic. cap. 3. Maior etiam probatur, quia omnis forma recipiens magis, & minus, diuisibilis est in gradum intensum, & remissum, & per consequens subiectum ipsam participans moueri potest continuè, secundum prædictam formam, de vno gradu ad aliū.

Secundo. Præterea. Philosoph. dicit 8. Metaph. c. 5. quod species rerum substantialium sunt sicut numeri. Sed in vna specie numeri non est dare gradum, & gradum, imò quælibet additio, vel subtractio variat speciem; vt patet per eundem ibidem. Ergo &c.

A

Tertio. Præterea. Esto, quod formæ, substantiales elemētorum mediæ sint inter formas substantiales, & accidentales; magis tamen accedunt ad naturam, & proprietatem substantiæ, quàm accidentales formæ quæcunque. Sed aliquæ formæ accidentales, quæ, scilicet per immediationem se habent ad ipsas substantias, non recipiunt magis, & minus, vt patet in numeris, & figuris, &c. Ergo nec formæ elementorum recipere poterunt magis, & minus.

Quarto. Præterea. Medium est eiusdem naturæ, cum suis extremis saltem in genere, propter quod si extrema recipiunt magis, & minus, medium etiam, magis, & minus recipiet. Si ergo formæ elementorum recipiūt magis, & minus, & formæ etiam mixtorū, quæ sunt mediæ inter eas, magis, & minus B recipient. Omnes ergo quasi formæ substantiales, secundum hanc opinionem, sequeretur, quòd magis, & minus reciperēt.

Improbatio tertij membri. Tertium etiam prædictorum trium, ꝙ scilicet formæ substantiales elementorum per remissionem ad aliquam mediam formam, quæ est forma mixti, redactę, in mixto maneāt; potest sic improbari. Quia aut præter illam formam mediam est aliqua alia in mixto, aut non, si aliqua alia. Contra multipliciter. Primò, quia erit alicuius generatio, sine alterius corruptione, vt supra in improbatione alterius opinionis deductū est. Secundò, quia cum omnis forma adueniens materiæ existenti sub alia forma, sit accidens (secundum quod attenditur nō generatio substantialis, sed alteratio, vt supra probatum est;) sequeretur, quod omnis mixti generatio, esset alteratio. Si autem C dicatur primum, scilicet, quod nulla alia forma substantialis adueniet; sequeretur, ꝙ mixtum nullam perfectionem aliam, nec operationem habere poterit ab elementis, & maximè perfectiorem, quam elementa. Hoc etiam esset omnino impossibile dicere de anima rationali, quod scilicet sit aliqua forma composita ex formis substantialibus elementorum, quia esset totaliter à materia dependens, nec posset remanere in esse separata à corpore; medium enim maioris perfectionis esse non potest, quam vtrumq; extremorum suorum. Quæ duæ rationes supra in reprobatione alterius opinionis deductæ sunt. Et hæc de secundo principali.

PVNCTVM III.

D *Declaratur veritas quæstionis.*

Sententia Auctoris. QVANTVM autem ad Tertium est sciendum, quòd cum in elementis, sicut in alijs rebus corporalibus nō sint nisi tria, materia scilicet, & forma substantialis,

& accidens, & secundum formas substantiales, nec simpliciter, nec ad medium redactas elementa sint in mixto, vt supra multipliciter est improbatum, si elementa aliqualiter sunt in mixto, vt supra etiam probatum est; relinquitur, quod sint in ea, aut secundum materiam, aut secundum accidens.

Hoc ergo modo dicere possumus; quod elementa tripliciter sunt in mixto. Primo siquidem ratione materiæ, secundum enim Philosophum 1. de Generat. Omnium quorum est vna materia, potest vnum dici esse in alio, quia scilicet vnum est in potentia ad aliud, seu vnum est in potentia alterius, sed huiusmodi sunt mixta, & elementa. Ergo elemēta possunt dici esse in mixtis ratione materiæ.

Secundo, possunt dici esse in eis ratione accidentium, omne enim medium participat naturam extremorū. Sed qualitas actiua, vel passiua mixti cuiuslibet, vel etiam raritas, aut densitas est qualitas media respectu qualitatis elementorum. Ergo qualitates elementorū passiuæ, & actiuæ, & ceteræ, sunt in media qualitate mixti cuiuslibet, sicut scilicet extrema dicuntur esse in medio, & quia qualitates elementorū actiuæ, vel passiuæ sunt virtutes eorum, idcircò potest isto secundo modo dici, quòd elemēta sunt in mixto virtute, idest secundū suas virtutes, sm̄ quē modum dicimus, ꝙ agens principale est in instrumento, quia scilicet in eo est virtus principalis agentis, vt virtus animalis in semine ab ipso deciso, aliàs semē ad producendum animal non posset agere. Verum secundum hos duos modos, non magis posset dici, quod elementa sunt in mixtis, quàm è conuerso; materia enim mixti est in elementis, & e cōuerso quantū ad primum modum; media etiam qualitas est in extremis, sicut è conuerso quantum ad secundum modum. Et idcircò tertius modus addendus est, qui est quasi vtrumq; prædictorum perficiens. Vbi intelligēdum est, quod secundum Philosophum 2. de Anima tex. 12. Sicut trigonum, est in tetragono, sic vegetatiuum est in sensitiuo, & sensitiuum in intellectiuo; dicunt autē esse trigonum in tetragono, sicut minus perfectum dicitur esse in magis perfecto; perfectius enim est continens perfectionem minus perfecti, & aliquid super addens: & sic ē de vegetatiuo, respectu sēsitiui. est .n. sēsitiuū respectu vegetatiui pfectius dupliciter. Primò, .s. sicut formale respectu materialis: semper .n illud, ex quo aliquid generatur, est materiale respectu eius, ꝙ generatur ex ipso; sic autem est vegetatiuum, respectu sensitiui. Embrio enim prius informatur anima vegetatiua, quam sensitiua: Secundò, potest dici perfectius, vtpotè habens perfectiones accidentales animę vegetatiuæ omnes, & præter eas aliquas sibi propriæ; secundum hunc modum possunt A dici elementa esse in mixto.

Est enim intelligendum, quòd cum natura ordinatè procedat, & non per saltum, primò intelligendæ sunt, aduenire materiæ formæ elementorum substantiales, vtpotè, quæ sunt imperfectissimæ inter omnes formas substantiales, & tandē formæ aliæ perfectiores ordine quodam, vsq; ad animam rationalem, qui processus apparet tàm in generatione viuentium, quàm in nutritione. In generatione siquidem, vt iam dictum est, videmus, quod materia prius est sub aliqua forma inanimata, vtpotè seminis, deinde sub anima vegetatiua, &c. vsq; ad animam rationalem; hoc ipsum etiam apparet in nutritione, quæ est quædam particularis generatio; homines siquidē nutriuntur de animalibus, animalia de plantis, plātæ de elementis. Sunt ergo elementa respe- B ctu mixtorum omnium, sicut materiale respectu formalis: mixta etiam habent perfectiones accidentales elementorum, & pręter eas aliquas alias: quamuis ergo eadem sit materia mixtorum, & elementorum, & quamuis media sint in extremis, sicut è cōuerso, possunt tamen dici elementa magis esse in mixtis, quàm è conuerso, quantum ad ambo prædicta: sicut & ea, quæ sunt imperfecta in entibus, dicuntur esse in perfectioribus, secundum quem modum dicitur magis trigonum esse in tetragono, quàm è conuerso, & vegetatiuū in sensitiuo, quàm è conuerso, vt supra allegatum, & declaratum est. Et quia mixta habent qualitates actiuas, & passiuas elementorum, quasi partialiter, & imperfectè respectu ipsorum; participatum autem dicitur esse in participante: idcircò posset dici quarto modo, ꝙ C elementa quantum ad sua accidentia sunt in mixtis, sicut participata in participantibus. Verum hic modus videtur in idem coincidere cum secundo, propter quod nec ab eo distinguendus est.

His ergo modis elementa in mixtis dicēda sunt esse, scilicet primo ratione materię, sicut aliquid, quod est eiusdem materiæ cū aliquo, dicitur esse in potentia in illo. Secundò ratione accidentium, scilicet, sicut extrema dicuntur esse in medio, & sicut participatum in participante, & sicut id, cuius virtus est in aliquo, dicitur esse in illo, vt agens principale in instrumento. Tertiò modo sicut imperfectiora sunt in perfectioribus, vt trigonum in tetragono, & vegetatiuum in sensitiuo, quod etiam ad duo referendum est, scilicet ad materiam, & accidens, propter quod iste tertius modus ambos alios D perficit, vt dictum est. *Conclusio respondens quæsito.*

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD Primum ergo dicendum, ꝙ quicquid ponitur in diffinitione actualiter con- *AD I*

conuenit diffinito, quantum s. ad illud, quod importatur, secundũ quod in diffinitione ponitur. Aliquando autem illud, quod ponitur in diffinitione alicuius non significat actũ, sed potentiã tantum, vt disgregatiuũ, quod ponitur in diffinitione albedinis, significat potentiã ad disgregandum, & nõ actum disgregationis, & rationale, quod ponitur in diffinitione hominis, significat potentiã, & non actum ratiocinandi; vndè sufficit, quod albedini sẽper actu cõueniat potẽtia disgregãdi, & homini ratiocinandi. Esse autem in elementato ponitur in diffinitione elementi, non secundũ quod solum esse in actu significat, sed sm̃ quod est aliquid commune ad esse in actu, vel virtute tantum. Vnde sufficit quod elemẽto cuilibet alter dictorum modorum essendi in actu conueniat.

Confirmatio. Et ad confirm. eiusdẽ Argum. dicendũ, quod diffinitio vniformiter conuenit contentis sub diffinito, quãtum ad illud, quod in cõi cõtinet, non autem quãtum ad modos speciales quos sub se cõpræhendit, sicut dare esse rei in cõi, quod est diffinitio formæ, conuenit omni formæ; aliqua tñ forma dat esse simpliciter, vt substãtialis: aliqua solu sm̃ quid, vt accidentalis, & similiter in proposito, esse in elementis conuenit oĩbus elementis, aliqua tn̄ elemẽta sunt in elemẽtatis suis actu, vt elementa vocum, &c. aliqua autem alijs modis, vt simplicia corpora.

AD II. Ad secundum dicendum, quod elementa sunt in elementatis non solum sm̃ materia, sed secundum accidens, non quidẽ eadẽ numero, quod solum probatur per argumentum, sed eadem specie ab accidentibus elementorum deriuata, & participata; dato .n. quod solum secundum materiã remanerẽt; posset dici nihilominus eorum mixtio esse, quandocunq; elementatum aliquod generatur, quamuis enim materia prima secundum se accepta, & forma mixtionẽ non faciant ad quod referendum est verbum Philosophi allegatum 1. de Generat. possunt tamen ad inuicẽ dici misceri aliqua, quorum materia simul cõgregatorum à formis eorum spoliata, alicui alteri formæ vnitur, quod expresse apparet in generatione panis ex cõmixtione farinæ, & aquæ. Materia siquidem prima, formis aquæ, & farinæ desinentibus per actionẽ ignis, forma substãtiali panis de nouo informatur (vt cõmuniter dicũt Doctores) aliàs si panis non esset panis per aliquã formã substantialem, sed per accidentalem solum, cum in Sacramento altaris remaneãt accidentia post consecrationẽ; sequeretur, quod post consecrationẽ in altari esset verè panis. Et tamen non obstante, quod forma substãtialis panis vnitur primæ materiæ, vt dictũ est, verè dicũtur farina, & aqua misceri ad inuicem. Est .n. commixtio ex desinentibus, vt dictum est.

Ad Cõfirmationem Et ad confirmationẽ rationis dicendum, quod elemẽtatum dicitur magis cõpositũ, qua elementum, quia ad generationẽ elementati oportet necessario cõcurrere quatuor elemẽta, no aũt ad generationẽ ipsius elemẽti.

A

AD III. Ad tertium dicendũ, quod elementa ponuntur à Philos. in genere causæ materialis, nõ quia ipsa cum formis suis substãtialibus accepta, sint veræ materia formarũ substãtialiũ mixtorũ, sed quia sunt quasi materialia respectu mixtorum ipsorũ, sicut vegetatiuũ est materiale respectu sensitiui, vt in responsione principali declaratum est.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod elemẽta sunt in mixto quantum ad oẽs qualitates extremas, quæ sũt in medijs qualitatibus mixtorũ, & non solum quantũ ad aliquas: sicut est de igne, & aqua respectu aeris; sũt ẽt elemẽta in mixtis sm̃ materiã, sicut in principali respõsione expositum ẽ, quod ẽt nõ est verum de igne, & aqua respectu aeris: vnde non sequitur, quod ignis, & aqua ita sint in aere. sicut in mixtis ipsis.

B

AD V. Ad quintũ dicẽdũ, quod elemẽta sm̃ qualitates suas dicũtur esse in mixtis, nõ solũ ꝓpter similitudinẽ qualitatis mediæ mixti ad qualitates medias elementorũ, sed magis ꝓpter deriuationẽ, & participationẽ eius à qualitatibus elementorum supradictis, vt in respõsione principali expositũ est. Etiã participatio, & deriuatio nõ ẽ in vna media qualitate mixti respectu qualitatis alterius mixti.

AD VI. Ad sextum dicendum, quod qualitas media mixti est aliquid elementi, non quidẽ subiectiuè, vt ratio procedebat, sed magis participatiuè, & deriuatiuè.

AD VII. Ad septimum dicẽdum, quod elementa dicuntur esse in mixtis sm̃ virtutes, non quia virtutes elementorũ eędẽ numero sint in mixtis (vt rõ procedebat) sed qualitates elementorũ, quæ sunt virtutes formarũ substãtialium eorũ, sint in media qualitate mixti, tãquam in suo simili, & in ea, quæ est ab eis participata, & deriuata, vt expositum est.

C

AD VIII. Ad octauum dicẽdũ, quod mixtio sm̃ veritatẽ est vnio miscibilium, nõ solũ alteratorũ, sed ẽt corruptorum; dicitur tñ à Philosopho vnio alteratorum, & non corruptorũ, quia mixtio est miscibilium, non sm̃ quod corrumpuntur, seu desinunt esse quãtum ad formas suas substantiales, sic .n. est eorũ corruptio, & nõ mixtio: sed mixtio est eorum in quantum manent in mixto secundũ formas suas accidentales remissas, per quã remissionẽ, quæ est in ipsa elementorum mixtione, elementa vere alterata dicuntur; in diffinitione enim debet poni illud, quod per se, & non per accidens conuenit diffinito.

AD IX. Ad nonum dicendum, quod generatio substantialis differt a mixtione dupliciter. Primò sicut magis cõe à minus cõi; est enim substantialis generatio elementi cuiuslibet, eius tñ non est mixtio. Differt ẽt secũdo generatio ipsius mixti à mixtione sm̃ rationẽ, & si non sm̃ rem, in productione .n. ipsius mixti, tria consideráda sunt. Primo siquidẽ

D

ꝙ elementa desinunt esse quantū ad formas suas substantiales, & quantū ad hoc dicitur A esse elementorum corruptio. Secundo, quia elemēta in ipsa cōmixtione ex actione vnius in aliud, & actione corporis cælestis generātis mixta in oīa elemēta, quantū ad sua accidentia remittūtur, rōne cuius remissionis in mixto dicuntur manere, & quātū ad hoc est elementorū mixtio. Tertiò materiæ expoliatæ formis substantialibus elementorū de nouo aduenit forma substantialis mixti, & quantum ad hoc dicitur mixti generatio, propter quod etiam patet respōsio ad argumentum immediatè præcedens.

AD X. Ad decimum dicendum, ꝙ ferrū ignitu, vt videtur, non est aliquid mixtu, loquendo de mixtione propriè, ꝓ vt mixtio diuiditur à Philos. 1. de Gen. contra appositionē minimi iuxta minimū, cum .n. formæ substantiales ferri, & ignis sint omnino disparatę, nullum ēt ordinē inter se habentes, vt aliqui B dicunt de animabus vegetatiua, & sensitiua &c. omnino requirunt diuersas materias, & per cōsequens cōstituūt diuersa corpora; corpora aūt distincta quantū ad materiam, & formā simul esse non possunt, quamuis possit esse appositio vnius minimi eorū iuxta minimū alterius, vt in principali respōsione dictū est. Nec ēt videtur verū (vt quidā dicunt,) ꝙ in ferro ignito non est forma substātialis ignis, sed solū est calor intensus, sicut .n. vere non potest dici albū nisi illud, in quo est albedo, sic nec verè ignitum dici potest, nisi illud in quo est natura ignis, seu igneitas, quæ materiam, & formam substātialem complectitur.

His ergo ꝑtermissis dicēdum est, ꝙ cum ferrū porosū sit, sicut & omne aliud corpus generabile, & corruptibile, & ignis sit subtilissimus respectu omniū generabiliū, & cor C ruptibiliū, ꝙ ignis quātū ad materiā, & formam in minimas partes distinctus existit in poris ferri ꝑdictis, vel carbonis, vel cuiuscūq; alterius similis, rōne cuius inexistētiæ totū ēt ferrū ignitū dicitur; non .n. denominatio sēper fit ab inhęrēte, sed aliquando ab existente, vel coexistente, vt locatū denominatur à loco, & tēporale à tēpore, ꝙ d ctum de ferro ignito expressè probari potest per exēplum de pane, vel de panno madefacto, in quo apertè quantū ad materiā, & formā sunt duæ substantiæ corporales, panis s. vel panni, & aquæ; facta .n. expressione, vtraq; substantia manifestè apparet, nec per alium modū istæ duæ substantiæ ibi esse possunt, vt probatum est, nisi per modū prædictū, quia s. aqua in minimas partes diuisa, quæ tamē est grossius elementū, quàm ignis, existit in D poris ipsius panis, vel panni, propter quā ēt inexistentiā, panis ipse, vel pannus madefactus, humefactus, vel aquosus dicitur.

AD XI. Ad vndecimū dicendū, ꝙ in productione mixti est mixtio nō solū accidentiū elemētorū, sed ēt ipsarū substantiarū, non quidem permanentiū, quātū ad formas suas substātiales, sed solū quantū ad materiam, quantū autē ad formas suas substantiales desinētiū, sicut in productione panis est mixtio farinę, & aquæ, vt supra expositum est.

Ad duodecimū dicendū, ꝙ post resurrectionē in corporibus glorificatis erūt virtutes actiuæ, & passiuæ elemētorū, suspensæ tñ ab actione, & passione, quæ eas naturaliter consequuntur, tùm diuina virtute prædictis clarificatis corporibus assistēte, sicut de camino ignis apparuit, in quo tres pueri fuerūt positi, Dan. 3. tū propter dotē impassibilitatis, quæ erit in glorificatis corporibus, tum ēt ꝓpter cessationē motus cælestis, quæ erit post finale iudicium, motu .n. locali primo cessante, cessat per cōsequens naturaliter loquendo omnis alius motus localis, sinè autē motu locali actio, & passio naturaliter in elementis esse non potest. AD XII.

Ad tertiūdecimū dicendū, ꝙ omnis substantia fit ex substantijs, aliqua tñ fit ex substantijs permanentibus sm̄ suas essentias, vt homo ex materia, & forma; aliqua ex transeuntibus, .s. quantum ad formas suas substātiales, vt panis ex farina, & aqua: & sic fit mixtum ex quatuor elementis. AD XIII.

Ad quartūdecimū dicendū, ꝙ in hoc est similitudo inter oīa elementa, ꝙ oīa .s. sunt in suis elementatis, dissimilitudo tñ est inter ea in modo essendi; quędā .n. sunt in elemētatis suis actu, seū sm̄ totas suas substātias, vt literæ in dictionibus, per quē modū ēt materia pōt dici aliqualiter elementū rerū materialium omnium, est .n. in omnibus rebus naturalibus: quædā aūt sunt in elemētatis, s. virtute solum, vel sm̄ materiā, vt ignis, aer, &c. in mixtis ex eis, vt supra expositum est. AD XIV.

Ad quintūdecimū dicēdum, ꝙ quamuis media qualitas sit in extremis, sicut è conuerso, vel imperfectiori modo, sicut dicebatur in arguendo, nō tñ extremæ qualitates participantur, & deriuātur à media, sicut è cōuerso media ab extremis, propterquod elementa sm̄ sua accidētia possunt dici esse in mixtis, sicut participata in participantibus, & non è conuerso, vt in principali responsione dictum est. AD XV.

Ad vltimum dicendum, ꝙ resolutio, quę est sine noua generatione substantiali eorū, in quę aliquid .s. resoluitur, est inexistentiū actu, seu sm̄ totas suas essentias. Sed resolutio, quæ est cū noua generatione substātiali eorum, in quæ aliquid resoluitur, est inexistentium solum sm̄ materiam, aut sm̄ sua accidentia, vt in responsione principali declaratum est, & talis est resolutio mixti in elementa. AD XVI.

Solutio Argumenti sed contra.

¶ Ad argumentum factū in contrarium dicendū est, ꝙ illud dictū Philosophi, ꝙ elemēta sūt in mixto virtute, si diligēter expēditur: referri pōt ad oēs tres modos inexistendi prædictos, vt faciliter patet intuenti.

QVÆ-

QVAESTIO XII

Vtrum in solo Deo sit idem suppositum, & natura.

Pro Parte Affirmatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, q etiá sit idē suppositū, & natura in oībus alijs substantijs. Quia dicit Philos. 7. Metaph. t.20. Quod in his, quæ sunt per se, idem est quidditas, & id cuius est quidditas, per se autem est, quicquid est in genere substantiæ; substantia enim est ens per se, sicut accidens est ens in alio; quidditas autem idem est, quod naturalis essentia, id autem cuius est quidditas, videtur esse suppositum. Ergo &c.

II. PRÆT. Commentator dicit supra 7. Metaph. prædicta verba, exponens, q animalitas, & rationalitas sunt idem, q Sortes; quia quicquid continetur in vno, cōtinetur in alio. Sed animalitas, & rationalitas dicūt essentiam hominis, Sortes autem est hominis suppositum. Ergo &c.

III. PRÆT. Sicut se habet essentia speciei ad speciem, sic se habet essentia, siuè natura indiuidui ad indiuiduum. Sed essentia speciei est idem cum specie. Ergo essentia indiuidui est idem cum indiuiduo. Sed indiuiduum in genere substantię dicitur suppositum. Ergo &c. Maior videtur per se nota. Minor probatur, quia vt communiter dicitur, diffinitio, & diffinitum idem significát; diffinitur autem sola species secundū Boetium, cuius speciei essentiam significat diffinitio. Ergo &c.

IV. PRÆT. Sublato eo, quod facit differentiam inter aliqua, illa videntur remanere eadem. Sed secundum Doctores suppositū differt à natura in rebus materialibus, quia suppositum includit materiam indiuidualem, quam non includit natura; materia autem sm̄ communiorem opinioné, in Angelis non ponitur. Ergo saltem in Angelis est idem suppositum, & natura.

V. PRÆT. Hoc ipsum videtur, quando aliqua differunt realiter, videtur quod vnū illorum possit esse extra aliud. Sed Angeleitas, quę videtur significare essentiam Angeli, non potest esse extra Angelū. Ergo &c.

VI. PRÆT Quia respondens dicebat, q suppositum addit supra naturam esse, cōtra hoc arguitur multipliciter. Primò sic. Christus assumpsit naturá humaná, & eius esse. Sed Christus non assumpsit suppositū humanū. Ergo natura, & esse non constituunt suppositū. Minor supponitur secundū fidē. Maior probatur; constat enim, q Christus passus est, non autem passus est sm̄ suppositum æternū, quia sm̄ illud impassibilis erat; nec secundum suppositum humanum, quia vt iam dictum est in Christo non fuit, nisi vnum suppositum, .s. ęternū, quod non patiebatur. Ergo secundum naturá assumptá. Sed pati, sicut & agere supponit esse; sicut .n. nihil agit nisi existens, sic ét nihil patitur, nisi existens. Assumpsit ergo naturam humanam cum esse.

B PRÆT. Dei Filius aut assumpsit naturá humanam cum esse; aut sine esse. Sed non potest dici, quod assumpsit sine esse; constat enim, quod humana natura Christi erat, & est in rerum natura. Assumpsit ergo naturá cum esse. Sed non assumpsit suppositum humanum. Ergo idē q prius. VII.

PRÆT. Illud q includit essentiá aliquam, & extra illam essentiá aliquid aliud, videtur esse ens per accidens. Sed suppositū nō est ens per accidēs, imo per se. Ergo &c. Minor patet; secundum .n. Philosophum in Predic. substantia prima, quæ est suppositū propriè, & principaliter, & maxime dicitur substantia; substantia autem est ens per se. VIII.

C Maior probatur, quia q non est vnū per se, non est ens per se; ens .n. & vnum conuertuntur. Sed ex essentia aliqua, & eo, quod est extra illam essentiam, non fit vnum per se; videtur enim tale quid comparari ad essentiam, sicut accidens ad substantiam. Ergo &c.

PRÆT. Hæc est vera prædicatio. Essentia coniūcta esse, est essentia. Si ergo suppositum est substantia cōiuncta esse, essentia verè p̄dicabitur de supposito, & sic ista erit vera, Sortes est humana essentia, quod est falsum. IX.

Pro Parte Opposita.

D SED CONTRA. Videtur, quod in Deo suppositum differat ab essentia realiter, si suppositum includit esse, & non

essentia; secundum enim hoc, illud, in quo esse differt ab essentia, habet essentiam dif- A ferentem à supposito. Sed huiusmodi videtur esse Deus; secundū enim Damascenum lib. 1. fid. orthod. de Deo possumus scire si est, non autem quid est: quod videtur verificari non posse, nisi esse in eo differat ab essentia. Ergo &c.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Supposita vocabulorum significatione, quòd scilicet nomine naturę intelligatur esētia, seū quidditas rei, quæ per diffinitionem significatur, nomine autem suppositi intelligatur subsistens, seu hypostasis cuiuscunq; naturæ substantialis. vt hic homo, hic lapis, &c.

In hac Quæstione sic procedendum est. Primò narrabuntur opiniones, quæ sunt circa hoc, quæ non videntur esse veræ, & improbabuntur. Secundò declarabitur veritas Quæstionis quantum ad vnam partem eius, scilicet quomodo in creaturis realiter differāt suppositum, & natura. Tertiò apparebit breuiter, & faciliter ex declaratione prædicta declaratio quæstionis, quantum ad aliam eius partem, scilicet quomodo idem sunt suppositum, & natura; hęc .n. ambo includuntur in titulo quæstionis.

PVNCTVM I.

Narrantur quædam opiniones circa distinctionem suppositi à natura, & refutantur.

QVANTVM ad Primum horum sciendum est, quòd circa hanc quæstionem sunt diuersæ opiniones.

Prima opinio. ¶ Quidam enim antiqui dixerunt, ꝙ essentia differt à supposito, quia suppositū includit materiam, & formam, essentia autem videtur esse sola forma.

Prima improbatio. Hæc autem positio potest multipliciter improbari. Primò sic. Diffinitio secundum Philosophum in Topicis, & vbicunq; de hac materia loquitur, significat essentiam, siuè naturam rei, quicquid ergo in diffinitione ponitur alicuius rei, totum ad eius essentiam pertinere videtur. Sed in diffinitionibus rerum naturalium ponitur non solū forma, sed etiam materia, vt patet per Philosophum in Phys. Diffinitur enim homo diffinitione naturali, quod est aliquid compositum ex anima rationali, & corpore, sic cōplexionato. Ergo tā materia, quam forma est de rei naturalis essentia.

Euasio. Nec potest responderi ad hāc rationem dicendo, quod materia ponitur in diffinitione substantiarū materialium, sicut aliquid additum eorum essentiæ, vel existens extra ipsam essentiam, vt nasus ponitur in diffinitione simitatis, vel simi.

Instantia. Secundū enim Philosoph. 7. Metaph. t. 15. sola accidentia diffiniuntur per additamentum, idest, per aliquid extra essentiā eorum existens, non ergo substantia.

Secunda improbatio. Præterea. Genus, & differentia, secundū Philosophos, proportionantur materiæ, & formæ, seu sumuntur à materia, & à forma; significat enim genus illud, quod est materiale in re distinctè, formale autem indistinctè, differentia autem è conuerso, vt de animali, & rationali patet. Sed tàm genus, quàm differentia sunt de essentia speciei; vtrumq; enim ponitur in diffinitione logica speciei, eo quod genus in eo quod quid de specie prædicatur, differentia autē in quale quid, propter quod vtrumq; eorum quidditatem speciei significat. Ergo &c.

Tertia. Præterea. Humanitas significat essentiā hominis. Si ergo tota essentia materialis rei est forma, anima humana separata à cor- B pore verè poterit dici humanitas. Sed illud, in quo est verè humanitas tota, potest verè dici homo, sicut illud, in quo verè est albedo, potest dici album. Anima ergo separata secundum hanc positionem esset verè homo, quod est contra communem omnium opinionem.

Quarta. Præterea. Essentia accidentis in hoc videtur differre à substantia, quod est alteri inhærens, non autem essentia substantiæ; totum ergo illud videtur ad essentiam substantiæ pertinere, quod est ratio, quod sit alteri non inhærens. Hoc autem non videtur esse solum forma, sed etiam materia; imò secundum aliquem modum magis videtur materia, quàm forma, esse substantię ratio, quod alteri non inhæreat; quia materia in nullo alio est, vtpotè, quæ omnibus alijs subijcitur, forma autem est in materia, C quamuis per alium modum, quàm accidēs in subiecto: vt patet 4. Phys. Ergo &c.

Quinta. Præterea. Hæc opinio videtur esse contra fidem; Si enim forma hominis esset tota essentia eius, materia autem eius, & forma constituunt hominis suppositum; aut oportet dicere, quod Dei filius assumpsit creatum suppositum, & per cōsequens in Christo essent duo supposita, & duæ personæ, ꝙ est contra fidem, aut Christus solam animā humanam, & non corpus assumpsit, quod est hæreticum, quia non verè passus fuisset, nec nos verè liberati, vt Augustinus arguit contra Manichæos in lib. 83. qq. quæst. 14.

Secunda opinio. Secunda opinio est, quæ ponit, quod suppositū differt ab essentia, quia essentia dicit D solum principia rei essentialia in rebus materialibus, vel solam formam in substantijs separatis, suppositum autem præter principia essentialia rei dicit eius accidentia.

Prima probatio huius opinionis. Hæc autem opinio videtur posse probari tripliciter. Primò, quia cum suppositi, sit esse,

esse, & agere, vt patet 1. Metaph. c. 1. illa videtur esse de ratione suppositi, sine quibus suppositum, nec esse potest, nec agere. Huiusmodi autem videntur esse accidentia; sunt enim immediatè principia actionis, & etiam si propria sint, à subiecto separari non possunt. Ergo &c.

Secunda. Prӕterea. Hic homo dicitur habens hãc humanitatem, quæ est hominis essentia. Sed in solo Deo idem est realiter habens, & habitum, in creaturis autem præter naturã habitam sunt accidentia. Ergo &c.

Tertia. Præterea. Hic homo, qui est hominis suppositum significare videtur hanc materiã, & hanc formam. Sed materia, vel forma non potest esse hoc, nisi per quantitatem, & alia accidentia. Ergo &c.

Impugnatio dictæ opinionis Primo. Sed ista positio stare non potest propter tria. Primò, quia sicut in arguendo tangebatur cum ens, & vnũ conuertantur, propter quod sicut se habet res ad vnitatem, sic & ad entitatem, illud quod non est vnum nisi per accidens, vt homo albus; est etiam ens per accidens, vt patet etiam per Philosophum 5. Metaph. Sed si suppositum includeret essentiam, & accidens, suppositum esset vnum per accidens; ex accidẽte enim, & substantia fit vnum per accidens, vt patet 5. Metaph. Ergo suppositum esset ens per accidens. Ens autem per accidens in nullo genere ẽ, quia nullius generis determinatã dicit entitatẽ, sicut nec vnitatẽ. Suppositum ergo non esset verè in genere substantiæ, ꝙ est contra Philosophum 5. Metaph. & in Prædicamentis. Vel si esset in genere substantiæ ratione naturæ substantialis, pari ratione esset in genere accidentis, ratione naturæ accidentalis, quamuis fortè principalius esset in genere substantiæ, quia natura substantialis esset in eo principalior.

Secundo. Præterea. Sicut maximè album nihil includit in sua ratione nisi album, sic nec maximè substantia, nisi substantiam. Sed suppositum, quod idem est, quod prima substantia est maximè substantia, vt dicitur in Prædicamentis. Ergo suppositum non includit accidens, sed solam substantiam.

Et confirmatur hæc ratio. Quia substãtia secunda, secundum omnes, nihil includit nisi substantiam; substantia autem prima, quæ est suppositum, est magis, quam substantia secunda.

Tertio. Præterea. Illud, quod præcedit omnem vnionem accidentis, est substantia, nec potest dici in sua ratione includere accidens; idem enim non præcedit seipsum. Sed suppositum est huiusmodi. Ergo &c. Probatio minoris. Accidentia cum non habeant esse per se, sunt in substantia, nec in substantia, quæ est natura, vel essentia propriè loquendo, sunt enim in subsistente; subsistens autem est suppositum, non natura, quæ est, non quod est, sed quo aliquid est. Sunt ergo in supposito, quod idem est, quod subsistens. Posset etiam eadem minor sic pro-

A bari. Accidens denominat illud, in quo est. Sed essentia nõ denominatur ab accidente, sed solum suppositum; non enim dicimus essentiam hominis quantam, vel albam, dicimus autem Sortem, vel Platonem quantum, vel album. Ergo &c.

Ad primam rõnem dictæ opinionis. Ad primum ergo argumentum factum pro hac opinione, dicendum, quod maior illius rationis est falsa, quia cum suppositũ non solum agat per suam rationem, vel etiã sit necessario solum cum sua ratione, non oportet, quod illa sint de eius ratione, sine quibus non potest esse, vel agere.

Ad secundã. Ad secundum dicendum, quod in solo Deo est idem habens, & habitum; seu suppositum, & natura, non propter hoc, quia in eo solum nullum est accidens, sed quia in eo solo idem est esse, & essentia, vt patebit per ea, quæ infra dicentur.

B Ad tertiam. Ad tertium dicẽdum, quod res ab eo dependet quantum ad vnitatem, à quo dependet quantum ad entitatem, quantitas autem dependet à substantia, magis quam è conuerso, causaliter loquẽdo; magis ergo quãtitas habet, quod sit hoc à materia, & forma, quàm è conuerso; materia autem, & forma vnitatem etiam numeralem, seu quod sint, quod idem est, ex sua realitate habere videntur; nihil est enim in rerum natura, nisi vnum numero, & hoc existens coexigitiuè tamen, seu dispositiuè, vt alij dicunt, nec materia, nec forma hoc esse potest, nisi quantitate supposita.

§

Tertia opinio. Tertia opinio est, quæ dicit quod suppositum differt realiter ab essentia, non sicut

C aliam rem addens supra essentiam, sed quẽdam modum realem, qui modus est affici accidentibus; secundum enim hanc opinionem, essentia rei potest dupliciter considerari, vno modo secundum se, & sic dicitur essentia; alio modo secundum quod vnitur, seu afficitur accidentibus, & sic dicitur suppositum.

Probatio. Hoc autem probant per simile de materia, nam materia, & materia affecta quantitate, videtur realiter differre, sm̃ se enim accepta est non extensa, vt autem est affecta quantitate dicitur extensa; nec tamen materia quantitate affecta addit rem aliquam supra materiam, sed solum quendam modum realem, scilicet affici quantitate, seu vniri, vel subijci quantitati.

Improbatur hæc opinio trimẽbri argumento. Hæc autem positio videtur improbari posse tripliciter. Primò, quia continet fal-

D sum, scilicet, quod modus realis prædictus constituat rationem suppositi. Secundò, quia videtur aliquid continere contra fidẽ. Tertiò, quia contradicit sibi ipsi.

Primũ membrũ argum. ¶ Primum patet multipliciter. Primò sic, illud, quod est posterius aliquo ordine natu-

naturæ, vel intellectus non potest constituere eius rationem; illud enim quod ponitur in rõne alicuius, est prius illo ordine tã naturæ, quàm intellectus. Sed prædictus modus posterior est supposito ordine naturæ, & intellectus. Ergo &c. Maior per se patet. Probatio minoris, suppositum secundum se, tàm ordine naturæ, quã intellectus præcedit vnionem sui, & accidentia; accidentia enim non vniuntur, nec insunt nisi subsistẽti; vnio autem prædicta accidentis, & subiecti præintelligitur modo prædicto, quia prius est intelligere substantiam subesse accidentibus, quam sequatur talis modus, cum ex vnione substantiæ ad accidentia talis modus sequatur. Ergo de primo ad vltimum, suppositum tàm ordine naturæ, quàm intellectus prius est modo prædicto.

Secundo. Præterea. Aut ille modus est omnino nihil, & sic nullam differentiam faceret realem suppositi, & naturæ; aut est res aliqua, & si est res aliqua, aut absoluta, aut relatiua; si est res absoluta, suppositum, quod in sui ratione illum modum includit, erit aliquam rem habens absolutam supra naturã, quod ipsi negant. Si autem prædictus modus ponatur relatio, cum ille modus ponatur formale completiuum cuiuslibet suppositi creati. sequeretur, quod omnia supposita creata, erunt supposita relatiua, & non absoluta; sicut & supposita diuina, quod est inconueniens. Si etiam illud, quod est completiuum formale rei, eam denominat, sicut à relatione, quæ est formale completiuum suppositi diuini, dicuntur diuina supposita, supposita relatiua, quamuis cum relatione sint etiam habentia diuinam essentiam, sequeretur quod supposita creata essent supposita medalia, si prædictus modus suppositi rationem complet, & perficit, quod est inconueniens.

Tertio. Præterea. Illud, quod habet minus entitatis, minus videtur habere constituere rationem eius, quod est maximè ens, quàm id, quod habet plus entitatis. Sed prædictus modus, cum nihil aliud sit, quàm habitudo quædam substantiæ ad accidens, minus entitatis habere videtur, quam accidens absolutum. Minus ergo videtur, quod prædictus modus possit constituere rationẽ suppositi, seu primæ substantiæ, quæ est maximè ens, vt dicitur in Prædicamentis, quàm quodcunque accidens absolutum; accidens autem absolutum non potest esse de ratione suppositi, vt supra in reprobatione secũdæ opinionis dictum est, & etiam ipsi dicũt. Ergo &c.

Quarto. Præterea. Illud, quod consequitur ex vnione aliquorum est passio compositi ex eis, vt patet de risibili respectu hominis. Sed modus prædictus est passio compositi ex natura, & accidente. Suppositum ergo cuius ponitur per se esse talis modus, est aliquid compositum ex natura, & accidente.

¶ Præterea. Hæc opinio videtur esse (A) contra fidem; Dei enim Filius assumpsit naturam humanam cum suis accidentibus, & per consequens cum modo prædicto, nõ autem assumpsit humanum suppositum; dicere autem naturam, & modum prædictum constituere rationem suppositi esset dicere Dei Filium assumpsisse humanum suppositum, quod est contra fidem. *Secundum mẽbrũ eiusdem argumenti. Probatur.*

¶ Præterea. Hæc opinio videtur contradicere sibi ipsi, dicendo, quod suppositũ, & natura differunt realiter, etenim suppositum nullam rem addit supra naturam, quia sicut se habent ea, quæ differunt ratione ad rationem: sic ea, quæ differunt re ad rem. Sed est impossibile, quod aliquid differat ab aliquo ratione, nisi sit alia ratio, vel aliam rationem includens. Ergo impossibile est, quod aliquid differat realiter ab alio, nisi sit alia res, vel aliam rem includens. (B) *Tertiũ mẽbrũ eiusdẽ argumenti.*

Argumentum autem adductum pro alia opinione nullum videtur; si enim nomine materiæ extensæ intelligatur materia, quæ extensioni subijcitur, extensione per intellectum præcisa, materia extensa non differet realiter à non extensa. Si autem per materiam extensam intelligatur materia cum extensione, seu vt est extensionem includẽs, sic materia extensa differet realiter à non extensa, sicut aliam rem à materia, idest, extensionem includens. *Soluitur argumẽtũ opinionis allatæ.*

§

Quarta opinio est, quæ ponit, quod suppositum, & natura in rebus creatis differũt, aut sicut abstractum, & concretum, vt per abstractum intelligatur natura, & per concretum suppositum, vt homo, & humanitas; (C) aut sicut vniuersale, & particulare, vt vniuersale dicatur natura, particulare autẽ suppositum, vt homo, & Sortes: & secundum istos concretum, & abstractum conueniunt in significato; differunt autem in modo significandi; concretum enim connotat aliquid, quod non connotat abstractũ, quicquid scilicet vnitum est naturæ à qua denominatur, secundum eosdem, etiam indiuiduum supra vniuersale addit illud, quod est ei indiuiduationis principium, quod secundum eos in rebus materialibus est quantitas secundum aliquem modum. *Alia opinio continens plura membra.*

¶ Sed hæc opinio videtur improbari posse tripliciter. Primò ostendendo simul, quod suppositum, & natura differunt, nec sicut abstractum, & concretum, nec sicut vniuersale, & particulare. Secundò, quod (D) non differunt specialiter sicut abstractum, & concretum. Tertiò, quod non differunt specialiter sicut vniuersale, & particulare. *Improbatur hæc opinio*

Primum istorum apparet tripliciter. Primò sic. Illa non est præcisa sufficiens, & perfecta differentia suppositi, & naturæ, quæ potest *Prima improbatio principalis.*

potest competere alijs, quam supposito, & naturæ. Sed differentia abstracti, & cõcreti, vniuersalis, & particularis inuenit in oĩbus generibus accidẽtium, in quibus tamen nõ est ratio suppositi; differt enim albedo ab albo, sicut abstractum à concreto, & albũ ab hoc albo, sicut vniuersale à particulari. Ergo &c. Minor declarata est. Maior probatur. Res enim differunt per ea, quæ sunt propria. quæ per consequens non inueniuntur in alijs, vnde sufficiens, & perfecta differentia inueniri non potest in alijs ab eis.

Præterea. Si suppositum, & natura differunt sicut abstractum, & cõcretum, & vniuersale, & particulare; sequitur, quod quot in vno inueniri possunt abstracta, & cõcreta, vniuersalia, & particularia, tot in eo sint supposita, & naturæ. Hoc est falsum. Ergo illud ex quo sequitur. Consequentia patet. Falsitas consequentis sic declaratur. In Sorte inueniuntur plura cõcreta, & abstracta, vtpotè corpus, animal, homo, & abstracta, à quibus hęc denominãtur; inueniuntur etiam in eo plura vniuersalia, & particularia eis respondentia, vt homo, hic homo, animal, hoc animal, &c. & tamen in Sorte cum sit vnum suppositum solum, non sunt multa supposita.

Præterea. Si concretum respectu abstracti habet rationem suppositi, & particulare respectu vniuersalis; sequitur, quod Dei Filius assumpsit humanum suppositum. Sed hoc est falsum. Ergo illud ex quo sequitur. Destructio consequentis supponi-secundum fidẽ. Consequẽtia declaratur sic. Humana natura Christi particularis, & nõ vniuersalis fuit, ab ea etiam Christus homo in concreto denominari potest. Si ergo cõcretum, & particulare est suppositũ respectu abstracti, & vniuersalis, humana natura Christi quoddam suppositum fuisset.

Secũda improbatio prĩcipalis.

¶ Improbari etiam potest prædicta opinio secundo, quãtum ad hoc specialiter, quod differentia suppositi, & naturæ non sit differentia abstracti, & concreti, ꝙ apparet tripliciter. Primò, quia istud videtur insufficienter dictum; non enim hic quærimus de differentia vocabulorum, quæ sunt homo, & humanitas, quam differentiam declarat opinio supradicta, sed magis de differentia quærimus harum rerum, quæ sunt suppositum, & natura, quam differentiam, vt videtur, prædicta opinio non declarat.

Præterea. Homo est sicut concretum respectu humanitatis, quæ ei pro abstracto correspondet. Sed homo non est suppositum; suppositum enim idem est, quod subsistens, quod est prima substantia, homo autem nec subsistens est, nec prima substãtia. Ergo &c.

Tertiò, quia diffinitio, & quicquid in diffinitione substantiæ specialiter ponitur, ad quidditatem diffiniti pertinet. Sed diffinitio datur alicui per concreta, & non per abstracta; dicimus enim, quod homo est animal rationale mortale. Ergo &c.

Præterea. Suppositum relatiuum, scilicet diuinum, non solum connotat, sed etiam significat aliquid præter naturam diuinam, scilicet relationem. Ergo suppositum abstractum, scilicet creatum, non solum connotat, sed etiam significat aliquid abstractũ præter naturam, scilicet existere, seu subsistere.

Tertia improbatio prĩcipalis.

¶ Tertiò. Improbari potest hæc opinio quantum ad hoc specialiter, quod differentia suppositi, & naturæ non sit differentia particularis, & vniuersalis, quod apparere potest dupliciter. Primo, quia hæc humanitas est particularis, respectu humanitatis. Sed hæc humanitas non est suppositum; suppositum enim est, quod est, non quo est, è conuerso hæc humanitas est, non quod est, sed quo aliquid, scilicet homo est. Ergo &c.

Præterea. Si particulare est suppositum respectu vniuersalis, quod est sua natura, vbi sunt verè multa supposita in vna natura, ibi sunt verè multa particularia sub vno vniuersali, è contra vbi sunt multæ naturæ in vno supposito, sunt multa vniuersalia in vno particulari. Consequens est falsum. Ergo illud ex quo sequitur, Consequentia patet. Falsitas consequentis, quantum ad vnam eius partem apparet in Deo, in cuius vna natura sunt verè multa supposita, quæ tamen natura non habet rationem vniuersalis respectu suorum suppositorũ, vt omnes Sancti dicunt, aliàs realiter plurificaretur in eis. Quantum autem ad aliam eius partẽ apparet in Christo, in cuius vno supposito sunt verè multæ naturæ, quæ tamen nõ vniuersales, sed particulares sunt. Et hoc sufficiat quantum ad primum prædictorum.

PVNCTVM II.

Ponitur opinio vera quam Auctor probat.

Opinio Auctoris.

QVANTVM autem ad Secundum est sciendum, quod circa hanc quæstionem est quinta opinio, quàm solum concedo veram inter omnes prædictas, quæ dicit, quod essentia substantialis quantum ad rem, & modum perfecta secundum speciem (quod dico propter animam separatam) & esse actualis existentiæ ei correspondens; quantum ad vtrumq; (ꝙ dicitur esse subsistentiæ) constituunt perfectam rationem suppositi.

Primum suppositum.

¶ Ad cuius euidentiam duo supponenda sunt, quæ in alia quæstione de multiplici esse in Christo probata, & declarata sunt. Primum est, quod in quolibet creato differunt

runt realiter, sicut potentia, & actus, essentia, & esse actualis existētiæ, quod ibi quatuor rationibus probatum est.

Secundum suppositũ. ¶ Secundum est, quod sicut est quadruplex essentia, sic etiam est quadruplex esse sibi correspondens; est siquidem essentia, quædam substantialis, quantum ad rē, & modum, vt essentia Sortis, & huic correspondet esse substātiale, quantum ad vtrũq; quod est esse subsistentiæ. Est quædā alia accidentalis quātum ad vtrumq; prædictorum, vt essentia albedinis, & huic correspōdet esse accidentale quantum ad vtrumq; quod est esse inhærentiæ. Est quædam alia essentia accidentalis quantum ad rem, sed non quantum ad modum, vt essentia quantitatis, quæ est in Sacramento altaris, & huic correspondet esse accidentale quātum ad rem, sed non quantum ad modum. Est quędam alia essentia substantialis quantum ad rem, & non modum, vt humana natura Christi, & huic etiam correspondet esse substantiale quantum ad rem, & non modum, quæ omnia in prædicta quæstione declarata, & probata sunt.

Conclusio Auctoris. ¶ Quibus suppositis dicendum est, q̃ essentia substantialis quantum ad rem, & modum, & esse substantiale quantum ad rem, & modum ei correspondens, constituunt prædictam rationem suppositi, & per consequens suppositum differt a natura realiter, sicut totum à parte, vtpotè addens supra naturā aliquid reale, esse scilicet subsistentiæ supradictum; quod probari potest ad præsens multipliciter.

Prima probatio conclusionis. Primò, quia suppositum idem est, quod subsistens; particulare enim, & indiuiduum dicuntur in omni genere, hypostasis autē, suppositum, & subsistens dicitur in genere substantiæ. Sed persona solum in rationali natura. Idem ergo significant suppositum, & subsistens: subsistens autem importat actum subsistendi, & essentiā, quæ substernitur huic actui, vt de se patet, vt album albedinem, & subiectum albedinis. Ergo &c. Quod autem Philosophus dicit in Prædicamentis, quod album solam qualitatē significat, exponi potest ad præsens dicendo, q̃ solam qualitatē significat, determinatè scilicet, album enim solum albedinem determinatè significat, sed subiectum significat indeterminatè, in confuso, non scilicet, hominem, equum; sed quicquid sit illud: vel solam qualitatē significat per se, & primo, subiectum autē significat non nisi in ordine ad qualitatē, in quantum .s. est habens eā.

Secunda. Præterea. Illa videntur constituere, & perficere rationē suppositi, quæ inueniuntur in omnibus, & solum in illis in quibus inuenitur ratio suppositi. Sed huiusmodi sunt duo, quæ prædicta sunt. Ergo &c. Maior videtur per se vera. Minor declaratur per inductionem; humana enim natura Christi; quantitas, quæ est in Sacramento altaris, & etiam accidentia omnia non habent **A** rationem suppositi, quia eis desunt omnia, vel aliquod prædictorum, vt patet per ea, quæ supra dicta sunt in secunda suppositione. Et similiter materia, & forma substantialis omnis à materia dependens, nō habet rationem suppositi propter eādem causam, è conuerso omnes substantię reales per se existentes sunt verè supposita, quia habent duo supradicta.

Tertia. Præterea. Humana natura Christi si separaretur à Verbo, & remaneret in rerum natura, esset de nouo suppositum, quæ tamē in Christo non est suppositum. Hoc tamen non esset, nisi propter nouum modum essendi, & quia de nouo esset natura substantialis quantum ad modum; quantum enim ad rem humana natura in Christo existens, natura substantialis est, & etiam eius esse. Natura ergo substantialis quātum ad rem, **B** & modum, & esse substantiale quantum ad rem, & modum ei correspondens constituunt perfectam rationem suppositi.

Instantiæ quorundā. Prima. Sed contra prædicta quidam tripliciter arguunt. Primò sic. Pars non prædicatur de toto. De illo ergo, quod aliqua duo includit. non prædicatur illud, quod includit vnum illorum solum. Si ergo Sortes, qui habet rationem suppositi, includit essentiā, & esse, vt dictum est de Sorte, non prædicabitur homo, qui non includit esse, & non est suppositum.

Secunda. Præterea. Sicut homo in communi acceptus non includit esse, sic nec humanitas, & vtrumq; dicit Sortis essentiam: quāuis ergo humanitas de Sorte prædicari non posset, quia habet rationem partis respectu eius secundum prædicta, poterit tamē prædicari de homine.

Tertia. **C** Præterea. Sicut se habet hæc albedo ad albedinem, sub qua continetur, sicut indiuiduum sub specie, sic hic homo ad hominem. Sed hæc albedo non includit aliquid diuersum ab albedine. Ergo nec hic homo includit esse actu, vel existentiæ, tamquam aliquid diuersum ab essentia hominis, quā nomen hominis importat.

Ad primā instantiam. Sed ad primum horum dicendum est, q̃ sicut animal prædicatur de homine, quamuis differentiam hominis constitutiuam, idest, rationale, actualiter in sui significato non includat; continet enim eam in potentia, propter quod non habet rationē partis respectu hominis: sic & homo verè potest prædicari de Sorte, quia in potentia continet quicquid ē in Sorte, & plus, &c. quāuis existentiā actualē, & multa alia, quæ sunt in eis, in sui significato actualiter nō includat.

Ad secūdā. **D** Ad secundum dicendum, quod humanitas solum dicit essentiā, præscindendo esse, & omnia alia, quæ vniuntur ipsi essentiæ in Sorte: vnde habet rationem partis respectu Sortis, homo autem dicit essentiam, sine pcisione ipsius esse, & aliorum, quę vniuntur

ipsi

ipsi essentiæ: vnde humanitas habet rationē partis respectu hominis, propter quod de eo prædicari non potest.

Ad tertiam. Ad tertium dicendum per interemptionem minoris. Hæc enim albedo supra naturam albedinis dicit esse actualis existentiæ, quod est esse inhærentiæ, quod esse nomen albedinis actualiter non includit, quamuis ipsum non præcidat, sicut de homine respectu Sortis dictum est. Et hæc de secundo principali.

PVNCTVM III.

Resoluitur principale quæsitum.

QVANTVM autem ad Tertium est dicendum, quod secundum omnes opiniones prædictas de facili patere potest, quod in Deo idem est realiter suppositum; & natura; in Deo enim non est materia, quantum ad primam opinionem, nec aliquod accidens, quantum ad secundam, & tertiam; nec est in Deo aliquid realiter differens ab essentia, quod connotari possit in concreto, & non in abstracto; nec est in eo vera ratio vniuersalis, & particularis, quantum ad quartam, & in eo etiam idem est essentia, & esse, quantum ad quintam; quæ omnia supponuntur secundum fidem, & de facili etiam per rationem probari possunt, sed propter breuitatem dimittuntur ad præsens.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD Primum ergo dicendum, quod illud dictum Philosophi, potest exponi tripliciter. Vno modo, vt per ens per se, intelligatur illud, quod est ens per essentiam suam, & non per aliquod esse actualis existentiæ superadditum, quod ens est solus Deus, in quo, vt iam dictum est, idem est quidditas, seu natura, & illud cuius est quidditas, idest suppositum, per ens autem per accidēs intelligi potest omne creatum, quod scilicet non est ens per essentiam suā, sed per esse actualis existentiæ superadditum, propter quod in eo differt quidditas, & suppositum, cuius est quidditas, vt iam dictum est.

Secundo modo potest aliter exponi. Ad quam expositionem est intelligendum, ꝙ differentia est inter essentiam accidētalem, & substantialem, quia essentia accidentalis est in supposito alterius naturæ, vel essentiæ, substantialis scilicet; propter quod essentia accidentalis differt à supposito, in quo est, sicut differunt duo secundum se tota distincta, vt albedo, & quantitas; sed essentia substantialis non est in supposito alterius naturæ, sed est in supposito, quod præter ipsam naturam substantialem includit actualem existētiam, vndè talis est idem A aliqualiter cum suo supposito, sicut pars cum toto, & hoc dico secundum opinionem Philosophi: secundum enim Platonem, qui posuit ideas separatas, quidditas quæ secundum eum erat idea, est totaliter aliquid distinctum, & etiam separatum à supposito. Ait ergo Philosophus contra Platonem loquens in prædictis verbis secūdum hanc expositionem, In ijs, quæ sunt per se, idest, in substantijs, idem est quidditas, & suppositum, cuius est quidditas, scilicet sicut pars, & totum idem sunt; sed in his, quæ sunt per accidens, idest in accidentibus, quæ habent esse per substantiam, non sunt idem quidditas, & suppositum, vt iam dictum est.

Tertio modo potest exponi dicendo, quod quidditas substantiæ potest duplici nomine significari, scilicet, In abstracto, vt B humanitas, & sic designatur cū præcisione ipsius esse. Propter quod differt à suo supposito, quod cum essentia includit esse, sicut pars à toto, & sic non loquitur de quidditate Philosophus: potest etiam quidditas designari nomine concreto, vt si dicatur quidditas hominis animal rationale, & sic significatur absq; præcisione ipsius esse. Vndè est idem cum eo, cuius est quidditas, idest cum diffinito, sicut dicimus, quod diffinitio significat idem cum diffinito: quidditas ergo sic in concreto designata est idē cum suo supposito, tāquam nihil præcidēs, imo totum saltem in potentia includens, ꝙ est in supposito: sed quidditas accidentalis qualitercūq; designetur, est res totaliter distincta à suo supposito, vt in secunda expositione dictum est, & ad hoc referenda sunt verba Philosophi secundum hanc ter- C tiam expositionem. Omnes autem prædictæ tres expositiones accipi possunt ex diuersis, quæ dicit Aristoteles in 7. Metaph. in quo sunt verba prædicta, & ex ijs, quæ dicit VENERANDVS DOCTOR F. THOMAS exponens capitulū supradictū.

AD II. Ad secundum dicendum, quod animalitas, & rationalitas sunt idem cum Sorte, sicut pars cum toto, vt in responsione ad primum Argumentum dictum est, non autem sunt idem simpliciter. Vel potest dici, quod Commentator loquitur, secundū opinionem suam, quā exprimit 4. Metaph. f. quod esse non differt ab essentia, ꝙ si verū esset, Sortes, & eius quidditas omnino idem essent, & quicquid contineretur in vno, contineretur in alio, vt ipse dicit. Contrarium tamen huius in responsione principali superius dictum est, & in alia quæstione D probatum.

AD III. Ad tertium dicendum, ꝙ essentia speciei designata in concreto est idem cum specie; sic enim designatur sine præcisione, & sic in diffinitione speciei ponitur, per quem modum etiam designata essentia in diuidui

est idem cum suo indiuiduo, vt si dicatur, hic homo est idem cum Sorte, sed si designatur nomine abstracto, dicendo hæc humanitas, quia designatur cum præcisione ipsius esse, differt à Sorte, sicut pars à toto.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod in rebus materialibus suppositum differt à natura, non quia includit materiam indiuidualem; ipsam enim includit natura in particulari accepta, sed magis quia includit esse, quod non includit natura, quia tamen materia indiuidualis, non est nisi in existente in rerum natura, non autem in specie, vel genere; idcircò Doctores dicunt, quod suppositum materiam indiuidualem addit supra naturam.

AD V. Ad quintum dicendum, quod maior illius rationis est falsa; multa enim realiter differunt, aut sicut duo totaliter distincta, aut sicut pars, & totum, quorum vnum non potest esse extra aliud, vt patet de risibili, & homine quantum ad primũ, & de forma, materia, & cõposito quantum ad secundum.

AD VI. & VII. Ad sextum, & septimum simul dicendu est, quod Dei filius assumpsit naturam humanam, & esse, quorum vtrumque fuit aliquid substantiale, quantum ad rem, non autem quantum ad modum; propter quod nõ assumpsit suppositum humanum, vt in responsione principali declaratum est.

AD VIII. Ad octauum dicendum, quod maior illius rationis est falsa; species enim includit essentiam generis, & differentiam, quæ est extra generis essentiam, vt patet per Philoso. 10. Metaph. t. 14. & tamen species est ens per se, quia ex genere, & differentia fit vnum simpliciter, & vtrumq; est per reductionem in genere substan- C tiæ, tamquam substantiæ, quæ est speciei principium, & sic est de esse, & es- A sentia respectu suppositi; fit enim ex eis vnum simpliciter, & vtrumque est in genere substantiæ per reductionem, tamquam principium substantiæ, quæ est suppositum, vt in quæstione alia de esse Christi declaratum est.

Ad nonum dicendum, quod sicut ista est vera prædicatio, Paries coniunctus tecto, & fundamento est paries, sic, & ista, Essentia coniuncta esse, est essentia; vtrobiq; enim est prædicatio eiusdem de eodẽ, sicut tamen ista esset falsa prædicatio. Coniunctum ex pariete, & tecto est paries, quia prædicaretur pars integralis de toto; sic ista est falsa. Coniunctum ex essentia, & esse, quod est suppositum, est essentia; per essentiam ergo coniunctam esse, si intelligatur ipsa essentia, quæ coniungitur ipsi esse, sic concedenda est maior prædictæ B rationis, scilicet essentia coniuncta esse, est essentia. Si autem intelligatur per essentiam coniunctam esse compositum ex essentia, & esse, sic est neganda eadem maior, & minor concedenda, scilicet ista, suppositum est essentia coniuncta esse. AD IX.

Solutio Argumenti sed contra.

Ad Argumentum factum in contrarium dicendum, quod esse dicitur dupliciter, vno enim modo significat actum essendi, alio modo significat compositionem propositionis, quam anima inuenit coniungens prædicatum subiecto. Primo modo, accipiendo non possumus scire esse Dei, sicut nec eius essentiam, idem enim sunt, sed possumus scire de Deo esse secundo modo accipiendo; scimus enim, quod propositio, quam formamus de Deo, dicẽdo Deus est, C est vera.

QVAESTIO XIII.

Vtrum Spiritus sanctus distingueretur à Filio, si non procederet ab eo.

Pro Parte Affirmatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod sic. Dicit enim Richardus de sancto Victore 4. de Trinit. c. 13. quod personę distinguntur secundum originem, quia vna originem habet, alia origine caret, vel duo originem D habent, sed origo vnius differt ab origine alterius. Sed dato, quod Spiritus sanctus à Filio non procederet, adhuc posset distingui origo vnius ab origine alterius; Filius enim procedit vt genitus, Spiritus sanctus vt spiratus. Ergo &c.

PRÆT.

II. PRÆT. Nulla distinctio realis est in diuinis, nisi personarum. Sed si Spiritus sanctus à Filio non procederet, esset adhuc inter Filium, & Spiritum sanctum distinctio realis. Ergo facta p̄dicta hypothesi, Spiritus sanctus esset distinctus personaliter à Filio. Maior per se patet. Minor probatur. Quia distinctio realis relationum, siue oppositarum, siue disparatarum est distinctio realis, cum relatio sit vnum de decem generibus rerum. Sed si Spiritus sanctus à Filio non procederet, esset distinctio adhuc inter Filium, & Spiritum sanctum, quantum ad relationes disparatas, quę sunt Filiatio, & Processio. Ergo &c.

III. PRÆT. Secundum Philosophum in principio 1. Metaph. Actus sunt suppositorum, prius ergo secundum ordinem intellectus est suppositum, & per consequens illud, per quod in esse suppositali constituitur, quam actus ipse. Spirare autem est quidam actus, suppositum autem Filij per filiationem in suo esse personali constituitur. Filiatio ergo Filij præintelligitur spirationi Filij. Sed per Filiationem Filius ab omni non Filio distinguitur, & per consequens à Spiritu sancto. Prius ergo ordine intellectus est distinctio Filij à Spiritu sancto, quam processio Spiritus sancti à Filio. Sed sublato posteriori adhuc remanet prius, quamuis non è conuerso. Ergo dato quod Spiritus sanctus à Filio non procederet adhuc posset intelligi ab eo personaliter distinctus.

IV PRÆT. Ablato minus communi adhuc remanere potest magis commune, vt patet de animali, & homine. Sed nomen hypostasis, quod conuenit omni primæ substantiæ per se subsistenti, est magis commune, quàm nomen personæ, quod se extendit solum ad intellectuales substantias. Ablata ergo personalitate, potest remanere ratio hypostasis. Dato ergo quod si Spiritus sanctus à Filio nō procedat, Spiritus sanctus non remanet persona distincta à Filio, poterit tamen esse hypostasis distincta ab eo.

V. PRÆT. Communiter Doctores dicunt, quod Spiritus sanctus procedit à Patre per modum voluntatis; aut ergo voluntas Patris est sufficiens ad producendum Spiritum sanctum, aut non; non potest dici, quod non sit sufficiens, quia cum Filius voluntatem habeat à Patre, voluntas etiam Filij non esset sufficiens; voluntas ergo Patris est sufficiens. Sed si Spiritus sanctus à Filio non procederet, adhuc posset poni Spiritum sanctum à Patre procedere, & nihil deperiret, vt videtur, sufficientiæ Patris, eo quod Pater à nullo habet sufficientiam omnem, quam habet. Ergo si Spiritus sanctus à Filio non procederet, adhuc posset poni Spiritum sanctum à Patre procedere,

& per consequens esset distinctus à Filio.

A PRÆT. Spiritus sanctus non procedit à Filio per modum naturæ, sed per modum voluntatis, dato quod procedat ab eo; actus ergo voluntatis Filij terminatur ad Spiritum sanctum, si Spiritus sanctus procedit à Filio. Sed actus voluntatis Filij, idest, dilectio terminatur ad Patrem: Pater enim, & Filius mutuò se diligunt. Ergo si Spiritus sanctus procedit à Filio, Pater erit Spiritus sanctus, & è conuerso; hoc autem est impossibile. Ergo illud ex quo sequitur, non .n. Spiritus sanctus procedit à Filio, & tamen est ab eo distinctus personaliter. VI.

PRÆT. Aliud est Patrem esse, & Filium esse. Ergo aliud est Filiū esse, & Spiritum sanctum esse. Filius ergo, & Spiritus sanctus distinguntur secundum esse, dato q̄ B non distinguantur secundum referri, quod esset si Spiritus sanctus à Filio non procederet. VII.

PRÆT. Illud, quod supponit hypostasim, non distinguit eam. Sed relatio supponit hypostasim; relationis enim est referre; aliquid ergo refert diuina relatio, & constat, quod non essentiam, ergo hyppostasim. Relatio ergo Spiritus sancti ad Filiū, quæ cōsequitur processionem Spiritus sancti à Filio, non distinguit personam Spiritus sancti à Filio. VIII.

PRÆT. Dionysius dicit, quod solus Pater est fontale principium Deitatis. Sed hoc non videtur verificari, si Spiritus sanctus procederet à Filio, esset enim Filius principium Deitatis ipsius Spiritus sancti. Spiritus ergo sanctus non procedit à Filio, & tamen est personaliter distinctus C ab eo. IX.

Pro Parte Opposita.

SED CONTRA est, quod Boetius dicit in libro de Trinitate cap. 12. In diuinis sola relatio multiplicat Trinitatem. Sed si Spiritus sanctus non procedat à Filio, nulla relatio esset Spiritus sancti ad Filium. Ergo non esset ab eo distinctus facta prædicta hypothesi.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Dicendum est, quod in hac quæstione aliquid supponitur, & aliquid quæritur. Supponuntur D siquidem duo, scilicet, Spiritum sanctū à Filio distingui, & ipsum ab eo procedere. Et quæritur, vtrum, scilicet, possit saluari distinctio eius à Filio, dato quod ab eo non procederet. Et in primo, quod supponitur, concordant omnes, scilicet,

tàm Latini, quàm Graeci; in secundo discordāt Latini à Grecis; in tertio discordant Latini inter se. In hac ergo quaestione erit hoc ordine procedendum. Primò siquidem probabuntur pdicta duo, quae in hac quaestione supponuntur. Secundò, narrabitur quaedam opinio cum suis rationibus, quae est in hac quaestione, quantum ad illud, ꝙ quaeritur. Tertiò, praedicta opinio improbabitur, quod est declarare veritatem quaestionis. Quartò, & vltimo, respondebitur ad rationes opinionis oppositae.

PVNCTVM I.

Probantur duo, quae in hac quaestione supponuntur.

Primū suppositum. QVANTVM ad Primum horum sciendum est, quod primum, ꝙ supponitur in quaestione, scilicet Spiritum sanctum esse distinctum à Filio, potest nobis innotescere tripliciter.

Probatur 1 Primò. Ex Sacrae scripturae auctoritate; dicitur .n. Matthęi vlt. Apostolis à Christo [Euntes ergo docete omnes gentes baptizātes eos, &c.] & 1. Io. 5. [Tres sunt qui testimoniū dant in cęlo, &c.] Ex quibus auctoritatibus expressè habetur, quod Spiritus sanctus est distinctus à Patre, & Filio, sicut Pater, & Filius sunt inter se distincti. & Ioan. 14. dicitur [Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, &c.] Ex quibus verbis habetur apertè distinctio Spiritus sancti missi à Patre mittente, & à Filio, in cuius nomine mittitur.

Secundo. Secundò. Hoc potest patere ex Dei in nobis imagine; secundum .n. omnes Doctores, similitudo Trinitatis increatae est per modum imaginis in anima rationali, quantum ad illud, quod est suppositum in ea, quantum ad quod scilicet tria inueniuntur in ipsa, scilicet memoria, intellectus, & voluntas; vel secundum alios, & melius, mens, notitia, & amor. Constat autem, quod non minus distinguitur voluntas ab alijs duobus, vel amor à duobus, quibus communicatur, quàm illa duo distinguantur inter se. Ergo &c.

Tertio. Tertiò. Hoc patere potest ex Dei in alijs creaturis similitudine; secundum enim Doctores, sicut similitudo Trinitatis per modum imaginis est in intellectuali natura, sic eiusdem similitudo per modum vestigij est in alijs creaturis, in quibus scilicet inueniuntur quaedam tria, per quae deuenire possumus in cognitionem diuinarum personarum, quantum ad tria attributa eis appropriata. Inuenimus siquidem in creatura omni, quod habet esse post non esse, per quod apparet in creante esse infinitam potentiam, quae Patri appropriatur. Secundo inuenimus in creatura formam aliquam, A quae sapientiam creantis, quae Filio appropriatur, ostendit, sicut forma rei artificialis repraesentat sapientiam, & artem artificis. Inuenimus tertiò in creatura ordinem aliquem ad bonum, seu finem, qui ostendit in Deo esse amorem, qui appropriatur Spiritui sancto. Constat autem, quod non minus distinguitur inclinatio naturae in bonū ab alijs duobus, quàm illa duo distinguantur inter se. Ergo &c.

Secundum etiam, quod suppositum est Spiritum sanctum à Filio procedere, probari potest multipliciter. Secundum suppositū.

Probatur 1 Primo siquidē auctoritatibus Sacrae scripturae, dicit .n. Dominus Io. 15. [Cum autē venerit Paraclitus, quem ego mittam &c.] Filius ergo mittit Spiritum sanctum; missus autem est à mittente secundum aliquē modum; nec est dare per quem modum B vna persona diuina sit ab alia, nisi per modum originis, & processionis. Et si arguatur contra. Quia etiam Filius dicitur missus à Spiritu sancto, secundum illud Isaiae 61. [Spiritus Domini super me, &c.] Dicendum, quod in Filio praeter naturam diuinā est natura humanā, secundum quam potest ei competere, mitti à Spiritu sancto; in Spiritu sancto autem nō est nisi diuina natura, secundum quam per consequens competit sibi necessario mitti à Filio.

Praeterea Io. 14. dicit Christus de Spiritu sancto [Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, &c.] Spiritus ergo, s. à Filio aliquid accipit, & constat, ꝙ non nisi naturā diuinā.

Secundo. Hoc etiam patet secundo per auctoritates Sanctorum; dicit enim Athanasius in Symbolo suo [Spiritus sanctus à Patre, & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, C sed procedens.] Dydimus etiam dicit in lib. de Spiritu sancto [Neq; quidē est aliud Filius, exceptis ijs, quae ei dantur à Patre, neq; est alia Spiritus sancti substantia, praeter illud, quod ei à Filio datur.] Particulares etiam aliae auctoritates Doctorum Graecorum, & Latinorum, ad hoc induci possent, quae propter breuitatē dimittuntur ad praesens, quaere eas in libello Fr. Thomae contra errores Graecorum.

Tertio. Hoc etiam tertio probatur. Amor enim est aliquid procedens à notitia; secundum enim Philosophum in fine 3. de Anima, voluntas ab intellectu, seu ab obiecto cognito, quod idem est, ad actum suum mouetur; & inclinatio etiam rei ad bonum procedit à forma, per quam res habent naturam suam, & speciem; & patebit hoc ēt per ea, quae infra dicentur: Si enim Spiritus sanctus à Filio non distinguitur, non D procedit ab eo, vt infra probabitur. Et Spiritum sanctum esse distinctum à Filio supponitur secundum fidem, vt supra probatum est. Ergo necesse ē dicere ꝙ Spiritus sanctus procedat à Filio. Et haec de primo.

PVN-

PVNCTVM II.

Narratur quædam opinio cum suis fundamentis.

Opinio quorundam. QVANTVM autem ad Secundum sciendum est, quod quidam sunt, qui dicunt, quod Spiritus sanctus etiam si à Filio non procederet, posset poni distinctus ab ipso per relationes disparatas, quæ sunt Filiatio, & Processio, quorum dicta ad ordinem reducendo, ad sex rationes principales reduci possunt, quarum prima talis est.

1. Ratio. Quando aliqua plura à principio vno procedunt, ad hoc quod talia distinguantur secundum rem, vel secundum suppositum, sufficit, quod in principio sit distinctio aliqualis, etiam secundum rationem, sicut patet de diuersis generabilibus, quæ producũtur à Sole, quæ realiter distinguntur, & in Sole nulla est realis distinctio, imò perfectiones omnium præhabet in vna simplici sua virtute; sicut etiam patet de aliquo homine, qui est pater respectu filij sui, & artifex respectu rei artificialis. Sed Spiritus sanctus, & Filius procedunt ab vno principio, quod est Pater. Ad hoc ergo, quod realiter, seu personaliter distinguantur, sufficit, quod in Patre sit distinctio secũdum rationem virtutis generatiuæ, & spiratiuæ; nec oportet ad saluandam distinctionem prædictam ponere Spiritum sanctum procedere à Filio.

2. Ratio. Præterea. Eodem aliquid constituitur, & ab omni alio distinguitur, vt Porphyrius dicit de substantialibus differentijs. Sed Filius filiatione, quæ est eius proprietas personalis, constituitur in esse suo personali. Ergo per eam etiam à Spiritu sancto distinguitur, & non per relationes oppositas.

3. Ratio. Præterea. Ablato posteriori, non aufertur prius, imò remanere potest. Sed spirare Patris est prius secũdum ordinem intellectus, quàm idem spirare, vt est Filij, eo quod Filius hoc ipsum, quod spirat, habet à Patre. Ergo dato, quod Filius non spirat, adhuc intelligi potest Pater spirare Spiritum sanctum. Sed posito spirato, necessariò oportet, quod sit distinctus à genito. Ergo &c.

4. Ratio. Præterea. Ea, quæ in Diuinis vni personæ conuenire non possunt, habent necessariò inter se repugnantiam aliquam, & per consequens quocunque dato, necessariò distingunt diuinas personas ad inuicem, sicut è conuerso, Paternitas, & Essentia diuina, vel Paternitas, & Communis Spiratio, quia repugnantiam non habent ad inuicem, cõueniunt vni personæ, nec personas distingũt. Sed generari, & spirari vni personæ conuenire non possunt, vt per se patet, & repugnantiam habent ad inuicem. Ergo quocunq; alio supposito distinguere poterunt

A diuinas personas.

5. Ratio. Præterea. Aut Spiritus sanctus distinguitur à Filio solum per hoc, quod procedit ab eo, aut per hoc, quod aliter procedit à Patre, quàm Filius. Sed constat primo modo esse falsum. Ergo secundo modo prædicto Spiritus sanctus distinguitur à Filio, & per cõsequens vno modo sublato, remanet alius.

6. Ratio. Præterea. Et quasi est eadem ratio cum prædicta. Quando sunt duæ causæ sufficientes alicuius, vna sublata remanet alia, & per consequẽs, illud cuius est causa. Sed distinctionis Spiritus sancti à Filio sunt duæ causæ sufficientes, scilicet, Spiritum sanctum à Filio procedere, & Spiritum sanctum aliter à Patre procedere, quam Filius. Ergo prima sublata, remanet secunda, & per consequens distinctio Spiritus sancti à Filio.

B Maior per se patet. Minor probatur per Anselmum in libro de Processione Spiritus sancti, vbi dicit sic, [Interim aliam causam dicã (distinctionis scilicet Spiritus sancti à Filio) quoniã nondũ constat, quod Spiritus sanctus de illo sit, & procedat, ideo non est Spiritus sanctus, nec Spiritus sanctus ẽ Filius, quia Filius nascẽdo hẽt esse de Patre, Spiritus sanctus verò nõ nascẽdo, sed procedendo,] & intelligit per aliam causã, idest, ad literam, diuersum modum procedendi, quia secundum ipsum, est alia causa distinguendi Filium, & Spiritum sanctum à spirare, & spirari; est etiam causa sufficiẽs distinctionis prædictæ diuersus modus procedendi supradictus; nam subdit [quod quia vnus procedit nascendo, & alius non nascẽdo] si non propter aliud distinguerentur, propter hoc solum, essent diuersi. Ergo &c.

C Et hæc de secundo principali.

PVNCTVM III.

Improbatur supradicta opinio.

Improbatio opinionis allatæ. QVANTVM ad Tertium, est sciendum, quod opinio ista improbari põt multipliciter, quod est ostendere veritatem, scilicet, Spiritum sanctum à Filio nõ posse distingui, nisi procedat ab ipso.

Primo. ab auctoritate. Probari autem hoc potest. Primò. Auctoritate multiplici Anselmi, specialiter in prædicto libro de Processione Spiritus sancti, vbi docet, quod sicut collectio plurium accidentium, siue proprietatum, quæ ita inueniuntur in vno, quod non in alio, constituit indiuiduum in rebus crea-

D tis, ita collectio plurium proprietatum, puta paternitatis, spirationis actiuæ in patre, & filiationis, & spirationis actiuæ in filio, constituit has personas quasi in esse indiuisibili, & incommunicabili. Sed hoc non esset verum, si filius per solam filiationem distinguere-

gueretur etiam à Spiritu sancto, & non per spirationem actiuam. Ergo &c.

Præterea. Idem dicit in libro prædictô, quod Spiritus sanctus non distingueretur à Filio, nisi respectu eius esset Deus de Deo. Sed non esset respectu eius Deus de Deo, nisi ab eo procederet. Ergo &c.

Præterea. Dicit Idem ibidem, ꝙ Pater, & Filius in omnibus vnum sunt, nisi in ijs, in quibus distinguit inter eos relationis oppositio.

Potest hoc ipsum probari multiplici ratione. Prima sic. Filius, & Spiritus sanctus: aut distinguntur per oppositionem; aut per disparationem. Si per disparationem, aut per disparationem absolutorum, aut relationum; non potest dici, quod distinguantur per disparationem absolutorũ; omnia enim absoluta diuina, cum ad essentiam pertineant, sunt omnibus diuinis personis communia. Neq; potest dici, quod distinguantur disparatione relationum. Disparatæ enim relationes, quia simul in eadem hypostasi esse non possunt, vt patet de paternitate, & communi spiratione, quæ sunt in Patre, hypostases non necessariò distingunt; nec solum disparatæ relationes hypostases, quæ sunt principium, non necessariò distingunt (vt aliqui dicunt) sed etiam non necessariò distingunt hypostases, quæ sunt principiata, vt patet de aqua calefacta ab igne, quæ eadem hypostasis existens, & secundum eundem calorem numero habet respectus duos ad inuicem disparatos, ad ignẽ s. vt effectus ad causam, & ad eundem ignem, vel aliquid aliud calidum, sicut similis ad simile. Hypostasis ergo etiam ab aliquo producta ad alicuius similitudinem, ad producẽtem duos disparatos respectus habere videtur; scilicet effectus ad causam, & exemplaris ad exẽplar. Si autem dicatur, quod distinguntur per oppositionem Filius, & Spiritus sanctus, ꝙ erat secundum membrum principalis rationis; cum oppositionum quatuor sint genera, vt patet per Philosophum in Prædicamentis, non potest dici, quod distinguãtur per oppositionem cõtradictionis; talis enim non est, nisi inter ens, & non ens: nec per oppositionẽ priuationis, & habitus; sic enim distinguntur solũ perfecta ab imperfectis: nec contrarietatis; contrarietas enim est differentia secundum formam eandem, at forma .s. Essentia Diuina est omnium Personarũ eadem. Distinguntur ergo secundũ oppositionem relatiuam. Nec posset fingi aliqua alia oppositio relatiua non originis, .s. à quo est alius, & qui est ab alio; relationes enim aliæ oppositę .s. supra quantitatem fundatæ, diuinas personas non possunt distinguere, vt facilè probari posset. Distingui ergo non posset Spiritus sanctus à Filio, nisi vnus esset ab alio.

Præterea. Filius, & Spiritus sanctus, aut distinguntur, quia vnus procedit à Patre per actum intellectus .s. Filius; & alius .s. Spiritus sanctus per actum voluntatis, vt quidam dicunt; aut quia principium emanationis vnius est intellectus, & principium emanationis alterius est volũtas; aut distinguntur, quia vnus est ab alio. Primum dari non potest, quod apparet multipliciter. Primo, quia cũ intelligere, & velle in Deo non distinguantur, nisi secundum rationẽ, sequeretur, quod emanationes, quæ per tales actus essent, nõ distinguerentur realiter, & per consequens producta per has emanationes, sed solum secundum rationem. Secundo, quia actus intellectus, & voluntatis communes sunt omnibus personis, nec aliter, vel magis conueniunt vni personæ, quam alteri. Filius ergo seipsum, & Spiritum sanctum produceret, & Spiritus sanctus seipsum, & Filium. Tertio, quia amare, & intelligere cum sint absoluta, ad essentiam pertinent, nec per consequens penes ea est personarum diuinarum distinctio accipienda. Nec potest dici secundum s. quod principium emanationis vnius sit intellectus, & alterius voluntas, tùm quia ista non nisi secundum rationem distingũtur, tùm quia cum sint absoluta ad essentiã pertinent, vt de actibus intellectus, & voluntatis deductum est, tum tertio, & melius, quia sequeretur, quod Filio non nisi intellectus per se, & Spiritui sancto voluntas cõmunicaretur, quod sic patet. Actio qua producitur Filius à Patre, aut est actio vniuoca, aut est æquiuoca, nõ potest dici, quod sit æquiuoca, quia sequeretur, quod Filius specie differret à Patre. Est ergo vniuoca. Sed principium actionis vniuocæ est id, in quo producens, & productum communicant (omne enim agens, secundum quod tale producit sibi simile,) quæ reduplicatio, secundum quod, reduplicat id, quod per se, & non per accidens se habet ad productionem, idest, principium, quo ipsius productionis: propter quod principiũ quo productionis cuiuslibet, maximè vniuocæ, est id, in quo productum producenti assimilatur, Filius autem assimilatur Patri, non solum in essentia, & proprietatibus alijs absolutis, sed etiam in intellectu. Ergo essentia diuina, vt est comprahendens omnes perfectiones diuinas, & non magis vt est intellectus, quàm vt est aliæ, est principium emanationis Filij: & eadem rõ est de emanatione Spiritus sancti.

Nec potest ad hoc responsum dari dicẽdo, quod voluntas diuina est idem realiter, quod diuina essentia, propter quod Pater communicando voluntatem communicat etiam suam essentiam, & per consequẽs omnes alias perfectiones.

Hoc enim non videtur propter duo Primo, quia sequeretur, quod Spiritus sanctus ad minus per se, & ex sua processione solum

Marginalia: A ratione, & primo. — Secunda. — Euasio. — Instantia.

solum haberet voluntatem, & Filius intellectum, & omnes alias perfectiones habebunt per accidens, quod est absurdum, & impossibile; omnes enim perfectiones diuinæ, cum ad essentiam pertineant, ex æquo conueniunt vni personæ, & non magis vna per se, quàm altera. Secundo, quia si intellectus, & voluntas, vt distincta in Patre qualitercunque, sunt principium distinctarum emanationum, ad minus principiũ emanationis vnius, non communicabitur per emanationem reliquæ, quicquid sit de perfectionibus alijs absolutis. Relinquitur tertium membrum, quod .s. per hoc solũ distinguntur, quod vnus est ab alio.

Solutio quæ posset dari. Potest tamen dici secundum prędicta, quod emanatio Filij est per modum intellectus; emanatio autem Spiritus sancti per modum voluntatis, non quia distinguntur hæ duæ emanationes ad inuicē, altero duorum modorum, qui supra probati sunt, sed propter duo. Primo, quia sicut emanatio voluntatis necessariò præsupponit aliam emanationē, scilicet intellectus, quæ est vltima emanatio manens in natura intellectuali, emanatio autem intellectus, vel naturæ potest esse prima, nec necessario ante se aliam prę supponit; sic emanatio Spiritus sancti necessario præsupponit emanationem Filij, quia Spiritus sanctus per hanc emanationem procedens necessario procedit à procedente per aliam emanationem; s. à Filio. Est etiam prædicta emanatio Spiritus sancti vltima manens in natura diuina, emanatio autem Filij prima est, nec aliquã aliam præsupponit. Secundo, quia, quod aliqua duo agentia concurrant ad idem agendum, quæ sunt eiusdē ordinis, & æquè citò perfectè faceret totum vnum, sicut ambo, non videtur accidere in rebus creatis, nisi in agentibus per voluntatem; duo enim amici non tota sua virtute agentes, sed per voluntatem virtutem suã moderantes, possunt concurrere ad aliquod vnum faciendũ ex amicali societate, & tamen vnus æquè citò, & perfectè faceret totum, sicut ambo: quod non est verum de agentibus per naturam, quæ agunt tota sua virtute; quæ etiã moderatio, & remissio in actione intellectus, secundum quod huiusmodi, nisi concurrat cum ea actio voluntatis, esse non potest. Illa ergo actio potest dici per modum voluntatis, quæ est à duobus, cuiusmodi est emanatio Spiritus sancti à Patre, & Filio; illa autem potest dici per modum intellectus, & naturæ, quæ est ab vno tantum cuiusmodi est emanatio Filij, & ratione prædicti modi potest Filius verè dici Verbum, vtpotè verè emanans prima emanatione, & ab vno tantum, & Spiritus sanctus verè dici amor, vtpotè verè emanans vltima emanatione, & à duobus, non quia Filio magis communicetur illud, quod ad intellectum pertinet, quam Spiritui sancto, vel etiam

A quantum ad id, quod ad voluntatem pertinet, communicetur eidem; hoc enim falsũ est, & contra fidem, & similis ratio est de amore quantum ad Spiritum sanctum.

Tertio. Præterea ad principale. Vbicunque est aliqua multitudo perfecta, ibi oportet, q̄ sit aliquis ordo; multitudo enim carens ordine, inordinata, & cõfusa dicenda est, vt enim communiter dicitur, vbi est multitudo sine ordine, ibi est confusio; hoc apparet in vniuerso toto, inter cuius principales partes, idest species quascumque, ordo & gradus aliquis est; species enim rerum sunt sicut numeri per Philosoph. 8. Metaph. t. 10. Si ergo multæ personæ diuinæ, idest Filius, & Spiritus sanctus ab vna procedunt, oportet quod inter eos sit aliquis ordo, nec posset dari alius, nisi originis.

Quarto. Præterea. Relationes oppositæ distinguntur secundum seipsas, vt patet de Paternitate, & Filiatione. Sed relationes disparatę
B distinguntur solum secundum fundamenta, vt patet de similitudine, & æqualitate, quæ non distinguntur, nisi propter distinctionem quantitatis, & qualitatis, quo supposito arguitur sic. Vbi est fundamentum idem numero, & æque perfectum in producto, sicut in producente, relationes disparatæ non magis possunt distinguere realiter productum, quàm producens, & hoc patet per suppositionem prædictam. Sed essentia diuina, quæ est fundamentum omnium diuinarum relationum, eadem numero & æquè perfectè est in Filio, & Spiritu sancto, sicut in Patre. Si ergo relationes disparatæ scilicet Paternitas, & communis spiratio hypostasim Patris producentis non distingunt realiter, nec relationes aliæ disparatæ illis duabus per oppositum responden-
C tes, idest, Filiatio, & Processio distinguere poterunt realiter hypostases Filij, & Spiritus sancti, nisi cum hac potētia, quod Spiritus sanctus procedat à Filio.

Quinto. Præterea. Hoc ipsum patet ex dictis tenentium opinionem contrariam; dicunt .n. quod Filius, & Spiritus sanctus distinguntur ad inuicem per hoc, quod Filius emanat à Patre per intellectum, vt Verbum, & Spiritus sanctus à voluntate, vt Amor. Sed Amor necessariò procedit à Verbo, sic q̄ Amor non esset Amor, nisi à Verbo procederet, sicut apparet in Trinitate animæ intellectiuæ creata, sicut Augustinus dicit in principio 9. de Trinitate, quod nihil diligimus nisi cognitũ, & sicut Philosophus dicit in fine 3. de Anima, quod voluntas ad actũ suum ab intellectu mouetur. Spiritus ergo sanctus nõ posset distingui à Filio, vt Amor
D à Verbo, sicut ipsi dicunt nisi ab eo procederet.

Sexto. Præterea. Hoc ipsum patet per aliud dictum eorum; dicunt enim, quod generare, & spirare in Patre non distinguntur realiter, quia spirare stat cũ opposito ipsius genera-

nerare in Filio, ideſt cum generari; Filius enim ſpirat, & genitus eſt. Pari ergo rône generari, & ſpirari paſſiuè accepta non diſtinguntur ad inuicem realiter, nec per conſequens diuinas perſonas realiter poſſunt diſtinguere, niſi vnum eorum ſtet cum oppoſito alterius. Sed ſpirari non ſtat cum oppoſito ipſius generari, ideſt cum generare (nulla enim perſona diuina eſt, quæ generet, & ſpiretur.) Ergo perſonæ diuinæ per generari, & ſpirari diſtingui nõ poſſent, niſi generari eſſet cum oppoſito ipſius ſpirari, quod eſt ſpirare; ideſt niſi perſona genita ſpiraret Spiritum ſanctum. Et hæc de tertio principali.

PVNCTVM IV.

Reſpondetur argumentis oppoſitæ opinionis.

Ad primam rône opinionis impugnatæ.

¶ RESpondendum eſt ad ſex rationes oppoſitæ opinionis, quę erat Quartũ principale. Ad quarum primam dicendũ eſt, quod aliquando eſt maior diſtinctio in principiatis, quam in principijs, vt in exemplis patet, quæ in argumentando poſita ſunt, aliquando è conuerſo, maior eſt diſtinctio in principijs, quam in principiatis, vt patet in agente naturali, qui producit lignum, & artifice, qui producit formam arcæ in eodem ligno, vel in duobus agentibus ſubordinatis concurrentibus ad eundem effectum, vt patet etiam de patre, & matre eundem filium generantibus. Vel dicendum ſecũdo ad idem, & melius, quod quamuis in rebus creatis, in quibus eſt diſtinctio per abſoluta, poſſit eſſe maior diſtinctio in principiatis, quam in principijs, in Deo tamen hoc eſſe non poteſt, quia in eo non eſt diſtinctio, niſi per relationes, & vt declaratum eſt prima, & quarta ratione facta ad principale, non niſi per relationes oppoſitas, non autem per diſparatas. Vel poteſt dici tertio, quod quamuis in Patre non ſit tanta diſtinctio virtutis generatiuæ, & ſpiratiuæ, quanta eſt inter Filium, & Spiritum ſanctũ, ab vno principio (quod Pater eſt) procedentes (quod ſolum probat argumentum) inter Patrẽ tamen, & Filiũ, à quibus procedit Spiritus ſanctus, non eſt minor, ſed maior diſtinctio, quam inter Filium, & Spiritum ſanctum, ſi ab vna perſona Patris procederet.

Ad ſecũdã.

Ad ſecundam dicendum, quod Filius filiatione ab vtraq; perſona diuina diſtinguitur, vtpotè quarũ neutra eſt Filius, hæc tamen diſtinctio Filij à Spiritu ſancto neceſſario aliam præſupponit, qua ſublata prima remanere non poſſet, quæ diſtinctio eſt inter eos ſpirantis, & ſpirati: ſicut homo per riſibile, quod eſt eius proprietas, ab omni alio diſtinguitur; per hoc tamen non diſtingueretur ab alijs, niſi diſtingueretur ab eis per ſpecificam differentiam, hac enim diſtinctione ſublata, alia, quæ eſt per riſibile, remanere non poſſet: ſicut etiam Sortes diſtinguitur ab omnibus per formam ſuam ſubſtantialem, per quam tamen non diſtingueretur ab indiuiduis eiuſdem ſpeciei, niſi ſuppoſita diſtinctione, quæ eſt per materiam.

A

Ad tertiam.

Ad tertiam dicendum, quod in eodem ſecundum numerum non eſt prius, & poſterius, idem autem actus ſpirandi, & eadẽ virtus ſpiratiua eſt Patris, & Filij; ſunt enim vnum principiũ ambo Spiritus ſancti. Dicitur ergo prius in ordine intellectus ſpirare Pater, quàm Filius. Vel poteſt dici, quę ſi Filius non ſpiraret, nec etiam pater ſpiraret per ſpirationem diſtinctam à Filio, non quia Pater habeat ſpirare à Filio, ſed quia inter Filiũ, & Spiritũ ſanctũ nõ põt eſſe realis diſtinctio, niſi per relationes oppoſitas.

B

Ad quartã.

Ad quartam dicendum, quod generari, & ſpirari repugnantiam habent ad inuicẽ, quæ tamen repugnantia aliam præſupponit neceſſario, ſcilicet, quæ eſt inter ſpirare, & ſpirari, vnde iſta ſublata, & alia deſinit, ſicut de repugnantia hinnibilis, & riſibilis reſpectu repugnantiæ differentiarum ſubſtantialium, vt ſuperius dictum eſt.

Ad quintã.

Ad quintam dicendum, quod Spiritus ſanctus duobus modis diſtinguitur à Filio, ſcilicet, ſicut ſpiratus à genito, & ſicut ſpiratus à ſpirante, primus tamẽ modus remanere non poſſet ſecundo ſublato.

Ad ſextam.

Ad ſextam dicendum dupliciter. Primo, quod Anſelmus loquitur ibi non ex propria intentione, ſed ex ſuppoſitione Grecorum, cum quibus ibi diſputat, primo ſiquidem probat diſtinctionem Spiritus ſancti à Filio per id, quod etiam à Græcis ſupponitur, & tandem circa finem libri illud ſuppoſitum reprobat, vt iam allegatum eſt, quod Spiritus ſanctus non diſtingueretur à Filio, niſi reſpectu eius eſſet Deus de Deo. Vel poteſt dici ſecundo, quod vtrumque illorum eſt ſufficiens cauſa probandi diſtinctionem Spiritus ſancti à Filio, ſeu inferendi, quod idem eſt, non tamen vtrumq; eſt ſufficiens cauſa diſtinguendi per ſe: & quod dicit ipſe, quod propter hoc ſolum eſſent diuerſi, ſic exponendum eſt, ideſt, hoc ſolo dato, ſequitur eos diſtinctos eſſe, non autem quod vnus eorum diſtingueret ſine alio. Et hæc de quarto principali, & de toto.

C

Soluuntur Argumenta initio propoſita.

AD L

AD Primum ergo factum in oppoſitum dicendum, quod Filius, & Spiritus ſanctus diſtinguntur propter diuerſas origines, vt Richardus de ſancto Victore dicit, illæ tamen origines realiter diſtinctæ non eſſent quantumcunque vnus procederet, vt genitus, & alius vt ſpiratus, vt tangebatur in arguendo, niſi procedens per vnã originẽ,

D

proce-

procederet à procedente, secundum aliam originem, vt in responsione principali probatum est.

AD II. Ad secundum dicendum, quod quàuis omnes relationes, quæ sunt diuinarum personarum ad inuicem sint reales, distinctio tamen realis nõ est necessaria inter relationes disparatas; possunt enim esse in vna persona, sed solum inter relationes oppositas: & si inter relationes aliquas disparatas est realis distinctio, sicut est inter Filiationem, & Processionem, illa distinctio necessariò aliam præsupponit, scilicet relationum oppositarum, qua sublata, ipsa etiam remanere non posset; vt supra probatum est. Et si quæratur, vtrũ relationes disparatæ plures relationes diuinæ dici possint. Dicendum est, quod si distinctio, quæ in pluralitatis nomine importatur, ad relationes referatur, vt sit iste sensus, relationes disparatæ sunt plures, quarum vnaquequæ realis B est, sic prædicta propositio est concedenda; si autem distinctio ad realitatem referatur, sic est neganda, maximè de illis disparatis relationibus, quæ possunt conuenire vni personæ; esset enim sensus, quod tales relationes sunt distinctæ realiter; nulla enim, vt credo, in Deo est realis distinctio, nisi hypostasum, per quem etiam modum concedi posset, & negari hæc ꝓpositio, Sapientia, Potentia, & Deitas, sunt plura attributa realia.

AD III. Ad tertium dicendum, quod quamuis Filius per Filiationem etiam à Spiritu sancto distinguatur, sicut Filius à non filio; hęc tamen distinctio, vt iam pluries dictum est, necessariò distinctioné aliam præsupponit, qua per consequens sublata, & ipsa remouetur, quæ distinctio est inter Filium, & Spiritum sanctum, sicut inter spirantem, & C spiratum.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod ablato minus communi ratio magis cõmunis non remanet in illo minus cõmmuni, sed in aliquo alio. Sicut ablato rationali non remanet animal, quod est homo, sed animal irrationale, quod est brutũ, & sic posset dici in proposito, quod ablata pluralitate diuina, nõ remanet ratio hypostasis diuinæ, sed remanere potest ratio hypostasis in aliqua creatura. Vel dicendum, & melius, ꝙ non solum personæ diuinæ, sed etiã diuinæ hypostases distinguntur non per relationes disparatas, sed per oppositas solum; idem .n. significant hypostasis diuina, & persona diuina; vndè si inter Filium, & Spiritum sanctum non sint relationes oppositæ, ꝙ esset si Spiritus sanctus à Filio non procederet, Spiritus sanctus non esset persona, vel etiam D hypostasis distincta à Filio.

AD V. Ad quintum dicendum, quod sicut in respõsione principali declaratum est, principium processionis Spiritus sancti non est A voluntas Patris, sed eius essentia, vt est cõprehendens in se oẽs diuinas perfectiones, q̃ tñ essentia diuina, non esset principiũ quo Patri ꝓcessionis Spiritus sancti nisi Spiritus sãctus procederet à Filio, nõ ꝓpter insufficientiam Patris, vt dicebatur in arguendo, sed quia Spiritus sanctus nõ posset esse persona distincta à Filio, nisi ab ipso ꝓcederet.

AD VI. Ad sextum dicendum, quod Spiritus sanctus procedit à Filio, & à Patre, nõ per actũ voluntatis, vt supponebatur in arguendo, secundum quod in secundo puncto principali probatum est; dato tamen ꝙ per actum voluntatis procederet, adhuc argumentum non concludit; actus enim voluntatis Filij, qui est amare potest intelligi ad duo terminari, ad vnum siquidem secundum rationẽ, & hoc est obiectũ amoris, & sic terminatur ad Patrem; ad aliud autem terminatur secundũ rem, & hoc est amor spiratus per actum amãdi prædictum, & sic terminatur ad Spiritum sanctum, & non ad Patrem.

AD VII. Ad septimum dicendum, quod hæc propositio: Aliud est Filium esse, & Spiritum sanctum esse, potest dupliciter intelligi, vno modo, vt diuersitas, quæ per Aliud, importatur; referatur ad esse, vt sit sensus, Aliud est esse Filij, & Spiritus sancti; & sic prædicta propositio neganda est: in Deo enim idem est esse, & essentia, & esse absolutum est sicut essentia, propter quam idẽ numero est esse omnium diuinarum personarũ; falsa est enim illa distinctio, quam quidam antiqui dixerunt, quod in Deo est duplex esse essentiale, & personale; personæ enim diuinæ non nisi per diuinam essentiam existũt siue subsistunt: Alio modo põt intelligi p̃dicta ꝓpositio, vt diuersitas, q̃ importatur per, Aliud, ad relationes referatur, vt sit sensus. Alia relatio est Filiatio, qua Filius est Filius, & processio, qua Spiritus sanctus est Spiritus sanctus, & sic est prædicta propositio concedenda: inter prædictas tamen duas rationes non esset talis distinctio, vt iã pluries dictum est, nisi cum filiatione in Filio esset aliqua relatio, scilicet communis spiratio opposita relationi Spiritus sancti, quæ est processio.

AD VIII. Ad octauum dicendum, quod quamuis relatio diuina, vt relatio, referat tantum, & non constituat, vel distinguat, ipsa tamẽ eadem manens, vt est idem cum diuina essentia, constituit differentiam hypostasum, & vt est proprietas, distinguit.

AD IX. Ad nonum dicendum, quod solus Pater dicitur principium fontale totius Trinitatis, quia ipse solus est principium, non de principio, & est principium totius Deitatis ambabus alijs personis, non autem per hoc excluditur, quin etiã Filius sit principium diuinitatis ipsi Spiritui sancto.

QVAESTIO XIV

Vtrum beatitudo conſiſtat principaliter in actu intellectus, vel in actu voluntatis.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I ET PRIMO videtur, quod cōſiſtat in actu voluntatis. Primo .n. mouenti reſpondet finis non ſolum vltimior, ſed etiā nobilior, maxime quia finis quanto vltimior, tā-to nobilior, vt patet ex libris Ethicorū, ſicut Duci exercitus reſpondet pro fine victoria. Voluntas autem ſecundum Philoſophos, & Theologos eſt primū mouēs in actibus animæ, vltimus autem, & nobiliſſimus finis eſt beatitudo. Ergo &c.

II. PRÆT. Eodem aliquis mouetur ad finem, & in eo quieſcit. Sed voluntate in via mouemur ad Beatitudinem ipſam, .ſ. affectando; à voluntate etiam imperantur actus omnes virtuoſi, quibus mouemur ad Beatitudinem. Ergo per voluntatem quieſcimus in Beatitudine in patria, & ſic Beatitudo videtur pertinere ad voluntatem, ſicut in qua quieſcit voluntas.

III. PRÆT. Sicut ſe habet Beatitudo falſa ad id, in quo conſiſtit ſecundum opinionem ponentium talem Beatitudinem, ſic ſe videtur habere Beatitudo vera ad id, in quo verè conſiſtit ſecundum opinionem rectè ſapientium. Sed Beatitudo falſa non eſt in viſione, ſed magis in delectatione, ſicut Beatitudo auari non ponitur ab eo in viſione pecuniæ, ſed magis in delectatione, quæ pecuniæ poſſeſſionem conſequitur; & Beatitudo luxurioſi in delectatione venerea. Ergo Beatitudo non eſt ponenda in Dei viſione, quæ eſt actus intellectus, ſed magis in Dei delectatione, & fruitione, quæ eſt actus voluntatis.

IV PRÆT. Omne, quod recipitur in aliquo; recipitur in eo per modum recipiētis, vt dicitur in libello de Cauſis. Sed ſi Beatitudo in actu viſionis conſiſtit, Beatitudo eſt ſubiectiuè in intellectu. Ergo recipietur in eo per modum eius. Sed modus intellectus eſt, quod poſſit cogi ad actum ſuum, quod non eſt modus voluntatis. Ergo Beatus poſſet cogi ad Beatitudinem: hoc eſt falſum, & impoſſibile; Beatitudo enim eſt aliquid delectabiliſſimum, nihil autem coactum ſecundum quod tale eſt delectabile. A Falſum eſt ergo id, ex quo ſequitur, ſ. Beatitudinem in actu intellectus conſiſtere. V.

PRÆT. Sicut ſe habet dilectio Dei, quæ eſt in via ad eius agnitionem, ſic videtur ſe habere in Patria. Sed in via agnitio Dei eſt propter dilectionem, ſicut propter finem; voluntas enim mouere debet intellectum in via ad intelligendum quodcunq; intelligibile, propter Dei dilectionem, alias eſſet peruerſa. Ergo & in Patria dilectio Dei eſt finis cognitionis. Sed finis eſt nobilior ijs, quę ſunt ad finē; Beatitudo ēt rōnem vltimi finis habet, & non eius, quod eſt ad finem. Beatitudo ergo in actu voluntatis conſiſtit.

VI. PRÆT. Deus eſt obiectū noſtræ Beatitudinis B in rōne, qua eſt vltimus finis. Beatitudo .n. tā creata, quā increata rōnē habet vltimi finis. Sed Deus eſt vltimus finis, sm̄ quod ſummum bonū, ſicut .n. finis habet rationem boni, ſic vltimus finis habet rōnem ſummi boni. Ergo Deus eſt obiectum noſtræ Beatitudinis, in quantum eſt ſummū, ſeu ſimpliciter bonū. Sed ſummū, ſeu ſimpliciter bonum, sm̄ quod tale eſt obiectū voluntatis, & non intellectus; verum .n. quod eſt obiectum intellectus eſt bonum sm̄ quid, vt cōiter dicitur. Ergo Deus eſt obiectum noſtræ Beatitudinis, in quantum eſt obiectū voluntatis, & per conſequens Beatitudo in actu voluntatis conſiſtit.

VII C PRÆT. Beatitudo conſiſtit in actu nobiliſſimo. Sed actus voluntatis videtur eſſe nobilior, quàm actus intellectus. Ergo &c. Probatur minor multipliciter. Primo, quia nobilior ordo Angelorum denominatur à nobiliori actu. Sed nobilior eſt ordo Seraphim, qui denominatur ab actu charitatis, quam ordo Cherubim, qui denominatur ab actu intellectus. Ergo &c.

VIII. PRÆT. ſecūdo, & eſt octauu principale. Perficiens sm̄ quod tale, eſt nobilius perfecto, ſed voluntas perficit intellectū, vt videtur, quia perfectio intellectus videtur conſiſtere D in formatione verbi; voluntas autem ſecundum Auguſt. in lib. de Trinit. præcedit, & perficit partū mētis, & per partū mētis Aug. verbi formationem intelligit. Ergo &c.

RÆT.

IX. PRÆT. tertio, & est nonu principale. Dependens, sm̃ ꝙ tale, est ignobilius eo, à quo depēdet: sed intellectus dependet à voluntate quantum ad visionem; non .n. possumus per intellectum videre Deum in Patria, nisi prius diligamus eum in via: è contra autem, voluntas non dependet ab intellectu; possumus enim in via Deum diligere, absq; hoc, quod ipsum videamus. Ergo intellectus est beatior voluntate.

X. PRÆT. Sed respondens dicebat, ꝙ Beatitudo non est in actu voluntatis, quia non est in desiderare, nec in delectari. Contra hoc arguitur, & est vltimum argũm. Quia diuisio est insufficiens, vt videtur, quia non minus potēs est appetitus intellectiuus, qui est voluntas, ad eliciēdũ actus suos, quã appetitus sensitiuus respectu actuum suorum. Sed appetitus sensitiuus, secundum contrariam doctrinam, habet tres actus, s. amare desiderare, & delectari. Ergo appetitus intellectiuus, præter desiderare, & delectari, habet tertium actum, qui est amare.

Pro Parte Opposita.

SED in contrariũ est id, ꝙ dicitur Io. 17. [Hæc autem est vita æterna, vt cognoscāt, &c.] Sed cognoscere est actus intellectus. Ergo &c.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Dicendum, quod in hac quæstione, sicut apparet, aliquid supponitur, s. Beatitudinem in altero prædictorum duorum actuum, vel in ambobus consistere; & aliud quæritur, scilicet in quo illorum duorum actuum essentialiter, seu principaliter Beatitudo consistat. Erit ergo in hac quæstione sic procedendum. Primo exponetur titulus quæstionis. Secundo, probabitur id, quod in hac quæstione supponitur. Tertio, narrabitur quædam opinio cum suis fundamentis, quæ est in hac quæstione, quantum ad id, quod in ea quæritur. Quarto, prædicta opinio improbabitur, quod est declarare veritatem. Quinto, rationibus oppositæ opinionis respondebitur.

PVNCTVM I.

Explicatur titulus quæstionis.

Primũ notandum. QVANTVM ad Primum horum est sciendum, quod Beatitudo nihil aliud est, quam vltimus finis rationalis, seu intellectualis naturæ, quæ alio nomine Felicitas dicitur, & quia Beatitudo est finis, idcircò habet rationem boni; quia vero est vltimus finis, habet rationem summi boni. Beatitudo ergo nihil aliud est, quã summũ bonum intellectualis naturæ, quod est eius vltimus finis. Finis autem duplex est, vt dicitur 2. Physicorum, s. Cuius, & Quo, idest Res, & Operatio, qua res attingitur; sicut finis ædificationis est domus, & eius habitatio. Et secundũ hoc Beatitudinem esse in aliquo, pōt intelligi dupliciter, s. aut sicut in obiecto extrinseco, aut sicut in aliqua operatione homini inhærente. Primo modo non intelligitur quæstio, sic enim consistit Beatitudo in solo Deo, quod potest ad præsens probari tripliciter.

Primo, quia vltimus finis debet quantũ ad identitatem in rebus perfectis, per correspōdentiã se habere, ad primũ principiũ, vt cōmuniter dicitur, & in figura circulari apparet. Sed solus Deus est principium intellectualis naturæ. Ergo ipse solus est vltimus finis, qui vltimus finis, vt iam dictum est, est eius Beatitudo. Probatur sensus explicatus. Primo.

Præterea. Appetitus intellectiui obiectum, est bonum in communi, & non aliquod bonũ determinatum, sicut appetitus sensitiui, propter quod ab appetitu intellectiuo appeti potest, quicquid rationē boni potest habere. Illud ergo solũ potest quietare appetitum intellectualis naturæ, quod habet in se rationem omnis boni, seu boni infiniti, ꝙ idem est: quodcunq; .n. aliud bonum particulare natura intellectualis adipiscitur, non quietatur necessario, sed adhuc aliquod aliud bonum potest appetere. Sed solus Deus est infinitum bonum, habens in se per consequēs rationē omnis boni. Ergo ipse solus pōt quietare omnem appetitũ intellectualis naturæ: hoc autem est de ratione beatitudinis, ꝙ .s. quietet appetitum intellectualis naturæ; est .n. vltimus finis, vt iam dictum est. Secundo.

Præterea. sm̃ Boetiũ in lib. 4. de Consolatione. Felicitas est status omnium bonorum aggregatione ꝑfectus. In illo ergo est intellectualis naturæ Felicitas, seu Beatitudo, in quo sunt oĩa bona. Hoc aũt est solus Deus, sm̃ id, ꝙ dicit ipse Moysi Exodi 33. [Ego ostendã tibi omne bonũ.] Ergo &c. Est ergo intellectus quæstionis quærere, in quo sicut in aliquo actu homini inhærente, sit summum bonum intellectualis naturæ. Tertio.

Vlterius sciendum, ꝙ nō quæritur hic de Beatitudine imperfecta, qualem possumus habere in via, sed de Beatitudine perfecta, qualem expectamus in Patria. Secundum notandum.

Vlterius intelligendum est, ꝙ Beatitudo potest dici esse in aliquo dupliciter, aut sicut in eo, quod essentialiter, & primo est ipsa Beatitudo, & sic ad præsens loquimur de Beatitudine: aut secundo, sicut in eo, quod est secundario, & accidentaliter ipsa Beatitudo, & sic non intelligitur quæstio; hoc enim modo Beatitudo est etiam in bonis corporis, vtpotè in dotibus corporis glorificati: & quia in homine est considerare bona triplicis generis, idest, exteriora corporis, & animi, vt patet ex 7. Polit. c. 1. Tertiũ notandum.

inter quæ, bona animæ præeminent, vt patet ibidem, inter bona autem animę, quæ possunt appeti appetitu commodi, vel concupiscentiæ, sicut beatitudo creata appetitur, actus est maius bonum, quam habitus, & habitus quam potentia, cum vnum se habeat, vt informatiuum, & perfectio respectu alterius. Patet ergo, quod beatitudo in aliquo actu animæ cōsistit: intellectus ergo quæstionis est, quætere quis actus animæ sit summum bonum eius, quod est Felicitas eius, siue Beatitudo. Et hæc de primo.

PVNCTVM II.

Probatur suppositum quęstionis.

Suppositū quæstionis probatur. QVANTVM autem ad Secundum, scilicet, quod beatitudo in altero prædictorum actuum consistat, potest ad præsens probari tripliciter.

Primo. Primo, quia beatitudo est proprium intellectualis naturæ, vt patet in Ethicis Ergo conuenit ei secundum id, in quo ab omni alia creatura distinguitur, seu in quo omnes alias creaturas excedit. Hoc non est nisi intellectus, & voluntas. Ergo &c.

Secundo. Præterea. Dictum est, & probatum, quod solus Deus est obiectum nostræ Beatitudinis. Illi ergo actus sunt essentialiter nostra Beatitudo, quibus Deus potest à nobis attingi: hi autem non sunt nisi actus intellectus, & voluntatis; siquidem intellectu Deus à nobis attingitur, in quantum est sūma veritas: actu autem voluntatis, in quātum est summa bonitas; omnibus autem alijs actibus animę solæ res corporales possunt à nobis attingi; sunt enim actus coniuncti totius, & non animæ solius. Ergo &c.

Tertio. Præterea. Dictum est, quod beatitudo est summum bonum totius intellectualis naturæ. Sed huiusmodi sunt duo actus prædicti; ij enim duo soli conueniunt intellectuali naturæ, secundum id, in quo totam naturam corporalem excedit, & secundum quod Deo similitudine imaginis assimilatur, idest secundum mentem. Ergo &c. Et hæc de secundo principali.

PVNCTVM III.

Assertur quædam opinio cum suis fundamentis.

Opinio quorundā. QVANTVM ad Tertium sciendum est, quod Quidam dicunt, quod Beatitudo essentialiter, & principaliter in actu voluntatis consistit, secundario autem, antecedenter, & dispositiue, & secundum aliquos eorum, accidentaliter in actu intellectus.

A

Probatur indirectè. ¶ Hoc autem probant dupliciter indirectè, & directè. Primo indirectè, ostendendo, scilicet, quod actus voluntatis sit nobilior actu intellectus, ad quod sequitur, quod beatitudo consistat in actu voluntatis; beatitudo enim cōiter supponitur ab omnibus in nobilissimo actu consistere. Et secundo directè, ostendendo, quod in tali actu est beatitudo. Primum istorum, quod actus voluntatis sit nobilior actu intellectus. Probatur sex rationibus.

1. Ratio. Et prima talis est. Illa potentia, quæ elicit actum suum liberè, spontè, absque coactionis necessitate ab aliquo, & dominatiuè, dominando, scilicet, supra actum suū, est nobilior tanquam eliciens actum suum nobiliori modo, quàm illa, quæ elicit actū suum seruiliter, & non dominatur actui suo, sed potest ad ipsum necessitari ab aliquo; liberum enim, secundum quod tale, nobilius est non libero. Sed voluntas elicit actum suum liberè, & dominatiuè; intellectus autem potest necessitari, & cogi, & etiā à volūtate impelli ad actum suū. Ergo &c. Et ex hoc vlterius concludunt, quod quia liberi est vti seruis, & nobilioris vti ignobiliori, & superioris inferioribus, vt dicit Cōmentator supra 6. Ethicorum, & sicut videtur in omnibus, in quibus naturalis, & debitus ordo seruatur, idcircò voluntas vtitur intellectu, & cæteris potentijs animæ, vt dicit Augustinus 10. de Trinitate cap. 11. [Vti enim (inquit) est assumere aliquid in facultatem voluntatis;] Et hæc ratio accipitur comparando potentiam ad potentiam.

B

2. Ratio. Præterea. Hoc ipsum videtur comparādo habitum ad habitum; nobilioris enim potentiæ, nobilior est habitus, vt dicit Cōmentator 6. Ethicorum; habitus enim est perfectio potentiæ, perfectio autem, & perfectibile debent per correspondentiam se habere, sicut quilibet actus, & potentia. Sed charitas, quæ est virtus, & perfectio voluntatis, est nobilior habitus, quam quicūq; habitus intellectus, dicente August. 15. de Trin. c. 18. [Nullum est isto dono Dei excellentius, solum est, quod diuidit inter filios Regni æterni, & filios perditionis,] & vt Apostolus 1. ad Corinthios 13. per multa probat. Ergo &c.

C

3. Ratio. Præterea tertio, hoc ipsum videtur ex comparatione actus ad actum; nobiliori .n. potentiæ nobilior actus correspondet, actus autem voluntatis est nobilior, quam actus intellectus. Ergo &c. Minorem declarant, quia in actibus animæ, quāto actus est vniuersalior, tanto magis videtur perfectior, & nobilior, vt patet de actu sensus exterioris, & de actu sensus interioris respectu actus intellectus.

D

Hoc

Exemplo res manifestatur

Hoc etiam videmus in naturalibus, quia quantò perfectio est vniuersalior, tantò est maior, vt patet de sensitiuo respectu vegetatiui, & de intellectiuo respectu sensitiui; embrio enim prius informatur vita vegetatiua, postea sensitiua, postea intellectiua Sed actus voluntatis est vniuersalior, quàm actus intellectus. Ergo &c.

4. Ratio.

Præterea quarto. Hoc videtur ex parte obiectorum, quia nobiliori potentiæ respōdet nobilius, & melius obiectum. Sed obiectum voluntatis, idest, bonum, est melius, quam verum, quod est obiectum intellectus. Ergo &c. Minorem probant dupliciter.

Primo

Primo. Quia secundum Philosophum 3. Topicorum. Melius est, quod omnes appetunt, quàm quod non omnes, & ꝙ plures, quam quod pauciores. Sed bonum omnes appetunt, vt dicitur in princ. Ethicorum, non autem verum. Ergo bonum est melius vero.

Secundo.

Secundo. Quia melius est, quod est bonum per se, quam quod est bonum per accidens. Sed bonum est bonum per se, verum autem est bonum per accidens, in quantum scilicet induit rationem boni. Ergo &c.

5. Ratio.

Præterea. Hoc ipsum videtur ex vnione potentiæ ad obiectum; quanto enim potentia per actum suum magis vnitur obiecto suo, tanto est nobilior. Sed huiusmodi est voluntas respectu intellectus. Ergo &c. Minorem probant tripliciter.

Probatur minor tripliciter.

Primo.

Primò, quia maior est vnio per transformationem quandam, quàm illa, quę est solum secundum intentionalem expressionē. Sed amor transformat amantem in amatū, secundum Hugonem de S. Vict. super Cæl. Hierarch. est enim secundum Dionysium, idem amor virtus vnitiua, & coniunctiua; per intelligere autem res intellecta secundum eius esse intentionale vnitur intelligēti. Ergo &c.

Secundo.

Secundo, quia maior est vnio, quæ est ad rem secundum modum suum, quē habet in seipsa, quam illa, quæ est ad rem secundum modum intentionalem, quem habet in verbo Sed sic est de voluntate respectu intellectus; amare enim, vt communiter dicitur, est motus animæ ad rem, prout est in seipsa; per intelligere autem res intellecta est in intelligente, secundum enim Philosophū 6. Metaph. t. 8. Bonum, & malum sunt in rebus. verum autem, & falsum in intellectu. Ergo &c.

Tertio.

Tertio, quia vt dicit Hugo super Cælestem Hierarchiam, plus Deus à nobis diligitur, quàm intelligatur, & dilectio intrat, vbi cognitio foris stat. Ergo &c.

6. Ratio.

Præterea. Hoc ipsum videtur ex parte imputationis peccati, quia quando multi conueniunt ad aliquid faciendum, ille, cui magis imputatur, videtur principalior. Sed peccatum etiam intellectus, vt incredulitas, magis imputatur voluntati, quam intellectui; peccatum enim secundum Augustinum, adeò est voluntarium, quod si non est voluntarium, non est peccatum. & Anselmus dicit libro de Conceptu Virginali, & orig. peccato c. 4 [Deniq; si de actionibus voluntarijs, quæ iniustè fiunt; arguātur membra, & sensus, quibus fiunt; respondere possunt, Deus nos, & potestatem, quę in nobis est, subiecit voluntati, vt ad imperiū eius non possimus mouere nos, sed facere, quod vult,] & subdit [Dominæ, quam Deus nobis dedit, nec possumus, nec debemus non obedire;] & infra cap. 5. [Voluntas (inquit) est, cui subditi sunt omnes voluntarij motus totius hominis.] Ergo &c.

Probatur opinio allata directè.

¶ Secundo directè. Præterea videtur, quod in actu voluntatis sit beatitudo; beatitudo enim à nobis summè debet appeti. Sed summè à nobis debet appeti, quod Deus magis à nobis expetit; magis autem à nobis expetit, & magis in nobis approbat, tàm in via, quàm in patria sui dilectionem, quā agnitionem. Ergo &c.

1. Ratio.

Præterea. Beatitudo est summum bonū intellectualis naturæ, in illo ergo actu videtur esse beatitudo, in quo magis est intellectualis naturæ bonitas. Sed bonitas maximè esse videtur in Dei dilectione perfecta, vt dicit Hugo super Cælestem Hierar. quòd dilectio supereminet scientiæ, & melior est, quam intelligentia. Ergo &c. Et hæ sunt in vniuersum principales rationes istius opinionis. Et hæc de tertio principali.

2. Ratio.

PVNCTVM IV.

Improbatur prædicta opinio, et declaratur veritas quæstionis.

Impugnatio prędictę opinionis.

QVANTVM ad quartum principale dicendum est, quod his non obstātibus, vt per sequentia patebit, non de necessitate concluditur, quod Beatitudo essentialiter, & primo consistit in actu intellectus, quamuis accidentaliter, & secundariò posset dici, quod consistat in actu voluntatis.

Primo indirectè.

¶ Quod ad præsens probari potest dupliciter. Primo siquidem indirectè, ostendendo præeminentiam intellectus ad volūtatem. Secundo directè, ostendendo, quod in ipso est beatitudo. Primū apparet multipliciter. Primo siquidem comparando potentiam ad potentiam, & hoc quadrupliciter.

Prima ratio principalis.

Primo sic. Potentia quanto immaterialior, tanto nobilior. Sed intellectus est immaterialior, quàm voluntas. Ergo &c.

Maior

Maior patet. Imaginatio enim est nobilior potentia sensu exteriori, & intellectus imaginatione; quia est immaterialior: tum etiã ratione; hoc enim apparet in toto vniuerso, quòd scilicet, quantò aliquid est immaterialius, tantò est nobilius secundum suam naturam. Minor probatur, quia immaterialior est illa potentia, quæ non solum fertur in obiectum immateriale, sed quæ facit suum obiectum immateriale, quam illa, quæ fertur in obiectum immateriale, factũ immateriale ab alia priori potentia. Sed intellectus facit obiectum suum immateriale; secundum enim Comment. super 1. de Anima tex. 8. intellectus est qui facit vniuersalitatem in rebus. Ergo si voluntas fertur in aliquod vniuersale, illud non est factum vniuersale à voluntate, sed ab intellectu.

Confirmatio 1. Præterea. Ea, quæ in diuinis important ordinẽ originis, in creaturis important ordinem dignitatis; quia ea, quę in diuinis important ordinem originis, se habent, vt principium, & quod est à principio; & hæc in creaturis se habent, vt causa, & causatum; causa autem dignior est suo causato. Sed verbum, & amor in diuinis habent inter se ordinem originis, eò, quod amor spiratur à verbo. Ergo in creaturis verbum, & intelligere ei correspõdens, sunt aliquid dignius, quam amor, & voluntas ei correspondens, sicut causa est dignior suo effectu.

Confirmatio 2. Præterea. Vt communiter dicitur, denominatio fit à digniori. Sed animæ humanæ, & substantiæ separatæ non appetitiuæ, vel volitiuæ, sed rationales, vel intellectuales dicuntur. Ergo &c.

Præt. oĩs actus volũtatis ẽ amare, vel ipsũ supponit: omni autẽ amore nobilior, est aliqua alia perfectio amantis: & de amore concupiscentiæ patet, cum sit tẽdentia quędam, & inclinatio in aliquam amantis perfectionem. Hoc etiam patet de amore amicitiæ, per quem tendit, & inclinatur quis nõ solum in bonum amici, sed etiam ad habẽdum amicum præsentem; non enim esset bonus amicus, qui non affectaret eũ præsentialiter cum amico, non solum, vt amatur, quia sic habet eum, sed per aliquem alium actum, & in proposito non nisi per actum intellectus.

Instãtia. Sed dices, quod per amorem viæ, qui est imperfectus tẽditur ad amorem Patrię perfectum, sicut aqua per calorẽ imperfectum inclinatur, & tendit ad calorem perfectum; & per consequens per amorem vię inclinatur, ad habendum Deum præsentem, non vt intellectum, sed vt amatum per fidem.

Exclusio. Sed hoc excludẽdo dicitur. Primo, quia per habitionem secundum intellectum, per se non tenditur in aliquid aliud, per habitionem autem voluntatis per se tenditur, & per accidens non tenditur. Secundo, quia etiam p habitionẽ voluntatis in Patria tenditur in aliquid aliud nõ absens, sed præsens, sicut in Primo * de vnione vtriusq; potẽtię dicitur, vndè quære ibi, & declara prædicta duo, p ea, quæ ibi sunt.

*primũ Sententiarum citat, qui cũ alijs desiderãtur.

A

Confirmatio 3. Præterea. Quando aliqua duo sic se habent, quod vnum eorum habet necessario rationem tendẽtis in aliquid aliud, seu eius, quod est ad finem, aliud autem habet rationem finis, & non tendentis in aliud, sicut in finem; id quod habet rationem finis, & nõ tendentis in aliud, semper est nobilius, & dignius; finis enim, vt communiter dicitur, dignior est ijs, quæ sũt ad finẽ. Sed sic se habẽt intellectus, & volũtas. Ergo &c. Maior patet. Minor declaratur. Omnis .n. appetitus est inclinatio quædã, & tẽdentia in aliquid aliud .s. in appetibile, vt patet de appetitu naturali; appetitus enim materiæ nihil aliud est, quàm naturalis tendentia, & inclinatio materiæ ad formam; appetitus etiam naturalis lapidis deorsum, qui dicitur grauitas, nihil aliud est, quam naturalis tendẽtia, & inclinatio lapidis deorsum: hoc etiam apparet in appetitu sensitiuo, qui nihil aliud est in brutis, quàm inclinatio, & tendentia quædam ad operationes sensitiuas, quibus conseruatur brutum in suo indiuiduo, & specie. Sed voluntas est quidam appetitus, rationalis, seu intellectiuus. Ergo & voluntas habet rationẽ tendentis in aliquid aliud, seu eius, quod est ad finem, quod non est verũ de intellectu, vt de se patet. Ergo &c.

B

2. Ratio. principalis. Secundo hoc patet comparando actum ad actum; id enim, quod habet rationem regulantis, & mensurantis, seu dirigentis, est secundum quod tale, dignius, & perfectius, vt de se patet. Sed recta ratio est huiusmodi respectu actus voluntatis, cum actus volendi bonitatem non habeat, nisi ex cõformitate ad rectam rationem, vt patet per Philosophum in Ethicis, & in multis locis: voluntas siquidem secundum se accepta irregulata, & absq; mensura est, regulatur autem, & dirigitur a ratione, propter quod etiam homines irregulatos in actibus suis, sine rationis regula, in actus prorumpentes, homines voluntatis vocamus: homines autem rectè, & virtuosè viuentes, dicimus homines rationis. Ergo &c. Nec videtur verum, quod quidã dicunt, quod intellectus est respectu voluntatis, vt portitor candelę, seu laternæ de nocte respectu domini, qui ipsum sequitur; talis enim portitor, non est magis videns de nocte, quam dominus, nec per consequens est dirigens propriè in itinere dominum; sed per lumen candelæ vterq; dominus scilicet, & seruus, dirigitur. Sed intellectus est intelligens, & non voluntas, propter quod intellectus est propriè dirigens, & regulans voluntatem; propter quod etiã videtur dominium super voluntatem habere; Vigentes enim intellectu secundum Philosophum in Politicis, sunt naturaliter domini, vtpotè aliorum directores; Intellectus ergo respectu voluntatis, non est

C

D

sicut

sicut candelæ portitor respectu domini. Sed potius sicut aliquis videns, qui est sicut ductor, sic habet respectu alicuius cæci, qui ipsum sequitur.

3. Ratio. Tertio, apparet prædicta præeminentia comparando habitum ad habitum; perfectior enim habitus, & nobilior est perfectioris, & nobilioris potentiæ. Sed virtutes intellectuales, quæ perficiunt intellectum, sunt nobiliores, quam virtutes morales, quæ perficiunt appetitum, vt patet per Philosophum in Ethicis, inter virtutes etiam morales nobilior est prudentia, quæ subiectiuè est in intellectu, quam iustitia, quæ est subiectiuè in voluntate. Ergo &c.

4. Ratio. Quarto, hoc apparet comparando obiectum ad obiectum; simplicius.n. obiectum respondet nobiliori potentiæ, è cõtra obiectum, quod se habet per additionem, respõdet ignobiliori; hoc apparet expressè in intellectu, imaginatione, & sensu exteriori; obiectũ enim sensus exterioris est quale, vt coloratum, dulce, &c. obiectum autem imaginationis est quantum; obiectum autẽ intellectus est essentia, seu quod quid est; qualitas autem est aliquid superadditum quantitati; quantitas vero quidditati. Sed obiectum intellectus, quod est ens, est aliquid simplicius, quam bonum, quod est obiectum voluntatis, quod se habet per additionem alicuius rationis supra ens; omnia enim se habent per additionem ad ens, vt communiter dicitur. Ergo &c.

5. Ratio. Quinto, hoc apparet comparando vnionem vnius potentiæ cũ obiecto suo ad vnionẽ alterius potentiæ cũ obiecto suo, & hoc tripliciter. Et ad euidentiam huius est sciẽdum, quod nulla vnio potentiæ cum obiecto suo intelligi, vel fingi potest, nisi per actũ potentiæ, quo scilicet, potentia attingit suũ obiectum secundum nostrum modum intelligendi: vnde sicut voluntas vnitur obiecto suo per actum amandi, sic & intellectus rei intellectæ per actum intelligendi. Quo supposito sic arguitur. Illius potentiæ vnio cum re est maior, cuius obiecti ratio, secũdum quam rẽ attingit, est rei intimior. Sed ratio entis, secundum quam intellectus rẽ attingit per suum intelligere, est intimior ipsi rei, quam ratio boni, secundum quam voluntas per suum amare rem attingit; esse enim, vt communiter dicitur, est intimius quibuscunq; alijs, quæ in re inueniri possunt, & omnia alia se habẽt per additionem ad esse, vt iam dictum est; sicut quidditas est intimior ipsi rei, quã quantitas, vel qualitas, quæ superadduntur quidditati. Maior ergo est vnio intellectus cum re, quam voluntatis, & intimior, & per consequens secũdum suppositionem tenẽtium partem oppositam, intellectus est nobilior voluntate.

Cõfirmatio. Præterea: Vnio, per quam non tenditur ad aliam vnionem, est maior, & nobilior

A vnione, per quam ad aliam vnionem tenditur. Sed talis est vnio intellectus respectu vnionis voluntatis; sicut enim amare, vt iã dictum est, est quædam tendentia in aliud, non autẽ intelligere; sic & vnio, quæ est per amare, non autem vnio, quæ est per intelligere; propter quod quamquam à nobis Deus in via, verè, & immediatè ametur, & per consequens voluntas ei, vt amato, verè, & immediatè vniatur, homo tali vnione non est contentus, imò per talem vnionem inclinatur, & tendit, & appetit perfectiorẽ aliam vnionem, qualis, scilicet, expectatur in Patria: è contra quando à nobis Deus verè, & immediatè videtur, quod erit in Patria, in via enim, sm̃ Dionysiũ, non videtur Deus à nobis, sed aliquid eorum, quæ sunt eius, intellectus non appetit ei perfectius vniri. Maior est ergo vnio intellectus cum obiecto suo, quam voluntatis.

B Sed dicet aliquis ad hanc rationem, quod quamuis per vnionem, quæ est per amare viæ, tendatur in perfectiorem vnionem, qualis expectatur in Patria, quia prædictũ amare viæ imperfectionem habet; tamen per vnionem, quæ erit per amare Patriæ, quod est perfectum, non tenditur in aliquam aliã vnionem. Euasio.

Sed hoc, respondendo, excluditur dupliciter. Primo sic, & est tertia rõ principalis. Vnio, quæ est per se perfecta, & per quam de se non tenditur in aliquam aliam vnionem, est maior, quam illa, quæ non est huiusmodi per se. Sed quod per vnionem, quæ est per amare in Patria, non tendatur in aliquam aliam vnionem, hoc est per accidẽs; quia scilicet Deus habetur in Patria, vt apertè visus per intellectum; propter quod etiã prædicta vnio voluntatis in Patria, est perfecta, non autem per se, quia id, quod per se competit alicui, est inseparabile ab eo, idẽ

C autem amare est viæ & Patriæ numero, & tamen per vnionem, quæ est per amare viæ, tenditur in vlteriorem vnionem, vt iam dictum est: è contra per vnionem intellectus cum Deo; quæ erit quando intellectus immediatè videbit Deum, non tenditur, per se loquendo, in aliam vnionem. Ergo maior est vnio intellectus cum Deo, quàm voluntatis. Exclusio. 3. Ratio. principalis

Secundo excluditur responsio supradicta, quia sicut per Philosophum in libris de Anima, duplex est potentia, cõiuncta actui, & separata ab actu, & tamen potentia semper nominat tendentiam, & inclinationem ad actum absentem, vel præsentem; sic & voluntas, quæ, vt iam dictum est, est quædã tendentia, & inclinatio, potest dici per amorem tendere in absens, & in præsens: vndè

D dicere possumus, quod Beatus per vnionẽ, quæ est per amare, tendit, & appetit vnionem aliam, quæ est per videre, non quidem absentem, sed præsentem; propter quod dicit Beatus Petrus de Deo viso in Patria loquens. Alia exclusio.

loquens, [In quem desiderant Angeli prospicere.] Desiderium autem manifestè inclinationem, & tendentiam importat, sicut etiam grauitas est in lapide antè, & post motum lapidis deorsum, & tamen grauitas inclinationem quandam, & tendentiam importat ad locum deorsum. Per vnionem ergo intellectus ad Deum Beatus in Patria, non tendit in aliquam aliam vnionem per se loquendo, vt de se patet; homo enim per intellectum non appetit nisi intelligere, & per consequens rem, vt intellectā habere: è contra per vnionem voluntatis tendit in vnionem intellectus, vel absentem, vel præsentem; Beatus enim amans Deum in Patria, desiderat ipsum prospicere, & per consequens, vt visum præsentem habere. Maior est ergo vnio intellectus, quàm voluntatis cum Deo. Et sic per decem rationes apparet preminentia intellectus ad voluntatem, per quas etiam apparet indirectè principalis conclusio, quod .s. Beatitudo est in actu intellectus essentialiter, & primo, non autem in actu voluntatis.

Secūdo directè impugnatur dicta opinio.

¶ Secundo apparet directè, & hoc dupliciter. Primo sic. Beatitudo creata, de qua loquimur, est primum amatum amore concupiscentiæ, seu amore commodi, vt alij dicunt. Sed primum amatum quocūq; amore, nō pōt esse actus voluntatis, vt ꝓbabo. Ergo &c. Probatio assūptæ dupliciter.

1. Ratio.

Primo per exemplum, sicut enim primū intellectum non potest esse actus intelligēdi, sic nec primum amatum potest esse actus amandi.

2 Ratio.

Secundo hoc patet per rationem. Quod enim est amatum solum actu reflexo, & non actu directo, non potest esse primum amatum; sicut enim actus rectus est prior secundum naturā actu reflexo, sic & amatum actu recto est prius amatum, quam amatum actu reflexo. Sed actus voluntatis est amatus solum actu reflexo. Ergo actus voluntatis non pōt esse primū amatū amore concupiscentiæ, seu cōmodi. Dicitur autem aliquid amari amore amicitiæ, quod amatur, vt cui volumus aliquod bonum, amore autem concupiscentiæ, seu commodi; quod amatur vt bonum, quod volumus nobis, vel alijs.

3. Ratio trimembris Primū membrum probatur.

Præterea. Si Beatitudo consistit in actu voluntatis, aut ille est desiderare, aut delectari, aut amare. Non potest dici primum, quod scilicet sit in desiderare, quia desiderium est rei non habitæ, secundum ꝙ contra prædicta duo distinguitur; felicitas enim importat habitionem, attinctionem, seu adeptionem vltimi finis.

Secundum membrum probatur. Primo.

Nec potest dici secundum, quòd scilicet sit in delectari, quod apparet tripliciter. Primo, quia delectari importat quietationē appetitus in aliquo iam adepto, vel habito; felicitas autem, vt dictum est importat ipsā habitionem, seu adeptionem vltimi finis.

Secundo.

A Secundo, quia felicitas creata habet rationem vltimi finis, & non eius, quod est propter finem. Sed quamuis secundum ordinem peruersum appetitus ipsius vitiosi operatio sit propter delectationem magis, quàm è contra; vitiosus enim appetit operationem aliquam sensitiuam, vtpotè comedere, &c. propter delectationem ipsam; tamen secundum ordinem naturæ, qui rectus est, vtpotè, qui est ab auctore naturæ, secundum quem per consequens iudicandum est, delectatio est propter operationē, & non è contra; videmus enim, quod natura illis operationibus animalium maximas delectationes apposuit, quæ sunt maximè necessariæ ad conseruationem indiuidui, & speciei, ad hoc scilicet quod tales operationes nequaquam negligerentur. Magis ergo operatio alia, quam delectatio potest habere rationem vltimi finis, & per consequēs
B in ipso potest esse felicitas.

Tertio.

Tertio, quia vt iam dictum est, delectatio est quietatio appetitus in aliquo, in congruum autem videtur dicere, quod quietatio volūtatis sit finis inclinationis ipsius voluntatis, quæ dicitur voluntas; sicut & incongruè diceretur, quòd finis inclinationis, quàm habet lapis ad locum deorsum, quæ inclinatio est grauitas, est quietatio huius inclinationis, & non esse deorsum, vel conseruari, vel aliquid aliud. Incongruum enim videtur dicere, quod natura dedit lapidi talem inclinationem, solū propter hoc vt talis inclinatio quietaretur, & non propter aliquid aliud.

Probatur tertium mēbrum. Primo.

Nec potest dici tertium, quod scilicet felicitas sit in amare, quod apparet dupliciter. Primo, quia in illo essentialiter consistit felicitas, per quod Felix differt à non felice,
C seu Compræhensor à viatore. Sed hoc non est amare Deum; hoc enim commune est vtrique, vt de se patet, sed est intelligere, ꝙ soli Beato competit. Ergo &c.

Confirmatio.

Et confirmatur hæc ratio, quia si in amare esset essentialiter felicitas, cum hoc, vt iá dictum est, sit commune viatori, & cópræhensori, quamuis differant in hoc secundū magis, & minus; sequitur, quod viator, & compræhensor non differant, sicut felix, & non felix, sed sicut magis, & minus felix.

Secundo.

Secundo, quia felicitas consistit magis in eo, quod habet perfectionem suam per se, quam in eo, quod habet perfectionem per accidens. Sed amare Deum, quod est in Patria, est perfectius, quàm amare, quod est in via per accidens, scilicet ratione visionis, quia scilicet Deus in patria apertè videtur, videns autem Deum habet perfectionem
D suam per se, & nō ab ipso amare. Ergo &c. Hoc etiam, quod scilicet intellectus sit nobilior voluntate, probari potest per duas auctoritates; Commentator enim dicit supra 12. Metaph. quod in animalibus desiderium est propter finem, & volūtas ꝓpter intel-

intellectum, & intellectus maius bonum est ipso appetitu. Vbi apertè loquitur de appetitu intellectiuo, sicut patet per ea, quę ibi dicit. Dicit etiam August. in libris contra Faustum; Sine dubio in operibus animę contemplatio præcellit, quæ certe est in intellectu. Et hæc de quarto principali.

PVNCTVM V.

Soluuntur rationes oppositæ opinionis.

Ad 1. rationem.

AD primã ergo rõnẽ factã pro alia opinione, dicendum, quod intellectus necessitatur ad assentiendum vero in cõmuni; nulli .n. assentit nisi, quod ei sub veri rõne proponitur; necessitatur ẽt ad assentiendum primis principijs, & conclusionibus demõstratis, si necessariũ ordinẽ harũ cõclusionũ ad prima principia percipiat, nõ aũt necessitatur ad assentiendum conclusionibus probabilibus, quæ ad prima principia necessarium ordinem non habent; sic & voluntas necessitatur ad bonum in communi; nihil enim velle potest, nisi quod habet rationem boni; necessitatur etiam ad vltimum finem, quicquid sibi sub ratione vltimi finis proponatur; vltimus enim finis in appetibilibus se habet, sicut primum principium in speculabilibus, secundum Philosophum in Ethicis; supposito etiam prædicto appetitu vltimi finis, voluntas necessitatur ad ea, quæ ad ipsum vltimum finem habent necessariam habitudinem, nõ autẽ necessitatur ad aliud. Nulla ergo est præeminentia voluntatis ad intellectum quantum ad hoc, imò magis intellectus videtur præeminere volũtati, quia necessitatio voluntatis ad actũ suũ dependet ab appræhensione intellectus, & non è conuerso: vt enim iã dictum est, voluntas necessitatur ad volendum id, ꝙ ei ab intellectu pponitur, vt vltimus finis, seu bonum in cõi; necessitate inquã, non absoluta, sed saltẽ ex suppositione; quicquid .n. volũtas vult, necessariò habet rõnẽ boni appræhensi; libertas * autem quamuis formaliter sit in volũtate, virtualiter tñ & causaliter est in intellectu, & per consequens perfectiori modo, sicut forma plãtæ perfectiori modo est in Sole, in quo est causaliter, quam in planta, in qua est formaliter; libertas enim importat indifferentiam quandam volũtatis ad volendum diuersa, seu opposita, quæ quidem opposita, seu diuersa, volũtas velle non posset, nisi indifferenter ab intellectu appræhendi possent, vt bona: propter quod in brutis, in quibus iudicium est determinatum ad vnum volendum, ꝙ appræhenditur vt bonũ, nõ est libertas. Indeterminatio ergo, seu indifferentia intellectus respectu sui obiecti est causa libertatis voluntatis. Et ad id, ꝙ dicebatur in eodẽ argumento de vti; potest dici dupliciter. Primo dicendo, quod

* nota quo modo libertas radicaliter est ĩ intellectu, formaliter ĩ volũtate. Nec hoc est cõmẽtũ nouũ, sed ãtiqua doctrina scholę Thomisticæ ante trecentos annos.

A superioris est vti inferioribus ad vtilitatẽ, & perfectionẽ ipsius superioris, vt patet de domino respectu serui, sed non sic vtitur volũtas intellectu; dicitur .n. vti ipso intellectu, cũ ipsum mouet ad actum intelligendi, qui actus est perfectio intellectus, & nõ voluntatis. Vel potest dici secundò, ꝙ cum vti sit actiones, sit applicare potẽtias ad actus suos, (quæ applicatio est à volũtate causaliter, ab intellectu autẽ directiuè; in hoc .n. ipso, ꝙ voluntas applicat potentias ad actus suos, voluntas ab intellectu dirigitur vti) est causaliter quidem voluntatis, directiuè autem, & regulatiuè intellectus, & quia nobilius est esse dirigens, vel regulans, quam causa quocunq; modo, vti perfectiori modo, est actus intellectus, quam voluntatis.

Ad secundam patebit responsio ex responsione sequenti. Ad 2. rationem.

Ad tertiam dicẽdum, quod quãuis actus intellectus sit simpliciter loquendo perfe- Ad 3. rationem.
B ctior actu voluntatis, si sit respectu eiusdem obiecti, & sic perfectè respiciat suum obiectum, sicut actus voluntatis, si tñ actus voluntatis feratur immediatè in aliquod obiectum nobilissimum, in ꝙ non feratur actus intellectus, nõ est incõueniens, ꝙ talis actus voluntatis sit nobilior tali actu intellectus secundum quid, & sic est de amare Deũ in via, quòd respondet habitui charitatis respectu ipsius credere in Deum, quod est actus fidei; Deus enim immediatè amatur in via, non autem immediatè videtur, sed per speculum creaturarum in ęnigmate; dico ergo, quod amare Deum in via est perfectior actus, vtpotè qui immediatè suum obiectum nobilissimum attingit, quã actus intelligendi Deum, nec per hoc sequitur, ꝙ voluntas, simpliciter loquendo, præeminet
C intellectui; semper .n. cũ cõparantur aliqua duo, debet intelligi, cęteris paribus; actus aut intellectus, qui est in Patria, quo immediatè Deum videbimus, est simpliciter perfectior actu voluntatis! & quidẽ si hæc ratio esset bona, volũtas Beatæ Virginis esset nobilior potẽtia, quã volũtas primi Beati Angeli, quia in ea fuit perfectior charitas; vnde de præeminentia potẽtiarũ est iudicandum per habitus acquisitos, & non per infusos.

Ad exemplum dicendum, ꝙ id, quod est prius aliquo in genere causæ materialis, est imperfectius, vt patet de vegetatiuo, quod præexistit in embrione respectu sensitiui, & de sensitiuo respectu intellectiui; semper .n. quod est sic prius, est respectu sui posterioris tanquã materiale, & potentiale respectu actus formalis: & talis prioritas est sensus exterioris ad actum imaginationis, & actus Ad exẽplũ.
D imaginationis ad actum intellectus; sicut .n. se habet obiectum ad obiectũ, sic actus ad actum, obiectum autẽ sensus exterioris est materialius obiecto imaginationis, & obiectum imaginationis obiecto intellectus. Ergo sic est ẽt de vno actu respectu alterius,

ſed id, quod eſt prius aliquo in genere cauſæ efficiẽtis, ſeu finalis eſt perfectius; finis .n. eſt perfectior jjs, quæ ſunt ad finem, & efficiens effectu ſuo; & talis prioritas eſt inter actum voluntatis, & actum virtutis motiuæ exterioris; mouens .n. in animalibus ſecundum Philoſ. in fine 3. de Anima, eſt volũtas, ſeu appetitus animalis: cũ igitur ſm̃ eundem ibidẽ, mouens voluntatem ad actum ſuum, ſit bonũ appræhẽsũ ab intellectu, ꝙ quidẽ mouet voluntatẽ (vt quidã dicunt) per modũ finis, vel per modũ efficientis, vt dicunt alij, patet ꝙ non obſtante, ꝙ actus voluntatis eſt vltimior, quã actus intellectus, eſt eo ignobilior, alioquin ſi sẽper actus vltimior, eſſet nobilior, ſequeretur, ꝙ actus virtutis motiuæ, qui eſt motus localis, ꝑfectior eſſet. quam actus intellectus, vel voluntatis; eſt .n. vltimior, vt dictum eſt.

Ad 4. rationem. Ad quartã dicendũ, ꝙ comparatio inter aliqua duo non debet attendi penes id, ꝙ eſt propriũ vni eorum, ſed penes aliquid ꝙ eſt commune vtriq;. Incongrue .n. diceretur, ꝙ potẽtia vegetatiua eſt ꝑfectior, quã ſenſitiua, quia nutrit corpus, ꝙ nõ facit ſenſitiua; Nutrire .n. eſt actus proprius vegetatiuę, cũ igitur bonũ ſit obiectũ propriũ volũtatis, & per cõſequens melius, & optimũ, incõgruè probatur, ꝙ obiectũ volũtatis eſt perfectius & dignius, quã obiectũ intellectus, quia habet rõnẽ melioris, ſeu magis boni; magis .n. & minus bonũ obiectiuè reſpiciunt voluntatem, & non intellectum, ſed potius debet dici obiectũ intellectus ꝑfectius, & dignius obiecto voluntatis, quia eſt eo ſimplicius; ſimplicitas .n. maior & minor, eſt conditio reſpiciens obiectum vtriuſq; potentiæ.

Ad 5. rationem. Ad quintam dicendũ, ꝙ propriè loquẽdo nulla transformatio eſt amantis ad amatũ, nec vnio, niſi per actũ amandi, ſicut & intellectus vnitur intelligibili per actum intelligendi.

Ad 1. probationem. Quod aũt dicit Hugo, ꝙ amor transformat amãtẽ in amatũ, metaphoricè exponẽdum eſt, quia ſ. propter amorẽ, amicus eadẽ amico appetit, quæ & ſibi; & talẽ vult eſſe amicũ, qualis eſt ipſe, ſe ei aſſimilans quãtũ põt; & ſi non eſt ei perfectè vnitus, appetit ei vniri perfectius: propter ꝙ à Dionyſio amor virtus vnitiua dicitur, quæ tñ vnio nõ ſolum eſt ſm̃ actum voluntatis, ſed principalius, & magis ſecundũ actum intellectus, vt ſupra probatum eſt.

Ad 2. probationem. Ad ſecundã, ꝙ adducebatur ad probationẽ eiuſdem minoris, dicendũ, ꝙ quando aliquid intelligitur ab aliquo ꝑ ſpeciẽ aliquã, rectè intelligibile vnitur intellectui ſm̃ modũ intentionalẽ, id eſt, ſm̃ ſpeciem, quæ quędam intentio dici põt; ſed in Patria Deus ſine ſpecie immediatè per ſeipsũ vnietur intellectui per actum intelligendi, & volũtati per actũ amandi: vndè non erit maior vnio eius ad voluntatem, quàm ad intellectum. Pro tanto autẽ Philoſophus dicit, quod verum eſt in intellectu, & bonum in re, quia veritas eſt cõditio actus intelligẽdi, qui ẽ ſubiectiuè in intellectu, bonitas aũt eſt principaliter cõditio rei exterioris, vel appetibilis. Eſt ẽt intelligendum, ꝙ ſicut ſecũdum noſtrum modũ intelligẽdi, voluntas per amare tendit in rem amatã, ſic & intellectus per actũ intelligendi in rẽ intellectã, & ſicut res intellecta eſt in intellectu per actum intelligendi, & nõ aliter, ſic res amata eſt in volũtate per actum amandi; ſed quia ſm̃ cõem opinionem, in ſtatu viæ ea, quæ ſunt extra animã intelliguntur per ſpeciẽ, quę quidem ſpecies eſt quædã ſimilitudo rei intellectæ; ſimile autem poteſt dici eſſe in ſuo ſimili, idcircò à ponentibus huiuſmodi ſpecies, dicitur, ꝙ res intellecta eſt in intelligẽte, magis quàm res amata in amante, quia non ponitur ſpecies in voluntate ad amandum, ſicut ponitur in intellectu ad intelligendum; quia autem, vt iam dictum eſt, amans inclinatur, & tendit, & appetit ſe vnire amato, quãtum poteſt, & habere amatum præſentem, ſi fuerit abſens, idcirco dicitur, quod amare eſt motus animæ ad res.

Ad 3. probationem. Ad tertiam probationẽ eiuſdem minoris dicendum, ꝙ Hugo loquitur de cognitione, & amore Dei in via; quia enim in via à nobis Deus immediatè diligitur, ſed mediatè, per creaturas ſ. à nobis cognoſcitur, vt iã expoſitum eſt, idcircò in via poſſumus dicere, quod dilectio intrat, vbi cognitio foris ſtat, & quod plus à nobis diligitur immediatè, quàm intelligatur.

Ad 6. rationem. Ad ſextam principalẽ dicendum, quod peccatum magis adſcribitur voluntati, quam alijs potentijs, non quia voluntas ſit ſimpliciter principalis inter omnes potentias, & dignior, ſed quia eſt principalior cauſa peccati; meritum enim, & demeritum formaliter in actu voluntatis conſiſtit.

Et ad auctoritatem Anſelmi, quæ in eodem argumento ponebatur, dicendum, quod fortè propriè loquendo, voluntas non mouet alias potentias effectiuè, ſed formaliter; ſicut enim grauitas, quæ eſt quædam inclinatio naturalis ad motum deorſum, non eſt principium effectiuum ipſius motus, vt patet per Philoſophum in principio 8. Phyſicorum, ſed formale, vtpotè, quo lapis mouetur, ſic & voluntas, quæ videtur eſſe, vt iam expoſitum eſt, quædam inclinatio intellectualis naturæ, non mouet alias potentias ad actus ſuos efficienter, ſed formaliter; poteſt ergo dici, quod eſt principium formale reſpectu operationum aliarum potentiarum, ſicut grauitas reſpectu motus deorſum. Vel poteſt dici, quod mouet efficienter omnes alias potentias ad actus ſuos, etiam intellectum, non tamen de neceſſitate mouet intellectũ, quia prima intellectio non eſt à voluntate in nobis, ſed à natura, voluntas autem neceſſario mouetur ab intellectu, vt iam dictum eſt, aut fina-

finaliter, aut efficienter: & quia mouens respectu moti, videtur habere imperium, & dominium, idcirco Anselmus imperiũ, & dominium supra alias potẽtias attribuit voluntati, ꝙ tñ magis propriè deberet attribui intellectui, cuius est propriè dirigere omnes alias potentias, & voluntatem ad suos fines; directores enim aliorum, secũdum ꝙ tales, sunt naturaliter domini. Vndè in Ethicis dicit Philosoph. ꝙ imperare est virtus prudentiæ, quæ est virtus intellectualis, per eũdem ibidem.

Ad primam rõnẽ ꝓbãtẽ directè. ¶ Ad primam rõnem probantẽ directè dicẽdum, ꝙ dilectio Dei debet à nobis magis appeti in via, & magis ẽt à nobis expetitur à Deo, quã eius cognitio, quæ est in via, tum quia est actus perfectior in via, vt iam dictum est, tũ quia est nobis magis vtilis ad merendũ vltimũ finem; volũtas.n. præminet intellectui in merẽdo in via, sed intellectus præminet voluntati in attingendo in Patria.

Ad secũdã. Ad secundam põt dici dupliciter. Primo, ꝙ penes bonitatem non debet attendi comparatio inter istos duos actus, vt iam dictũ est in responsione ad quartum argumentũ. Secundo potest dici, ꝙ cum bonum, & perfectum sint idẽ, ille actus est dicendus melior, qui est perfectior, sed in patria actus cognitionis Dei est perfectior, quã actus dilectionis, vt probatũ est. Ergo & melior. Sed in via est è conuerso, vt iam declaratũ est, & sic loquitur Hugo de S. Victore, & hæc de quinto principali, & sic patet totum.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD Primum ergo factum in contrariũ, dicendum, ꝙ primũ mouens simpliciter non est voluntas, sed intellectus; vt .n. superius dictum est, voluntas de necessitate ab intellectu mouetur; bonum .n. appræhẽsum, ꝙ est obiectum voluntatis, est mouens voluntatem, vt patet per Philos. in fine 3. de Anima: è contra autem intellectus, quãtum ad primam intellectionem, non à voluntate, sed à natura mouetur, vt Philosoph. dicit in libro de Bona fortuna, sicut & primus motus lapidis deorsum est à natura, seu à generante solum, quamuis alij possint esse à remouente prohibens, & fortè sicut visus præsente colore absq; imperio voluntatis, videt ipsum colorẽ, quãuis volens per voluntatẽ possit auertere oculos, & non videre; sic intellectus, præsentatis sibi in phantasia terminis primorũ principiorũ, & aliquorũ aliorũ, naturaliter & ex necessitate, absq; nouo imperio volũtatis supra intellectũ, intellectus eis assentit, & ea considerat, quãuis volũtas possit à tali actuali cõsideratione intellectum auertere. Vndè ex maiori argumenti magis concluditur propositum, quàm oppositum. Sciendum tamen est, quod quamuis obiectum voluntatis sit bonum appræhensum, & non bonum tantum, tamen bonitas videtur esse ratiò formalis obiecti; cũ ipsa sola sit amata, & non eius cognitio: sicut lux, vel color est formalis ratio obiecti visus, quia ipse solus videtur, sed cognitio est conditio obiecti necessaria, propter ordinem necessariũ intellectus, & voluntatis: sicut etiam materia, & forma præcisè sunt de ratione quidditatiua Sortis, quãtitas autem est eius conditio necessaria, sine qua non potest esse Sortes in rerum natura: est autem magis necessarius ordo inter voluntatem, & intellectus, quam inter intellectum, & sensum. Tum quia inuenitur intelligere sinẽ sentire, vt in Angelis, & in anima separata, non autem inuenitur velle sine intelligere, tum quia cum phantasia cõcurrit ex parte obiecti intellecti lumen intellectus agentis; vndè possumus intelligere non sensatum, vt quodquid est, non autem possumus velle non cognitum.

Instantia. Sed contra. Videtur, ꝙ bonum appræhensum non sit obiectum adæquatum voluntatis. Quia voluntas habet tres actus respectu mali, s. odium, fugam, & tristitiam, sicut tres respectu boni, s. amorem, desiderium, & delectationem; potentia aũt nõ põt habere aliquem actũ, nisi respectu alicuius contenti sub obiecto.

Responsio. Sed dicendum, ꝙ prædicti tres actus sũt respectu mali, vt ꝙ appetitus refugit; carere autem malo, & fugere ipsum, habent rõnẽ boni. Nec est verum, ꝙ quidã dicũt, quod bonũ est obiectum voluntatis, & nõ apprehensum bonũ; sub obiecto.n. potentiæ comprehenduntur omnia quæcunq; ad illã potentiã referuntur, non autem omnia volita sunt bona, sed omnia sunt apprehensa bona: ergo, &c. Vnde sicut impossibile est, quod visio nõ sit nisi coloris, imò visus ad vidẽdũ necessario à colore mouetur, sic & volũtas necessariò est boni apprehensi, & ad volendum ab eo mouetur. Et ad id quod dicebatur in eodẽ argumento, ꝙ finis vltimior est nobilior. Dicendũ, quod hoc dictũ in sensu cõposito est verũ, in diuiso falsũ; actus.n. qui est non solũ finis, & vltimior qualitercunq; sed etiã vltimior in genere causæ finalis, est ꝓcul dubio nobilior, & sic non est vltimior actus amandi, qui est in patria; non enim visio Patriæ est propter dilectionem. Sed potest dici prædictus actus amandi finis vltimior in sensu diuiso, est siquidem aliqualiter finis, & est vltimior ordine temporis, vel naturæ, non autem in genere causæ finalis, cum sit quasi quædam sequela intellectus.

AD II. Ad secundũ dicendũ, ꝙ voluntate mouemur ad vltimum finẽ, ipsum appetendo, & merendo, & volũtate in prædicto fine quiescimus, quæ quies est delectatio, vt supra expositũ est; hęc autẽ quies, vel delectatio

non est essentialiter Beatitudo, sed magis adeptio, seu attinctio vltimi finis, quæ principaliter, & essentialiter in actu intellectus consistit, sicut lapis grauitate mouetur, & quiescit deorsum, quantitate tamen, & non grauitate prædictum locum attingit, quod attingere, seu esse in loco, quod idem est, est finis, propter quem natura dedit lapidi grauitatem, & motum prædictum.

AD III. Ad tertium dicendum per interemptionem minoris, quod Beatitudo auari non consistit in delectatione, sed magis in adeptione, & conseruatione pecuniæ, quæ duo auarus finem sui appetitus sibi præstituit; delectatio autem est aliquid consequens finem prædictum, & similiter vera Beatitudo non in delectatione consistit, sed in alia operatione, visione scilicet, quam tamen consequitur delectatio; alioquin hoc argumentum concluderet etiam contra eos, qui sunt opinionis contrariæ, secundum quos Beatitudo non in delectatione, sed in ipso amore consistit. Vel dicendum, quod Beatitudo falsa ponitur à peruersis in delectatione, propter peruersum eorum iudicium, & affectum; secundum enim affectum talium, & iudicium operatio est propter delectationem, & non è conuerso: sed secundum ordinem naturæ, qui rectus est, delectatio est propter operationem, & non è cõuerso, vt supra declaratum est.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod si per cogi, intelligatur necessitari, non minus volũtas, quàm intellectus cogi potest, vt superius est declaratum. Si autem cogi dicatur, quod facit aliquid contra suam volũtatem, non propriè potest dici intellectus cogi; non enim intellectus est habens voluntatẽ. Sed si cogi dicatur tertio, id quòd facit aliquid contra suum appetitum, vel inclinationem naturalem, sic sensus est, quod intellectus cogatur, vel cogi possit. Intellectus enim non assentit alicui, nisi quod ei sub veri ratione proponitur; naturalis autem inclinatio, & appetitus est in intellectu ad assentiẽdum omni, quod ei sub veri ratione proponitur: quãuis ergo intellectus Beati necessariò Deum videat, nec possit ipsum non videre, quia tamen semper ipsum videre appetit, secundum illud, quod iam allegatũ est, [In quẽ desiderant Angeli prospicere] nulla penitus est ibi coactio.

AD V. Ad quintum dicẽdum dupliciter. Primo, quod etiam in via, Dei cognitio est propter se appetenda, & non solum propter Dei dilectionem, quamuis Dei dilectio consequi debeat cognitionem prædictam. Vel potest dici secundo, quod dilectio Dei in via præeminet cognitioni, non autem in Patria. Propter quod non est inconueniens, si in via cognitio Dei est aliqualiter propter dilectionem; esset autem inconueniens, hoc dicere de cognitione, & dilectione Dei, quæ est in Patria.

AD VI. Ad sextum dicendũ, quod sicut Deus est A obiectum nostræ beatitudinis, non in ratione, quã est vltimus finis cuiuscunq; vtpote lapidis, equi, &c. sed in ratione qua est vltimus finis Beati, sic etiam est obiectum nostræ Beatitudinis in ratione, qua est vltimus finis Beati, non secundum quamcũq; potentiam, sed secundum illam, secundum quam est Beatus, hoc autem est intellectus, vt supra probatũ est; Deus igitur est obiectum nostræ Beatitudinis in ratione, qua est vltimus finis Beati, secũdum quod Beatus, idest, secundum intellectum; vltimus autem finis intellectus est primum, & summum verum, quod etiam, secundum quod tale est summum bonum intellectus: Deus ergo est obiectum nostræ Beatitudinis in ratione, qua summum verum. Vel dicendum, quod idem sub eadẽ ratione est obiectum intellectus, & voluntatis, vt alibi de- B claratum est.

AD VII. Ad septimum dicendum, quòd dilectio Dei, quæ est in via, quæ est nobis magis nota, quam illa, quæ est in Patria, præeminet cognitioni quam de Deo habemus in via. Vnde quia denominatio debet fieri per cõformitatem ad nostram notitiam; voces .n. sunt signa passionum, quæ sunt in anima, idcirco superior ordo Angelorum denominatur à Dei dilectione, non obstante, quod Dei cognitio in Patria præeminet Dei dilectioni.

AD VIII. Ad octauum dicendum, quod voluntas dicitur perficere partum intellectus, quia mouet intellectum ad formationem verbi, vel formaliter tantum, vel secundum alios efficienter, sed non ex necessitate, vt supra declaratum est: è contra voluntas ex necessitate mouetur ab intellectu, vel effi- C cienter, vt videtur dicere Philosophus in fine 3. de Anima, vel secundum alios finaliter, propter quod secundum hoc magis potest intellectus dici perficere voluntatẽ, quam è conuerso.

AD IX. Ad nonum dicendum, quod sicut intellectus quantum ad visionem, quæ est in Patria dependet à dilectione Dei, quæ est in via, vt dicebatur in arguendo, sic etiam voluntas quãtum ad dilectionem Dei, quæ est in Patria, dependet à cognitione Dei, quę est in via, & generaliter quantum ad omnẽ actum suum, dependet ab intellectu necessariò, non autem è conuerso, vt supra declaratum est. Ex tali ergo dependentia magis probari potest præeminentia intellectus ad voluntatem, quam è conuerso.

AD X. Ad vltimum dicendum, quod sicut probatum est supra, Beatitudo non solum non D potest esse in actu voluntatis, qui est desiderare, & delectari, sed nec etiam in actu, qui est amare, & quod in nullo horum triũ actuũ possit esse Beatitudo VENERABILIS DOCTOR NOSTER F. THOMAS DE AQVINO ostendit tertio contra

Gen-

Gentiles cap. 26. ratione quinta, vbi omnes tres prædictos actus exprimit. Vndè illi, qui dicunt, quod ratio sua quam ponit Prima Secundæ, est insufficiens, quia duos de prædictis actibus ponens, tertium videtur prætermittere, ad pauca respicientes de facili enunciauerunt; non .n. prædictã rõnẽ ab enumeratione insufficiẽti dixissent procedere, si eã in libro prædicto contra Gentiles respexissent. Vel potest dici, ꝙ actus amandi in vtroq; duorum actuum cõpræhenditur; ni hil enim desideratur, nisi amatum, nec delectatio potest esse nisi in amato, propter quod ostenso, ꝙ in nullo illorũ A duorum actuum Beatitudo pot consistere, ostendit aliqualiter, quod nec in tertio, qui relinquitur. Alij dicũt, ꝙ amare nõ est tertius actus distinctus ab illis duobus (quære primum quodlibet Fratris Iacobi Eremitani Articulo quinto circa principium, & Durandum super tertium Sententiarum distinct. 27. quæst. 1.) quod non credo esse verũ, quia sicut in naturalibus grauitas, motus, & quies sunt quædã tria, sic in moralibus amor, qui est quoddam pondus, secundum Augustinum; & desiderium, quod est non habiti; sicut motus, & delectatio, quę est quies appetitus.

QVAESTIO XV.

Vtrum Deus operetur in omni operante.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod non. Quia sicut Deus est prima causa efficiens, ita etiam est vltimus finis. Sed in ratione, qua est vltimus finis, eius causalitas, non est necessarium, quod concurrat cum causalitate omnium aliorum finium, vt probabo. Ergo nec in ratione, qua est prima causa efficiens, necesse est, quod operetur in omni causa efficiente. Probatio assumptæ. Sicut causalitas causæ efficientis consistit in efficiendo suum effectum, ita causalitas causæ finalis in mouendo appetitum; finis enim ideo dicitur causa causarũ, quia mouet appetitum agentis. Sed conuenit multos alios fines appeti, non in ordine ad vltimum finem, seu absq; hoc, quod appetatur vltimus finis; quod maximè apparet quandocunque homo peccat mortaliter. Multi ergo fines possunt habere causalitatem suam, absq; concursu causalitatis vltimi finis.

II. PRÆT. Quod per se conuenit alicui, conuenit ei, omni alio circumscripto. Sed calefacere per se conuenit calido, in quarto modo dicendi per se. Ergo conuenit ei etiã circumscripta actióne diuina.

III. PRÆT. Si Deus operatur in omni operante, etiam in libero arbitrio, quando peccat, & malè agit: aut tota talis actio peccati est à Deo, & à libero arbitrio: aut secundũm partem ab vno, & secundum partem ab altero. Non potest dici primum, quia B quicquid est à Deo, qui est summa, & infinita bonitas, est bonum, secundum illud Genesis 1. [Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona.] è contra, prędicta actio vt est à libero arbitrio, & peccatum est, & mala. Tota ergo talis actio peccati esset bona, & mala, quod, vt videtur, est inconueniens, & impossibile. Nec potest dici secundum, quia si prædicta actio esset sic à libero arbitrio, quod non à Deo secũdum vnam partem, pari ratione secundum aliam partem posset esse sic à libero arbibrio, quod non à Deo; & sic tota prædicta actio posset esse à libero arbitrio, & non à Deo.

C PRÆT. Si Deus est causa cuiuslibet actionis etiam actionis peccati, aut est causa æquè principalis, sicut liberum arbitrium; aut minus, aut magis. Non potest dici, ꝙ sit causa minus, vel ęquè principalis; Deus enim in infinitum excedit omnem causam creatam: ergo est causa magis principalis. Sed causa principalis mouet causam secundariã ad effectum suum, vt patet de manu, quæ mouet baculum ad mouendũ lapidem, ergo Deus mouebit liberum arbitrium ad peccandum, hoc est inconueniẽns. Ergo id ex quo sequitur, scilicet quod Deus agat in libero arbitrio, quando peccat. IV.

D PRÆT. Deus non potest esse causa eius, quod prohibet, quia sequeretur, quod idem vellet, & nollet, quod est inconueniẽs. Sed multæ actiones sunt à Deo prohibitæ, omnes .s. quę sunt peccata. Ergo. V.

PRÆT.

VI. PRÆT. Quanto agens est maioris virtutis, tãto agit in minori tempore, vt patet per Philosophum in Physicis: ergo secundum proportionem, agens, quod est infinitæ virtutis agit in instanti. Sed Deus est agens infinitæ virtutis. Ergo semper agit in instãti; sed multæ actiones sunt in tempore. Ergo earum, Deus non erit causa.

VII. PRÆT. Omne, quod mouetur, vt videtur, cogitur. Sed voluntas non potest cogi; coactio enim est contra rationem voluntatis. Ergo non potest moueri etiam à Deo, & sic Deus non agit in voluntatem, seu non est causa actionis voluntatis.

VIII. PRÆT. Finis mouet agentem, vt communiter dicitur. Sed operatum est finis operationis, quæ est ad extra, quæ dicitur factio, vt dicitur in principio 1. Ethic. Ergo operatum habet rationem mouentis, respectu operantis; Deus autem à nullo moueri potest. Ergo &c.

AD IX. PRÆT. Nullum agens sapiens corrumpit suum effectum. Sed Deus est agens sapientissimus. Ergo non corrumpit effectum suum; corrumperet autem si operaretur in omni operante, vt probabo. Ergo non operatur in omni operante. Probatio assumptæ; videmus .n. frequenter contraria agentia agere in idem subiectum simul, & semel, & per cõsequẽs vnũ destruit effectũ alterius. Si ergo Deus agit in vtroq; eorum, sequitur, q Deus destruat effectum suum.

AD X. PRÆT. Apparet experimẽto, q aliqua actio non assequitur finẽ suũ: Si ergo illa est effectus Dei, aliqua Dei actio nõ assequitur finẽ suũ. Hoc est impossibile, vt pbabo. Ergo id; ex quo sequitur, s. q Deus sit causa omnis actionis. Probatio assumptæ, quod aliqua actio non assequatur finem suũ, hoc non videtur posse esse, nisi propter vnum, ex his tribus: aut scilicet, quia agens non potest in illum finem, quod de Deo dici nõ potest, qui est omnipotens: aut secundo, quia agens illum finem nõ cognoscit, quod etiam non potest dici de Deo, cuius oculis omnia nuda, & aperta sunt: aut tertio hoc est propter defectum instrumenti, quod ẽt non potest dici de Dei actione; Deus enim instrumento non indiget, nec eius actio ab instrumento dependet. Nullo ergo modo actio Dei finem suũ non potest non assequi.

Pro Parte Opposita.

SED CONTRA EST. Quia dicitur Isaiæ 26. Omnia opera nostra, operatus es in nobis Domine.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Dicendum est, quod circa hanc Quæstionẽ sic procedetur. Primo narrabitur quædam antiqua opinio, quæ fuit circa hoc, & improbabitur. Secundo, narrabitur quædam A alia, quæ etiam improbabitur. Et tertio, manifestabitur veritas quæstionis.

PVNCTVM I.

Vetus quædam opinio affertur, et impugnatur.

QVANTVM ad Primum horum, est sciendum, quod quidam antiqui fuerunt, vt Rabbi Moyses narrat in libro suo, qui omnibus rebus creatis actiones proprias subtraxerunt: dicentes, solum Deum immediatè producere effectus omnes, qui communiter causis creatis attribuuntur, vtpotè dicentes, quod ignis non calefacit, vel aqua frigefacit, sed Deus immediatè causat calorem, vel frigus in subiecto calefacto, B vel frigefacto. Ad hoc autem probandum. Supponebant omnes formas rerum naturalium esse accidentia, & quia accidens idẽ numero de subiecto ad subiectum transire non potest, actionem autem omnem credebant, fieri per hoc, quod idem numero, quod est in agente, transit in passum. Concludebant, quod nulla res creata posset agere. Et si contra eos arguebatur, quod ex applicatione ignis ad aquam semper sequitur calefactio, nisi sit aliquod impedimentum, per quod videtur ignis esse causa calefactionis in aqua. Respondebant, quod hoc non est propter hoc, quod ignis sit causa calefactionis, sed quia Deus sic statuit, scilicet causare calefactionem in aqua, facta applicatione ignis ad aquam.

Opinio quędam Antiquorum.

Suppositũ dictæ opinionis.

Deductio eiusdem.

Conclusio eiusdem.

Exclusio cuiusdã obiectionis prædictæ opinionis.

¶ Sed ista positio stare non potest, nec quantum ad id, quod supponit primo, nec C secundo quantum ad deductionem, quam facit, nec tertio quantum ad conclusionem, quam concludit, nec quarto quantum ad obiectionem, quam excludit.

Impugnationes dictę opinionis.

Primum istorum, quod scilicet sit falsũ, omnes formas rerum naturalium esse accidentia, apparet dupliciter.

Impugnatio contra suppositũ. Prima.

Primo, quia sequeretur, quod nihil esset penitus corporale in vniuerso, quia cum potẽtia dicatur per respectum ad actum; si nulla est forma substantialis in vniuerso, quę est actus substantialis, seu pertinens ad genus substantiæ, nec erit aliqua potentia substantialis, scilicet pertinẽs ad genus substantiæ. Potentia autem pertinens ad genus substantiæ est materia. Nulla igitur erit materia in vniuerso, si nulla est forma substantialis in vniuerso, nec per consequens erit aliquod cõpositum ex materia, & forma, D quia compositum nihil aliud est, quam partes suæ coniunctæ. Et quia accidens à substantia dependet, sic quod destructa substantia, etiam ipsum esse desinit, sequitur vlterius, quod non sit in vniuerso, aliquod accidens maximè corporale, & sic

sic destruitur maxima pars totius vniuersi.

Secunda. Secundo sequitur, quod anima rationalis non possit esse sine corpore; non enim posset esse naturaliter sine corpore, quia accidens sine subiecto naturaliter esse non potest; ipsa autem secundum prædictam positionem, cum sit forma corporis, esset accidens: nec etiam posset remanere supernaturaliter, cum non sit quantitas; sola enim quantitas inter accidentia videtur posse esse sine subiecto, cũ ex se habeat, vndè ab aliquo accidente eiusdem speciei possit distingui, determinato scilicet, ad hic, & nunc. Si autem separata à corpore remanere non posset, sequeretur, quod nec beatificari, nec puniri posset sine corpore, quæ omnia sunt impossibilia.

Impugnatio contra deductionem. ¶ Secundo prædicta positio est falsa quantum ad deductionem, quam facit. Arguit enim, quod si accidens de subiecto ad subiectum transire non potest, & formæ rerum naturalium sunt accidentia, quòd nullum agens naturale possit aliquid agere, quæ quidem deductio potest apparere esse nulla tripliciter.

Prima. Primo, quia eadem ratione, sequitur, quod etiã Deus nihil possit agere in rebus creatis, cuius tamen contrarium ipsi dicunt; Si enim omnis actio perficitur per hoc, quod idem numero, quod est in agente communicatur passo, seu effectui: nihil autem idem numero, quod est in Deo, potest communicari creaturæ, nec etiam Deus poterit aliquid agere.

Secunda. Secundo, quia sicut accidens non potest trãsire de vno subiecto in aliud, sic nec forma substantialis de vna materia in aliam; actus enim actiuorum fiunt in patiente, & disposito: vnde etiam & à Philos. 1. de Anima ostenditur esse impossibilis animarum transformatio. Frustra igitur negantur formæ substãtiales rerum naturalium, & dicuntur omnes esse accidentia, propter saluãdam impertransibilitatem de vno subiecto in aliud.

Tertia. Tertio, quia esto quod idem accidens numero in agente, & passo, nec simul, nec successiuè esse possit, potest tamen esse idẽ specie, vt de se patet, & hoc sufficit ad rationem actionis, vt patet per Philos. 1. de Generatione.

Impugnatio quantum ad conclusioné ¶ Tertio prædicta positio est falsa, quãtum ad conclusionem; dicere enim, quod nulla creatura potest aliquid facere, derogat primò diuinæ bonitati, quod apparet dupliciter.

Prima. Primo, quia secundum Dionysium, Bonum est diffusiuum sui; vndè ad diuinã bonitatem pertinet cõmunicare rebus creatis suas perfectiones; inter diuinas autem perfectiones vna & maxima est sua potentia actiua, qua scilicet, producit res ipsas creatas. Ad diuinam igitur bonitatem pertinet, etiam hoc ipsum rebus creatis cõmunicare, vt scilicet vna possit aliam producere. A

Secunda. Secundo, sicut boni est bonum facere, vt iam dictum est, sic & optimi, Dei scilicet, optima facere; melius est autem bonum commune, quam bonum particulare. Ad diuinam igitur bonitatem pertinet, vt perfectio ab eo creaturæ collata, possit esse multorum communis, quod quidem saluari non posset, nisi creatura perfectionem à Deo receptam posset in aliam diffundere, eadem enim numero perfectio simul diuersorum esse non potest.

Tertia. Tertio, dictum prædictum derogat creaturarum actualitati: sicut enim pati consequitur potentiam, sic agere actum; quod patet in hoc, quod pur⁹, & maximus actus, Deus scilicet, maximum, & purissimum agens est, quòd scilicet, nihil pati potest, ét secundum illos, qui sunt huius opinionis: & è contra, materia prima, quæ est pura potentia, est solũ passiua, & nullo modo actiua, si autem maximè ad maximè, & magis ad magis, & simpliciter ad simpliciter. Omne igitur, quód non est potentia pura, sed est aliquid actualitatis habens, non est solum passiuum, sed etiam, actiuum. Huiusmodi autem est omne ens, quod est inter Deum, & materiam primam. Ergo &c. B

Quarta. Præterea, prædicta conclusio derogat creaturarum perfectioni; perfectum enim est, vt cõmuniter dicitur, & habetur à Philosopho secundo de Anima tex. 34. quòd potest sibi simile facere; tunc enim dicitur aliquid perfectè aliquam bonitatẽ, seu perfectionem habere, quando potest eam alteri communicare; ex abundantia enim perfectionis est, quod perfectionem, quam aliquis habet possit communicare alicui alteri, quæ quidem communicatio, non nisi per aliquam actionem esse potest; dicere ergo, quod nulla creatura potest aliquid agere, est multum detrahere creaturarum perfectioni. C

Quinta. Amplius, prædicta conclusio derogat creaturarum ordini; omnes enim alij ordines in creaturis inuenti videntur esse fundamentaliter super ordinem causæ, & causati. Ordo siquidem situs, & aliarum perfectionum accidentalium videtur supponere ordinem essentialem naturarum; quanto enim aliqua sunt nobiliora secundum suam naturam, tanto videntur esse sublimiora, quãtum ad situm, & perfectiora quantum ad suas perfectiones accidentales; ordo autem naturæ videtur includere ordinem causæ, & causati; quod patet ex hoc, quod supremũ quantum ad naturam, idest Deus, agit in omnia alia: & infimum, secundum suam naturam in toto vniuerso, idest materia prima, est maximè omnium receptiuum; ergo superiora in entibus maxime habent D

agere

agere in inferiora, vel esse, vel aliquam aliã perfectionẽ; subtrahere ergo à rebus creatis causalitatem, est subtrahere ab eis omnẽ ordinem, vt per prædicta patet.

Impugnatur quantum ad exclusionem obiectionis.

¶ Quarto, prædicta positio est falsa quantum ad obiectionem, quam excludit: Deus enim, & natura nihil frustra faciunt. Frustra ergo Deus statuisset, quod ex applicatione ignis ad aquam sequeretur calor in aqua, nisi ignis aliquid operaretur ad calefactionem aquæ. ergo &c. Et hæc de primo principali.

PVNCTVM II.

Alia opinio affertur, & improbatur.

Alia opinio.

QVANTVM autem ad Secundum est sciendum, quod Quidam alij dixerunt, vt Auicebron in libro Fõtis vitæ, ꝙ nulla creatura corporalis agit, sed quædam virtus spiritualis existens in corporibus est principium omnium actionum, quæ videtur esse in corporibus omnibus: sic quod quanto aliquod corpus magis habet de virtute prædicta, tanto est magis actiuũ, cuiusmodi sũt corpora subtiliora, & tenuiora, & quãto minus, est minus actiuum; cuiusmodi sunt corpora grossiora.

Prima ratio opinionis allatæ.

Ad hoc autem probandum inducebant tres rationes, quarum prima est. Quia omne agens creatum requirit, vt videtur, materiam, in quam agat, suæ actioni substratam. Sed substantiæ corporali nulla videtur esse substrata materia, cum ipsa sit habens materiam. Ergo &c.

Secunda.

Præterea. Quantitas, vt videtur impedit actionem, & motum, cuius signum videtur esse, quia multiplicatio quantitatis retardat motum; quanto enim aliqua sunt maioris quantitatis, tanto videntur difficilius, & tardius moueri de loco ad locum, quia grauiora sunt. Sed substantia corporalis est habens quantitatem, secundum ꝙ corporalis. Ergo ipsa secundum quod talis, agere non potest.

Tertia.

Præterea. Id quod est remotissimum à primo agente, videtur esse minimè agens, & maximè patiens. Sed substantiæ corporales sunt remotissimæ à primo agente, quod est maximè agens, & nullo modo patiens; inter quas substantias corporales, & Deum, mediæ sunt substantiæ spirituales. Ergo prædictæ spirituales substantiæ erunt agentes, & patientes; corporales autem patientes tantum, & non agentes.

Improbatio dictæ opinionis. Prima.

¶ Sed prædicta positio improbari potest tripliciter. Primo, quia, sicut iam dictum est, agere conuenit alicui rõne actus, & pati ratione potentiæ; id ergo, quod est compositum ex potentia, & actu, & non est pura potentia, est agens, & patiens. Sed omne corpus est compositum ex potentia, & actu, ex materia, scilicet, & forma, & nõ A est pura potentia. Ergo &c.

Secunda.

Præterea. Effectus naturaliter indicat virtutem causæ suæ. Si ergo res corporales nullum effectum possunt producere, in notitiam virtutis earum per effectus deueniri non poterit. Res autẽ corporales solæ sunt res naturales; (natura enim est principium motus, & quietis, vt patet ex 2. Physic.) & nihil mouetur motu propriè dicto, nisi corpus, quod est quantum, ex 5. Physic. Ergo in notitiam virtutis rerum naturaliũ per multos effectus nõ poterit deueniri, nec per consequens in notitiam essentiarum, seu quidditatum. Tollitur ergo omnis demonstratio, quæ est per effectus, quantum ad res naturales: hic autem modus cognoscendi, & demonstrandi est proprius Philosophiæ naturalis. Ergo secundum hanc positionem, tollitur omnis scientia naturalis.

Tertia.

B Præterea. Aut ille spiritus, qui ponitur existens in corporibus agere, est eiusdem naturæ numero in omnibus, aut non; si est eiusdem naturæ in omnibus numero, cum hoc sit proprium Dei, quod scilicet, idem numero in omnibus rebus existat, ista opinio esset eadem cum prima, quæ improbata est. Si dicatur, quod non est eiusdem naturæ numero: aut est eiusdem naturæ specie in omnibus corporibus: aut est nobilioris naturæ in corporibus superioribus, quã in inferioribus. Si dicatur primum, sequitur quod non magis superiora corpora agent in inferiora corpora, quam è conuerso, ea enim, quæ sunt eadem specie, sunt ęqualis perfectionis, si sunt in genere substãtię. Vndè si spiritus prædictus est tota causa actionis, & idẽ specie in corporibus superiorib', & inferioribus, corpora inferiora agent in C superiora, sicut è cõuerso. Si autem dicatur secundum, scilicet, quod sit nobilioris naturæ in corporibus superioribus, quam in inferioribus, sequitur ꝙ si corpora inferiora nõ possint agere in superiora, ad minus spiritus corporum inferiorum aget in corpora superiora, quod videtur sequi propter duo. Primo, quia cum spiritus prædictus nõ vniatur corpori, vt forma materiæ secũdum eos, imò sit quædam forma separata a materia, & per consequens ad materiam non limitata, non videtur quod eius actio sit ad aliquod corpus limitata, imò videtur per indifferentiam se habere ad omnia corpora. Secundo, quia cum spiritus prædictus corporum inferiorum sit secundum suam naturam dignior, & perfectior corporibus omnibus, etiam superioribus, nec secundum eos quantitatem habeat, per D quam ab actionẽ impediatur; perfectiora autem in entibus naturaliter agunt in minus perfectiora, nec sm̃ eos per quantitatem impediantur. Ergo spiritus corporum inferiorum naturaliter aget in corpora superiora.

Si

Bull. Si autem ad vitandum omnia prædicta dicatur ab eis, quòd ille spiritus vnitur corporibus, sicut forma materiæ: tunc prædicta positio spiritum impropriè nuncupabit; nõ .n. consueuit nominari spiritus, nisi substãtia separata à materia, quæ substantia spiritualis dicitur, & aer aliquis subtilissimus, vt vetus, vel aliquid tale inclusũ in corporibus animalium, ꝙ sm̃ physicos est vehiculum omnis virtutis animalis, & motus.

Instantia. Contra, aut præter prædictũ spiritũ, qui vnitur vt forma substantialis, est aliqua alia forma substantialis in corpore, aut nõ; si dicatur ꝙ sic, hoc sm̃ cõiorem opinionẽ reputatur impossibile, ꝙ .s. in eodẽ subiecto sint multæ formæ substãtiales, & in alia q̃stione de mixtione elementorũ est improbatũ. Si aũt dicatur ꝙ nõ, tunc ista positio nihil continet formalitatis, quáuis spiritũ impropriè nominet formã substantialẽ, vt in alia rõne dictũ est; sm̃ .n. veritatẽ principiũ actionis rerum corporaliũ est sola forma, & nõ materia; vt .n. iã dictũ est, agere cõpetit rei rõne formæ, sicut pati ratione materiæ.

Ad primam rõnem opinionis allatæ. ¶ Ad primã ergo rõnẽ factã in oppositũ dicendum, ꝙ substantiæ corporales multæ sunt numero, & non vna tantũ; quáuis ergo, aliqua substantia corporalis, vtpotè ignis nõ possit habere, vt substratam suę actioni, materiam, quæ est pars sui; nihil enim agit in seipsum, poterit tamẽ eius actioni subijci materia, quæ est in alio, vtpotè, quæ est in aqua, & sic poterit in aquam agere. Tota ergo substantia corporalis non potest in aliquid aliud agere, quia non est dare materiã extra totam substãntiam corporalem, sed potest vna substantia corporalis agere in aliam.

Ad secũdã. Ad secundam dicendum, ꝙ quantitas nõ impedit motum, imò necessariò ad motum requiritur, cum nihil moueatur nisi quantum, vt probatur 6. Physicorum: & ad signum, per quod hoc probatur dicendum, quod licet multiplicatio quantitatis retardet motum violentum, coadiuuat tamen motum naturalem: maior enim ignis velocius mouetur sursum, & maior terra velocius mouetur deorsum; magis autem iudicandum est de aliquo, secundum id, ꝙ cõpetit ei naturaliter, quam secundum id, ꝙ est contra eius naturam; sicut etiam quantitas, vt iã dictum est, necessariò ad motum corporalem requiritur, sic etiam requiritur necessariò ad actionem rei corporalis, cum sit quoddam instrumentum qualitatũ actiuarum rerum naturalium: non ergo quãtitas impedit motum, & actionẽ rei corporalis, sed magis coadiuuat, vt dictum est.

Ad tertiam. Ad tertiam dicendum, ꝙ illud argumentum deficit dupliciter. Primo, quia & si tota substantia corporalis sit remotissima à primo agente, propter quod nõ potest agere in aliquid aliud, vt in responsione ad primum argumentum declaratum est; substantiæ tamen corporales multæ sunt, non solum numero, sed etiã specie, & genere, inter quas per consequens est gradus, quantum ad nobilitatem, & perfectionem naturæ; propter ꝙ vna est magis remota à Deo, quam alia. Poterit ergo vna in aliam agere, & solum id carebit omni actione, ꝙ simpliciter est vltimũ entium, & à primo agẽte remotissimũ, idest materia prima. Secundo, quia substãtia corporalis licet secundum rõnem materiæ, sit à Deo remotissima, & vltimũ entium, secundum tñ rationem formæ, quæ secundum se est quidam actus, bonitas, & perfectio materiæ, est Deo propinqua, & habet aliquid se vlterius, s. materiam primam; agere autẽ competit rei rõne formæ, pati autem ratione materiæ. Et hæc de secundo principali.

PVNCTVM III.

Statuitur vera sententia.

Conclusio trimembris. QVANTVM ad Tertium dicendũ est simpliciter Deum operari in omni agente creato, non solum naturali, sed &t voluntario, ad quod declarandum. Primo probandum est sic esse, Deum, s. in omni agente creato agere. Secundo, declarandus ẽ modus, quo Deus in õi agẽte creato agit.

Primũ mẽbrũ ꝙ Deus agat in õni agẽte creato, tã naturali, quã voluntario, ꝓbatur elegantissimẽ. Primo. ¶ Primum istorum potest ad præsens probari tripliciter. Primo sic. Sicut se habet omne ens creatum ad primũ ens, sic se hẽt omne agẽs creatũ ad primũ agens; agere .n. competit rei existenti. Sed omne ens creatũ quantũ ad totum suũ esse est in cõtinua depẽdẽtia à primo ẽte, sm̃ illud Sap. 11. [Quomodo aũt posset aliquid ꝑmanere, nisi tu voluisses?] Ergo & omne agens creatũ quantũ ad omne, & totũ suum agere, continuè dependet à primo agente, & per consequens primum agens, agit in omni agente creato.

Secundo. Præterea, omne ens creatũ est in cõtinua dependẽtia à Deo, quantũ ad oẽm suã ꝑfectionem, sm̃ illud Aug. 4. super Gen. ad lit. cap. 11. [Quæ virtus ab eis, quæ creata sunt regendis, si aliquãdo cessaret, simul & illorum cessaret species, omniumq; natura cõcideret.] per quæ duo, speciem s. & naturam, August. intelligit oẽm creaturæ perfectionem, accidentalẽ .s. per speciẽ, & substantialẽ, per naturã. Sed inter perfectiones creaturarũ maximẽ est agere, tũc .n. est aliquid perfectũ, quando potest sibi simile facere, vt patet ex 2. de Anima tex. 34. Ergo omnis creatura quantum ad suum agere à Deo dependet. Nota.

Tertio. Præterea, magis depẽdet quodcũq; creatũ à Deo, quã vnũ creatũ ab alio. Sed aliquid creatũ ẽ, ꝙ quãtũ ad agere suũ, & suũ effectum, ab alio creato dependet, vt patet de homine respectu Solis; homo .n. hominẽ generat, & Sol, vt dicit 2. Phys. t. 26. Ergo &c.

Secundum mẽbrũ quo modo Deus agit in agẽte, tã naturali, quam voluntario

¶ Quantum ad secundum horũ duorum est sciendum, quod actio potest ad tria comparari, s. ad suum principium, ad suum terminum, seu effectum, & ad suũ modũ, & sm̃ hęc tria dicere possumus, quod Deus tripliciter agit in omni agente creato.

Primo modo agit De⁹ quantum ad actionis principium

Primo siquidem, quantum ad principiũ actionis, vbi intelligendũ, ꝙ in rebus creatis vna dicitur causa actionis alterius, seu motus, quãdo dat alij rei virtutẽ, qua res illa agit, vel mouet, sicut Philos. dicit 8. Physic. quod generans est causa motus grauium, & leuium, quia .s. grauia, & leuia producẽdo, dedit grauibus grauitatem, quã mouerentur deorsum, & leuibus leuitatem, quà mouerentur sursum; vlterius etiã si aliqua res sit conseruans virtutem rei alterius, quæ est ei principium actionis, potest aliquo modo dici causa actionis illius, sicut medicinę cõseruãtes virtutem visiuam, possunt dici aliqualiter facere videre. Ergo cum Deus sit dans, & conseruans virtutes omnes omniũ rerum creatarum, quæ sunt eis principium omnium actionum, vt ad præsens supponitur, Deus est causa actionis omnium rerũ, quantum ad actionis principium.

Secundo modo quãtum ad terminum, seu effectum.

Secundo potest dici causa omnis actionis quantum ad eius terminũ, seu effectum, vbi intelligendum, quod secundum doctrinam Philos. 2. Physic. t. 38. causa, & effectus sibi inuicem correspondent quãtum ad multa, & specialiter quantum ad vniuersalitatem, & particularitatem, sm̃ eundem ibidem, sic ꝙ causæ vniuersali correspõdet effectus vniuersalis, & particulari particularis. Verum vniuersalitas causæ est vniuersalitas causalitatis; vniuersalitas autem effectus est vniuersalitas prædicationis; cuius ratio est, quia vna causa ꝓducere potest multos effectus, sed omnes illi effectus oportet, ꝙ assimilentur causæ suę, & per consequens inter se inuicem, rõne cuius similitudinis põt ab omnibus illis rõ cuiusdam vniuersalis abstrahi. Causę ergo vniuersali respõdet effectus vniuersalis in prędicando, vt Soli correspondet generabile, & corruptibile, & quia sm̃ regulam logicorum, si simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, & maximè ad maximè, idcircò causę vniuersalissimæ in causando idest Deo, respondet effectus vniuersalissimus in prædicando, idest esse, seu ens; ens enim vniuersalissimum est, cum omnia alia se habeãt per additionem ad ipsum: idẽ ergo effectus numero, puta hic homo in ratione, qua ens, est effectus Dei, & nõ hominis, aliàs homo generans esset causa omnis entis; quod .n. est causa entis, secũdũ quod ens, est causa omnis entis, secundum regulam reduplicationis, quæ est in primo posteriorũ; vnde in rõne, qua homo est generabilis, & corruptibilis, est effectus Solis, in rõne, qua hic homo est effectus hominis generantis; & sic intelligendum est, quod dicitur, quod Sol & homo generãt hominẽ, nõ ꝙ aliud re sit in homine genito à Sole, aliud
A ab homine generante, sed totus homo genitus est à Sole, sm̃ rõnẽ magis cõnẽ, & idem totus est ab homine generante, sm̃ rationẽ minus cõnẽ. Cũ ergo effectus actionis cuiuscũq; sit ens, seu esse, patet ꝙ Deus est causa actionis cuiuscunq; entis creati, quantum ad actionis terminum, seu effectum.

Tertio mõ applicãdo, seu mouẽdo causas ad suos effectus, ꝙ pertinet ad concursum præuium.

Tertio modo potest dici causa actionis, quãtum ad actionis modum; dicimus .n. in rebus creatis vnũ esse causam actionis alterius, si sit applicans, seu mouens agens ad passum, sicut ille, qui applicat ignem aquæ, dicitur aquã calefacere, & applicans acumẽ cultelli ad incidẽdum, videtur incidere, seu esse causam incisionis; videmus autem oĩa corpora, imò omnes res naturales non agere, nisi motas, excepto primo mouente, ꝙ est totaliter immobile, à quo sicut à causa dependet motus oĩs cuiuscunq; rei crea-
B tę, vt probat Philosophus 7. & 8. Physic. Deus ergo est causa actionis omnis agentis creati, sicut APPLICANS, seu MOVENS omne agens ad effectum suum. Patet ergo, ꝙ Deus est causa omnis actionis creatæ, seu agit in omni agente creato, quantum ad actionis principium, s. sicut dans, & cõseruans virtutes omnium rerum, quæ sunt eis principium actionum. Et quantum ad actionis terminum, seu effectum, quia scilicet omnis effectus creatus in ratione, qua ens, est Dei effectus. Et quantum ad actionis modũ, seu mediũ, quia s. APPLICAT, seu MOVET, causas OMNES ad suos effectus. Et hæc de tertio principali, & toto.

Nota antiquitatẽ huius doctrinæ quãm hausit Auctor, vtpotè vicinus S. Tho. temporibus ex illius mẽte & verbis benè intellectis.

Lege S. Tho. in disp. de potentia q. 3. a. 7. & p. p. q. 105. a. 5. in corp. & ad 3.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD primum ergo factum in contrariũ
C dicendum, ꝙ sicut Deus dicitur agere in omni agente, sicut dans, & cõseruans virtutẽ omni agenti, & quia oĩs effectus in ratione, qua ens, est effectus Dei, sic ẽt põt dici mouere oẽm appetitũ, quandoquidẽ, quicunq; finis mouet quẽcunq; appetitũ, quia .s. oẽm bonitatem veram, vel apparentem Deus dat omni fini creato, & cõseruat, sm̃ quã oĩs finis mouet appetitum quẽcunq;, & motus oĩs appetitus in Deum, sicut in causã primã reducitur. Vel põt dici, & melius, ꝙ non est simile de agentibus, & de finibus, nõ .n. potest esse, nisi vnũ primũ agens in toto vniuerso, à quo per consequens agentia alia oĩa quantũ ad oẽs actiones suas dependent, sed è contra, quãuis omnis recti appetitus, & ordinati, sit vnus solus vltimus finis, propter quẽ per consequens deberent alia omnia appeti, tamẽ de facto sunt multi alij vl-
D timi fines, vt appetitus auari pecunia, appetitus luxuriosi venerea, &c. Respectu quorum appetituum, & finium Deus nõ habet rationem vltimi finis, quod conuenit propter libertatẽ arbitrij, quod potest se auertere à vero vltimo fine, & conuertere se ad ali-

aliquid creatum, vt ad vltimum finé: ficut ergo Deus agit in omni agente creato, quia respectu omnis agentis habet rationé primi agentis, sic etiam, & omnia alia bona creata deberent appeti propter Deũ, quia respectu omnium sm̃ ordinem creatũ, habet rõnem vltimi finis, sm̃ quẽ ordinem iudicandũ est. Sed ẽ cõtra sm̃ deordinationem, & peruersitatem appetitus peccantis multa possunt appeti de facto, non in ordine ad Deũ, quia Deus respectu taliũ, sm̃ quod appetuntur à talibus peccantibus, non est vltimus finis.

A

AD II. Ad secundum dicendum, ꝙ id, ꝙ per se conuenit alicui, cõuenit ei omni alio circũscripto, dummõ per circũscriptioné illius, ipsũ nõ desinat, & sic tota causa eius, ꝙ sibi cõuenit; sic aũt nõ est de agẽte creato respectu Dei, circũscripta.n. diuina causalitate, & influentia, desinit oĩs virtus creata, per quã omne agens creatum agit, & per consequẽs desinit omne agens creatũ, & simpliciter, & specialiter in rõne, qua est agens, & causa; nullũ ẽt agens creatũ est tota causa sui effectus, sed est cũ Deo concausa, sicut instrumentũ est principalis agentis, sicut ẽt nullus effectus est solũ hoc ens, sed ẽt est ens. Vel potest dici aliter, & in idẽ redit cum primo dicto, ꝙ id, ꝙ per se conuenit alicui, cõuenit ei, circũscripto omni alio, s. extraneo, & disparato, non aũt cõuenit ei, circũscripto eo, cui subordinatur, sicut potẽtiæ intellectiuæ per se conuenit esse principiũ intellectionis, ꝙ tñ non ei conueniret circũscripta animæ essentia; & potentiæ volitiuæ esse principiũ volitionis per se conuenit, ꝙ tñ ei non conueniret, circũscripta animæ essentia, vel potentia intellectiua, quia vtriq; subordinatur, & ab vtraq; depẽdet, & sic est in proposito; omne .n. agens creatũ primo agenti subordinatur, & ab eo quantũ ad oẽm suã actionem dependet, vt declaratũ est, & probatũ.

B

C

AD III. Ad tertium dicendum, ꝙ tota rõ peccati in rõne, qua actio, est à Deo, & tota à libero arbitrio, & in rõne, qua actio, & effectus, est bona, & non mala .i. quantum ad totum, ꝙ est in ea, entitatiuum: in ratione autem, qua peccatum, magis habet rationem defectus, quam effectus, & per consequens, vt cõiter dicitur, & vt patet per Aug. 12. de Ciuitate Dei cap. 7. & 8. non habet causam efficientem, sed deficientem, carentiam .s. regulæ rationis.

Habes ex doctrina hac ãtiqua, quomõ sol uas argumenta Hodiernorum.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod Deus est causa principalis actionis peccati in ratione, qua actio, & ad talem actionem in rõne, qua actio, mouet liberum arbitrium, nec tñ mouet ipsum ad talem actionem in ratione, qua est peccatum, sicut nec est causa talis actionis, in quantum est peccatum, vt in responsione immediate præcedente declaratum est.

D

AD V. Ad quintum dicendum, quod actio peccati non est à Deo in quantum est prohibita, idest in quantum est peccatum, sed solũ in quantum est actio, vt declaratum est.

AD VI. Ad sextum dicendum, quod agens à natura agit sm̃ totam suã virtutem, vnde si est infinitæ virtutis, agit in instanti, de quo agere solum Philosophus loquitur: sed agens voluntarium cuiusmodi est Deus, non semper agit quantum potest, sed quantum vult; vult aũt Deus effectus agentium naturaliũ in tempore, non in instanti producere, co ꝙ ipse vult naturas omnes non corrumpere, sed saluare, & hoc est naturale creatis agentibus, vt s. effectus suos producant in tempore, vndẽ nõ sequitur quod omnes actiones sint in instanti.

AD VII. Ad septimum dicendum, quod id, quod mouetur ab aliquo secundum suam inclinationé, & non contra, non cogitur, vt patet de motu lapidis deorsum, & de motu ignis sursum, quæ mouentur ad loca prædicta à generante: sic autem mouetur voluntas sẽper à Deo; cum enim volũtas, sicut & omnis appetitus sit inclinatio quędam in appetibile, moueri secundum voluntatem, est moueri secundum propriam inclinationé; voluntas ergo semper mouetur à Deo, & tamen nunquam cogitur, quia cogi ꝓpriẽ est respectu eius, ꝙ est contra voluntatem.

AD VIII. Ad octauum dicendum, quod operatum est finis operationis, in quantum operatio est agentis creati, & per consequens solum agens creatum mouet; finis autem diuinæ volitionis, & per consequens actionis, est sola sua bonitas, propter quam solum omnia operatur, secundum illud Prouerbiorũ 16. [Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus] finis enim secundarius respondet agenti secundario, & finis principalis agẽti principali, sm̃ doctrinam Philosophi in principio 1. Ethicorum, vt patet de Duce, & milite, quibus pro fine respondent victoria generalis, & particularis alicuius hominis; volũtas ergo diuina à nullo fine creato mouetur, sed solum mouetur secundum nostrum modum intelligendi à sua bonitate, in quantum scilicet vult omnia propter suam bonitatem.

AD IX. Ad nonum dicendum, quod agens particulare, quod per suam actionem non intendit, nisi bonum particulare alicuius effectus, s. sui, si sapiens est, non corrumpit suũ effectum, maximẽ pro tunc, quando ipsum producit; sed agens vniuersale, s. Deus, ꝙ per suam actioné principalius intendit bonum totius vniuersi, quàm cuiuscũq; vnius particularis effectus, non est inconueniens, si producendo vnũ effectum per vnã causã, statim post ipsũ corrumpat per aliam contrariam; hoc enim ad conuenientiã, & perfectionem vniuersi pertinet, quod concurrentibus causis cõtrarijs, vna destruat effectum alterius.

AD X. Ad vltimum dicendu, quod actio creaturæ, quæ est actio Dei aliquando non assequitur finem suum, non propter Dei igno-

rantiam, vel impotentiam, seu indigentiã, aut dependentiam ab instrumento, vt tangebatur in arguẽdo, sed propter ordinem, quem statuit in vniuerso obseruandum; ordinauit .n. in ordine propagationis producere vnam creaturam mediante alia, vt filium mediante patre; vnde aliquo defectu existente in causa media, actio per cõsequens finem suum non assequitur. Vel potest dici, quod diuisio est insufficiens; cũ A enim secundum Philosophum 1. de Generatione, ad actionem tria concurrant, scilicet, dispositio agentis, dispositio passi, & debita appropinquatio vnius ad aliud, potest esse, ꝙ aliqua actio finem suum non assequatur, non propter defectum instrumẽti, vel agentis principalis, quod solum tangebatur in arguendo, sed propter defectum dispositionis passi, vel propter defectum prædictæ appropinquationis.

QVAESTIO XVI.

Vtrum rationes seminales, quæ ab Augustino dicuntur esse in materia corporali, sint potentiæ actiuæ, & passiuæ rerum, vel formæ inchoatæ, vel aliquid aliud.

3. de Trin. c. 8. & 10. sup Gen. ad lit. c. 19 & 20.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod sint formę inchoatæ. Quia Commentator dicit in libris Metaph. quod agens non largitur multitudinem materiæ, sed perfectionem, largiretur aũt multitudinem, si aliquam formã totaliter de nouo introduceret in materiam; forma enim secundum essentiam suam est alia res à materia: nulla ergo forma ab aliquo agente naturali totaliter de nouo secũdum suam essentiam introducitur in materia, sed solum quantum ad esse perfectum. Formæ ergo, vt videtur, ante generationẽ quantum ad essentias suas præexistunt in materia secũdum aliquod esse imperfectũ, & latitans, quæ per consequens possunt dici esse rationes seminales rerum.

II. PRÆT. Sicut pati conuenit rei ratione materiæ, sic agere ratione formæ. Sed si ratio seminalis est potentia actiua, cum rationes seminales ab Augustino, & ab alijs communiter dicantur esse in materia, in materia est aliqua potentia actiua. Ergo in materia ante generationem est aliqua forma ad minus secũdum esse imperfectũ, & latitans.

III. PRÆT. Augustinus dicit, ꝙ rationes seminales sunt exordia, & principia rerum, ex quibus res producuntur. Sed rationes seminales, vt iam dictum est, sunt in materia. Ergo in materia sunt principia, & exordia rerum, quæ sunt rationes seminales; sed hęc exordia, & principia non possunt dici esse potentia passiua materiæ; potentia enim passiua materiæ, vt cõmuniter dicitur, nihil aliud esse videtur, quam ipsa materia: nihil B autem est in seipso, vt probatur 4. Physic. nec possunt dici prędicta principia, & exordia esse nihil, quia ex nihilo nihil fit, vt dicitur 1. Physic. ex prædictis autem principijs, & exordijs dicuntur fieri res in materia. Ergo ante generationem rei, est aliquid secundum essentiam suam distinctum à materia, quod, vt videtur, non potest esse nisi forma præexistens secundum aliquod esse imperfectum, & latitans, quæ secundũ auctoritatem Augustini prædictam, debet dici ratio seminalis.

PRÆT. In hoc differt motus naturalis à violento, quia motus naturalis habet principium ab intra, violentus autem ab extra. Sed motus violentus habet principium passiuum intra subiectum scilicet, ꝙ C mouetur. Ergo motus naturalis, præter principium passiuum intra, debet habere principium actiuum; sed hoc principium actiuum non videtur esse, nisi forma, vt iã dictum est. In subiecto ergo omnis generationis naturalis ante generationem naturalem, præter principium passiuum, est aliquod principium actiuum intra, quod est aliqua forma secundum aliq esse imperfectum, & latitans; omnis enim generatio naturalis motus naturalis est: & hæc forma, vt iam dictum est, dicenda est ratio seminalis. IV.

PRÆT. Dicit Philos. 2. Physic. t. 15. quod priuatio est quodãmodo species, & est vnum de tribus principijs naturæ. Sed D totalis carentia formæ, nec principium, nec species dici potest. Ergo Philosophus per priuationem intelligit non totalem carentiam formæ, sed formam præexistentem in materia secundum aliquod esse imperfectum, V.

fectum, & latitans, quæ ratio seminalis dicenda est.

VI. PRÆT. Generatio incipit ab eo, vbi corruptio terminatur, seu ab eo, quod post corruptionem remanet. Sed hoc non est sola materia, sed tota rei essentia, vt probabo: Ergo tota essentia rei, scilicet, materia, & forma præexistit generationi. Probatio maioris. Nihil intelligitur, nisi ens. Sed post corruptionem tota essentia rei intelligitur. Ergo &c.

VII. PRÆT. Augustinus dicit lib. 10. sup Gen. ad lit. c. 19. & 20 ꝙ Christus fuit in patribus antiquis, secundum corpulentā substantiam, quantum ad efficientiam, & non quantum ad materiam. Sed efficientia conuenit rei ratione formæ. Ergo forma Christi præcessit in patribus antiquis, secūdum aliquod esse imperfectum, & latitans.

VIII. PRÆT. Videtur, quod non possint dici rationes seminales virtutes actiuæ, & passiuæ rerum, quia virtutes actiuæ, & passiuæ impediuntur, & non necessariò consequuntur suum effectum. Sed secundum Magistrum 2. Sentent. distinct. 18, rationes seminales non impediuntur à suis effectibus. Ergo &c.

IX. PRÆT. Potentia passiua materiæ, & potentia actiua agentis naturalis, maximè primi, scilicet cęli, videntur indeterminatè se habere ad omnes naturales effectus. Sed ratio seminalis videtur dici respectu alicuius determinati; vnde diuersarum rerum, vtpotè plantæ, hominis, & bouis, diuersæ sunt rationes seminales, sicut & diuersa semina. Ergo &c.

X. PRÆT. Secundum Commentatorem; In fundamento naturæ, scilicet, materia, nihil est distinctum, sed actus distinguit, potentia autem actiua actum sequitur; ergo in materia nulla est potentia actiua. Sed in materia dicuntur esse rationes seminales. Ergo nulla potentia actiua debet dici ratio seminalis.

XI. PRÆT. Effectus non excedit suam causam quantum ad rem, nec per consequens debet excedere quantum ad denominationem. Sed effectus naturalis aliquis & est, & dicitur animal. Ergo & potentia actiua, quæ producit, non debet dici seminalis, sed animalis.

XII. PRÆT. Quia respondens dixit, quod potentiæ actiuæ, & passiuæ inanimatorum dicuntur rationes seminales metaphoricè, per similitudinem ad potentias actiuas, & passiuas viuentium, seu animalium, quæ propriè dicuntur rationes seminales. Contra hoc arguitur dupliciter. Primo, quia denominatio debet fieri à digniori, & principaliori. Sed principalis potentia actiua animalium, est, & dicitur forma animalis, instrumentalis autem seminalis. Ergo vel omnes potentiæ actiuæ rerum naturalium dicentur animales, vel ad minus potentiæ principales, seu prima principia actionum, A scilicet, formæ substantiales, dicendæ sunt animales; instrumentales autem, seu secundaria principia actionu, scilicet, formæ accidentales, dicendæ sunt seminales.

PRÆT. Quando aliquid dicitur de aliquo metaphoricè, per similitudinem ad aliquid aliud, de illo debet dici propriè, sicut homo dicitur propriè de viuente rationali, quia metaphoricè, & per similitudinē ad ipsum viuens rationale, nomen hominis dicitur de pictura. Sed ratio non propriè dicitur de viuentibus irrationalibus, nec ēt potentia actiua hominis, ratio propria nuncupatur. Ergo ratio seminalis non dicitur metaphoricè potentia actiua rei naturalis, vita carentis, per similitudinem ad viuentia. XIII.

Pro Parte Opposita.

B SED CONTRA EST, ꝙ August. dicit 3. de Trin. c. 8. [Omnium quippe rerum, quæ corporaliter, visibiliterq; nascuntur, occulta quædā semina in istis corporeis mundi huius elementis latent] per quæ semina Augustinus ibi ad literam intelligit potentias actiuas, & passiuas rerum naturalium, vt patet per ea, quæ ibi dicit.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. In hac Quæstione est sic procedendum. Primo videndum est, quid est formam educi de potentia materiæ, quia hoc valet, & ad declarationem quæstionis, & ad responsionem ad multa de prædictis argumentis. Secundo, narrandæ sunt tres opiniones, quæ sunt circa hanc quæstionem, & improbandæ. Tertio, ex ijs concludetur id, quod C tenendum est de hac quæstione.

PVNCTVM I.

Quid sit formam educi de potentia materiæ.

QVANTVM ad Primum horum est sciendum, quod Quidam dicunt, quod formam educi de potentia materiæ, est materiam desinere esse secundum suam essentiam, & conuerti in formā, seu fieri formam; secundum enim istos, quādo res iā facta est, nō remanet eius materia, sed materia fit forma, & remanet sola forma. Ad hoc autem probandum, adducunt talem rationem. Materia secundum essentiam suam est in potentia ad formam. D Sed adueniente forma, non potest dici vlterius materia esse in potentia ad formam; in hoc enim dicto videtur importari formæ carentia. Ergo adueniente forma, materia secundum essentiam suam non remanet.

Opinio quorundam.

Probatio.

Sed hæc opinio de facili per multa improbatio.

Improbatio.

Primo auctoritate Aristotelis.

probari potest; sed ad præsens improbabitur dupliciter. Primo, quia est contra intétionem Philosophi. Secundo, quia est contra veritatem. Primum apparet tripliciter. Primo, quia Philosophus expresse in 2. de Anima dicit, quod duplex est potentia, scilicet, separata ab actu, & coniuncta actui; secundum ergo intétionem Philosophi, potentia non desinit esse, id est, ex hoc quod actui coniungitur; cum ergo materia secundum essentiam suam sit potentia, nó desinit esse, actu suo, qui est forma, adueniente.

Præterea. Idem dicit 1. Physicorú, quod priuatio est principiú fiendi tantum; materia autem, & forma non solum fiendi, sed etiam essendi; secundum ergo intentionem Philosophi, materia non solum est, quando res fit, sed etiam existit in re facta.

Item idem dicit 2. Physic. tex. 28. diffiniens materiam, quod materia est causa, ex qua fit aliquid, cum insit. Idem dicit 5. Metaph. & subiungit exempla, vt æs (inquit) est materia statuæ, & argentum phialæ; ex quo statim habetur, quod nó solú res fit ex materia, sed et materia remanet in re iá facta. Hoc etiam habetur per exempla prædicta. Sicut enim materia prima, est materia rerum naturalium, existens in potentia ad eas, sic & æs est materia statuę, & argentum phialæ; æs autem, & argentum remanent in statua, & phiala iam factis. Ergo &c.

Secundo rationibus, & prima est.

Est etiá prædicta opinio contra rationé, & veritatem, quod etiam apparet multipliciter. Primo, quia sicut materia est in potentia ad formas substantiales; sic subiectú ad accidentia sua, & vnum accidés ad aliud, vtpote, quátitas ad quátitaté, &c. Sed subiectum nó desinit esse secundum suam essentiam adueniente accidente, imò accidens adest, & abest præter subiecti corruptioné, nec quantitas desinit adueniente qualitate, nec essentia, seu quidditas rei adueniente actuali existentia, quæ cóparatur ad quidditatem, vt actus ad potentiam, secundum communem opinionem. Ergo nec materia desinit esse adueniente forma.

Secunda.

Præterea id, quod est actus, & perfectio alicuius, non corrumpit, & destruit ipsum, sed magis actuat, & perficit. Sed forma est actus, & perfectio materiæ, vt communiter dicitur. Ergo forma perficit, & actuat materiam, & non corrúpit; & generaliter omnis actus suam potentiam; vnde, secundum Dionysium, Gratia non tollit naturam, sed perficit, ad quam natura comparatur, sicut actus ad potentiam.

Tertia.

Præterea, quicquid est inter primum purum actum, & primam puram potentiam, idest inter Deum, & materiam primam, habet potentiam admixtam actui. Sed huiusmodi sunt omnia creata, excepta materia prima. Ergo in omnibus est aliqua potentia vna cum actu. Non ergo potentia desinit per hoc, quod est coniuncta actui.

Quarta.

Præterea, quando in generatione vna A forma substantialis succedit alteri, aut aliquando est materia, aut non, si nunquam est materia. Ergo non potest dici, quod materia conuertatur in formam, sed magis debet dici, quod forma præcedens conuertitur in formam subsequentem. Si dicatur, quod aliquando est materia: aut est, quando est forma præcedens, vel sequens: aut in aliquo instanti, vel tempore medio, in quo non est in rerum natura nec vna forma, nec alia. Non potest dici primum, quia secundum hanc opinionem, materia non est simul cum aliqua forma; nec potest dici secundum, quia materia esset naturaliter sine omni forma. Ergo &c.

Quinta.

Præterea, ista factio, qua ex materia fit forma, aut habet aliquod subiectum, aut nullum. Non potest dici, quod nullum habet; omnis enim factio naturalis, secundum B Philosophú 1. Physic. habet aliquod subiectum. Si dicatur, quod habet aliquod, quærendú est quid est illud. Non potest dici, quod sit materia; subiectú enim à termino à quo in omni factione differt; subiectum etiam est aliquod manens in tota factione. Materia auté ponitur terminus à quo huius factionis, & non manere post factionem. Nec potest dici, quod sit forma, quia forma est terminus ad quem huius factionis. Subiectum autem est aliquid distinctú ab vtroq; termino à quo, & ad quem. Nec potest dici, quod non sit compositum, tum quia secundum eos non remanet compositum, sed forma tantum, quia materia non stat simul cum forma; tum quia compositum concludit vtrumq; terminum, à quo, s. & ad qué; subiectum autem est aliquid distinctum, vt iam dictum est, ab vtroq; termino; tú quia C termini cuiuscumq; factionis, secundum quod tales, sunt incompossibiles. Nec potest dici, quod subiectum huius factionis sit aliquid inferius materia; tum quia materia, quæ secundum Augustinú in lib. 11. Confess. cap. 3. est propè nihil, nihil potest se habere inferius; tum quia materia, quæ est pura potentia, non potest per modú subiecti aliquid aliud informare.

Solutio probationis opinionis allatę

Ad Argumentum, quod adducebatur pro hac opinione, dicendum, quod aliud importatur per potétiam materiæ, & aliud per materiam esse in potentia ad formam. Potentia enim materiæ cum sit eius essentia (vt communiter dicitur) remanet in composito adueniente forma, sicut & essentia subiecti adueniente accidente; potentia .n. non corrumpitur, sed remanet coniuncta actui, vt probatum est. Sed esse in potentia D ad formam, ex vi propositionis adductæ, quæ accessum, & per consequens distantiá significat, præter potentiam materiæ, carentiam formæ significat, quæ est priuatio; priuatio autem non remanet adueniente forma, & ideò verè dicere possumus adue-

uenien-

ueniente forma, quod remanet potentia materiæ, quæ est eius essentia, non autem possumus dicere, quod materia iam sit in potentia ad formam.

Secunda opinio.

¶ Alij dicunt, quod formam educi de potentia materiæ, est formam præexistere in materia ante generationem, secundum quoddã esse inchoatum, & imperfectum, quę per generationem de tali esse inchoato, & imperfecto, reducitur ad esse perfectum. Sed quia ponere tales formas in materia præexistere secundum esse prædictum, primùm in hac quæstione improbabitur. Idcircò hæc opinio dimittatur ad præsens.

Reiectio dictæ opinionis.

Tertia opinio.

¶ Alij dicunt, quod formam educi de potentia materiæ, est formam fieri in materia per transmutationem à contrario in cõtrarium, sicut cum aliquid calefit, vel infrigidatur, calor, & frigus possunt dici educi de potentia materiæ.

Impugnatur Primo.

Sed ista opinio stare non potest propter multa. Primo, quia illæ formæ debent dici, educi de potentia materiæ, quæ præexistunt in potẽtia materiæ. Aliquid .n. de aliquo educitur, quod pręexistit in illo, sed non minus præexistunt in potentia materiæ formæ habentes priuationem, quam habẽtes contraria, imò magis, vt videtur; magis enim videtur materia in potẽtia esse ad illas formas, ad quarum vnionem cum materia, requiritur sola introductio ipsarum rerum cum materia, quam ad illas, ad quarum vnionem requiritur pręter introductionem prædictam, expulsio formarum contrariarum. Non ergo minus possunt dici educi de potentia materiæ formæ, quæ sine transmutatione de contrario in cõtrarium inducuntur in materia, quam illæ, quæ inducuntur secundum transmutationem prædictam.

Secundo.

Præterea, quanto minus aliqua materia est in potentia ad aliquam formam, tanto minus potest dici forma illa educi de potẽtia materiæ; & hæc propositio per se patet, quia in subiecto includitur causa prædicati. Sed quanto passum magis resistit agenti, tãto materia passi minus est in potẽtia ad formam, quæ introducitur ab agente. Cum ergo contrarium magis resistat agenti, quã pura priuatio, quæ quia nihil est, in nullo potest resistere; minus poterit dici educi de potentia materiæ forma, quæ contrarium habet, quam illa, quæ non habet.

Tertio.

Præterea, omnis forma, vt communiter dicitur, aut est per creationẽ, quod est esse ab extra, aut per generationem, quod est educi de potentia materiæ. Sed excepta gratia, & anima humana, aliæ formæ non habentes contrarium non possunt dici existere in esse per creationem, seu ab extra, quia hoc de solo intellectu, & de nulla alia forma naturali cõmuniter dicitur; & habetur à Philosopho in lib. de Animalibus. Ergo prædictæ formæ, quanquam contrarium non habeant, cum per generationem in esse prodeant, educuntur de potentia materiæ.

Quarto.

Præterea, paucissimæ formæ sunt habẽtes contrarium; nam omnis forma substantialis, & omnis etiam quantitas, multæ etiã qualitates contrarium non habent, vt patet per Philosophum in Prædicamentis. Si ergo solæ formæ habentes contrarium educuntur de potentia materiæ, paucissimæ formæ educerentur de potentia materiæ, & aliæ quasi omnes non educerentur de potentia materiæ, nec etiam essent per creationem.

Quarta opinio.

¶ Et ideo alij quarto dicunt, ꝙ formã educi de potentia materiæ, est formam in fieri, & esse dependere à materia. Sed nec hoc stare potest propter multa, quia cum educi de potentia materiæ, dicatur per oppositionem ad fieri per creationem: illæ formæ, quæ per creationem prodeunt in esse, non possunt dici educi de potentia materiæ. Sed huiusmodi sunt multæ formæ, quæ quantum ad esse, & fieri dependent à suo subiecto, vt gratia, virtutes infusæ, dona Spiritus sancti, & formæ primorum suppositorum, & cęlorum. Ergo &c. Nec debet dici, quod tales formæ educantur de potentia obedientiali, & si non naturali sui subiecti, quia, sicut iam supra dictum est, educi de potentia materiæ, dicitur per oppositum ad creari, seu ad aduenire ab extra; vnde cum huiusmodi à Doctoribus omnibus, dicantur verè à Deo in anima creari, non debent dici de potentia animæ educi.

Impugnatio. Prima.

Secunda.

Præterea, educi quẽdã motum, vel mutationem importat, non autem dependere, imò magis videtur importare relationem. Ergo incongruè vnũ notificatur per aliud.

Tertia.

Præterea, quamuis dependere quantum ad fieri videatur quoquo modo pertinere ad educi de potentia materiæ, tamen depẽdere quantum ad esse, videtur, quod nihil pertineat; educi enim quendam motum, vel mutationem importare videtur, quod etiam videtur importari per fieri, sed non per esse. Si ergo dependere à materia, seu à subiecto, est de potentia materiæ educi, omnes illæ formæ, quæ quantum ad fieri dependent naturaliter à sua materia, & subiecto, debent dici educi de potentia materiæ; huiusmodi autem sunt omnes animæ humanæ; quamuis enim naturaliter esse possint sine corpore, non tamen naturaliter fieri possunt, nisi in corpore, cum sint formæ, & actus corporum; nec fuerunt creatæ extra corpus, sicut Origenes finxit. Ergo humanæ animæ educuntur de potentia materiæ.

Quarta.

Præterea, educi de potentia materiæ, videtur dictum ad similitudinem corporis, ꝙ educitur corporaliter de aliquo loco. Sed id, quod sic corporaliter educitur, quamuis quantum ad educi, à loco dependeat, non tamen dependet, simpliciter loquẽdo, à loco. Non ergo congruè dicitur educi de poten-

tentia materiæ, quod ſimpliciter, quantum ad eſſe ſuum dependet à materia.

Opinio Auctoris.

His ergo opinionibus, & expoſitionibus prætermiſſis dicendum eſt, quod hoc poteſt exponi duobus modis, qui tamen in idem coincidunt, vt patebit. Et ad euidentiam

Notabilia quædã ad intelligendum quid ſit educi de potentia materiæ.

primæ expoſitionis, eſt intelligẽdum, quod hæc præpoſitio, de, aliquando importat habitudinem cauſæ materialis, vt cũ dicitur, cultellus eſt de ferro; aliquando habitudinem cauſæ efficientis, vt cũ dicitur filius eſt de patre, & fructus eſt de arbore. Vlterius ſciendum, quod effectus antequam habeat eſſe in actu, eſt in materia quantum ad potentiam paſſiuam, ſeu receptiuam, & eſt in agente ſuo quantum ad potentiam actiuã, vnde eſt in duplici potentia, ſcilicet, paſſiua materiæ, & actiua agentis. Et quia vnumquodque cognoſcitur, ſecundum quod eſt actu, & non ſecundum quod eſt in potẽtia, vt patet per Philoſophum 1. Phyſic. eſſe formæ in duplici potentia ſupradicta, eſt quaſi latens, ſeu latitans, eſſe autem in actu eſt eſſe patens. Quia ergo id dicitur educi de aliquo loco corporaliter, quod extra illum locum ducitur, quaſi de eſſe latẽti ad patens, ſicut vinum dicitur educi de vegete, & homo de domo, idcircò ſecundum hanc ſimilitudinem, illa forma debet dici educi de potentia materiæ, quæ præexiſtit in duplici potentia rei materialis, actiua ſcilicet agentis naturalis materialis, & paſſiua materiæ, quaſi in eſſe latenti, efficitur actu in materia, quaſi in eſſe patenti.

Prima expoſitio quid ſit educi de potentia materiæ.

Secundum ergo hanc expoſitionem, illæ ſolę formæ debent dici educi de potentia materiæ, quæ virtute alicuius agentis naturalis efficiuntur de nouo in materia. Vnde anima intellectiua, gratia, & cætera enumerata, formæ etiam in principio creationis impreſſę à Deo immediatè in materia, quãtum ad primas hypoſtaſes, & forma, quæ miraculosè introducitur in materia, vt ſi de trunco fieret vitulus, non debent dici educi de potentia materiæ, quia inducuntur in materiam, ſeu in ſuum ſubiectum ab agente ſupernaturali, quod eſt immateriale, ideſt à Deo.

Obiectio.

Sed contra prædicta poteſt argui, quia ſecundum hoc, Motus Cęli, qui eſt ab Angelo, qui Angelus eſt agens immateriale, & ſpecies intelligibilis, ſeu actus intelligẽdi, & quæcunq; alia in anima intellectiua, quæ immaterialis eſt, recipiuntur, non deberent dici educi de potentia materiæ.

Solutio

Sed dicendum ad hoc, quod cum motus localis non ſit, niſi vbi, ſunt inuicem ſucceſſiua, vbi autem quidam reſpectus eſt, & nõ forma aliqua abſoluta; educi autem de potentia materiæ ſolum de formis dicatur, nõ eſt dicendum, quod motus Cęli ſit forma

A educta de potentia materiæ, nec ſimpliciter quod ſit aliquid eductum de potentia materiæ, cum educi propriè non dicatur, niſi quod eſt aliquid abſolutum. Vel poteſt dici educi de potentia materiæ ratione ſubiecti materialis, in quo recipitur, non autem ratione agentis: ea autem, quæ recipiuntur in anima intellectiua, poſſunt dici educi de potentia materiæ ratione agentis materialis, inſtrumentalis, quod eſt phãtaſma, quãuis agens principale ſit immateriale, ſcilicet intellectus agens, & ratione ſubiecti in quo recipiuntur, quod quamuis immateriale ſit, poteſt tamen largo modo dici materia reſpectu ſui accidentis, eo modo loquendi, quo omnis materia poteſt dici ſubiectum, & è conuerſo.

Secunda expoſitio.

Secundo modo hoc poteſt exponi, dicẽdo, quòd ad hoc quod aliqua forma poſſit dici educi de potentia materiæ, tria principaliter requirũtur ad ſimilitudinẽ eductio-
B nis corporalis alicuius corporis de aliquo loco, vt iam dictum eſt. Et primum eſt, quod forma illa præexiſtat in potentia in materia, quaſi in eſſe latenti, & poſtea ſit in actu, quaſi in eſſe patenti, & hoc iam expoſitum eſt. Secundum eſt, quod illa forma de eſſe poſſibili prædicto reducatur in eſſe actuale ab aliquo naturali agente, cuius ratio eſt, quia educi quendam motum, ſeu mutationem importat; omne autem, quod mouetur, ab aliquo mouetur, vt probatur 7. & 8. Phyſic. requiritur autem, quod talis reductio fiat per agens naturale magis, quã ꝙ fiat per agens ſupernaturale, quia præexiſtere in potentia materiæ, quod erat primum, neceſſariò requiritur ad actionem agentis naturalis, non autem ad actionem agentis ſupernaturalis. Agens etiam ſuper-
C naturale, ideſt Deus poteſt formas materiales de nouo producere, abſq; præexiſtentia materiæ, ſimul ſcilicet, materiam, & formã producendo, poteſt etiã producere formas, quæ non recipiuntur in materia. Sed è contra effectus omnis agentis naturalis oportet neceſſariò, quod recipiatur in aliqua materia, vel ſubiecto. Tertium, quod requiritur eſt, quod prædicta reductio de potentia in actum, ſit per aliquem motum continuum, quia eductio corporalis motus quidam continuus eſt. Verum ſi prędicta reductio non ſit per aliquem motum continuum, ſed per aliquam inſtantaneam mutationẽ, ſicut cum aer ſit lucidus, poterit etiam dici prædicta forma educi de potentia materiæ, vt nomine eductionis, non ſolum motum, ſed etiam mutationem intelligamus. Illæ ergo formæ, nullo modo poſſunt dici educi
D de potentia materiæ, quibus deficit ſecundum prædictorum trium, vt patet de anima intellectiua, de gratia, &c. Illę autem poſſunt dici educi, ſed non ſic propriè, quę ab agente naturali, ſubitò in materia introducuntur, vt dictum eſt de luce aeris. Illæ

autem

Illæ autem proprijssimè possunt dici educi de potentia materiæ, quę per transmutationem continuam, vel præexistentem quantum ad formas substantiales, vel etiam quantum ad accidentales, quæ recipiunt magis, & minus, ab agente naturali in materia introducuntur, & hi duo modi, quãuis per diuersas vias, in inuicem coincidant, vt iam dictum est, & de se patet. Et hæc de primo principali.

PVNCTVM II.

Variæ opiniones recensentur circa principalem quæstionem.

Prima opinio continẽs tria dicta.

QVANTVM ad Secundum sciẽdũ est, ꝙ circa hanc quæstionẽ sunt tres opiniones, quas non credo veras. Prima est, quę dicit, ꝙ rationes seminales in materia existentes sunt formæ, sm̃ quoddã esse imperfectum, seu inchoatum, præexistentes in materia ante generationem.

Primũ dictũ opinionis huius.

¶ Et hæc opinio tria dicit principaliter. Primum est, ꝙ forma eadẽ sm̃ essentiã est in materia ante, & post generationẽ. Et hoc probant per quatuor rationes, quarum prima est. Quia sm̃ Philos. 2. Physic. naturalia in hoc differunt ab artificialibus, ꝙ naturalia habẽt in se principium sui motus, nõ autem artificialia: hoc autem principium non potest dici, ꝙ sit solum subiectum, vel materia, vel habilitas naturalis subiecti ad formam, quia etiam formę artificiales recipiuntur in aliquo subiecto, in quo est maior habilitas ad ipsas formas, quam in alio; sicut maior est habilitas in ære ad formã statuæ, quã in terra, vel aqua: illud ergo principium intrinsecum nõ est, nisi essentia formæ inchoatæ.

Prima ratio probans primum dictũ.

Cõfirmatio.

Et confirmatur hæc ratio, quia Philosophus non distinguit inter naturalia, & artificialia per aliter, & aliter habere principium intrinsecum, sed per habere simpliciter, & non habere. Vnde prædicta distinctio saluari nõ posset, dicẽdo, quod ad formam naturalẽ est principium intrinsecũ, habilitas, s. naturalis in subiecto, non autem ad formam artificialem.

2. Ratio.

Præterea id, ꝙ fit, cuius nihil præexistit, fit ex nihilo, Si ergo forma fit in materia, & nihil eius preexistit, fieret ex nihilo, & sic crearetur, ꝙ est inconueniens. Nec potest respõderi dicendo, ꝙ non fit forma, sed cõpositũ, quia pari rõne posset dici, ꝙ non fit grã, sed gratum, & tñ hoc non obstante dicitur gratia creari, quia nihil grẽ pexistit in anima.

3. Ratio.

Præterea, Philosoph. dicit 2. de Gener. animaliũ, quod sola anima intellectiua est ab extra inter omnes formas naturales. Sed si nihil cuiuscunq; formæ præexisteret in materia, omnes pari ratione posset dici esse ab extra, idest ab agente. Ergo &c.

4. Ratio.

Præterea, aut differunt educi de potentia materiæ, & induci in materiam; aut non. Si non differunt, cum anima rationalis inducatur in materiã, posset dici educi de potentia materiæ, ꝙ falsum est. Si dicatur, ꝙ differunt, nulla alia differentia videtur posse assignari nisi, vt dicatur, ꝙ illæ formæ educuntur de potentia materiæ, quarũ aliquid præexistit in materia, & illæ nõ educuntur, quarum nihil præexistit.

Secundũ dictum probatur.

¶ Secundũ, ꝙ dicit hæc opinio est, quod quãuis forma eadẽ sm̃ essentiã sit in materia ante, & post generationem: tñ ante generationẽ est ibi sm̃ esse potẽtiale, sed post generationẽ sm̃ modũ actualẽ. Hoc autẽ probãt p hoc, quia nisi per aliũ modũ esset post generationẽ, quã ante, p generationẽ nihil fieret, ꝙ est incõueniens; hic autẽ alius modus, vt videtur, est modus actualis; per generationẽ .n. formæ actu fiunt in materia, qui modus actualis est alius à modo potentiali.

Probatio.

Tertium dictum.

¶ Tertium, ꝙ dicit hęc opinio est, quod forma sm̃ essentiam suam præexistens in materia, cooperatur agẽti ad actionẽ. Cuius rõ est, quia sicut materiæ competit pati secundum essentiam suã, sic formæ sm̃ essentiã suam competit agere, seu esse principiũ actionis, & quia cooperatur agenti forma prædicta, vt dictum est; idcirco sm̃ hanc opinionem potest dici ratio seminalis.

Probatio.

Primum dictũ impugnatur.

¶ Sed hæc opinio quantum ad omnia tria prædicta improbari potest.

Primo.

Quãtum siquidẽ ad primum improbari potest quadrupliciter. Primo sic. Simplex aut est secundũ se totum, vbi est, aut secundum nihil sui. Sed forma substantialis omnis simplex est, non habens, scilicet, gradũ, & gradum. Cum ergo non possit dici, ꝙ præexistat secundum se totam, quia hoc esset ponere latitationem formarum, quam posuit Anaxagoras. Ergo secundum nihil sui præexistit.

Secundo

Præterea, Philosophus expresse dicit 7. Metaph. quod non fit forma, sed compositum, cuius ratio est secundum eum, quia omne, quod fit, fit ex aliquo sui præexistẽte, & nihil fit ex nihilo. Compositi autem, præexistit aliquid, idest materia; formæ autem nihil præexistit. Ergo &c.

Tertio.

Præterea. Si formę secundũ essentias suas præexistunt in materia ante generationem, cum post generationem sint distinctæ, vel specie, vel numero, sequitur etiam, quod, ante generationem sint distinctæ specie, vel numero in eadem parte materiæ, cũ ex eadẽ parte materiæ generari possint, vel generentur distincta specie, vel numero; vtrũq; autẽ est impossibile; duæ .n. formæ oppositæ sm̃ essentias suas specie distinctæ, vt albedo, & nigredo in eodẽ subiecto esse non possunt, nec ẽt duæ eiusdẽ speciei, numeraliter distinctæ. Nec potest dici, quod modus actualis solum formas distinguat; constat .n. quod post generationem sint formæ distinctæ in materia, nõ solum sm̃ modum, sed ẽt

secundum essentias; alias Sortes, & Plato essent duo homines secundum modum, seu modales, & vnus secundum essentiam, seu essentialiter.

Quarta. Præterea. Omnis forma secúdum essentiam suam est dans esse tale, vel tale materiæ, vtpotè esse hominem, vel asinum, &c. Cum enim forma det esse materiæ, cum ei vnitur, & secundum quod ei vnitur: si ipsa vnitur materiæ secundum essentiam suam, vt Philosophus dicit in principio 2. de Anima; ipsa etiam secundum essentiam suam dat esse tale, vel tale materiæ. Si ergo formæ secundum essentias suas præexistunt in materia ante generationem, sequitur quod ante generationẽ ignis, sit ignis, & ante generationem aquæ, sit aqua, & sic de alijs.

Secundum dictũ impugnatur. Primo. ¶ Secundum etiam dictum improbari potest quadrupliciter. Primo sic. Sicut se hẽt esse materiæ ad modum actualẽ, sic essentia formæ ad modum potentialẽ. Sed materia vbicunq; est, est cum modo potentiali, & impossibile est, ꝙ sit in aliquo sm̃ essentiam suã cũ modo actuali. Ergo incõueniẽs ẽ dicere, ꝙ forma sit in aliquo cũ mõ potẽtiali.

Secundo. Præterea. Cũ modus sit q̃dã conditio rei, impossibile est, ꝙ habeat repugnãtiã ad essentiã rei. Sed essentia formæ ẽ quidã actus; forma .n. sm̃ essentiã suã actus quidam est. Dicere ergo, formã quantũ ad essentiã suã esse in materia cum modo potẽtiali, est dicere oppositum in adiecto.

Tertio. Præt. Essentia, in qua eadẽ numero manẽte est dare perfectũ, & imperfectum, seu potẽtiale, & actuale, habet gradũ, & gradũ, seu recipit magis, & minus; solũ .n. de forma, quæ recipit magis, & minus potest dici, quod in essẽtia sua habeat aliquid imperfectum, & potentiale, idest gradũ remissum, & aliquid perfectum, & actuale, idest gradũ intensum. Sed non omnes formæ recipiunt magis, & minus. Ergo &c.

Quarto. Præt. Mutatio, quæ est in eadẽ essentia de imperfecto ad perfectũ, est motus cõtinuus, qui motus est formæ intẽsio. Si ergo forma de modo imperfecto, & potẽtiali reducitur in modũ perfectum, & actualem, sequitur, quod omnis generatio substantiæ sit motus continuus, quod falsum est.

Tertiũ dictum impugnatur. ¶ Tertiũ ẽt improbari potest sic. Faciẽs sm̃ essentiã suã distinguitur à facto, & impossibile est, ꝙ idẽ sm̃ essentiam suã faciat seipsum. Sed forma est eadẽ sm̃ essentiam, vt ipsi dicunt ante, & post generationẽ. Ergo impossibile est, ꝙ præexistens sm̃ modũ potentialẽ, seipsã faciat, secundum modum actualẽ, seu ꝙ operetur agenti, ad hoc, quod fiat secundum modum actualem.

Adprimam rõnem pro primo dicto. ¶ Ad primã ergo rõnẽ, q̃ adducebatur ad (D) probãdũ, ꝙ forma eadẽ sm̃ essentiã p̃existit ante generationẽ, quæ est post generationẽ. Dicendum ꝙ diuisio illa Philosoph. intelligenda est cũ reduplicatione; naturalia.n.sm̃ ꝙ naturalia habent principium intrinsecũ; hæc .n. reduplicatio reduplicat naturã, quæ (A) ẽ principiũ intrinsecũ alicuius motus naturalis, siue sit principiũ passiuũ tantum, ꝙ est materia, siue formale, quo agens agit, ꝙ est forma; vtrũq; .n. s. materia, & forma dicitur à Philos. 2. Physic. natura: ẽ contra artificialia, in quantũ artificialia non habent aliquod principiũ intrinsecum alicuius motus naturalis; hæc .n. reduplicatio reduplicat artẽ, quæ non est in re artificiali subiectiuè, vel reduplicat formã artificialẽ, quæ nullius motus naturalis est principiũ. In rebus ergo artificialibus, & si sit aliquod principiũ passiuũ intrinsecum respectu formæ artificialis, vt mollitio in cera respectu figuræ; illud tñ principiũ ei non conuenit, sm̃ ꝙ est res artificialis, sed solum secundum ꝙ est quædam res naturalis.

Et si contra hoc arguatur; quia ad minus nulla differentia erit inter motum ad formã (B) artificialẽ, & ad formã naturalem, si motus ad formam artificialem habet principium intrinsecum passiuum. Instantia.

Dicendum, ꝙ nullum inconueniens est dicere, ꝙ non est differentia inter duos motus prædictos ex parte subiecti, in subiecto enim vtriusq; motus est habilitas naturalis ad formam vtramq;, est tamen differentia inter eos ex parte agentis; quia vnus est ab agente ex necessitate naturæ determinato ad vnum agendum; alius est ab agente per intellectum, & voluntatem, in cuius potestate est agere, vel non agere hoc, vel illud; secundum quem modum Philosophus in lib. 9. Metaph. t. 3. distinguit potestates naturales à rationalibus. Motus ergo ad formam artificialem potest dici aliquo modo naturalis ex parte subiecti; naturalius est.n. ligno scindi, quam liquefieri, per quam (C) scissionem disponitur ad formam scamni. Sed est artificialis ex parte agentis, vt expositum est. Arist. autem in textu prædicto 2. Physic. assignat differentiam prædictam inter res naturales, & artificiales, & non inter motum naturalem, & artificialem. Solutio.

Ad secundam dicendum, quod cum fieri sit via ad esse; sicut forma non est ꝓpriè, sed compositum, sic nec fit propriè, sed cõpositum, vt patet per textum preallegatum 7. Metaph. Vnde non oportet, quod aliquid formæ præextiterit ante generationẽ, sed sufficit, quod præextiterit aliquid compositi, idest materia; compositum enim fit ex aliquo, forma autem fit in aliquo. Et ad instantiam, quæ adducebatur de gratia, dicendum, quod productio gratiæ, & animæ intellectiuæ differt à productione aliarum formarum naturalium, non quia aliarum aliquid præexistat in materia ante generationem, & istarum nihil; sed quia istę sunt à solo Deo; aliæ autẽ omnes ab agentibus naturalibus, propter quod alię omnes dicũtur educi de potentia materiæ, istæ autem non; vt supra expositum est. Ad secundã.

Ad

Ad tertiam. Ad tertiam dicendum', quod sola anima intellectiua inter omnes formas naturales dicitur esse ab extra, non quia ipsa sola sit ab agente, quod est extra subiectum formam recipiens, idest à subiecto distinctum (hoc enim commune est, omni formæ, vt supra probatum est) sed quia ipsa sola est ab agente, quod est extra totum genus rerum creatarū, idest immediatè à Deo. Vel quia ipsa sola potest esse extra corpus, sicut cum separatur à corpore.

Ad quartam. Ad quartam dicēdum, quod differt educi de potentia materię, & induci in materiā, non secundum illum modum, qui tangebatur in arguendo, sed sicut magis, & minus commune; omnes enim formæ, quæ educuntur de potentia materiæ, inducuntur etiam in materiam, vtpotè, quæ recipiuntur in materia. Sed multæ formæ recipiuntur in materia, seu in aliquo subiecto, quæ per consequens possunt dici induci in materiam, quæ tamen non possunt dici educi de potentia materiæ, vt supra probatum est, de gratia, & anima intellectiua.

Ad Argum. pro secundo dicto. ¶ Ad illud autem per quod probabatur, quod secundum modum potentialem formæ præexistunt in materia ante generationem. Dicendum, quod si per esse formæ, secundum modum potentialem, intelligatur esse formam in potentia materiæ, simpliciter illud dictum concedendum est; esse enim formā in potentia materiæ, nō est esse formam sm̄ essentiam suam, sm̄ quam distinguitur à materia, sed est materiam esse in potentia ad formam. Si autē per illud dictum intelligatur, formā quātum ad essentiam suam (sm̄ quā distinguitur à materia) esse in materia, sm̄ aliquem modum essendi imperfectum, qui dicatur modus potentialis respectu modi essendi perfecti; illud dictum simpliciter est negandum, & dicendum est, quod per generationē fit aliquid, scilicet forma, quantum ad essentiam suam simpliciter in materia, & non solum secundum modum actualem, & perfectum.

Ad Argum. ꝓ tertio dicto. ¶ Ad illud vero, per quod probabatur, ꝙ forma sic præexistens cooperatur agenti, & est rō seminalis. Dicendum, ꝙ sicut iā probatum est, forma secundum essentiā suam, quo ad nullum modum perfectum, vel imperfectū ante generationē præexistit, nec per consequens cooperari pōt. Dato tñ, ꝙ p̄existeret, nequaquā ēt cooperari posset agenti ad sui productionē sm̄ modum perfectum, & actualē, vt supra probatum est. Forma enim principium est actionis non quidem, qua ipsa producitur, sed qua producitur aliquid aliud.

§

Secunda opinio. Secunda opinio circa hanc quæstionē est quorūdā dicentium, ꝙ rōnes seminales sunt potentiæ rerū non passiuæ, sed actiuę tātum; nec actiuæ oēs, sed quædā imperfectæ nobis occultę; sm̄ .n. istos; potentiæ actiuæ rerum nobis notæ, vt calidum, frigidum, &c. non

A sunt rōnes seminales, sed solum quædā potentiæ actiuæ nobis occultę, quæ sunt mediæ inter effectus, qui producuntur, & alias potētias nobis manifestas. Vtrumq; autem prædictorum probāt per significationē nominis, semen .n. dicitur, ꝙ decidit à patre, ꝙ est actiuum in generatione; semen .n. habet quandam virtutem imperfectam, & instrumentalem, respectu virtutis principalis, & perfectæ ipsius animalis. Probatio.

Impugnatur dupliciter opinio. ¶ Sed nec ista opinio stare potest; cū .n. effectus ducat in cognitionem causæ suæ, & virtutis, qua producitur, videtur, ꝙ quantò virtus est propinquior effectui, tantò prius, & melius possit notificari per effectū, ꝙ apparet, & in eodē numero, & in diuersis; ꝑ effectum .n. caloris, qui recipitur in aqua, per prius, & magis, innotescit nobis virtus calefactiua ignis, quæ est calor, quàm eius

B forma substantialis; per effectus etiam, qui producuntur in his inferioribus, vtpotè per hunc fructum, & hoc animal generatū; per prius, & magis innotescit nobis virtus plantæ, & huius animalis generantis, quàm Solis, & Solis, quàm Dei. Sed prædictæ virtutes propinquiores, secundum ponentes eas, sunt effectibus, quam aliæ virtutes, vtpotè mediæ inter alias virtutes, & effectus. Ergo fictitium est ponere virtutes tales, & dicere eas nobis esse ignotas.

Solutio argumenti pro secunda opinione. Ad argumentum autē, per ꝙ probabatur quod solæ tales virtutes sunt rationes seminales. Dicendum, quod quamuis semen propriè dicatur id, quod deciditur à patre, secundum tamē extensionem nominis, potest etiam semen dici id, ꝙ administratur à matre, quod est passiuum in generatione animalis, secundum doctrinam Philosoph.

C in lib. de Animalibus. Nec sequitur, si semen est aliquid imperfectum respectu animalis, quod rationes seminales dicantur solæ virtutes quędam imperfectæ. Cum enim virtutes vita carentium rationes seminales dicantur non per proprietatem, sed per similitudinem, non oportet, quod similitudo attendatur quantum ad omnia. Quamuis etiam dici possit, quòd etiam quantum ad imperfectionem attenditur similitudo; quia sicut virtus seminalis est quædam virtus imperfecta, respectu virtutis animalis, à quo semē deciditur, & à qua virtute virtus seminis deriuatur: sic etiam virtutes omnes omnium rerum creatarum sunt virtutes imperfectæ, respectu virtutis Dei, à quo cuncta creata sunt, & à cuius virtute aliæ deriuantur. §

Tertia opinio. Tertia est opinio quorundam dicentiū,

D quod rationes seminales sunt non potentiæ actiuæ, & passiuæ rerum, sed respectus harum potentiarum. Hoc autem probant per hoc, quod post diem iudicij non erunt rationes seminales, & tamen erunt potentiæ actiuæ, & passiuæ rerum. Probatio.

Impugnatio prima.

¶ Hæc autem opinio, & falsum continet, & implicat oppositum in adiecto. Primum apparet dupliciter. Primo, quia sicut semen est quædam causa, vt patet per Philosophum 2. Physic. & 5. Metaph. sic rationes seminales causæ, vel rationes causales, secundum Augustinum, dici possunt. Ait enim ipse 3. de Trin. c. 9. de rationibus seminalibus loquens; [Nã sicut matres grauidæ sunt fœtibus, sic ipse mundus grauidus est causis nascentium] sed respectus non possunt dici causæ, nec rationes causales, vt de se patet. Ergo &c. Secundo, & in idem redit cum primo, quia sm̃ Aug. qui primò introduxit has rationes seminales, rationes seminales sunt quædam principia, per quæ oriuntur omnia, quæ naturaliter oriuntur. Sed respectus non potest habere rationem principij respectu eius, quod oritur. Ergo &c.

Impugnatio secũda.

Quod etiam implicet oppositum in adiecto patet, quia positis fundamentis relationum, necesse est poni relationes, cum relatio totum esse suum à fundamento habeat. Si ergo post diem iudicij remanent potentiæ actiuæ, & passiuæ rerum, necesse est dicere, quod remaneãt effectus fundati super ipsis potentijs, & dicere contrarium est implicare oppositum in adiecto, sicut si diceretur, quod duo sunt albi, & non sunt similes in albedine.

Solutio argumenti ꝓ tertia opinione.

Ad argumentum autem, per quod probabatur prædicta opinio; dicendum, quod potentiæ actiuæ, & passiuæ rerum dicuntur rationes seminales, sm̃ quod possunt exire in actum, & esse principia eorum, quæ fiunt, post diem autem iudicij remanebunt prædictæ potentiæ, quantum ad essentias suas, erunt tamẽ suspensæ à suis actibus, propter quod rationes seminales dici non poterunt, erunt autem prædictæ potẽtiæ post diem iudicij suspensæ, vel virtute diuina, vt fuit suspensa virtus ignis in camino, in quo fuerunt positi tres pueri, Danielis 3. vel forte naturaliter propter cessationẽ motus cęli; quo cessante necesse est, quod cesset actio, & passio in istis inferioribus, quia à motu cęli omnis alius motus dependet, secundum Philosophos. Et hæc de secundo principali.

PVNCTVM III.

Opinio Auctoris exponitur circa principale quæsitum.

Sententia Auctoris.

QVANTVM autem ad Tertium dicendum est, quod rationes seminales, secũdum Augustinum qui primo eas posuit, sunt potentiæ actiuæ, & passiuæ rerum naturalium. Et hoc potest ad

Probatur 1

præsens probari tripliciter, per ea, quæ sunt dicta supra, & quasi per locum à diuisione,

A Si enim rationes seminales non sunt aliquæ formæ inchoatæ, vt dicebat prima opinio; nec respectus, vt dicebat tertia opinio, nec aliquę potentię actiuæ nobis ignotę, vt dicebat secunda, & tamen rationes seminales sunt in rebus, secũdum Augustinum, relinquitur, quod sint potentię actiuę, & passiuę rerum; non enim posset dari, vel fingi quid aliud essent.

Secundo.

Pręterea, secundum Augustinum, vt iam allegatum est 3. de Trinit. Rationes seminales sunt causę, & principia eorum, quae naturaliter oriuntur. Vnde etiam & dicuntur rationes causales, vt supra probatum est. Sed non possunt dici principia, & causae, sicut agentia, & patientia; dicuntur enim esse in rebus naturalibus, quae sũt agentes, & patientes; nihil autem est in seipso, vt probatur 4. Physicor. Sunt ergo principia, & causae, quibus agentia, agũt,
B idest potentiae actiuae, & quibus passa patiuntur, idest potentiae passiuae.

Tertio.

Pręterea. Nomina à perfectioribus rebus deriuantur ad imperfectiores sicut Philosophus dicit 5. Metaph. de nomine naturae, quod à viuentibus ad non viuentia deriuatum est. Sed semen dicitur in viuentibus, quod est actiuũ instrumentale, vel passiuũ in generatione viuentium. Potentiae ergo actiuae rerum creatarum, & potentiae passiuae possunt dici rationes seminales, quia sunt principia omnium motuum naturalium rerum creatarum, & dicuntur prædictae potentiae rationes, non secundum se acceptae, sed quia deriuantur ab aeternis rationibus, quae sunt in mente diuina. Seminales autem dicuntur, quia sunt instrumentalia principia, respectu diuinae potentiae. Et hęc de tertio principali, & de toto.

C

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I.

AD Primum dicendum, quod Commentator pro tanto dicit, ꝙ agens nõ largitur materiae multitudinem, quia per agens naturale non efficiuntur multae materiae; subdit autem, quod largitur materiae perfectionem, quia scilicet per agens de nouo introducitur in materia forma, quae est perfectio materiae. Vel potest dici, quod pro tanto dicitur, quod agens non largitur materiae multitudinem, quia introducẽdo formam generati in materiam, expellit formam corrupti; generatio enim vnius est corruptio alterius, secundum Philosoph. lib. 1. de Gener. t. 17. Vel fortè hoc dicit pro tanto, quia per nullũ agens forma introducit in materia sic de nouo, ꝙ nullo
D modo ante prędextiterit, ad minus in potẽtia materiae. Sed si dictum eius exponatur, sicut exponebatur in arguendo, non est standum dicto suo, quia forte fuit huius opinionis, quod formae secundum aliquam inchoationem pręcederent in materia, quę

opi-

opinio supra improbata est.

AD II. Ad secundum dicendum, quod ratio, quę est potentia actiua seminalis, dicitur esse in materia, nō quia in materia prima accepta sine omni forma sit aliqua potentia actiua, vt dicebatur in arguendo; sed quia potentiæ actiuæ rerum naturalium sunt sicut in subiecto, in toto composito ex materia, & forma, & hoc etiam sonat ipsum dictum; dicuntur enim esse rationes seminales in materia corporali, materia autem corporalis, non dicitur materia prima, sed materia cum forma aliqua corporali, à qua forma etiam materia dicitur corporalis.

AD III. Ad tertium dicendum, quod rationes seminales dicuntur esse principia, & exordia rerum, quæ sunt potentiæ actiuæ, & passiuę rerum, quæ sunt exordia, & principia, non sicut agentia, & patientia, sed sicut ea, quibus agentia agunt, & patientia patiuntur. Et ad id, quod dicebatur vltimo in arguendo, quod ratio seminalis dicitur esse in materia, potentia autē passiua materiæ non pōt dici esse in materia, quia nihil est in seipso. Dicēdum est, quod potentia materię potest dici esse in materia, sicut Deitas dicitur esse in Deo propter diuersum modum significandi, vt alibi declaratur, & sicut quidditas dicitur esse in eo, cuius est quidditas; potentia enim materiæ est quidditas materiæ. Vel fortè potest hoc dici, quod potentia passiua materiæ, præter essentiam materiæ importat respectū ad formam: relatio autem dicitur esse in eo cuius est relatio, vt paternitas in patre. Vel dicendum, & melius, vt supra tactū est, quod potentiæ actiuæ, & passiuæ dicūtur esse in materia, idest in rebus materialibus; totum enim compositum ex materia, & forma, est subiectū vtriusq; potentiæ actiuæ, & passiuæ.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod quamuis vterq; motus naturalis, & violentus, habeat subiectum in quo sit, tamen in illo subiecto est habilitas, & inclinatio intrinseca naturalis ad motum naturalem, nō autem ad violentum, & in hoc differt motus naturalis à violento.

AD V. Ad quintum dicendum, quod priuatio dicitur à Philosopho species, non simpliciter, sed quodammodo, ratione scilicet formæ cui est adiuncta; semper enim priuatio vnius formę est in materia cum alia forma; quia materia nunquam caret omni forma. Et dicitur priuatio à Philosopho principium, nō quidem essendi, sed fiendi, quia omne fieri naturale est de priuatione ad formam, seu de non esse, ad esse, & tale principium non oportet, quod sit aliquid positiuum, quamuis principium essendi semper sit aliquid positiuum.

AD VI. Ad sextum dicendum, quod post corruptionem rei naturalis nihil remanet rei, nisi materia, & ab hoc incipit generatio. Et ad id, per quod probabatur, quod post corruptionem remanet tota essentia, dicendū, A quod ad hoc, quod aliquid intelligitur sufficit, quod habeat aliquam entitatem, vel actualem, vel potentialem; ea autem, quæ vtraq. entitate carent, vt chimęra, & alia figmenta, nequaquam possumus vere intelligere, quamuis imaginari. Vel dicendum, quod ad hoc, quod aliqua intelligantur ab intellectu, non oportet, quod habeāt esse reale in rerum natura; potest enim verè intelligi quidditas rosæ, et quando rosa non est in rerum natura, sed sufficit, quod habeat esse repræsentatum in aliquo, quod sit in intellectu, siue id sit species intelligibilis, secundum cōmunem opinionē, siue actus intelligendi secundum alios: vel, vt alij dicunt, sufficit, quod habeat esse in intellectu obiectiuum, sicut cognoscibile dicitur esse in cognoscente.

AD VII. Ad septimum dicendum, quod nos possumus loqui de corpore Christi dupliciter, B scilicet, aut quantum ad materiæ præparationem, quæ fuit ante conceptionem, & animationem Christi, quæ præparatio etiam est quantum ad corpus aliorum hominum à matribus ante vnionē maris, & fœminæ; aut secundo, quantum ad eiusdem corporis formationem, organizationē, & animationem. Si loquamur primo modo, sic dicēdum est, sicut Augustinus dicit, vt tangebatur in arguendo; quod corpus Christi fuit in antiquis patribus, secundum corpulentam substantiam, non quantum ad materiam, quia illa portio materiæ nunquam fuit in antiquis patribus, sed fuit sub forma alicuius alimenti; secundum enim Philosophos, vtrumq; semen maris, & fęminæ est de superfluo alimenti; sed fuit in eis quantū ad efficiētiā, quia prædicta præparatio materiæ facta est per virtutem naturalē Beatæ C Virginis, quæ virtus per successionem generationis deriuata est in Beata Virgine ab antiquis patribus. Sed si loquamur de corpore Christi secundo modo, sic dicendum est, quod Christus fuit in antiquis patribus, non secundum seminalem rationem, sed secundum corpulentam substantiam, vt August. dicit 10. super Genesim ad lit. loco citato, quia prædicta formatio, & organizatio non fuit virtute alicuius seminis decisi ab antiquis patribus, sed virtute Spiritus sancti, quamuis corpulenta substantia, idest materia administrata fuerit à matre Virgine, quæ mater fuit in antiquis patribus, sicut effectus in causa, & quia prædicta materiæ præparatio, seu administratio facta est virtute animæ Beatæ Virginis, vt dictū est, & non animæ Christi, non oportet dicere, D quod anima Christi precessit in Beata Virgine, secundum aliquam inchoationem, vt dicebatur in arguendo.

AD VIII. Ad octauum dicendum, quod quamuis potentiæ actiuæ, & passiuæ creatæ impediri possint à suis effectibus, secundū se acceptę,

tamen

tamén secundum quod sunt instrumenta diuinæ potentiæ, à suis effectibus impediri A non possunt; non enim potest esse, quod Deus præordinauerit, se facturum aliquid per aliquas causas medias, & id non fiat, & quia prædictæ potentiæ sunt rationes seminales, secundum quod sunt instrumenta quædam diuinæ potentiæ; idcirco Magister dicit 2. Sent. quod rationes seminales non possunt impediri à suis effectibus.

Nota doctrinã hanc pro diuinis prædiffinitionibus.

AD IX. Ad nonum dicendum, quod quamuis potentia actiua cęli, & potentia passiua primæ materiæ indeterminatè se habeant ad omnia generabilia, & corruptibilia; vniuersa tamen producuntur ex materia diuersimodè disposita; actus enim actiuorum fiunt in patiente, & disposito, & producuntur ex diuersis causis agentibus particularibus, vt ficus ex ficu, bos ex boue, &c. Secundum hoc ergo aliquæ rationes seminales, idest potentia actiua cęli, & potentia passiua primæ materiæ sunt indeterminatę, B respectu diuersorum effectuum, & aliquæ sunt determinatę, respectu determinatorũ, vt expositum est.

AD X. Ad decimum dicendum, quod in materia prima nullus actus est, & nulla potentia actiua; dicitur tamen actus, & potentia actiua esse in materia, idest in re materiali, seu habente materiam, vt supra declaratum est.

AD XI. Ad vndecimũ dicendum, ꝙ licet virtus principalis, quæ est in animali, secundum se accepta possit dici virtus animalis; relata tamen ad diuinam potentiam, respectu cuius est, vt virtus instrumentalis, seminalis dici debet, vt supra declaratum est.

AD XII. Ad duodecimum dicendum, quod si virtutes inanimatorum denominarentur simpliciter per deriuationem à virtutibus animalium, deberent dici virtutes omnes virtutes animales, vel ad minus virtutes principales, & instrumentales seminales, vt tãgebatur in arguendo; sed quia non denominantur simpliciter per deriuationem à virtutibus animalium, sed in quantum sunt virtutes instrumentales respectu diuinæ potentiæ; virtus autem seminalis, instrumentalis dicitur; idcircò omnes seminales, & nõ animales dicuntur.

AD XIII. Ad vltimum dicendum, quod virtutes non viuentium, dicuntur seminales metaphoricè per deriuationem à virtutibus seminum animalium; rationes autem dicuntur in quantum deriuantur à rationibus idealibus, quæ sunt in mente diuina, vt supra declaratum est.

QVAESTIO XVII.

Vtrum præter doctrinas humano studio, & ingenio adinuentas fuerit necessaria aliqua alia diuinitus inspirata.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, C quod non. Quia non minoris perfectionis est homo, quam aliæ res naturales. Sed alijs rebus naturalibus, præter ea, quæ habent à natura ad attingendum finem suum, nihil aliud est eis necessarium; natura enim sicut nihil superfluum, vel frustra facit, sic etiam non deficit in necessarijs. Ergo, & homo præter doctrinas, quas naturaliter potest acquirere, & habere, nulla alia est necessaria, quæ per inspirationem habeatur.

II. PRÆT. Doctrina temeraria, & prohibita non est necessaria, sed præter doctri- D nas, quæ possunt humano studio, & ingenio haberi, omnis alia est temeraria. Ergo &c. Probatio minoris. Eccles. 3. [Altiora te ne quæsieris, &c.] Prohibitum est ergo nobis, ea, quæ sunt supra nostrum ingenium, & rationem, quærere, & perscrutari. Sed ea, quæ sunt intra nostrum ingenium, & rationem, sufficienter traduntur in doctrinis humano studio, & ingenio adinuentis. Ergo &c.

Pro Parte Opposita.

SED CONTRA EST. Quia in formis perficientibus materiam, suprema non educitur de materia, sed est per creationem. Ergo & in scientijs perficientibus animã, quæ sm̃ Commentatorẽ 3. de Anima, est in genere intelligibilium, sicut materia in genere corporalium, suprema non est ab humana inuentione, sed à diuina reuelatione, & inspiratione.

R E-

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO dicendum, quod circa hanc quæstionem duo facienda sunt. Primo afferetur quædam opinio, & impugnabitur. Secundo, propria sententia statuetur.

PVNCTVM I.

Narratur quædam opinio, et impugnatur.

Opinio quorundam.

QVANTVM ad Primum horum sciendum est, quod Quidam dicunt ꝙ aliqua scientia potest dici necessaria tripliciter, vno modo, quando ordinatur ad supplementum vitæ humanæ, & sic dicuntur necessariæ Mechanicæ, vt dicitur à Philosoph. 1. Metaph. Secundo modo, quia ordinatur ad aliquam superiorem scientiã, & sic dicuntur necessariæ oẽs scientiæ speculatiuæ respectu Metaphysicę, & ipsa sola dicitẽ maximè honorabilis à Phil. 1. Metaph. Tertio modo, quia aliquid cognoscitur per eã, quod non cognoscitur per aliam, & sic dicitur scientia necessaria, idest non superflua, & hoc modo est Metaphysica etiam necessaria. Theologia autem est necessaria non primo modo, quia non est Mechanica, nec secundo modo, quia non habet aliam superiorem, sed solum tertio modo, idest non superflua, quia scilicet in ea traditur notitia aliquorum, secundum aliquem modum, secundum quem modum non traditur in aliqua alia scientia. Addunt etiam, quod illi (qui dicunt, quod Theologia est necessaria, quia considerat de Deo, qui est noster finis, quem per consequens ad rectè agendum, necessarium est præcognoscere, & quia de Deo tractat sine admixtione errorum, quod non facit Metaphysica) considerant Theologiam per accidens, & non per se, quia consideratio scientiæ ex parte scibilis, à quo scientia habet suam speciem, & quidditatem, est consideratio eius per se; consideratio autem scientiæ, ex parte scientis, est consideratio scientiæ per accidens, quia scientia est ei accidens.

Impugnatur præfata opinio.

Primo.

¶ Sed contra prædicta potest multipliciter argui. Et primo, contra hoc, quod dicit, quod non est necessaria primo modo sic. Maior est indigentia spiritualis, quam corporalis. Sed Artes Mechanicæ dicuntur primo modo necessariæ, quia supplent hominis indigẽtiam corporalem. Ergo multo magis hæc doctrina debet dici necessaria primo modo, quia supplet hominis indigentiam spiritualem, quam scilicet habet de notitia diuinorum, vt credendorum, sperandorum, agendorum, & diligendorum, &c. quæ est indigentia vitæ hominis, vt homo est.

A

Secundo.

Secundo, potest argui contra hoc, quod dicit, quod non est necessaria secundo modo sic. Illa scientia est necessaria secundo modo, quæ ordinatur ad aliquam aliam superiorem. Sed hæc doctrina ordinatur ad aliam superiorem, scilicet scientiã beatorũ. Ergo &c. Probatio minoris dupliciter. Primo, per auctoritatem Ioannis vlt. [Hæc autem scripta sunt, vt credatis, &c.] Secundo, probari potest per rationem sic. Omne imperfectum ordinatur naturaliter ad perfectum, vt motus ad quietem, notitia principiorum ad notitiam conclusionum, notitia generis ad notitiam speciei, &c. Sed notitia Dei, quæ est per fidẽ, qualis est notitia huius doctrinæ, est imperfecta respectu notitiæ Beatorum, quã habent Beati de Deo in Patria Ergo &c.

B

Tertio.

Tertio, potest argui contra hoc, quod dicit, quod est necessaria, idest non superflua, sic. Exponere ignotum per ignotius, & plus per minus, est inconueniẽter exponere. Sed magis est nobis notum esse necessarium, quam non superfluum, sicut omnis affirmatio negatione; negatio enim non cognoscitur, nisi per affirmationem: plus etiã importat esse necessarium, quod est quasi medium inter superfluum, & diminutum, quam esse non superfluum, sicut plus importat esse liberale, quod est medium inter prodigum esse, & esse auarum, quam esse non prodigum. Ergo &c.

Quarto.

Quarto, potest argui contra hoc, quod dicit, quod est necessaria, quia aliquid scitur per eam, quod nescitur per alias, multipliciter. Primo sic. Conuenientior est declaratio, quæ est ex proprijs, quam illa, quæ est ex cõibus. Sed tractare aliquid, quod non tractatur in alia scientia, est commune omni scientiæ; esse autem vtile ad vltimum finem est proprium huius doctrinæ. Ergo conuenientior, & proprior modus declarandi hanc doctrinam esse necessariam, est per vtilitatem eius ad vltimum finem, qui est vnus modus, quam per distinctionem eius ab alijs, quantum ad subiectum, qui est alter modus.

Primo.

C

Secundo.

Præterea, diuersæ quæstiones debent per diuersa media terminari. Sed aliud est quærere, vtrum hæc doctrina sit necessaria, & vtrum hæc doctrina sit distincta ab omni alia, quod probari debet per distinctionem subiecti sui, à subiectis aliarum (secantur enim scientiæ quemadmodum & res, vt dicitur 3. de Anima tex. 38.) Ergo per hoc non debet probari eius necessitas.

D

Tertio.

Præterea, hæc doctrina est magis necessaria, quam aliqua alia. Sed determinare de aliquo de quo non determinant aliæ, nõ magis ei conuenit, quam alijs scientijs, imò minus; ipsa enim determinat de Deo, de quo determinat Metaphysicus; de syllogismo

mo autem nulla determinat. nisi logica. Ergo incongruè, & impertinenter probatur esse necessariã, per hoc, quod determinat de aliquo, de quo non determinant aliæ.

Quarta. Præterea, videtur, quod iste modus necessario incidat in primum. Quia id, quod scitur per hanc scientiam, & non per alias, aut est tale, quod oportet illud scire tanquã vtile ad aliquem finẽ, saltem ad perfectionẽ ipsius scientis, & tũc est scientia necessaria, secundum primum modum declarandi. Aut nullo modo est vtile illud scientiæ, nec etiam ad perfectionem ipsius scientis, sicut est notitia multorum singularium, & tunc nullo modo est scientia necessaria.

Impugnatio quorundam. Alij impugnant ordinem quæstionum; dicunt enim, quod incongruè hæc quæstio ponitur ante quæstionem, qua quæritur, vtrum hæc doctrina sit scientia. Quod sic

Probatio. probant Quæstio (an est) seu simplicis præcedit cognitionem, & quæstionem compositi, vt haberi potest à Philosopho in principio secundi posteriorum. Sed esse scientiã necessariam, est quoddam compositum respectu huius, quod est esse scientiam. Ergo &c.

Instantia. Sed hoc parum valet, quod patet expresse, si videatur titulus quæstionis; quia ille *, qui hunc articulũ præmittit omnibus alijs, non quærit, vtrum hæc doctrina sit scientiã necessaria præter Physicas disciplinas (contra quod procederet argumentum.) Sed quærit absolutè, vtrum præter Physicas disciplinas fuerit aliqua alia doctrina necessaria, siuè illa doctrina sit scientia, siuè non. Et hic ordo fuit valdè congruus, quia secũdum Philosophum in principio secũdi posteriorum, quæstio (an est) præcedit quæstionem, (quid est) Prius ergo debet quæri, vtrum præter Physicas disciplinas sit necessarium aliquam aliam ponere esse, & habito quod sic; tandem quærendum est. Vtrum talis doctrina sit scientia. Vtrum sit vna. Vtrum sit practica, & huiusmodi.

* Nẽpe S. Thom. Auctor defendit etiã ordinẽ doctrinæ S. Thom.

PVNCTVM II.

Statuitur propria sententia.

Sententia Auctoris. HIS ergo prætermissis dicendum est, quod cum secundum Philosophum 5. Metaph. t. 6. necessarium dicatur multis modis; de his solum duo modi videntur in hac quæstione locum habere, scilicet necessarium, quod est vtile, & necessarium, quod est æternum, seu incommutabile. Et secundum hoc, hæc quæstio potest intelligi dupliciter. Vno modo de necessitate incommutabilitatis; & alio modo de necessitate vtilitatis. Si intelligatur pri-

Notabile quoddam.

A mo modo: hoc etiam potest esse dupliciter, s. vel de necessitate scientiæ, quam habet ex parte obiecti, seu veritatis, quam continet: vel de necessitate, quam habet ex parte subiecti.

Prima cõclusio. ¶ Si intelligatur primo modo, sic dicẽdum est, quod illa scientia, est sic necessaria, quæ est de necessarijs, seu quæ continet infallibilem veritatem; Hæc autem doctrina est de maximè necessarijs, scilicet, de Deo, & rebus diuinis. Continet etiam

Probatio. infallibilem veritatem, magis quam alia scientia; est enim de veritate increata, quæ est infallibilior omni creata, secundum illud Matthæi 24. [Cælum & terra transibunt, verba autẽ mea &c.] & in Psal. 118. [In æternum Domine permanet verbum tuum.] Et hæc necessitas conuenit scientiæ per se, quia conuenit ei ratione obiecti, ad quod habet essentialem ordinem, ab eo scilicet, habens quidditatem, & speciem.

B Secunda conclusio. ¶ Si autem quæstio intelligatur de incõmutabilitate, quam habet scientia à subiecto, & per consequens conuenit ei per accidens, sic dicendum, quod illa scientia est isto modo necessaria, cuius documentis, & maximè principijs, in quibus virtualiter continetur, tota scientia intellectus scientis necessario assentit. Et hoc modo hæc sciẽtia non est necessaria, sicut aliæ humanæ scientiæ. Non enim intellectus hominis, sic ne-

Probatio. cessario assentit principijs huius scientiæ, s. articulis fidei, sicut principijs aliarum sciẽtiarũ. [Non enim omniũ est fides] vt dicitur 2. ad Thessal. 3. Nec in hoc derogatur in aliquo huic doctrinæ, imò hoc est propter eius dignitatem, & excellentiam; quia enim omnis nostra cognitio ortum habet à sensu, idcircò illis solum intellectus noster

C assentit, quæ cadunt sub sensu, ea autem, quæ non cadunt sub sensu, & per consequẽs sunt supra nostrã rationem, & intellectum cuiusmodi sunt articuli fidei, sola fide tenẽtur.

Tertia cõclusio. ¶ Si autem quæstio intelligatur de secundo modo principali necessitatis, scilicet, de necessitate vtilitatis, sic dicendum est, quod hæc doctrina continet aliqua documenta propria, sicut Deum trinum, & vnum, incarnationem filij Dei, &c. & quædam cõmunia sibi, & Physicis, vt Deum esse vnũ, & simplicem, &c. Et quantum ad vtraque est vtilis, & necessaria.

Probatio, & explicatio. Quantum ad prima siquidem, quia finẽ oportet esse præcognitum ijs, qui habent suas actiones dirigere in ipsum finem, vt ponit exemplum Philosophus in Ethicis, de his, qui volunt sagittas ad certum locũ

D dirigere. Finis autem, ad quem homo à Deo ordinatur, ad quem per consequens debet omnes suas actiones dirigere, est supra cognitionem naturalem nostri intellectus, sm̃ illud Isa. 64. [Oculus no vidit De' absq; te, quæ præparasti expectantibus te.]

Ergo

Ergo necessarium fuit homini, vt aliqua ei reuelarentur supra cognitionem naturalē A existentia, & de suo fine, & de his, per quæ posset ad eum pertingere; finis enim, & ea, quæ sunt ad finem proportionantur. Vnde sicut finis hominis excedit naturalem eius cognitionem, sic & ea, quæ ad hunc finem perducunt.

Item est vtilis, & necessaria quantū ad secunda documenta, quia notitia, à qua depēdet salus hominis, debet esse oībus cōis, s. paruulis, & magnis, sapientibus, & insipientibus, sicut ipsa salus omnibus est cōmunis, & debet esse sine admixtione erroris; à notitia autem prædictorum documentorum dependet tota salus hominis, cum cognoscere Deum esse bonum, simplicem, &c. præsupponatur cognitioni, qua credimus Deum esse Trinum, & Incarnatum, &c. sine qua, vt dictum est, impossibile est hominem ad suum finem pertingere: B Ergo necessarium fuit homini, vt notitia prædictorum esset sine admixtione erroris, & esset omnibus communis. Philosophi autem prędicta docuerunt cum errorum admixtione, & ad talem notitiam soli sapientes, & post longum tempus deueniebant. Ergo &c. Nec ista ratio sumitur ab eo, ꝙ est per accidens, vt alij arguunt cōtra istam deductionem, & declarationem; quia cum vtile per se dicat ordinem ad finem; probare aliquid esse necessarium, idest vtile ratione sūpta ex parte finis; est ꝓbare illud ratione sumpta ab eo, quod est per se, non obstante quod scientia, vt dicūt, se habet per accidens ad scientem; quamuis hoc etiam possit infringi, quia omne accidens habet per se dependentiam à suo subiecto.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD Primum ergo factum in oppositum dicendum, ꝙ aliæ res naturales non ordinantur ad aliquem finē supernaturalē, vt homo, & ideo solus ad hunc finem suum assequendum indiget aliquibus supernaturalibus, inter quæ primum est fides; indiget etiam gratia, & charitate. AD I.

Ad Secundum dicendum, quod licet ea, quæ sunt altiora hominis inquisitione, inquirere sit temerarium, & præsumptuosū, sunt tamen à Deo reuelata accipienda per fidē: vnde ibidē subditur [Plurima .n. super sensum hominis ostēsa sunt tibi] & sic prędicta traduntur in hac doctrina, vt scilicet, reuelata à Deo, & accepta per fidem. AD II.

QVAESTIO XVIII.

Vtrum doctrina sacræ paginæ sit scientia propriè dicta.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, C quod non. Quia singularium non est scientia, vt probatur primo Posteriorum; singulare enim est, dum sentitur, vniuersale dū intelligitur; scientia autem est perfectio intellectus. Sed ista sciētia determinat de pluribus singularibus, vt de gestis Sanctorū Patrū, & ipsius Christi, & Apostolorum eius. Ergo &c.

II. PRÆT. Omnis sciētia procedit ex principijs per se notis, vt probatur primo Post. quia sciētia est effectus demonstrationis, quæ, vt scribitur ibidem, est ex primis, veris, & per se notis. Sed principia huius doctrinæ, scilicet, articuli fidei, non sunt per se noti, quia non conceduntur ab omnibus D [Non enim omnium est fides] vt dicitur 2. Thessal. 3. Ergo &c.

III. PRÆT. Quia respondens dixerat quod ista doctrina est scientia largo modo accepta. Contra arguebatur. Quia quando aliqua se habent per oppositum, nunquam vnum denominatur ab alio; nunquam enim albedo diceretur nigredo, vel è conuerso. Sed scientia, quæ in sui ratione includit euidentiam, per oppositum se habet ad fidem, quæ in sui ratione includit ineuidentiam [Est autem fides sperādarum substātia rerum argumentum nō apparentium] vt dicitur Hebræorū 11. Ergo ista doctrina, quæ est doctrina fidei incongruè dicitur scientia, etiam largo modo accepta.

PRÆT. Quia respondens dixerat, ꝙ non est scientia propriè, & strictè accepta. Contra arguebatur dupliciter. Primo sic. Verè sapientia est propriè; & strictè scientia, quia sapientia est sicut caput omnium aliarum scientiarum, vt dicitur 6. Ethicorum cap. 8 & per cōsequens est maioris IV

perfectionis etiam quantum ad rationem scientiæ, quam omnes aliæ scientiæ. Sed ista doctrina est vera sapientia, secundum illud Deuteron. 4. [Hæc est .n. vestra sapientia, & intellectus coram populis.] Ergo ista doctrina est propriè, & strictè scientia.

V. PRÆT. Hoc ipsum probatur secundo sic. In alijs doctrinis præter habitum principiorũ, qui dicitur intellectus; causatur in studẽtibus in eis quidã alius habitus, qui dicitur scientia. Ergo, & in ista doctrina, præter habitum principiorum eius, scilicet, articulorum fidei (qui habitus dicitur fides) causatur in ipsa studentibus aliquis alius habitus, qui non potest dici, quod sit prudentia, vel ars, quæ sunt respectu contingentium, vt patet sexto Ethicorum, quia habitus Theologiæ acquisitus, est respectu necessariorum. Nec potest dici, ꝙ sit intellectus, quia intellectus est habitus primorum principiorũ, hic autẽ habitus Theologiæ acquisitus est respectu conclusionum huius doctrinæ; respectu enim principiorum, idest, articulorum fidei, ponitur esse habitus fidei. Ergo relinquitur, quod hic habitus Theologiæ acquisitus sit sapientia, vel scientia propriè dicta; cum respectu veri tantum, non sint nisi prædicti quinque habitus intellectuales, vt patet sexto Ethicorum, & si est sapientia, est scientia propriè, & strictè accepta, vt supra probatum est.

VI. PRÆT. Quia respondens dixerat, quod ista doctrina est scientia largè accepta; secundum quod nomine scientiæ intelligitur assensus intellectus cum certitudine, vel euidentiæ, vel adhæsionis; quia in ista doctrina est assensus intellectus cum certitudine adhæsionis, nõ euidentiæ. Cõtra arguebatur. Nã Philos. dicit 7. Ethic. quod quidam non minus adhærent his, de quibus habent opinionem, quam alij his, de quibus habent scientiam. Non minus ergo firmã adhæsionem potest habere aliquis opinans de his, de quibus opinatur, vel hæreticus de his, quæ credit, quàm Theologus de his, quæ sunt fidei. Si ergo ista doctrina solum propter firmam adhæsionem diceretur scientia, non magis esset scientia, quàm opinio opinantis, vel hæresis alicuius hæretici.

VII. PRÆT. Augustinus libro 1. Retractationũ.c.14. dicit, quod scire est aliquid mentis firma ratione cõprehendere, & loquitur ibi Aug. de scire in communi. Sed mente comprahendere idẽ est, quod intelligibiliter videre. Ergo euidẽtia est de rõne scientiæ communiter dictæ.

VIII. PRÆT. Augustinus in quadam Epistola de videndo Deo dicit, quod credita quodammodo videmus, quia ipsa vera esse minime dubitamus. Ergo de his, quæ sunt fidei, quæ credimus, est euidentia, & per consequens scientia propriè

A dicta.

PRÆT. Idem ibidem dicit, [Constat igitur nostra scientia ex visis rebus, & creditis, quæ vidimus, vel videmus, nos ipsi testes sumus,] Sed hoc est commune omni scientiæ propriè dictæ, quod scilicet, præter visa habeat aliqua credita, eo quod oportet in omni scientia addiscentem credere, vt dicitur primo Posteriorum. Ergo ista doctrina est scientia propriè dicta. IX. Epist. 112. ad Paulinã.

PRÆT. Lumen fidei est maius, quam lumen naturale agentis intellectus. Sed lumen naturale facit euidentiam de naturalibus. Ergo multo magis lumen fidei faciet euidentiam de his, quæ sunt fidei, & per consequens hæc doctrina, quæ est doctrina fidei, est scientia propriè dicta. X.

B PRÆT. Philosophus dicit in primo Posteriorum, quod omnis scientia est cum ratione. Sed ista scientia nõ est cũ rõne, quia Ambros. lib. 1. de Fide Cathol. dicit [Tolle argumenta, vbi fides quæritur.] In hac autẽ doctrina solum fides quæritur. Ergo hæc doctrina nullo modo est scientia, etiam largo modo accepta. XI.

PRÆT Sicut non potest dici albedo, quæ non facit album, sic non potest dici scientia ista doctrina, quæ nihil facit scire. Sed hæc doctrina est huiusmodi. Ergo &c. Probatio minoris. Sicut ex principijs opinatis sequitur conclusio tantum opinata, & non scita; sic ex principijs tantum creditis sequitur conclusio tantum credita, & non scita. Sed principia huius scientiæ sunt tantum credita, & non scita, idest articuli fidei. Ergo &c. XII.

C PRÆT. Videtur, quod non sit scientia, quia scientia est habitus difficile mobilis. Sed habitus huius doctrinæ est facilè mobilis, quia voluntas cum sit libera, qua ratione mouet intellectum ad assentiendum his, quæ fidei sunt, eadem ratione potest moueri ad dissentiendum; intellectus autem non adhæret ijs, quæ sunt fidei, quæ continentur in hac doctrina, propter aliquam ipsorum euidentiam, sed solum motus à voluntate. Ergo &c. XIII.

PRÆT. Illius est scientia, cuius sunt principia, causæ, & elementa; scire enim arbitramur vnumquodq;, vt dicitur primo Physicorum, quando cognoscimus causas primas, & principia prima, vsq; ad elementa. Sed Dei non sunt principia, causæ, & elementa. Ergo ista doctrina, quæ est de

D Deo; non est scientia. XIV.

PRÆT. Commentator dicit in libris Metaph. quod sicut cæcus se habet ad colores, sic intellectus noster ad substantias separatas. Sed cæcus nullam notitiam habere potest de coloribus, nisi forte per audi- XV.

auditum. Ergo nec intellectus noster potest habere aliquam notitiam de substantijs separatis, & multo minus de Deo, nisi per auditum, quæ notitia magis dicenda est fides, quam scientia. Ergo ista doctrina, quæ est de Deo, non est scientia, sed fides.

XVI. PRÆT. Omnis scientia est nota sub lumine intellectus agentis, & specialiter quantum ad sua principia; quia sicut intellectus possibilis est, quo est omnia fieri; sic intellectus agens est, quo est omnia facere, vt dicitur tertio de Anima. Scientia autem omnis est perfectio intellectus possibilis. Sed principia huius doctrinæ, idest articuli fidei, non sunt nota sub lumine intellectus agentis. Ergo hæc doctrina non est scientia.

XVII. PRÆT. Scientia est effectus demonstrationis, vt dicitur primo Posteriorum. Medium autem demonstrationis est diffinitio subiecti; de Deo autem, qui est subiectum huius doctrinæ nullam diffinitionem habere possumus. Ergo ista doctrina non est scientia.

XVIII. PRÆT. Omnis scientia sui generis subiecti partes, & passiones considerat, vt haberi potest à Philosopho primo Posteriorum. Sed Deus, qui est subiectum in hac doctrina, non habet partes, & passiones. Ergo idem, quod prius.

Pro Parte Opposita.

SED CONTRA EST, quod dicit Augustinus 14. de Trin. c. 1. quod huic scientiæ illud tantummodo tribuitur, quo fides saluberrima, quæ ad veram Beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis sic procedendum est. Primo, videndum est, quid intelligatur nomine scientiæ propriè dictæ. Secundo, narrandæ sunt duæ opiniones, quæ sunt circa hanc quæstionem, quas non credo esse veras, & improbandæ. Tertio, determinanda est veritas quæstionis. Quarto, respondendum est ad argumenta vnius prædictarum opinionum.

PVNCTVM I.

Quid intelligatur nomine scientiæ proprie dictæ.

QVANTVM ad primum est sciendum, quod appetitus est quædam sequela intellectus; vnde sic iudicandum est de habitibus intellectiuis, sicut apparet in habitibus appetitiuis. Ex parte autem appetitus sic apparet, quod sunt

A Quidam habitus in appetitu, quibus solum inclinamur in bonum ipsius appetentis, sicut sunt virtutes morales: Quidam alij sunt his oppositi, quibus, scilicet inclinamur in malum, sicut sunt habitus vitiosi: Quidam alij sunt, quibus inclinamur in aliquid indifferens ex genere suo, quod, scilicet potest esse bonum, & malum; sicut in multis apparent tales habitudines, & inclinationes ad aliqua ex genere suo indifferentia. Et sic est ex parte intellectus; sunt enim quidam habitus intellectuales, qui solum sunt respectu veri, quod est bonum intellectus, & hi habitus dicuntur virtutes intellectuales. Quidam alij sunt, qui sunt solum respectu falsi, quod est malum intellectus, qui habitus in communi appellantur à Philosopho in libris Elenchorum, ignorantia prauæ dispositionis:

B Quidam alij sunt medij, qui, scilicet, possunt esse respectu veri, & falsi, quia per eos intellectus non totaliter adhæret vni parti contradictionis, quin aliqualiter tendat in partem oppositam: contradictionis autem altera pars necessariò est vera, altera falsa; talis autem habitus est opinio, quæ causatur per syllogismum topicum, per quem intellectus adhæret quasi totaliter vni parti contradictionis, quamuis cum formidine aliquali alterius partis; & suspicio, quæ causatur per syllogismum rhetoricum, per quem intellectus, & si non totaliter, magis tamen adhæret vni parti contradictionis, quàm alteri; & existimatio, quæ causatur per syllogismum poeticum, per quem intellectus declinat, magis in vnam, partem contradictionis propter solam aliquam

C repræsentationem, ad modum, quo homini fit abhominatio alicuius cibi, quia repræsentatur ei sub similitudine alicuius abhominabilis. Habitus autem intellectualis, qui virtus intellectualis dicitur, aut est respectu contingentium; aut est respectu necessariorum. Si est respectu contingentium; aut est respectu agibilium; & hic dicitur prudentia; aut respectu factibilium, & hic dicitur ars. Si est respectu necessariorum; aut est respectu altissimorum, & hic dicitur sapientia; aut respectu aliorum, & hic dicitur intellectus respectu principiorum, & scientia respectu conclusionum.

Ex quo patet, quod sapientia compræhendit sub se, vt partes integrales intellectum, & scientiam; scientia autem cópræhendit sub se sapientiam, vt partem subiectiuam; est

D enim sapientia quædam scientia, scilicet, altissimorum. Prædicta omnia patent per Philosophum in sexto Ethicorum. Est ergo scientia habitus intellectualis respectu conclusionum necessariarum. Conclusio autem si verè conclusio est, necessa-

riò ſequitur ex pręmiſſis. Vnde ſyllogiſmus diffinitur à Philoſopho 1. Topicorũ, & primo Priorum c. 1. quod eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, ideſt præmiſſis, neceſſariò ſequitur ex eis aliquid aliud, ideſt concluſio. Concluſio etiam neceſſaria, neceſſariò ſequitur ex ambabus pręmiſſis neceſſarijs, vel ad minus ex maiore neceſſaria, vel æquiualente neceſſarię; vt patet ex primo Priorum. Maior autem ſola habet rationem principij rĕſpectu concluſionis, quia minor eſt quaſi quædam applicatio maioris ad concluſionem, ſpecialiter in prima figura, ad quam, ſicut ad perfectam, duæ aliæ reducuntur. Concluſio ergo neceſſaria ſupponit principia neceſſaria, ex quibus neceſſariò deducatur. Ex his ergo oĩbus concludere poſſumus, ꝙ ſcientia propriè accepta eſt habitus intellectualis cõclu ſionũ neceſſariarum neceſſario deductarũ ex principijs neceſſarijs; & iſta notificatio ſcientiæ patere poteſt per Philoſoph. primo Poſteriorum, & 6. Ethicorum. Et hæc de primo.

PVNCTVM II.

Narrantur duæ opiniones circa hanc quæſtionem.

QVANTVM ad Secundum ſciendum eſt, quod circa hanc quęſtionẽ ſunt duæ opiniones, quas non credo veras.

¶ Prima eſt, quod iſta doctrina eſt ſciẽtia propriè dicta, ſubalternata tamen ſcientiæ Beatorũ. Verũ Fr. Thomas in diſputatis quæſt. 14. artic. 9. in Reſponſione ad 3. argumentum, dicit, quod ſcientia ſubalternata non eſt propriè ſcientia, niſi in quantũ continuatur in eodem ſubiecto cum ſcientia ſubalternante; ſecũdum enim hanc opinionem, differt ſcientia ſubalternãs à ſubalternata, quia ſcientia ſubalternans procedit ex principijs per ſe notis in illa ſcientia: ſed ſcientia ſubalternata procedit ex principijs notis non in ipſa, ſed in ſuperiori ſcientia, ſcilicet, ſubalternante, à qua ſupponens ſua principia, ex eis probat ſuas concluſiones: vnde cum iſta doctrina procedat ex articulis fidei, tanquam ex principijs, quorum articulorum Beati habent euidentiam; Nos autem credulitatem, ab ipſis, ſcilicet, nobis reuelatis, accipientes per fidem, iſta doctrina eſt ſcientia ſubalternata ſcientiæ Beatorum, vt dictum eſt.

Prima opinio.

Sed quamuis hæc opinio vera ſit, ſi bene intelligatur, vt patebit per ſequentia. Si tamen intelligatur ſecundum ſenſum verborum, videtur improbari poſſe; & ſpecialiter quantum ad hoc, quod dicit, quod de ratione ſcientiæ ſubalternatæ, eſt ꝙ procedat ex principijs, non in ipſa notis, ſed in

Opinio iſta licet vera, ſecundum tamẽ quẽdam ſenſum verborũ nõ rectè intellecta

aliqua ſuperiori ſcientia, ſcilicet, ſubalternante.

A

Impugnatur.

Quod quidem improbari poteſt tripliciter. Primo ſic. Id quod eſt commune omni ſcientiæ, conuenit etiam ſcientię ſubalternatæ, ſuppoſito quod ſcientia ſubalternata ſit verè ſcientia, & propriè, vt ad præſens ſupponitur. Sed non eſſe maiorem euidentiam concluſionum, quam principiorum, eſt commune omni ſcientiæ, quia in omni genere entis impoſſibile eſt, quod effectus excedat ſuam cauſam: euidentia autem principiorũ eſt cauſa euidentiæ concluſionum, cum ſecundum Philoſophum in 6. Ethic. intellectus, qui importat euidentiam principiorum, ſit principium ſciẽtiæ, quę importat euidentiam concluſionũ. Ergo impoſſibile eſt, quod in aliqua ſcientia etiam ſubalternata, concluſiones ſint euidentes, & principia in ipſa non ſint euidentia, ſeu nota, ſed in aliqua ſuperiori ſciẽtia; hoc autem eſt de ratione omnis ſcientię, quod ſcilicet habeat euidentiam cõcluſionum ſuarum. Ergo &c.

Impugnatio prima.

B

Pręterea. Quando aliqua duo ſic ſe habent, quod per vnum aliud cognoſcitur, oportet, quod cui eſt notum id, quod per aliud cognoſcitur, ſit notum id, per ꝙ cognoſcitur; inconueniens enim eſſet dicere, quod per notitiam obiecti, quam vnus habet, alius, cui idẽ obiectum eſſet ignotum, deueniret in notitiam actus, vel potentię. Sed per principia notificantur cõcluſiones, quia intellectus eſt principium ſcientię, vt iam dictum eſt. Ergo impoſſibile eſt, quod principia ſcientię ſubalternatę, vt in Perſpectiua, ſint nota ſolum habenti ſcientiam ſubalternantem, & non ſint nota habenti ſcientiam ſubalternatam, & tamen ei ſint notę concluſiones, quę notificãtur per prędicta principia.

Secunda.

C

Pręterea. Sicut ſe habet notitia magis cõmunis ad notitiam minus communis in ſimplicibus, vt notitia generis, ad notitiam ſpeciei, ſic ſe habet notitia magis communis ad notitiam minus communis in compoſitis, vt notitia principiorum ad concluſiones. Sed inconueniens eſſet dicere, quod vnus habeat notitiam generis, & alius, qui, id genus non cognoſcit, per notitiam, quae eſt in illo alio ipſius generis, deueniat in notitiam ſpeciei. Ergo eodem modo inconueniens eſt dicere, quod Perſpectiuus per notitiam principiorum ſuę ſcientię, quam nõ habet ipſe, ſed Geometer, deueniat in notitiam concluſionum.

Tertia.

¶ Dicendũ eſt ergo, ꝙ de principijs ſciẽtiæ ſubalternatę, duplex notitia haberi poteſt, ſcilicet (Propter quid) & (Quia) Prima non habetur in ſcientia ſubalternata, quia notitia (Propter quid) principiorum ſcientię ſubalternatę habetur per priora principia, ſcilicet ſcientiæ ſubalternantis, cũ (Propter quid) quærat de cauſa: quorum prin-

D

Explicatur ab Auctore opinio pdicta, & defenditur.

principiorum primorum notitia, tranſcendit limites ſcientiæ ſubalternatæ, ſed habetur in ſcientia ſubalternante. Secunda autem notitia, ſcilicet (Quia) neceſſe eſt, quod habeatur in ſcientia ſubalternata, & acquiratur ab habente ipſam via ſenſus, memoriæ, & experientiæ, vt Philoſophus docet in ſecundo Poſteriorum; quamuis enim Perſpectiuus, qui probat, quod res videtur à longè minor, per hoc principium Geometricum, quod lineæ facientes angulum, quanto magis protrahuntur, magis diſtant, nõ habeat huius principij notitiã (Propter quid) quia hoc probare pertinet ad Geometriam; hoc tamen videns ad ſenſum, habeat notitiam (Quia)

Et per hoc reſponderi poteſt ad quandã obiectionem, quæ fieri poſſet contra tertiã rationem prædictarum trium. Poſſet enim aliquis dicere contra eam, quod ſi notitiam minus cõmunis nullus habere poteſt, niſi habeat notitiam magis communis, & ad eandem ſcientiam pertinet notitia vtriuſq;, ſequitur, quod in nulla ſcientia particulari tradi poterit notitia perfecta ſui ſubiecti, vt patet in Philoſophia naturali, entis mobilis, & ſic de alijs, niſi tradatur in ipſa notitia entis in communi, cuius notitia pertinet ad Metaphyſicum, & quod nullus poterit habere notitiam alicuius particularis ſcientiæ, niſi habeat notitiam Metaphyſicæ, quæ videntur incouenientia. Sed ad hoc dicendum eſt, ſecundum prædicta, quod ſufficit ad notitiam perfectam ſubiecti alicuius particularis ſcientiæ, habere notitiam entis, quod eſt ſubiectum Metaphyſicæ, ſecundũ quod ratio entis ſaluatur in ſubiecto illius particularis ſcientiæ, notitiam dico aliqualem, imperfectam, quantum ad ſignificatum nominis, quid ſcilicet ſignificetur nomine (entis) Quæ notitia prius occurrit intellectui via ſenſus, memoriæ, & experientiæ, quam notitia cuiuſcunq; alterius; ſecundum enim Auicennam in Metaphyſica ſua. Primum occurrit intellectui de vnaquaq; re, quod ſit ens; nec oportet habere ſic perfectã notitiam de ente, quantum ad oĩa, quæ de eo ſciri poſſunt; qualis traditur in Metaphyſica. Patet ergo qualiter ſit intelligendum illud commune dictũ, quod ſcientia ſubalternata procedit ex principijs notis in ſcientia ſubalternante; qualiter autem hæc doctrina ſit ſcientia; & qualiter ſubalternetur ſcientiæ Beatorum, infra dicetur.

Opinio aliorum.

Alia opinio eſt, quæ dicit, quod hæc doctrina eſt verè, & propriè ſcientia; quia de articulis fidei, quamuis habeamus fidem, poſſumus tamen de eiſdem habere ſcientiã per demonſtrationem, ipſos probantem, acquiſitam. Quam opinionem aliqui primo nituntur probare per duas rationes, & per duas auctoritates Sacri Canonis, & per
A duas alias Sanctorum.

Probatio 1.

Prima ratio talis eſt. Deum eſſe, eſt articulus fidei, ſecundum illud Hebræor. 11. [Credere enim oportet accedentẽ ad Deũ, quia eſt] Deum etiam eſſe æternum, purũ actum, &c. eſt quoddam credibile, & tamẽ per demonſtrationem ſciuntur. Ergo pari ratione alij articuli fidei, & alia credibilia, per demonſtrationem ſciri poſſunt, quia de ſimilibus idem eſt iudicium.

Secunda.

Præterea. Auguſtinus, Richardus, & alij Sancti in libris ſuis probant ea, quæ fidei ſunt; & etiam ipſe Frater Thomas fecit librum contra Gentiles, in quo ea, quæ fidei ſunt, diuerſis demonſtrationibus, & argumentis probat contra ipſos Gentiles. Ergo ea, quæ fidei ſunt, per demonſtrationem probari poſſunt, & per conſequens ſciri.

Tertia. *ſm verſionem ſeptuaginta.*

Præt. Iſa.7. ſcribitur [Niſi credideritis nõ
B intelligetis.*] Ergo ea, quæ creduntur intelligi, & ſciri poſſunt.

Quarta.

Præterea. Habetur 1. Petri 3. [Parati ſẽper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt, ſpe, & fide.] Nulla autem ratio ſatisfaceret infideli, niſi demonſtratiua. Ergo &c.

Quinta.

Præterea. Auguſtinus dicit in libro de Vera Religione cap. 8. [Illa omnia, quæ primo credidimus nihil niſi auctoritatem ſequuti, partim ſic intelliguntur, vt videamus eſſe certiſſima, partim ſic, vt videamus fieri poſſe, atque ita fieri oportuiſſe.]

Sexta.

Præterea. Richardus de Sancto Victore dicit in primo de Trinitate cap. 4. [Erit itaque intentionis noſtræ in hoc opere, ad ea, quæ credimus, in quantum Dominus dederit, non modo probabiles, verũ
C etiam neceſſarias rationes adducere: & fidei noſtræ documenta veritatis enodatione, & explanatione condire. Credo nanq; ſine dubio ad quorũlibet explanationem, quæ neceſſe eſt eſſe non modo probabilia, imo etiã neceſſaria argumenta non deeſſe.]

Eiuſdem opinionis alia declaratio ſecundũ alios contineſtria dicta.

¶ Quidam alij eandem opinionem, quantum ad concluſionem tenentes, eam aliter declarant, & confirmant. Dicunt .n. quod intellectus humanus triplicem actum reſpectu diuinorum habere poteſt, ſicut, & reſpectu aliorũ cognoſcibilium, ſcilicet, Videre, Intelligere, & Credere. Videre enim, ſecundum eos, eſt rem per intellectum immediatè appræhendere, quo modo Beati vident Deum in Patria. Credere autem, eſt per teſtimonium alterius per intellectum alicui aſſentire, quomodo credũt in Deum fideles ſimplices. Intelligere verò
D eſt ex vno aliud cognoſcere, quaſi intus legere, ſcilicet, in principijs concluſiones, in ſignificatis terminorum prima principia. & ſic de alijs, quo modo, ſecundum eos, intelligunt articulos fidei illi, qui ſunt multũ docti in hac ſcientia, & quia diuerſa cogni-

tio diuerſum lumen requirit; idcirco ſecũdum eos, ſecundum actum triplicem intellectus prædictum; triplex lumen à Deo diuerſis infunditur, lumen .ſ. gloriæ quantum ad Beatos; lumen fidei, quantum ad ſimplices fideles; & lumen quoddam medium ſupernaturale, quantum ad magiſtros huius ſcientiæ, in quo lumine cognoſcunt terminos, ex quibus componuntur articuli fidei, ex qua notitia tandem deueniunt in intelligentiam, & euidentiam ipſorum articulorum; ſicut in lumine intellectus agentis, intellectus poſſibilis cognoſcit ſignificata terminorum, ex quibus componuntur prima principia, ex qua notitia intellectus deuenit in notitiam ipſorum principiorum, vt Philoſophus declarat in fine ſecundi Poſteriorum. A

¶ Ad huius autem poſitionis confirmationem dicta eorum ad ordinem reducendo. Primo probant, quod ſit ponere tale lumen ſupernaturale. Secundo probant, quod tale lumen ſimul poſſit ſtare cum lumine fidei. Tertio, ex hoc concludũt, quod hæc doctrina eſt ſcientia propriè dicta. Primum probant multipliciter per quaſdã auctoritates Auguſtini, quia Aug. 13. de Trin. c. 1. exponẽs illud Io. 1. [Erat lux vera, &c.] docet, quod eſt duplex lumen ad cognoſcẽdum diuina, ſcilicet, lumen ſimplicium fidelium, quod eſt lumen fidei, & lumen ſapientum, quod dicitur lumen ſapientiæ. B

Primũ dictũ allatæ opinionis. Primo.

Secundo. Præterea. Hoc ipſum probant per alias rationes, quarum prima talis eſt. Diuerſus actus ſpecie ſupponit diuerſa principia. Principium cognitionis omnis, lumen eſt; actus autẽ ſimplicis fidelis reſpectu diuinorum propter nimiam diſtantiam, quaſi ſpecie differre videtur à notitia, quam magnus Theologus habet de rebus diuinis. Ergo in magno Theologo, præter lumen fidei, eſt aliquod aliud lumen. Sed hoc non poteſt eſſe lumen gloriæ, vt de ſe patet. Ergo eſt aliquod aliud lumen ſupernaturale medium inter duo prædicta. C

Tertio. Præterea. Deus, qui non deficit in neceſſarijs, ſupponendum eſt, quod nunquam deſit Eccleſiæ ſuæ, quin in ea ſemper ſint aliqui magni Theologi illuminati in ijs, quæ fidei ſunt, ſupra alios fideles, per quos poſſint alij fideles ſimplices in doctrina fidei inſtrui, & infideles impugnari. Sed eſſe illuminatos ſupra communem ſtatum ſimplicium fidelium, eſt habere aliquod aliud lumen, vt videtur, præter lumen fidei, quod eſt omnibus commune. Ergo &c.

Secundũ dictum. ¶ Secundum prædictorum trium probant tripliciter, quibus etiam modis probant, quod intelligentia, & euidentia articulorum fidei ſimul ſtare poteſt cum fide, quæ habetur de eis. *Probatur 1.* Primo ſic. Non plus diſtat viſio beata, qua Beati vident res creatas in verbo à cognitione naturali earundẽ, qua cognoſcunt eas in propria natura, quã intelligentia, & fides reſpectu articulorum fidei. Sed prædictæ duæ cognitiones Beatorum ſimul ſtant. Ergo &c.

Secundo. Præterea. Plus diſtant fides, & viſio beata, quam fides, & prædicta intelligentia; quia plus diſtant duo extrema ad inuicem, quam diſtet medium a quocunq; extremo; intelligentia autem prædicta ponitur inter fidem, & viſionem eſſe mediam. Sed fides & viſio beata ſimul fuerunt in Beato Paulo tempore raptus. Ergo &c.

Tertio. Præterea. Non plus diſtant obſcuritas fidei, & claritas prædictæ intelligentiæ, quã obſcuritas phantaſmatis, & claritas naturalis intelligentiæ intellectus poſſibilis. Sed hæc duo ſimul ſtant in eodem. Ergo &c.

Tertium dictum. Probatur 1. ¶ Ex ijs autem duobus, quæ probata ſunt, concluditur, quod hæc doctrina eſt propria ſcientia. Quia doctrina, quæ habet principia euidentia poteſt facere euidẽtiam concluſionum ſuarum; talis eſt hæc doctrina, vt dictum eſt. Ergo &c.

Secundo. Quod etiam probant per plures auctoritates Auguſtini. Nam Auguſt. 14. de Trinitate cap. 1. dicit, quod hac [Scientia non pollent fideles plurimi, quamuis polleant ipſa fide plurimũ.] & ſubdit [Aliud eſt enim ſcire tantummodo, quid homo credere debeat propter vitam adipiſcendam beatam, quæ non niſi æterna eſt; aliud autẽ eſt ſcire queadmodum hoc ipſum, & pijs opituletur, & contra impios defendatur.]

Tertio. Præterea. Idem dicit contra Epiſtolam fundamenti, cap. 14. [Ego nanq; catholicam fidem profiteor, & per illam me ad certam ſcientiã peruenturum præſumo.]

Quarto. Præterea. Idem dicit in Epiſtola 85. ad Conſentium [Porro autem, qui vera ratione iam, quod tantummodo credebat, intelligit profecto præponendus eſt ei, qui cupit adhuc intelligere, quod credit.]

Quinto. Præterea. Idem lib. 13. de Trin. cap. 1. & 19. & lib. 14. c. 1. docet, quod Apoſtolus diſtinguit 1. ad Corinth. 12. Inter fidem, & ſermonem ſapientiæ, & ſcientiæ, quia fides eſt notitia, quam habent fideles ſimplices de diuinis; ſapientia autem, & ſcientia eſt clara notitia diuinorum æternorum, & tẽporalium, quam habent ſapientes.

Alia declaratio eiuſdem opinionis. Probatur 1. ¶ Hanc eandem concluſionem, quod ſcilicet hæc doctrina ſit propriè vere ſcientia, quidam tertij probant per tres rationes. Prima talis eſt. Nobiliſſima ſcientiarum eſt verius, & proprius ſciẽtia, quam aliqua alia, & etiam certior, cum certitudo pertineat ad dignitatem ſcientiæ, vt patet in principio 1. de Anima. Sed hæc doctrina eſt nobiliſſima omnium ſcientiarum, vt communiter dicitur. Ergo &c.

Secundo. Præterea. Doctrina quanto eſt de ſimpliciori ſubiecto, tanto eſt certior, vt patet ex primo Poſteriorum. Sed hæc doctrina eſt de ſubiecto ſimpliciſſimo, ſcilicet, de Deo. Ergo eſt certiſſima, & per conſequẽs

est proprijssime scientia; cum propter nihil aliud negetur à quibusdam esse scientiam, nisi propter defectum certitudinis euidentię principiorum eius, scilicet articulorum fidei.

Tertio. Præterea Illa doctrina est scientia, quæ per aliquid subiecti sui probat aliquid aliud inesse subiecto, & per quasdam petitiones, & suppositiones in ea declaratas probat quædam alia, sed hæc est huiusmodi, quia per hoc, quod Deus est primum ens, probat, quod Deus est purus actus, quod est intelligens, volens & sic de alijs; per Resurrectionem etiam Christi quam declarat, probat resurrectionem mortuorum, & sic de multis alijs. Ergo &c.

§

Improbatio supradictę opinionis quantũ ad primum dictum. Sed hæc opinio videtur posse improbari tripliciter. Primo, quo ad hoc, quod ponit lumen prędictum supernaturale. Secũdo ostendendo, quod lumen supernaturale prædictum, & intelligentia ei correspondens nõ potest simul stare cũ fide, & lumine fidei. Tertio ex hoc patebit, ꝙ hæc doctrina nõ est sciẽtia sic, sicut ab eis ponitur esse scientia, scilicet tanquam habens euidentiam principiorum. Primum illorum scilicet, quod ponere tale lumen sit omnino fictitium, probari potest per sex rationes, quarum Prima talis est.

Prima Ro. Non minus distat rusticus gentilis à magno Doctore Philosopho in notitia rerum naturalium, quam distet Doctor Theologus à simplici fideli in notitia diuinorum, Sed rudis gentilis, si efficeretur Doctor Philosophus, quamuis acquireret nouum habitum philosophię, non tamen acquireret nouum lumen à lumine intellectus agentis. Ergo & Doctori Theologo acquiritur nouus habitus Theologiæ, sed non nouum lumen, præter lumen fidei.

Eualio. Sed dicet aliquis ad hanc rationẽ, quod non est simile, quod ponitur pro simili. Quia rusticus gentilis habet saltem intelligentiam primorum principiorum Philosophiæ. Simplex autem fidelis habet solam fidem, & nullam intelligentiam de articulis fidei, qui sunt principia huius doctrinæ; vnde ad habendum eorum intelligentiam oportet, quod superaddatur ei quoddam nouum lumen supernaturale.

Instantia. Sed hæc responsio nõ valet propter duo. Primo, quia puer, quando in eo est intellectus, sicut tabula rasa, in qua nihil est scriptum, nullam intelligentiam habet etiam primorum principiorum, & tamen quando efficitur magnus Doctor Philosophiæ, non acquirit nouum lumen, sed solũ nouũ habitum Philosophiæ. Secundo, quia gentilis rusticus, quamuis habeat intelligẽtiam primorum principiorum simpliciter, vt ꝙ impossibile est simul esse, & non esse idem, & de quolibet affirmatio, & negatio vera &c. nullam tamen habet intelligentiã primorum principiorum, alicuius scientiæ determinatæ, vt huius principij Logicæ, de quocunq; prædicatur species, & genus; & cæterorum similium: & tamen si efficeretur magnus Doctor Logicæ, vel aliarum scientiarum, non acquireret nouum lumen, sed solum nouos habitus.

2 Ratio. Præterea. Principium, & principiatum debent sibi correspondere ad inuicem, vt scilicet principio naturali assignetur principiatum non supernaturale, sed naturale; & è cõuerso, principiato naturali assignetur principium non supernaturale, sed naturale. Ad acquirendum ergo aliquid, quod acquiri põt naturaliter, incongruè ponitur principiu aliquod supnaturale. Sed habitus Theologiæ acquiritur modo naræ hominis cõsueto, per ingenium siquidẽ naturale, & studium, sic quod habentes æquale ingeniũ naturale, & ęqualiter vacantes studio, etiã æqualem Theologiæ habitum acquirunt, & habentes melius ingenium, vel magis vacantes studio, citius, & maiorem habitũ Theologiæ acquirunt. Ergo ad acquirendum talem habitum, superfluè ponitur quoddam principium supernaturale, scilicet lumen prædictum.

3. Ratio. Præterea. De similibus idem est iudiciũ sed ista doctrina eodem modo acquiritur, sicut aliæ, per studium, scilicet, & ingenium & ex notitia terminorum, principiorum huius doctrinæ, idest, articulorum fidei, venitur in aliqualem notitiam conclusionum. Sicut per omnia est idem in omnibus alijs scientijs. Ergo sicut ad acquirendas alias scientias, nullum aliud lumen est necessarium, præter lumen intellectus agentis, sic nec ad acquirẽdum habitum huius doctrinæ, supposito lumine fidei, aliud lumen est necessarium à lumine intellectus agentis.

4. Ratio. Præterea quarto, quod potest fieri per pauciora, superfluum est, quod fiat per plura, vt dicit Philosophus. Sed ad acquirendum habitum Theologiæ, quantumcunq; perfectum, sufficiunt principia naturaliter nota, & articuli fidei, & lumen intellectus agentis, & lumen fidei, vt docet ipsa experientia, sicut & ad acquirendum habitus aliarum scientiarum. Ergo &c.

5. Ratio. Præterea. Lumen quantum est de se, natum est facere claram cognitionem. Sed tales, qui de prædicto lumine gloriantur, obscurius docẽt, quam alij, qui non gloriãtur de ipso. Ergo incongruè ponunt tale lumen.

6. Ratio. Præterea. Hoc lumen non potest poni, quod sit donum Spiritus sancti, quia dona Spiritus sancti, sunt omnibus existentibus in gratia communia; tale autem lumen ponitur esse solũ in magnis Doctoribus Theologiæ, nec potest poni, quod sit aliqua, de

gratijs gratis datis, quas Apost. enumerat 1. ad Corinth. 12. quia tales gratiæ dantur aliquibus à Deo specialiter. Illud autem, per quod aliquis potest proficere in intelligentia credendorum, debet esse omnibus commune. Fictitium ergo est ponere hoc lumen.

Impugnatur secundũ dictum. ¶ Secundum autem prædictorum triũ, scilicet, quod tale lumen non possit stare cum lumine fidei, nec intelligentia articulorum fidei cum ipsa fide, probari potest tripliciter.

Primo. Primo sic opposita non possunt esse in eodem, sed fides, quæ includit ineuidentiã opponitur intelligentiæ, quæ includit euidentiam. Ergo &c.

Eua∫io. Sed ad hoc responderi posset secundum eos, quia contraria, & si non possunt, esse in eodem in suis extremis existentia, possunt tamen à suis extremis recedẽtia, seu remissa, esse in eodem, scilicet in medio, & sic secundum eos, est in proposito, quia euidentia visionis, & ineuidentia fidei quæ sũt duo extrema, sunt quasi in medio, in intelligentia eorum, quæ sunt fidei, quæ est media inter fidem, & visionem beatam, vt supra declaratum est.

Instantia. Sed hæc respõsio est nulla, quia duo cõtraria manentia secundum essentias suas distincta, nec intensa, nec remissa possunt esse simul in eodem, secundum virtutes tamen suas sunt in medio, quod participat naturã vtriusq; extremi. Sed differt secundum essentiam suam realiter ab vtroq;, cum quo per consequens impossibile est, quod sit aliquod extremorum secundum essentiam suam in eodem subiecto. Vnde si sic esset in proposito, cum prædicta intelligentia in eodem subiecto, fides nullatenus esse posset, quod est contra eos; secundum hoc enim magnus Theologus, nec fidem, nec visionẽ beatam haberet.

Secundo. Præterea. Sicut opinio, & scientia differunt secundum firmiter, & non firmiter adhærere, sic fides, & scientia differunt sm̃ euidentiã, & ineuidẽtiã. Sed opinio, & sciẽtia non possunt esse in eodem simul de eodem obiecto, & secundum idem, vt probat Philosophus in libris Posteriorum. Ergo nec fides, & scientia.

Euasio. Sed ad hoc respondẽt dicendo, quod nõ est simile de opinione, & scientia, & de fide, & scientia, quia fides, & scientia opponuntur contrariè, & per cõsequens possunt esse remissè in eodem, opinio autem, & scientia differunt, vt contradictoria, scilicet secundum firmiter, & non firmiter adhærere, & per consequens in eodem esse non possunt.

Instantia. Sed hæc responsio nulla est, quia contradictoriè differunt solum affirmatio, & negatio, quæ nihil positiuum dicit, nec etiam subiectum supponit; quia de quolibet, vel ente, vel non ente est affirmatio, vel negatio vera; priuatio autem supponit subiectum, quamuis nihil ponat in subiecto, sed A contrarium supponit subiectum, & ponit aliquid in subiecto; vnde cum tam opinio, quam scientia, & supponant subiectum, & ponant aliquid in subiecto, contradictoriè non differunt. Et si dicatur differre propter affirmationem, & negationem, quam includunt, quæ sunt firmiter, & non firmiter adhærere, eodẽ modo scientia, & fides differunt contradictoriè, quia includũt affirmationem, & negationem, scilicet videre, & non videre; & vniuersaliter omnia opposita dicentur per hunc modum opponi contradictoriè, quia vnum semper includit negationem alterius.

Præterea. Prædicta intelligentia articulorum fidei, aut necessariò supponit habitum fidei, aut non; si dicatur, quod non; hoc est contra eos, quia dicunt exponendo illud Isaiæ 7. [Nisi credideritis, non intelligetis] B quod prædicta intelligentia necessariò supponit fidem, sicut à qua necessariò dependet. Si dicatur, quod sic. Contra, aut supponit fidem, & dependet ex ea, sicut habitus vnius complexi dependet ex habitu alterius, vt habitus conclusionum dependet ex habitu principiorum, & hoc est contra eos, quia prædictam intelligentiam ponunt habitum principiorũ huius doctrinæ, idest articulorum fidei, aut dependet ex fide, vt habitus complexi dependet ex habitu incomplexi, vt notitia primorum principiorum dependet ex notitia terminorum; & hoc est contra veritatem, quia fides est habitus ipsorum articulorum fidei, qui sunt quædam complexa; sicut, quod Deus est natus, Deus est passus, &c. Tertio.

¶ Ex ijs autem duobus excludere possumus tertium prædictorum trium, scilicet, quod hæc doctrina non est scientia sic, sicut C ab eis ponitur esse scientia; quia illa doctrina, cuius principia non sunt euidentia, non est scientia propriè accepta, vt superius declaratum est in improbatione alterius opinionis. Sed hæc est huiusmodi, vt supra probatum est, quia præter lumen fidei, non est aliquod aliud lumen in doctore Theologiæ, in quo articuli fidei sint euidentes. Ergo &c. Et hæc de Secundo principali. Tertiũ dictũ impugnatur

PVNCTVM III.

Determinatur veritas quæstionis.

QVANTVM ad Tertium principale dicendum est; quod hæc doctrina habet quædam documenta communia D cum Metaphysica, vt Deum esse vnum actum purum, &c. & quædam specialia, vt Deum esse Trinum, Incarnatum, &c. Sentẽtia Auctoris.

Quando ergo quæritur, vtrum sit sciẽtia? dicendum per distinctionem; quod quantũ ad prima documenta est scientia propriè, Prima conclusio.

& itn-

Conclusio. & strictè, quia prædicta prima documenta demonstratiuè probantur, & per consequēs sciri possunt, quia scientia est effectus demōstrationis, vt supra dictum est.

Conclusio. ¶ Si autem loquamur de Theologia quantum ad secunda documenta, iterum subdistinguendum est, quia aut loquimur de ea secundum se, aut per comparationem ad nos; si loquamur primo modo, dicendu est, quod est scientia. Quod probari potest ad præsens triplici ratione, & vnica auctoritate, & vnico exemplo.

Prima Ro. Prima ratio talis est. Quod conuenit alicui habitui ratione obiecti (ad quod habet essentialem ordinem; quia habitus habet essentialem ordinē ad actū, & actus ad obiectum) conuenit ei secūdum se; illud autem, quod conuenit ei per comparationem ad subiectum, conuenit ei per accidens, quia est accidens subiecti. Sed habere conclusiones necessarias, & per consequens, vt supra declaratū est, necessario deductas ex principijs necessarijs, cōuenit omni doctrinę ratione sui obiecti, de quo est: quod autem principia ipsius sint alicui euidentia, vel non conuenit ei ratione sui subiecti. Ergo illa doctrina debet dici secundū se scientia, quæ habet conclusiones necessarias necessario deductas ex principijs necessarijs, in quo perficitur rō scientiæ propriè dictæ, vt supra probatum est, quantūcunq; principia talis doctrinæ non sint nobis euidentia. Hæc doctrina est huiusmodi, vt ab omnibus cōceditur, & de se patet. Ergo &c.

2. Ratio. Præterea. Prædicta doctrina, quæ habet tales conclusiones non potest dici, quod sit opinio, suspicio, vel existimatio, qa hęc tria sunt respectu veri, & falsi. Prædicta autem doctrina ponitur esse respectu conclusionis necessario verę. Nec potest dici, ꝙ sit prudentia, vel ars, quæ sunt respectu contingētium, quia ponitur esse respectu conclusionis necessariæ. Nec potest dici, ꝙ sit intellectus, qui est habitus principiorū, quia ponitur esse habitus conclusionum. Ergo est scientia propriè dicta, & sapientia, quæ est etiam quædam scientia, s. altissimorum, vt supra dictum est.

3. Ratio. Præt. Rō cōcludēs necessario coclusiones necessarias ex principijs necessarijs, nō pōt dici, ꝙ sit syllogismus sophisticus, quia hic ꝓcedit solū ex falsis, vel falso modo ordinatis. Nec pōt dici, ꝙ sit syllogismus tētatiuus, qui procedit ex cōibus ad sumendū experientiā de respondente, quia rō ṗdicta supponitur procedere ex ꝓprijs, nec ad aliquē talē finē assequndū. Nec pōt dici, ꝙ sit syllogismus topicus, seu dialecticus, quia talis ēt ꝓcedit ex cōibus, & ex ꝓbabilibus, ṗdicta aūt rō procedit ex ꝓprijs, & necessarijs. Ergo relinquitur, ꝙ sit demonstratio; effectus aūt demōstrationis est scientia, sic .n. diffinitur à Phil. 1. Post. Demonstratio est syllogismus Apodicticō .i. faciēs scire. Ergo &c.

Probatur auctoritate. Præterea. Philosoph. in 1. Top. c. 1 & 1. A. Poster. ait, quod demonstratio procedit ex primis, & veris, & per se notis, vel maximè notis, vt dicit alia litera. Per se autem notū dicitur dupliciter, vt communiter dicitur, scilicet secundum se, & quo ad nos; & secundum se, & non quo ad nos; magis etiā notū potest aliquid dici dupliciter, scilicet, vel secundum se, vel quo ad nos, vt dicitur in principio 1. Physic. & in 1. Poster. statim post prædictam diffinitionem demonstrationis. Demonstratio ergo dicitur, quæ procedit ex primis, & veris, siue illa sint per se nota, vel magis nota sm̄ se tantū, siue ēt quo ad nos. Sed scientia est effectus demonstrationis. Ergo illa doctrina debet dici scientia secundum se propriè dicta, cuius principia sunt per se nota, & magis nota secundum se, quamuis non sint nobis nota. Sed hæc est huiusmodi, quia articuli fidei B sunt per se, & magis noti secundū se, vtpotè maximè veri, & de maximè actualibus, s. de rebus diuinis. Ergo &c.

Probatur exemplo. Præterea. Hoc ipsum patet per exemplū. Geometria enim, & reliquę doctrinæ essent secundum se scientiæ quantumcunq; eius principia non essent alicui euidentia, quia habent rationes necessario cōcludentes necessarias conclusiones ex principijs necessarijs. Ergo propter eandem causam, hæc doctrina est propriè, & strictè scientia secundum se.

3. Conclusio. ¶ Si autem loquamur de hac doctrina per comparationem ad nos: aut loquimur de ea, quantum ad sua principia, idest articulos fidei: aut quantum ad conclusiones. Si loquamur primo modo, hoc etiam pōt esse dupliciter, quia aut loquimur quantum ad articulorum possibilitatēm: aut quātum ad C eorum existentiam. Si primo modo, sic dicendum est, quod hæc doctrina est propriè, & strictè scientia; demonstratiuè .n. probatur, & per cōsequens scitur, ꝙ quicquid cōtradictionem nō implicat, est absolutè possibile esse, & quod nullus articulus cōtradictionem aliquam implicat. Ergo &c.

4. Conclusio. ¶ Si autem loquamur de articulorum existentia. Sic dico, ꝙ hæc doctrina non est scientia propriè, & strictè, quia cū articuli sola fide teneantur, ꝙ sic sint; & per consequens sint ineuidentes, nō potest de eis esse scientia, quæ in sui ratione includit euidentiam, vt supra declaratum est.

Nec ꝓpter hoc in aliquo derogatur huic doctrinæ propter duo. Primo, quia in alijs sciētijs de principijs earū non habetur sciētia, sed quidā alius habit⁹, qui vocatur intellectus, sic, & in hac doctrina de prīcipijs ei⁹, D i. de articulis fidei, non habetur sciētia, sed quidam alius habitus, .i. fides.

Secūdo, quia cū tota nostra intellectualis cognitio ortū habeat à sensu, vt Phil. dicit 2. Post. t. 27. ea, quę sunt supra nostrū sensum, sicut sunt specialiter res diuinæ, nequaquā

nobis possunt intelligi in hac vita, sed sola fide tenentur. Vnde, quod articuli fidei quã- A tum ad suã existentiam à nobis in hac vita sola fide teneantur, & non possunt intelligi; magis ostendit dignitatẽ, quam indignitatẽ huius sciẽtiæ, quia .s. est de rebus altissimis supra sensum nostrũ, & per consequens supra intellectũ eleuatis; potest tñ de articulis fidei quantum ad eorum existentiã haberi scientia largo modo accepta; Theologus .n. supra communem fidem, quã habent omnes fideles de articulis fidei, scit in quibus locis scripturæ sint scripti, qualiter intelligi, & exponi debeant; scit etiã, quod vnus non contradicit alteri; scit etiam qualiter respõderi debeat ad oĩa, quæ possent obijci cõtra eos, & multa similia numerari possent. Vnde secundum hoc potest dici scientia largo modo, sicut dicitur scientia Iuristarum; quo etiã modo loquendi vtitur Scriptura sacra, iuxta illud Ecclesiastes 7. [Scit .n. cõscien- B tia tua, quia & tu crebrò maledixisti alijs.] Et Aug. dicit 15. de Trin. c. 12. [Absit etiã vt scire nos negemus, quæ testimonio didicimus aliorũ, alioquin esse nescimus Oceanum: nescimus esse terras, atq; vrbes, quas celeberrima fama commendat] Et dicitur in quodam articulo Parisiensi. Error est dicere, quod nihil penitus scitur propter scientiam Theologicam.

Quinta cõclusio. ¶ Si verò loquamur de hac doctrina quantum ad suas conclusiones, sic ẽt dicendũ est, ꝙ est scientia propriè, & strictè; scimus .n. quod conclusiones huius doctrinæ necessario sequuntur ex suis principijs. Sic ergo patet, quod hæc doctrina potest dici scientia quinque modis. Primo, quantũ ad ea, quę habet cõmunia cũ Metaphysica. Secundo potest dici scientia secũdum se; licet non quo ad nos, vt sic de ea verificetur pro- C prie, quod dicit Philos. in 1. Metaph. c. 2. de illa parte Metaphysicę, q̃ dicitur Theologia, ꝙ magis putanda est esse diuina, quã humana possessio. Tertio potest dici scientia, quantũ ad notitiã possibilitatis suorum principiorũ. Quarto potest dici scientia largo modo, quia multa scit Theologus de fidei articulis, q̃ nescit simplex fidelis. Quinto põt dici scientia consequẽtiarum; scit .n. Theologus, ꝙ cõclusiones Theologiæ necessariò sequuntur ex suis principijs. Et hęc de Tertio principali.

PVNCTVM IV.

Soluuntur argumenta secundæ opinionis quãtum ad primum modum explicandi.

NVNC Quarto respondendum est ad argumenta secundæ opinionis prædi- D ctarum duarũ improbatarum. Et ad primũ Ad 1. horum dicendum est, quod Deum esse, & esse æternum, & similia, sunt cõnia huic doctrinæ, & Metaphysicæ, de quibus dictũ ẽ, ꝙ demonstrari possunt, & per consequens sciri. Vnde non est simile de his, & de alijs, quæ sunt propria huic doctrinæ. Et si dicatur, ꝙ Deum esse, est articulus fidei. Dicẽdum, ꝙ Symbolum compositũ est non solum propter doctos in Theologia, sed etiã propter alios quoscunq; simplices fideles, quibus necessarium est, quod fide teneant, nõ solum, quæ sunt propria huic doctrinę, sed etiam multa de Deo, quæ sunt cõmunia huic, & Metaphysicæ, secundum quod ꝓbant Doctores, quia talia, vt in Metaphysica edocentur, addisci possunt à solis sapiẽtibus post longum tempus, & cũ admixtione multorum errorum; à quorum tñ notitia humana salus dependet. Dicendum est ergo, quod talia quantum ad habentes demonstrationes de eis, sciuntur, & non fide tenentur; & tamen necessarium fuit ꝓpter communem omnium salutem, vt prędicta, vt credenda omnibus proponerentur.

Ad secundum dicendum, ꝙ nullus Doctor, nec Augustinus, nec etiam ipse Frater Thomas inducit aliquam rationẽ sumptã ex aliquibus nobis euidentibus, necessariò concludentẽ aliquẽ articulum fidei sic esse; loquendo de his, quæ sola fide tenẽtur, quæ sunt propria huic doctrinæ: sed bene inducunt aliquas rõnes persuasiuas, vel necessarias sumptas ex auctoritate sacri Canonis, vel ostendentes articulos nihil impossibilitatis continere, vel ex articulis aliquid aliud necessariò probantes. Ad 2.

Ad tertium dicẽdum, ꝙ illud dictũ Isaiæ potest intelligi vno modo sic. Nisi credideritis, .s. articulos fidei, nõ intelligetis, s. eos, eo modo, quo intelligi possunt, s. quod nihil impossibilitatis continent; & vbi scripti sunt, & qualiter exponi debeãt, & quãtũ ad cætera superius numerata. Vel aliter. Nisi credideritis, scilicet, articulos, non intelligetis; s. ea, quæ probantur per eos. Vel tertio sic. Nisi credideritis, s. ea, quæ sunt fidei in via, non intelligetis, s. ipsa in Patria. Ad 3.

Ad quartum dicẽdum, quod debemus, esse parati omni poscenti reddere rationem persuasiuam, vel probabilem, de his, quæ sunt fidei, vel necessariam ostendentem, ꝙ nullum eorum, quę fidei sunt, aliquã impossibilitatẽ includunt, vel rõnẽ necessariã sumptã ex diuina auctoritate, & miraculis, quæ fidem nostram confirmauerunt; non autem rationem necessariam ostendentem articulos sic esse, sumptam ex aliquibus nobis euidentibus; quia talem rationem reddere, est nobis impossibile. Ad 4.

Ad quintũ dicendum, quod illa auctoritas Augustini est magis pro, quam contra, quia, vt dicit Augustinus in ea, quædam fidei nostræ intelliguntur esse certissima, s. illa, quæ sunt communia huic doctrinæ, & Metaphysicæ, quædam autẽ intelliguntur à nobis fieri potuisse, aut fieri oportuisse Ad 5.

scilicet

scilicet ea, quæ sunt specialia huic doctrinę, vt superius declaratum est.

Ad 6. Ad sextum dicendum, quod ad ea, quæ sunt fidei possunt adduci necessariæ rõnes sũptæ nõ ex pricipijs nobis euidẽtibus, sed magis ex diuina auctoritate, quarũ rõnũ ẽ necessitas magis infallibilis, quã quarũcunq; aliarũ. Vel possumus dicere, quod possunt adduci necessariæ rõnes ad ea, quæ sunt fidei, ostendentes non sic esse, sed quod ea, quæ fidei sunt nihil impossibilitatis continent. Vel respõde sicut Fr. Thomas quæst. disputata 14. artic. 9. argumento primo.

§

Soluitur argumẽta eiusdẽ opinionis quãtũ ad secundũ modũ explicãdi, & quantum ad primũ dictũ.

¶ Ad primum autem, per quod alij probãt, quod Magistro preter lumen fidei infunditur quoddam aliud lumen supernaturale. Dicendum, quod August. in illa auctoritate per lumen fidelium simplicium intelligit habitum fidei, per lumen autem sapientiæ, intelligit habitum acquisitum Theologiæ, non autem aliquod aliud lumen supernaturale, quod sit lumen propriè dictum, secũdũ quem modum consueuimus dicere hominem magis alijs literatum in aliqua etiam humana sciẽtia, esse magis alijs illuminatũ; non quod habeat aliquod lumen præter lumen intellectus agentis; sed quia habet aliquem habitum humanæ scientiæ acquisitũ, quem cæteri non habent.

Ad 2. Ad secũdum, per quod probabatur idẽ. Dicendum, quod diuersa cognitio, quã habet Doctor Theologus de rebus diuinis à cognitione, quã habet de eis simplex fidelis, est propter habitum Theologiæ acquisitũ, quem ipse habet, non autem simplex fidelis; non autem est propter aliquod aliud lumen, quod habeat, quod simplices fideles non habent.

Ad 3. Ad tertium, per quod idem probabatur. Dicendũ, quod Deus semper prouidet Ecclesiæ suę, quod sint in ea aliqui magis cæteris illuminati, idest habentes maiorem notitiam diuinorum, quàm alij, eo modo, quo supra expositum est, & per hos poterunt fideles in his, quæ fidei sunt instrui, & infideles impugnari. Non autem oportet dicere, quod tales habeant aliquod lumen supernaturale, præter lumen fidei, quia hoc esset superfluum, & fictitium ponere.

Ad primã probationẽ secũdi dicti eiusdem opinionis explicatæ.

¶ Ad primum autem, per quod ijdem probant; quod intelligentia articulorũ fidei simul stare potest cum fide. Dicẽdum est, quod alia ratio est de visione beata, & cognitione naturali Beatorum, & de fide, & intelligentia articulorum fidei, quantum ad duo. Primo, quia cognitio naturalis, & visio beata non opponuntur, sic quod vnum eorum importet euidentiã, aliud ineuidentiã, sicut erat de fide, & intelligentia, quamuis visio beata videatur maiorem euidentiã importare, quam cognitio naturalis; quãuis enim

A sit impossibile duo opposita esse in eodem, non tñ est inconueniens, quod in eodẽ sint duæ perfectiones, & specialiter diuersorum generum, quarum vna est maior, quàm alia. Secundo, quia aliud est obiectum visionis beatæ (qua Beati cognoscũt res naturales) idest ipse Deus, & cognitionis naturalis (quã habent de eisdẽ rebus) idest ipsę res creatæ. Sed fides, & intelligẽtia, quæ ab eis ponitur habent idẽ obiectum. s. articulos fidei; quãuis autẽ videatur inconueniẽs habere duos habitus specialiter oppositos respectu eiusdẽ obiecti, non tñ est incõueniens, si sint respectu diuersi obiecti, quia per cõsequens tales habitus nõ sũt dicẽdi esse oppositi; opposita .n. dicuntur respectu vnius, & eiusdem.

Ad secũdum, per quod probabatur idẽ. Dicẽdũ, quod in Beato Paulo tẽporę raptus, fuit fides quantũ ad habitũ, non autẽ quãtum ad actum; sicut autẽ in moralibus inconueniẽs B esset, quod duo habitus, vel duo actus, virtuosi, & vitiosi simul essent in eodẽ propter oppositionẽ, quã habent ad inuicẽ; potest tñ actus virtuosus simul esse in eodem cum habitu vitioso, vel è conuerso, actus vitiosus cũ habitu virtuoso. Sic & in proposito ex parte intellectus, actus visionis beatę potuit simul esse cũ habitu fidei, præcipuè, quia, sm̃ Doctores, visio beata fuit in Beato Paulo tunc per modum passionis transeuntis, non per modum habitus permanentis, esset tñ impossibile, quod vtrũq; esset simul in eodẽ quãtum ad habitum, vel ẽt quantum ad actum propter oppositionẽ, quã habent ad inuicẽ. Ad 2.

Ad tertium, per quod probabatur idẽ. Dicẽdũ, quod obscuritas phãtasmatis, & claritas intelligentiæ pertinent ad aliam, & aliã potentiã, sed fides, & intelligentia ad eandẽ. Vnde nõ est simile, quod pro simili proponitur, quia C opposita possunt esse simul in eodẽ, sm̃ diuersa, non autẽ secundum idem. Vel dicendum, quod cum sm̃ Philosoph. in 3. de Anima, nihil sine phãtasmate intelligat anima, oportet necessario, omnem clarã intelligẽtiam resoluere in aliqua clara phantasmata, quãuis fortè idem, aliàs de eodem intelligibili habuerit obscurum phantasma. Ad 3.

Ad primum tertij dicti opinionis explicatæ.

¶ Ad primum autẽ per quod probabatur, quod hęc doctrina est verè sciẽtia. Dicendum, quod cum prima principia huius doctrinæ, .s. articuli fidei, non possint esse in hac vita alicui euidẽtia, vt supra probatũ est, & ex euidentia principiorũ dependeat euidentia cõclusionũ; impossibile est, quod aliquis in hac vita de cõclusionibus huius doctrinæ habeat simpliciter euidentiam, vel scientiam, quæ euidentiam in sui ratione includit.

Ad secundũ per quod probabatur idẽ. Dicẽ- D dũ, quod August. appellat doctrinã Theologorum, scientiã, quia est scientia, illis videlicet modis, qui supra expositi sunt. Ad 2.

Ad tertium, per quod probabatur idem. Dicendum, quod Augustinus dicit per fidẽ se peruenire posse ad certam scientiam, Ad 3.

 quia

quia habitus huius doctrinæ ad quem peruenitur per fidem est certa sciẽtia illis modis, qui supra expositi sunt.

Ad 4. Ad quartum, per quod probabatur idem. Dicendum, quod ea, quæ per fidem tenemus, idest articulos fidei debemus rationis luce respicere, his scilicet, modis, quibus à nobis respici possunt in vita præsenti, vt supra declaratum est.

Ad 5. Ad quintum, per quod idem probabatur. Dicendum, quod per claram notitiam diuinorum, æternorum, & temporalium, Augustinus in illa auctoritate intelligit habitum Theologiæ acquisitum, & hic secũdum Augustini intentionem distinguitur ab Apostolo 1. Corinth. 12. à Fide, quam habent fideles simplices de rebus diuinis.

Solutio argumẽtorũ eiusdẽ opinionis secũdũ aliorum explicationem.

Ad 1. ¶ Ad primum autem, per quod tertij probabant, quod hæc doctrina est propriè scientia. Dicendum, quod hæc doctrina est nobilior cæteris ratione finis, ratione subiecti, & ratione maioris certitudinis, & adhęsionis, quæ est maior, quam quæcunq; certitudo euidentiæ; non autem est nobilior, quantum ad hoc, quod habeat maiorem certitudinem euidentiæ in suis principijs, quam aliæ scientiæ, quod requiritur ad rationem scientiæ propriè dictæ, quo ad nos, vt superius declaratum est.

Ad 2. Ad secundum, quod ijdem adducunt. Dicendum, quod illa doctrina, quæ est de simpliciori, quod est pars compositi, quia pauciora ad talis simplicis notitiam requiruntur, est certior, etiam quo ad nos; non autem illa doctrina, quæ est de simplici, quod non est pars compositi, cuiusmodi simplicia sunt substantiæ separatæ, & Deus; imò ad talium notitiam secundum Philosophũ in 2. Metaph. c. 1. se hẽt intellectus noster, vt oculus noctuæ, ad lucem solis, quę scilicet ab oculis noctuæ videri non potest. Vel potest secundo ad idem dici, quod scientia, quæ est de talibus simplicibus, est certior quantum est in se, quia talia sunt maximè entia, & maximè vera, sed non quo ad nos, quia sicut iam dictum est, intellectus noster sic se habet ad ea, sicut oculus noctuæ, &c.

Ad 3. Ad tertium, quod ijdem adducunt. Dicendum, quod per nihil nobis euidens de Deo, potest aliquid purè Theologicũ huic .s. doctrinæ proprium, à nobis per demonstrationem probari; & similiter per nullas suppositiones nobis euidentes, aliquid purè Theologicum de Deo per demonstrationẽ probatur. Et hæc de quarto principali, & de toto.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD primum ergo factum in oppositũ. Dicendum, quod duplex est singularis propositio: quædam, quæ habet rationẽ vniuersalis, illa scilicet, in qua prædicatur, aliquid, quod conuenit subiecto singulari, de quo prædicatur ratione vniuersalis, sub quo continetur; vt cum dicitur Petrus est risibilis, vel animal, & de tali singulari potest esse scientia, maximè in quantum æquipollet vniuersali, & de talibus est hæc doctrina, sicut quod fides, & obedientia Abrahæ fuit acceptata Genesis 22. & sic de multis alijs, hæ enim omnes æquipollent suis vniuersalibus; pari enim ratione fides, & obedientia à Deo in quocunq; alio homine acceptatur; de talibus etiam singularibus est doctrina Iuristarum, in quo proponitur aliquis casus de aliquo homine in singulari, per quem tamen intelligunt eundem casum cuicunq; alteri homini contingere. Est alia propositio singularis, quæ nõ nisi vim singularis habet, nec ęquipollet suo vniuersali, & de talibus non est scientia, nec tales propositiones in Scriptura sacra introducuntur, nisi per accidens, vt scilicet, sciatur quātę auctoritatis, & sanctitatis fuerint, per quos nobis diuina reuelata sunt, & propter exemplum vitæ nostræ, sicut etiam talia frequenter introducuntur in scientijs moralibus.

AD II. Ad secundum dicendum, quod duplex est propositio per se nota, nam quædam est per se nota, secundum se, & quo ad nos, & ex talibus procedit doctrina, quæ est secundum se, & quo ad nos scientia; quædam alia est secundũ se nota, & non quo ad nos, & ex talibus procedit hæc doctrina, quæ est secundum se scientia, & non quo ad nos, vt supra declaratum est, Vel potest dici, quod hæc doctrina probat non purè Theologica simpliciter: et pure Theologica, idest articulos fidei, probat quantũ ad hoc, quod nihil impossibilitatis continent ex aliquibus per se notis, & quantum ad hoc est scientia propriè dicta.

AD III Ad tertium dicendum, quod scientia propriè dicta includit euidentiam non autẽ communiter dicta, secundũ quod dici potest sciri omne illud, cui intellectus assentit cum certitudine quacunq;, quo modo etiã fides potest dici scientia. Vel potest dici secundo, quod in Theologo præter fidei habitum est alius habitus acquisitus Theologiæ, qui est scientia propriè dicta, & secundum hoc etiam habet euidentiam, vt supra declaratum est.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod ista doctrina est verè sapientia modis eisdem, quibus superius declaratum est, quod est verè scientia.

AD V. Ad quintum dicendum, quod præter fidem, in studentibus in Theologia causatur alius habitus, qui est verè, & propriè sapientia, & scientia, illis modis, qui in principali responsione declarati sunt.

AD VI. Ad sextum dicendum, quod in Theologo est assensus intellectus cum certitudine adhæsionis, & infallibili veritate, quæ infallibilis veritas non est in assensu intellectus ipsius

ipsius hæretici, vel opinantis, & præter assẽsum intellectus prædictum, qui est in omnibus fidelibus, est in Theologis alius habitus acquisitus, qui est scientia propriè dicta illis modis, quibus supra dictum est.

AD VII. Ad septimum dicendum, quod Augustinus in illa auctoritate diffinit scire propriè dictum, sm̃ ꝙ distinguitur contra credere, vel opinari. Vel potest dici, quod per, mente cõprẽhẽdere, Augus. intelligit quẽcunq; assensu intellectus, siue sit cũ certitudine euidentiæ, sicut est scire propriè dictum, siue cũ certitudine adhæsionis quomodo etiam, credere, potest dici esse largo modo scire. Vel potest dici tertio, ꝙ quãuis Theologus per fidẽ nihil mente cõpræhendat; cõpræhendit tamen multa mente per habitum Theologiæ acquisitum, quia ille habitus est propriè, & verè scientia, vt supra declaratum est.

AD VIII. Ad octauum dicendum, quod Augustinus non dicit, quod credita simpliciter videmus, sed quod ea quodammodo videmus, & quasi seipsum exponens subdit, ꝙ ipsa vera esse, minimè dubitamus: ex quo dat intelligere, quod videre non accipitur strictè, & propriè, vt scilicet, est de ratione scientiæ propriè dictæ, sed accipitur videre largo modo, ꝓ vt quilibet assensus intellectus, qui est cum certitudine, & absque omni dubitatione, potest largo modo quædam intellectualis visio nuncupari.

AD IX. Ad nonum dicendum, quod ista doctrina constat ex creditis, & visis, quia quædam sunt in ipsa, quæ sola fide tenentur, & quædam, quæ per demonstrationem probãtur, & per consequens per intellectum videtur, vt superius declaratum est. Vel potest dici secundo ad idem, quod ista doctrina dicitur constare ex creditis, & visis quantum ad sua principia, quæ sũt articuli fidei, quia quidã articuli fidei sunt à nobis, & ab omnibus nos præcedentibus solum crediti, omnes scilicet articuli, qui pertinent ad diuinitatem: Quidam alij fuerunt, & si non à nobis, ab alijs visi, sicut articuli, qui pertinent ad Christi humanitatem: multi enim viderunt Christum incarnatum, passum, &c. quamuis nec incarnatio, nec passio sit articulus fidei, vt cadebat sub visu, idest, vt fuit hominis, sed magis, vt erat Dei, & hominis.

AD X. Ad decimum dicendum, quod ad hoc, quod aliquis habeat euidentiam de aliquo obiecto, non sufficit solum sufficientia ex parte luminis, sed oportet, quod sit ꝓportio virtutis suæ cognoscitiuæ ad illud cognitum: noctua enim non habet euidentiam de luce Solis, non propter defectum luminis, sed magis propter sui improportionem ad lucem Solis. Vnde esto, quod lumen fidei esset sufficiens, quia tamen intellectus est improportionatus diuinis rebus, & se habet ad eas, vt oculus noctuæ ad lucem Solis, de eis euidentiam habere non potest. A Vel potest dici, quod quamuis lumen fidei secundum se sit maius, quam intellectus agentis, quia tamen, imperfectè in nobis recipitur, nec est sic nobis cõnaturalis, sicut prædictum lumen intellectus agentis: non est etiam tantæ efficaciæ, proportionabiliter loquendo, respectu diuinarum rerũ, sicut est lumen intellectus agentis respectu rerum naturalium, nec potest facere tantã euidentiam de rebus diuinis, quantam facit intellectus agens de rebus creatis.

Ad vndecimum dicendum, quod sicut ista doctrina est scientia omnibus illis quatuor modis, qui superius declarati sunt, sic etiam est habens rationem. Sicut tamen non est scientia propriè dicta, respectu existentiæ articulorum fidei, vt superius dictũ est, sic etiam non habet rationem probantẽ articulos fidei sic esse ex aliquibus principijs nobis euidentibus, ad quod referendũ est dictum Ambrosij [Tolle argumenta &c.] AD XI. B

Ad duodecimum dicendum, quod quãuis ex principijs tantum creditis non possit haberi absolute scientia de conclusionibus, potest tamen haberi scientia de consequẽtijs, & illationibus conclusionum, vt superius declaratum est, quo modo hæc doctrina potest dici scientia, & alijs quatuor modis, qui superius declarati sunt. AD XII.

Ad tertiumdecimum dicendum, quod hæc doctrina omnibus illis quatuor modis, quibus est scientia propriè dicta, qui supra declarati sunt, est habitus difficile mobilis, quia intellectus non mouetur à voluntate ad assentiendum ijs, quæ continentur in hac doctrina, in quantum est propriè sciẽtia; ad assentiendum autem ijs, quæ sunt C fidei, quamuis intellectus à uoluntate liberè moueatur; quia tamen maior est certitudo adhæsionis, quam habet fidelis de ijs, quæ sunt fidei, quam certitudo euidentiæ, quam habet de quibuscunque rebus naturalibus, fides est habitus magis difficilè mobilis ab intellectu, quam quæcunque scientia, quãtum est ex se, & etiam per comparationem ad habentem, supposito adiutorio diuinæ gratiæ, quod supponendum est nulli deesse, nisi defectus sit ex parte hominis, propter quem defectum posset fidelis quicunq; fidẽ amittere. AD XIII.

Ad quartumdecimum dicendum, quod Philosophus in illa auctoritate; Scire arbitramur &c. loquitur de causis, principijs, & elementis scientiæ, non scibilis, quod patet ex hoc, quod ibi immediatè ante præmittitur, quod est principiũ libri Physic. Quo- D niã intelligere, & scire conuenit circa omnes scientias, quarum scilicet scientiarum sunt principia, causę, & elementa, & quasi hoc exponens subdit; Scire enim arbitramur &c. principia autem causæ, & elemẽta scientiæ, sunt prima principia ipsius sciẽtiæ. AD XIV.

tur, quæ ſunt etiam cauſæ concluſionum, eas ſcilicet probantes, & inferentes, & elementa ipſarum, ſicut omne magis commune, poteſt dici elementum minus communis, in quantum minus commune habet in ſe naturam magis communis, & aliquid aliud ſuperaddit, hæc autem principia in hac doctrina ſunt articuli fidei. Vel dicendum, quod ſicut aliqua à nobis diſtinguntur in Deo ſecundum rationem, vt eſſe primum ens, eſſe actum purum &c. Sic poteſt dici, quod vnum eorum, quæ ſunt in Deo, eſt cauſa, & principium alterius, illud ſcilicet probandi, inferendi, & cognoſcendi. Ex hoc enim, quod Deus eſt primum ens, probamus, & cognoſcimus, quod eſt actus purus. Vnde quamuis Dei non ſint propria principia, cauſæ, & elementa; poſſumus tamen dicere, quod vnum eorum, quæ ſunt in Deo, eſt principium, & cauſa alterius, largo modo, & impropriè, vt expoſitum eſt.

AD XV. Ad quintumdecimum dicendum, quod Commentator loquitur in illa comparatione de ſubſtantijs ſeparatis quantum ad earum quidditates; earum enim quidditates intellectus noſter in hac vita nullatenus poteſt ſcire, ſicut nec cæcus poteſt videre colores: non autem intendit dicere, quod intellectus noſter nihil de ſubſtantijs ſeparatis poſſit ſcire; ſcimus enim quod ſunt, & quod ſunt intelligentes, & multa talia.

AD XVI. Ad ſextúdecimú dicendum, ꝙ oīs ſciētia acquiſita acquiritur ſub lumine intellectus agentis, aliqua tñ ſcientia pôt infundi intellectui poſſibili à Deo, quæ nõ acquiritur ꝑ lumen intellectus agentis, ſicut, & materiæ primę poſſunt aliquæ formæ à Deo immediate dari, abſq; actione alicuius naturalis agētis. Quod aút Phil. dicit, ꝙ intellectus agēs eſt, quo eſt oīa facere; intelligēdú eſt de his, quibus naturaliter poteſt perfici intellectus poſſibilis, quæ, ſ. in eo naturaliter fieri poſſunt. Vnde quáuis fides ſit perfectio intellectus poſſibilis, non oportet dicere, ꝙ cauſetur in ipſo virtute luminis intellectus agẽtis.

A

AD XVII Ad decimúſeptimú dicendú, ꝙ quamuis demonſtrationis dicentis ꝓpter quid mediú ſit diffinitio ſubiecti; demõſtrationis tñ dicentis, quia eſt de cauſa, mediũ eſt effectus cauſæ; & hoc mõ ꝓbamus Deú eſſe per effectus ſuos, quáuis nõ cognoſcamus eius diffinitionē, & quidditatē; quia .n. q̃ſtio, an ē, ꝓcedit q̃ſtionē, quid eſt, & notitia vnius, notitiá alterius; impoſſibile eſt, ꝙ aliquid eſſe probetur per eius quidditatē. Vel poſſumus dicere, ꝙ quáuis non habeamus perfectam notitiá diuinæ eſſentię in hac vita, ſcimus tñ in confuſo, ꝙ eſt quadá eſſentia infinita, & perfectiſſima, & per hoc poſſumus ꝓbare omnia attributa, quæ ſunt in hac doctrina, loco paſſionum ſubiecti, Deo ineſſe.

B

AD XVIII Ad vltimú dicēdú, ꝙ ſcientia cuius eſt ſubiectú habens partes, & paſſiones, cõſiderat partes, & paſſiones ſui ſubiecti, aliàs ꝑfecta non eſſet; non .n. perfectè cognoſcitur aliꝗ totú, niſi ſciatur ex quibus partibus conſtet, nec perfectè ſubiectú aliquarú paſſionú cognoſcitur, niſi eius naturales paſſiones ſciātur; huiuſmodi aút ſunt oēs ſcientiæ, quę ſút de rebus creatis; nullú .n. creatú eſt omnino ſimplex, & ōe creatú alicui accidēti, & ſpecialiter ꝓprio ſubijcitur; ſcientia aút, cuius ſubiectum eſt oīno ſimplex, & omni carens accidente, cuiuſmodi eſt hæc doctrina, nullas per cõſequens ſui ſubiecti partes, & paſſiones conſiderat; nihilominus hęc doctrina loco paſſionú ſui ſubiecti, conſiderat attributa; loco autem partium, tres perſonas diuinas, vel duas naturas in vna perſona Chriſti, vel aliqua talia ſimilia.

Solutio Argumenti ſed contra.

C

Ad argumentum factum in contrarium. Dicendum, quod hæc doctrina vocatur ab Auguſtino ſcientia, omnibus illis videlicet modis, qui ſupra expoſiti ſunt.

QVAESTIO XIX.

Vtrum doctrina ſacræ paginæ ſit ſpeculatiua, vel practica.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod non ſit nec ſpeculatiua, nec practica, ſed affectiua. Quia quando vnius ſcientiæ ſunt multi fines, oportet, quod ſint ad inuicem ordinati, & ab vltimo eorum denominetur ſcientia, ſi-

D

cut patet de ſcientia practica, quæ denominatur ab operatione, quæ eſt vltimus finis quamuis habeat aliú finem minus vltimú, qui eſt ſpeculatio. Sed quamuis ſint multi fines huius ſcientiæ, vltimus tamen eſt charitas, quæ eſt quædam affectio hominis ad Deum.

Deum. Ergo videtur, quod sicut à speculatione denominatur scientia speculatiua, & à praxi practica, sic ab affectione ista denominari debeat affectiua. Maior declarata est. Minor probatur. Primo per illud Apostoli 1. ad Timoth. 1. [Finis auté praecepti est charitas de corde puro, &c.] Secundo, ex Augustino in quodam tractatu de Laudibus Charitatis, vbi sic dicit. [Si ergo non vacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia inuolucra sermonum euoluere, omnia scripturarum secreta penetrare, tene charitatem, ibi pédent omnia, ita tenebis, quod ibi didicisti, tenebis etiam, quod nondum didicisti] & mox [& in eo, quod in scripturis intelligis, charitas patet, in eo, quod non intelligis, charitas latet. Ille itaq; tenet, & quod patet, & quod latet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus.]

II. PRÆT. Ista doctrina est vera sapientia, secundum illud Deuteron. 4. [Haec est enim vestra sapientia, & intellectus coram populis.] Sed sapientia, vt Doctores dicunt, dicitur magis à sapore, quam à sapere. Dicitur enim sapientia quasi sapida scientia, sapor autem affectionem magis, quam speculationem dicit, aut operationem. Ergo idem, quod prius.

III. PRÆT. Gregorius dicit in Hom. 14. super Ezech. Contéplatiua vita est ab omni exteriori actione quiescere, & soli desiderio côditoris inhaerere. Sed contemplatiua vita magis pertinet ad ipsam scientiam; desiderium autem affectionem importat. Ergo idem quod prius.

IV. PRÆT. Videtur, quod sit solum affectiua. Quia denominatio vniuscuiusq; debet fieri ab optimo fine. Sed dilectio Dei, quę haberi potest in vita ista ad quam, vt ad finem ista scientia ordinatur aliqualiter, vt iam dictum est, praeminet cognitioni, quae habetur de Deo in hac vita, & rectè operationi, & cuicunq; alteri, quod possit poni finis huius scientiae; est enim charitas, secundum Doctores, forma respectu fidei, & omnium aliarum virtutum. Ergo ista scientia debet dici affectiua.

V. PRÆT. Videtur, quod non debet dici nec speculatiua, nec practica, sed contéplatiua, quia Augustinus dicit 12. de Trin. cap. 14. quod actio pertinet ad scientiã, contemplatio ad sapientiam, ex quo videtur, quod sicut sapientia, praeter speculationem nudam, importat ordinabilitaté ad aliquod aliud, scilicet ad dilectionem, seu affectionem; dicitur enim sapientia, vt iam dictum est, quasi sapida scientia, sic contemplatio dicit non solum speculationem nudam, quę est finis speculatiuae scientiae, sed cum speculatione ordinabilitatem quandam ad affectionem, seu dilectionem. Sed talis est consideratio, seu intellectio huius doctrinae, quę etiam doctrina est verè sapientia, vt probatum est. Ergo videtur quod à contemplatione debeat denominari contemplatiua, A sicut à speculatione scientiae humanae denominantur speculatiuae.

VI. PRÆT. Videtur, quod non sit simul speculatiua, & practica, vt quidam dicunt, quia denominatio scientiae, vt iam supra dictũ est, debet esse ab vltimo fine; impossibile est autem esse duos vltimos fines vnius sciétiae, vel cuiuscũq; alterius vnius rei, sicut impossibile est esse duas primas causas efficientes. Ergo est necesse istam scientiam, vel quamcunq; aliam esse solum speculatiuam, vel solum practicam.

VII. PRÆT. Aut est speculatiua, & practica secundum se totam, aut secundum vnam partem speculatiua, & secundum aliam practica. Non potest dici primum, quia opposita inessent eidem secundum idem; sequeretur enim, quod eadem scientia secundum idem esset de operabili à nobis, & de non operabili, & quod haberet secundum idem pro vltimo fine solam speculationem, & non solam. Non potest dici secundum, quia, vt videtur, sequeretur, quod non esset vna scientia numero; sicut enim non esset vnus color numero, cuius vna pars esset nigredo, & alia albedo, quia albedo, & nigredo sunt diuersae species coloris, & quaecunq; differunt specie, differũt numero, sic, ut videtur, non est vna scientia numero, quae secundum vnam partem suã est speculatiua, & secundum aliam practica, quia plus differunt specie, scientia practica, & speculatiua, quàm duae speculatiuae, vel duae practicae. Ergo idem, quod prius. B

VIII. PRÆT. Videtur, quod sit solum speculatiua. Quia scientia, quae secundum se totam est dignissima omnium scientiarum, & secundum se totam est speculatiua, secũdum enim Philosophum in Prologo Metaph. scientia speculatiua est dignior, quam practica. Sed ista scientia secundum se totã est omnium scientiarum dignissimã, & non solum secundum partem, aliàs non simpliciter diceretur dignissima omniũ; sicut nec superficies dicitur simpliciter alba, quae secundum partem sui solum est alba. Ergo &c. C

IX. PRÆT. Scientia, cuius subiectum est solum speculabile, debet dici solum speculatiua, quamuis aliquod secundario consideratum in ea sit operabile, sicut è contra, scientia in libris Ethicorum dicitur solum practica, quia eius principale obiectum est operabile à nobis, idest virtus, quãuis aliquid in ea secundario cõsideratum sit à nobis tantum speculabile, & non operabile, sicut potentiae animę, de quibus consideratur, quia sunt subiectum virtutum, vt patet ex fine 1. Ethicorum. Sed principale subiectum huius scientiae, quod est Deus, est à nobis solum speculabile. Ergo ista scientia D

est

est solum speculatiua, quamuis quædam secundario in ea cõsiderata, idest actus humani, sint à nobis operabilia, & non tantum speculabilia.

X. PRÆT. Videtur, quod sit solum practica, quia, vt iam dictum est, scientia denominari debet non à quocunq; fine, sed ab vltimo, sicut dictum est de practica, quæ denominatur solum à praxi, non obstante, quod immediatus finis eius sit speculatio, sed vltimus finis, vt videtur huius scientiæ est operatio; primum enim videtur esse speculatio Dei, ad quam sequitur dilectio Dei, ad quam vltimo sequitur recta operatio. Ergo &c.

XI. PRÆT. Lex pertinet ad scientiam moralem, quæ est scientia practica; doctrina ergo, quæ secundum se totam est lex, secundum se totam per consequens, solum, est practica. Sed hæc est huiusmodi, tota enim diuiditur in legem veterẽ, & nouam. Ergo idem quod prius.

XII. PRÆT. Videtur, ꝙ sit principalius practica, quã speculatiua, quia scientia cuius finis principalior est operatio, quã speculatio, est principalius practica, quàm speculatiua, cum ista denominatio sit à fine, vt iam dictum est. Sed hæc est huiusmodi. Ergo &c. Probatio minoris, secundum Philosophum in principio Ethicorum. Finis quanto vltimior, tanto principalior, sicut patet de fine militaris, qui est victoria respectu finis frænofactiuæ, cuius est facere frænum, & sic de alijs. Sed operatio recta est vltimior finis, quàm speculatio, vt iam dictum est. Ergo principalior.

XIII. PRÆT. Quanto finis aliquis propinquior est vltimo fini simpliciter, tanto videtur esse vltimior, & per consequens principalior. Sed operatio recta immediatius se habet ad vltimum finem simpliciter, qui est beatitudo, quã speculatio, quia immediatius in beatitudinem introducit. Ergo idem quod prius.

XIV. PRÆT. Finis huius scientiæ est fides secundum illud Ioannis vltimo [Hæc autẽ scripta sunt vt credatis, &c.] Sed non potest dici, quod hic finis, sit fides mortua, quia hoc esset incongruum dicere. Ergo finis huius scientiæ est fides cum operibus; fides enim, secũdũ Iacobũ in epist. cath. c. 2. sine operibus mortua est. Sed propter ꝙ vnumquodq; & illud magis. Ergo multo magis debet dici finis principalis huius sciẽtię recta operatio, quàm fidei speculatio. Ergo idem, quod prius.

Pro Parte Opposita.

SED CONTRA EST. Quia hęc doctrina considerat quædam speculabilia, s. Deum esse Trinum, Simplicem, &c. & quædam à nobis operabilia, vt actus humanos. Ergo &c.

A

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. In hac quæstione sic procedendum est. Primo videndum est, penes quid distinguantur scientiæ practica, & speculatiua. Secundo videndũ est, vtrum hæc doctrina debeat dici speculatiua, vel practica à fine vltimo, qui expectatur in Patria, vel à propinquo, qui habetur in via. Tertio, narrandæ sunt opiniones, quæ sunt circa hanc quæstionem, quas non credo veras, & improbandæ. Quarto, ex earũ improbatione apparebit veritas quæstionis.

PVNCTVM I.

Penes quid distinguantur scientia practica, et speculatiua.

B

QVANTVM ad hoc est sciendum, quod circa hoc sunt duæ opiniones; Quidam enim dicunt, quod scientia speculatiua distinguitur à practica, penes fines, & non penes subiecta, quod probatur tripliciter. Primo sic, prius non distinguitur per posterius, sed magis è conuerso. Quia causa semper prior est causato. Sed subiectũ scientiæ practicę, est ea posterius cum sit eius effectus. Ergo &c. — *Opinio quorundam.* — *Probatio*

Præterea. Scientiæ, quæ distinguntur penes obiecta, non possunt de eodem considerare, cum illud, quod consideratur, habeat rationem obiecti, & sic sequeretur, quod considerarent idem, & non idem. Sed sciẽtia practica, & speculatiua frequenter idem considerant, sicut patet de scientia naturali, & morali, vtrumq; autem considerat de potentijs animæ, sicut etiam patet de scientia, quæ considerat de operabili, modo quo non est operabile, idest in vniuersali, & diffiniendo, & diuidendo, quæ per consequẽs est speculatiua. Ergo &c. — *Secunda.*

C

Præterea. Philosophus dicit 3. de Anima quod intellectus speculatiuus extensione fit practicus, hoc autem non posset esse verũ nisi esset respectu eiusdem obiecti. Ergo idem quod prius. — *Tertia.*

¶ Alij dicunt, quod distinguntur penes subiecta, seu obiecta, & non penes fines, ꝙ probant quasi simili ratione sic. Scientiæ, quæ distinguũtur penes fines nõ possunt habere eundem finem. Sed istæ duæ possunt habere eundem finem; potest enim aliquis scientiam, quæ est secundum se practica, vtpotè, q̃ est de operabili à nobis (sicut domificatiua) habere, & ordinare, non ad operationem solum, sed ad speculationẽ: & è conuerso, scientia, quæ est secundum se speculatiua, & est de non operabili à nobis, vt Metaphysica, vel Logica, ordinare non ad speculationem, sed ad operationem aliquam, — *Opinio aliorum.*

D

aliquam, vtpotè lucrum, &c, Ergo &c.

Iudiciū Auctoris de vtraq; opinione allata.

¶ Sed vtraq; istarum opinionum, si benè intelligatur vna est, & in idem vadit. Ad cuius euidentiam intelligendum est. Primo, quod vna scientia potest dici ordinari ad aliquem finem dupliciter, scilicet, per se, & per accidens. Illud enim, quod competit alicui scientiæ, & vniuersaliter omni habitui ratione actus sui proprij, vel obiecti, cōpetit ei per se; quia scientia, & vniuersaliter oīs habitus hēt essentialem, & per se ordinē ad actum, & obiectum suum. Sed illud, ꝙ cōpetit scientiæ solum rōne subiecti sui, in quo est, cuius est accidens, per consequēs competit ei per accidens, vt in præcedenti quæstione declaratum est. Scientia ergo per se debet dici speculatiua, vel practica, quæ ratione sui actus, & obiecti talis est, cuius scilicet, speculatio est ordinabilis ad operationem quantum est ex se, vel non ordinabilis; vel, quæ est de operabili à nobis, vel non operabili: per accidens autem debet dici speculatiua, vel practica, quæ est talis solum ratione vtentis, idest, qua vtens vtitur ad speculationem, vel operationem; & quia, quæ sunt per accidens non cadunt sub cōsideratione sciētię, vel artis cuiuscūq; vt patet per Phil. 6. Metaphysicæ tex. 4. sed solum ea, quæ sunt per se. Idcircò ad præsens quærimus solum de distinctione scientiæ practicæ per se, à scientia per se speculatiua, & non de ea, quæ est per accidens.

Notandum primum.

A

Notandum secundum.

Secundo, intelligendum est, quod finis immediatus omnis scientiæ etiam practicę, est speculatio aliqua, cuius ratio est, quia speculatio omnis est perfectio quædā scientiæ, sibi correspondentis, cum comparetur ad ipsam, sicut actus secundus, ad primum, vt patet per Philosophum in 2. de Anima. Perfectio autem omnis est finis respectu sui perfectibilis. Sed in hoc differt speculatio scientiæ practicæ, a speculatione scientiæ speculatiuæ; quia speculatio scientię practicæ, secundum se, est ordinabilis ad vltimiorem finem, qui est operatio; non autem speculatio scientiæ speculatiuæ. Vnde finis scientiæ speculatiuæ est solum actus elicitus ab intellectu, idest, speculatio, quæ est in eadem animæ potentia cum ipsa sciētia; finis autem scientiæ practicæ immediatus, est actus elicitus ab intellectu; sed principalis finis eius, est aliqua operatio ab intellectu imperata, quæ subiectiuè non est in intellectu, sed in alia potentia. Et quia denominatio fit à principaliori, idcircò talis scientia dicitur practica, & non speculatiua, & hoc est, quod dicit Philosophus 2. Metaphysicæ tex. 3. finis speculatiuæ est veritas, idest, speculatio veritatis, & practicæ opus, idest, finis principalis.

His visis. Dicendum est, quod nos possumus loqui de causa distinctionis scientiæ speculatiuæ a practica tripliciter, scilicet, vel de causa intrinseca, & essentiali; vel de causa extrinseca, & immediata; vel de causa extrinseca primordiali, & radicali.

¶ Si loquamur primo modo. Sic dicendum, quod cum tam finis vtriusque scientiæ, quàm etiam obiectum sit extra essentiam vtriusque, vt de se patet, & vtraque scientia sit qualitas quædam simplex non composita ex materia, & forma; simplicia autem seipsis essentialiter distinguantur, non per aliqua alia, sicut composita, vt Philosophus dicit 8. Metaph. causa essentialis distinctionis prædictarum scientiarum nō sunt fines, nec obiecta, sed seipsis essentialiter distinguuntur. *1. Conclusio.*

¶ Si loquamur secundo modo. Sic dicendum est, quod causa distinctionis earum sunt fines vtriusq; principales, scilicet, speculatio, & operatio. Quod quidem potest ad præsens probari tripliciter. *2. Conclusio.*

B

Primo sic. Per illud, per ꝙ vnumquodq; est tale distinguitur ab omni alio non tali, vt patet inducendo in omnibus; per idem .n. homo est homo, & distinguitur ab omni non homine. Sed sciētia speculatiua habet, quod sit speculatiua à speculatione, propter quod, & à speculatione speculatiua nominatur. Ergo per speculationem distinguitur à non speculatiua, idest, practica. Et eodem modo per omnia probari potest, quod practica per operationē distinguitur à speculatiua. *Probatur Primo.*

Præterea. Habitus immediatius respiciūt actus, quā potentiæ, & per consequens magis immediatum ordinem habent ad eos, & non minus per se, imò secundū hoc magis. Sed potentiæ distinguuntur per actus, sicut per causam distinctionis extrinsecam, & immediatam, vt patet per Philosophum in 2. de Anima. Ergo &c. *Secundo.*

C

Præterea. Phil dicit in 3. de Anima t. 49. quod intellectus speculatiuus differt à practico fine. Sed hominis finis est operatio, & illius speculatio veritatis, vt per eundem 2. Metaphysicæ patet, & iam allegatum est. Ergo &c. *Tertio*

¶ Si autem loquamur de causa distinctionis dictarum scientiarum extrinseca, & primordiali, & radicali. Sic dicendum est, quod distinguuntur penes obiecta. Quod etiam probari potest tripliciter. *3. Conclusio.*

Primo sic. Plus differunt duæ scientiæ practica, & speculatiua, quàm differant duæ speculatiuæ, vel duæ practicæ, vt patet de se. Sed duæ scientiæ speculatiuæ, vel duæ scientiæ practicæ differunt essentialiter; quarum essentialis distinctionis primordialis, & radicalis causa est distinctio obiectorum, vt patet per Philosophum in tertio de Anima tex. 38. vbi dicit, quod scientiæ secantur quemadmodum, & res Ergo &c. *Probatur Primo.*

D

Præterea. Scientia est quædam dispositio, *Secundo.*

tio, vel habitus potentiæ determinans eam ad determinatum obiectum, propter quod A sicut se habet potentia ad suum obiectum sumptum secundum totum suum ambitum, ita se habet scientia ad determinatum obiectum, quod est aliqualiter pars obiecti ipsius potentiæ. Sed primordialis, & radicalis causa, quamuis extrinseca distinctionis potentiarum, est distinctio obiectorum in sua communitate acceptorum; potentiæ enim, secundum Philosophum 2. de Anima, distinguuntur per actus, & actus per obiecta. Ergo &c.

Tertio. Præterea. Scientia practica, & speculatiua si distinguuntur penes fines, aut distinguuntur penes fines per se, aut penes fines per accidens. Non potest dici, quod distinguuntur penes fines per accidens, quia, vt iam dictum est, non quærimus hic de tali distinctione. Ergo distinguuntur penes fines per se, qui, vt iam dictum est, sunt B speculatio, & operatio: sed hi fines competunt scientijs ratione suorum obiectorum; ex hoc enim, quod obiectum alicuius scientiæ est talis naturæ, quod est solum à nobis speculabile; sequitur, quod intellectus noster attingat ad illud solum actu elicito, qui est speculatio; ex hoc autem, quod obiectum alicuius scientiæ est talis naturæ, quod est à nobis operabile; sequitur, quod intellectus noster possit illud attingere actu elicito, qui est speculatio, & actu imperato, qui est operatio. Ergo &c.

Confirmatio. Et confirmatur ratio. Quia si habitus distinguuntur per actus, vt iam dictum est, & actus distinguuntur per obiecta, vt Philosophus dicit secundo de Anima. Ergo primordialis, & radicalis causa distinctionis scientiarum, qui sunt habitus quidam intellectuales, est distinctio obiectorum. Patet ergo per prædicta, quod scientia practica, & speculatiua distinguuntur per accidens penes fines intentos ab vtentibus. Essentialiter autem, & per se distinguuntur seipsis; causa autem per se, sed extrinseca, & immediata distinctionis earum, est distinctio actuum, qui sunt fines, qui actus sunt speculatio, & operatio; causa autem extrinseca primordialis, & radicalis, & per se distinctionis earum, est distinctio obiectorum, si differt operatio ab obiecto, vt in medicina, medicatio, & sanitas; secus autem est de morali, in qua operatio virtuosa est finis, & obiectum. Vnde nihil dicunt, qui ponunt, quod eadem distinctio est per fines, & obiecta, ponentes exemplum de morali, quia secundum Philosophum in principio Ethicorum. Differentia autem videtur esse finium, hi nanq; sunt operationes, hi vero præter has, opera quædam.

Ad primã opinionis primæ. ¶ Ad pimum ergo, per quod probabatur, quod distinguuntur solum penes fines, Dicendum, quod obiectum scientiæ practicæ est posteriùs ipsa, quantum ad esse suum reale. Sed est prius ea quantum ad esse suum intentionale, & sic distinguit scientiam practicam, à speculatiua. Nam prius repræsentatur homini inconfuso artificiale quodcunque, quam habeat de ipso perfectam scientiam practicam; notitia enim subiecti aliqualis solum confusa oportet, quod præcedat scientiam, quæ est de ipso, vt Philosophus dicit in principio 1. Posteriorum.

Ad secundum dicendum, quod impossibile est, quod duæ scientiæ sint de eodem obiecto formali, cum secudum Philosoph. 3. de Anima, scientiæ secentur quemadmodum, & res, & specialiter hoc est verum, si sub ratione obiecti formalis compræhẽdatur etiam lumen, sub quo obiectũ cognoscitur, quod dico propter distinctionem visionis beatæ à scientia viatorum, vt in alia quæstione declaratum est. Possunt tñ duæ scientiæ esse de eodem subiecto materiali, quamuis subiectum impropriè dici possit. Et ad probationem minoris dicendum, quod potentiæ animæ non sunt subiectũ formale scientiæ naturalis, nec moralis, cũ sub eius ratione non compræhendantur omnia, quæ considerat naturalis, vel moralis Philosophus, quod est propria ratio obiecti formalis scientiæ. Et ad illud, quod addebatur ad probationem eiusdem minoris, quod scientia, quæ considerat de operabili, modo, quo non est operabile, s. in vniuersali, & diffiniendo, & diuidendo, nõ est scientia practica. Dicendum, quod falsum est; doctrina enim tradita in libris Ethicorum constat, quod est scientia practica, vt Philosophus dicit in principio 1. Ethicorum, & tamen C doctrina, ibi tradita, procedit diffiniendo, & diuidendo, & vniuersaliter de virtute in cõmuni, & de omnibus speciebus eius determinando absq; applicatione ad aliquem actum singularem virtuosum, & vniuersaliter omnis scientia practica, quæ verè sciẽtia est, sic procedit, quia singularium non est scientia; & medium demonstrationis per quam acquiritur scientia, est diffinitio, & diffinitio, per diuisiones generis in differentias, inuestigatur, quæ omnia patet per Philosophum in multis locis, & specialiter in 1. & 2. Posteriorum. Verum est, quod quia practicum dicitur in ordine ad operationem, vt declaratum est, notitia talis de operabili est minus practica, quàm notitia, quæ habetur de operabili in singulari, quæ magis immediatum ordinem habet ad operationem, quam notitia, quæ D habetur de operabili in vniuersali. Sed prædicta notitia de operabili in singulari non cadit sub arte, vel scientia, vt iam dictum est.

Ad tertium, per quod probabatur idem potest responderi dupliciter. Primo dicẽdo, Ad 3. quod

quod Philosophus non dicit, quod scientia speculatiua extensione fiat practica, quia impossibile est, quod idem habitus scientiæ, qui primo est speculatiuus, postea extẽsione ad opus fiat practicus; hoc enim esse non posset, nisi idem obiectum formale esset scientiæ speculatiuæ, & practicæ, vt etiam dicitur in arguendo, quod tamen esse impossibile, supra probatum est. Sed Philosophus dicit, quod intellectus speculatiuus extensione fit practicus, quia scilicet, eadem potentia intellectiua, quæ à Philosopho vocatur intellectus, si informetur actu speculationis non ordinabili ad operationem, est intellectus speculatiuus, & eadem potentia, vt extendit se ad operationem, idest, vt informatur speculatione ordinabili ad operationem, dicetur intellectus practicus. Vel potest dici secundo, quod Philosophus loquitur de notitia intellectuali, quæ est speculatiua non simpliciter, sed cõparatiuè; simpliciter autẽ ẽ practica, huiusmodi autem est notitia, quæ est de operabili in vniuersali, & diffiniendo, & diuidẽdo, vt in responsione ad præcedens argumentũ, immediatè declaratum est: hoc enim si extendatur vsq; ad notitiam, quę est de operabili in singulari, efficietur magis practica.

Ad argum. secũdę opinionis. ¶ Ad argumentum factum in oppositũ, per quod probabatur, quod hæ duæ scientiæ distinguuntur solum penes obiecta, & non penes fines. Dicendum, quod scientiæ speculatiua, & practica, non distinguntur penes fines per accidens, de quibus procedit argumentum, sed penes fines per se, vt supra declaratum est. Et hæc de primo principali.

PVNCTVM II.

An hæc scientia dicatur practica, vel speculatiua à fine.

Opinio quorũdam. QVANTVM ad Secundum principale, est sciendum, quod Quidam dicunt, quod hæc doctrina dicitur speculatiua, vel practica à fine, qui expectatur in Patria, & non ab eo, qui habetur in via, quod probatur tripliciter. Primo sic. Vnumquodq; denominatur à fine principaliter intento. Sed finis vltimus est principaliter intẽtus, qui in Theologia patriæ est beatitudo. Ergo &c.

Probatur 2. Præterea. Statui Viatoris, in quantum huiusmodi, repugnat attingere finem. Sed Theologia est scientia viatoris, secundum quod viator. Ergo finis, à quo denominari debet Theologia, non attingitur in via, sed in patria solum.

Secundo. Præterea. In habitibus ordinatis vltimus finis respondet supremo habitui. Sed supremus habitus intellectualis est Theologia; vltimus autem finis est beatitudo æterna. Ergo &c.

Prima improbatio dictę opinionis. ¶ Sed ista opinio stare non potest, quod apparet multipliciter. Primo sic. Ab illa speculatione dicitur aliquis habitus speculatiuus, quæ est communis omnibus habẽtibus habitum illum, cum habitus speculatiuus sit principium sufficiens suæ speculationis. Sed speculatio patriæ non est communis omnibus habentibus habitũ Theologiæ acquisitũ, cũ istæ sit cõis bonis, & malis, speculatio autem patriæ conueniat solum bonis; & è conuerso multi perueniunt ad speculationem, quæ est in patria, qui nullum habitum Theologiæ acquisitum habuerunt in via, sed solam fidem; [Qua scientia non pollent fideles plurimi, quamuis polleant ipsa fide plurimum] vt Augustinus dicit 14. de Trinitate cap. 2. qui tamen fideles perueniunt ad speculationem, quæ est in patria. Non ergo Theologia potest dici speculatiua à speculatione patriæ: Nec etiam potest dici practica ab aliqua operatione, quæ sit in patria, quia ab illa operatione scientia aliquando dicitur practica, quæ consequitur speculationem illius scientiæ, alias per accidens talis operatio se haberet ad illam scientiam; nulla autem operatio beatifica consequitur speculationem, quæ est secundum habitum Theologiæ acquisitum, sed magis speculationem patriæ. Ergo, et cætera. Vnde hæ duæ rationes faciunt vnam perfectam.

Secunda. Præterea. Speculatio, à qua denominatur scientia aliqua speculatiua, perfectior est in eo, in quo est habitus scientiæ illius perfectior, cum habitus, & actus quantum ad intensionem, & remissionem debeant sibi inuicem respondere. Sed ad perfectiorem speculationem patriæ perueniunt, non habentes perfectiorem habitum Theologiæ acquisitum; sed habentes plus de charitate. Ergo &c. Nec etiam potest dici, quod denominetur practica ab aliqua operatione, quæ fit in Beatis, quia ab illa operatione aliqua scientia denominatur practica, quæ, si est perfectior, non consequitur perfectiorem speculationem aliam, scilicet, à speculatione, quæ est secundum habitum illius scientiæ; cum operatio à qua scientia denominatur practica, magis sequatur speculationem illius scientiæ, quàm alicuius alterius habitus intellectualis. Sed dilectio Dei, vel fruitio, vel quæcunq; alia operatio, quæ est in Beatis, non est perfectior in habentibus perfectiorem speculationem, quę est secundum habitum Theologiæ acquisitum in via, sed magis consequitur perfectiorẽ speculationem, quæ est in patria, quia qui plus vident Deum in patria, plus ipsum diligunt, & omnem

aliam operationem beatificam, quæ est in Patria, perfectiorem habent. Ergo &c. A Vnde illę etiam duæ rationes faciunt vnam perfectam.

Tertia. Præterea. Finis à quo scientia denominatur practica, vel speculatiua, simul stat cũ ipsa scientia, cum respectu eius scientia se habeat, vt principium quo. Sed beatitudo non potest simul stare cum habitu Theologiæ acquisito. Ergo &c. Probatio minoris. Constat quod beatitudo non est in aliquo viatore, in quo est habitus Theologiæ acquisitus (excepto Christo, qui solũ fuit viator, & compræhensor) In compræhensore autem omni, in quo est beatitudo, non est habitus Theologiæ acquisitus. Sicut .n. se habet intellectus principiorum ad scientiam conclusionum in alijs scientijs, sic se habet fides articulorum ad habitum Theologię acquisitum in hac scientia; vnus enim est principium respectu alterius; destructo B autem habitu principiorum in alijs sciẽtijs, destruitur habitus conclusionum, quia remota causa, remouetur effectus. Ergo sublata fide, destruitur habitus Theologiæ acquisitus. Sed fides euacuatur in Beatis, vt Apostolus dicit 1. ad Corinth 13. vbi etiam dicit, quod scientia destruetur, scilicet in futura beatitudine, quod ad literam videtur posse intelligi de habitu Theologiæ acquisito, vt probatum est. Ergo &c.

Ad primam rationẽ allatæ opinionis. ¶ Ad primã ergo rõnẽ factã in oppositũ, dicendum, quod scientia non denominatur speculatiua, vel practica à fine vltimiori, & principalius intento ab habente scientiam: nec per consequens à meliori, & à digniori: sed magis denominatur speculatiua à speculatione, quæ est secundum habitum illius scientię. Practica autem denominatur ab operatione, quæ secundum se, cõsequitur speculationem, quæ est secundum ha- C bitum illum, & non speculationem, quæ est secundum alium habitum, vt supra declaratum est. Hoc autem dici non posset de speculatione Patriæ, vel de operatione alia beatifica respectu habitus Theologiæ acquisiti, quantumcunque beatitudo sit finis principaliter intentus ab habente habitum Theologiæ acquisitum. Vnde non oportet, quod à beatitudine denominetur hęc scientia speculatiua, vel practica.

Ad 2. Ad secundã dicẽdũ, ꝙ statui viatoris repugnat attingere finem vltimum simpliciter, qui scilicet est finis compræhensorum; nõ autem repugnat ei attingere finem, à quo hæc doctrina denominatur practica, vel speculatiua, idest Dei agnitionem, dilectionem, & bonam operationem, qualis haberi potest in via.

Ad 3. Ad tertiam dicendum, quod supremus habitus simpliciter, non est habitus Theologiæ acquisitus, sed magis habitus luminis glorię; & huic habitui respondet vltimus finis simpliciter, qui est visio beata. Vnde per hanc rõnẽ magis concluditur propositum; quã oppositũ à fine .n. qui respondet supremo habitui, non debet denominari inferior habitus. Ergo à visione beata non debet denominari habitus Theologiæ acquisitus, cum sit finis habitus supremi simpliciter, idest, luminis gloriæ.

Et confirmatur hæc ratio. Quia ab eodẽ fine non debent denominari duo habitus intellectuales diuersi, sicut à speculatione Geometriæ non denominatur speculatiua Arithmetica; habitus autẽ Theologiæ acquisitus, & habitus luminis gloriæ sunt habitus. Ergo &c. Et hæc de Secundo principali. Confirmatio.

PVNCTVM III.

Narrantur opiniones circa principale quæsitum.

QVANTVM autem ad Tertium est, sciendum, quod circa hanc quæstionem sunt tres opiniones, quas non credo veras. Prima est, quæ dicit, ꝙ ista doctrina non est nec speculatiua, nec practica, & hi subdiuiduntur; Quidam enim dicunt, quod nõ est practica, nec speculatiua, sed affectiua, quorũ rationes omnes, per quas hanc opinionem confirmant, reducuntur ad quatuor prima argumenta, facta in obijciendo. Prima opinio.

¶ Alij dicunt, quod non est nec speculatiua, nec practica, sed est contemplatiua; hoc autem probant specialiter per vnam rationem, quæ fuit quinta in obijciendo. Secũda opinio.

¶ Sed neutra istarum opinionum stare potest, quod probari põt ad præsens multipliciter. Primo ostendendo, quod omnis scientia, & vniuersaliter oĩs doctrina, & per cõsequens ista est speculatiua, vel practica. Hoc autẽ probatur ad p̃sens dupliciter. Et ad euidentiam primæ probationis est intelligendum, quod illa scientia dicitur esse gratia sui, secundum doctrinam Philos. in prologo Metaphysicæ, cuius finis solum est actus immediatè à scientia elicitus in eodem subiecto existens cum scientia; ratione enim intraneitatis, & immediationis prædictæ talis actus ad talem scientiam, videtur talis actus esse quodammodo idem cum tali scientia; propter quod scientia, quæ ẽ gratia talis actus, seu cuius finis principalis est talis actus, dicitur esse sui gratia; & è contra, scientia cuius finis principalis est actus aliquis, non à scientia immediatè elicitus, sed ab ipsa imperatus, & existens D in alia potentia ab intellectu, sicut in subiecto, siue illa potentia sit voluntas, siue quęcunq; alia, dicetur non esse gratia sui rõne extraneitatis, & mediationis prædictæ talis actus, à tali scientia; oppositorum enim opposita ratio est. Hoc supposito, sic arguã; Improbatio vtriusq; opinionis. Prima improbatur dupliciter. Primo.

guatur Omnis sciẽtia, vel est grã sui, vel nõ est gratia sui, sed alterius. Sed si est gratia sui dicitur speculatiua, vt patet per Philosophum in prologo Metaph. Si autem non est grã sui dicitur practica, vt patet per eundẽ ibidem. Ergo omnis scientia vel est practica, vel speculatiua. Est enim intelligendum, quod operatio, à qua dicitur scientia practica, secundum quod distinguitur contra speculatiuam, dicitur omnis actus, qui nõ est subiectiuè in intellectu; sed est imperatus à scientia; siue ille actus sit voluntatis, sicut est finis scientiæ moralis, quæ dicitur practica à Phil. in prol. Ethic. principalis .n. actus virtutis, ẽ actus interior volũtatis, qui dr̃ electio, siue ille actus sit subiectiuè appetitus sensitiui, seu potentiæ executiuæ, vt est finis sciẽtiarum aliarũ practicarum; oportet enim sic dicere, cum idem Philos. qui in multis locis diuidit scientiam practicam, & speculatiuam, appellet scientiam moralem, scientiã practicam, vt iam dictum est.

Euasio. Nec responderi potest ad rationem prædictam dicendo, quod diuisio Philosophi in practicam, & speculatiuam compræhendat solum scientias humanitus inuentas, & non istam, quæ habetur per reuelationem.

Instantia. Quia cum esse gratia sui, & non esse gratia sui sint affirmatio, & negatio, oportet, quod alterum eorum verificetur necessario, non solum de quacunq; scientia, sed vniuersaliter de omni ente. Et præterea cum Philosophus cognouerit veram rationem scientię, & diuidat scientiam in speculatiuam, & practicam, oportet dicere, quod non diuidatur scientia humanitus adinuenta, sed scientia in ratione communi, qua scientia; & per consequens oportet, ꝙ omnis scientia, quæ verè scientia est, vel doctrina quæcunq; non solum humanitus adinuenta, sub altero duorum prædictorum membrorum contineatur.

Secundo. Præterea. Hoc ipsum probatur secundo. Ad cuius probationis euidentiã est sciẽdum, quod, vt supra probatum est, primordialis, & radicalis distinctio scientiæ speculatiuæ à practica, & vtriusq; denominatio est ab obiectis; vt scilicet, dicatur scientia speculatiua, quæ est de obiecto tantum speculabili, seu quæ est tantum cognoscitiua sui obiecti; scientia autẽ practica dicitur, quæ est de obiecto non tantum speculabili, sed etiam operabili, sic, quod nomine operabilis intelligatur, vel constituatur ab arte per aliquam operationem; vt domus ab arte domificatiua per domificatorem, vel operatio aliqua imperata ab intellectu, & non elicita, vt citharizatio, est obiectum artis citharisticæ, & respectu talis obiecti scientia, seu ars non solum est cognoscitiua, sed etiam factiua. Hoc supposito arguitur sic. Omnis scientia siue habeatur per humanam inuentionem, siue per diuinam reuelationem, vel est de obiecto tantum speculabili, & non operabili, seu cognoscitiua tantum sui obiecti, & non factiua; vel est de obiecto non tantum speculabili, sed etiam operabili; seu est obiecti sui non tantum cognoscitiua, sed etiam factiua; cum enim vnum istorum vnam partem contradictionis, & aliud aliam importet, oportet necessario de omni scientia alterum ipsorum verificari. Sed scientia, quæ est de speculabili tantum, & non operabili, seu, quæ est tantum cognoscitiua obiecti sui, & non factiua, est speculatiua, & reliqua est practica, vt declaratum est. Ergo omnis scientia, vel est speculatiua, vel practica.

Secũda improbatio. Secunda ratio principalis, per quã probatur, quod ista scientia non est affectiua, vt quidam dicunt, vel contemplatiua, vt dicunt alij, talis est. Cognitio virtutum de quibus tractatur in scientia morali, quãtum est ex se, est ordinabilis ad affectionẽ. Sed hoc non obstante, talis doctrina dicitur practica, & non affectiua, vel contemplatiua, vt Philosophus dicit in principio primi Ethic. Ergo supposito, vt ipsi dicunt, quod hęc scientia principaliter ordinetur ad affectionem, non debet pro tanto dici affectiua, vel contemplatiua, sed solum practica. Minor huius rationis declarata est per dictum Philosophi. Maior probatur. Doctrina enim moralis principalius ordinatur ad operationem, quæ est secundum virtutem, vt Philosophus dicit in prologo Ethicorum. Virtutis autem duplex est operatio, scilicet interior, quæ est recta electio, quæ est principalis; & exterior, quæ non est sine electione, vt Doctores dicunt. Vnde Philosophus dicit in Ethicis, quod virtus, vel est electio vel nõ sine electione. Moralis ergo scientia principaliter ordinatur ad principalem actum virtutis, qui est actus voluntatis, qui dicitur electio recta, seu recta volitio, seu affectio.

Euasio. Sed ad hoc dicet aliquis, quod nõ est simile de virtute morali, quæ est à nobis respectu cuius per consequens est scientia practica, quæ, vt iam dictum est, est respectu operabilis à nobis, & de charitate, quæ est in nobis, & non à nobis, sed à Deo, respectu cuius per consequens non poterit dici esse scientia practica, quæ est tantum respectu operabilis à nobis, sed erit scientia, cuius charitas est finis, affectiua, & non speculatiua, quia charitas affectionem, & non speculationem importat. Sed hæc responsio nulla est.

Instantia. Quia si aliqua affectio est finis huius scientiæ, illa nõ est habitualis, quę est habitus charitatis, sed actualis, quæ est Deum diligere; quod patet ex duobus. Primo, quia perfectior est affectio actualis, quàm habitualis, cum comparetur ad eam, vt actus secundus ad primum, & sit eius perfectio. Secundo, quia dilectione Dei actuali formaliter meremur beatitudinem, & nõ habituali, nisi sicut principio merẽdi; ad

ad quam beatitudinem, vt ad vltimum finem tota hæc scientia principaliter ordinatur, quamuis autem habitus charitatis sit in nobis, non à nobis, sed per infusionem; tamen dilectio Dei actualis est actus elicitus à nobis, idest à voluntate nostra informata habitu charitatis. Et si dicatur ad hoc, quod Dei dilectio actualis est à Deo principaliter, quamuis sit à nobis secundariò; hoc non impedit, quin huiusmodi sciētia dicatur practica, quia sanitas etiam est solum secundariò ab arte medicatiua, principaliter autem est à natura, & tamen hoc non obstante, ars medicatiua, cuius finis est sanitas, est scientia practica; imò minus videtur esse sanitas ab arte medicatiua, quàm actualis dilectio à voluntate. Hæc enim est à voluntate saltem elicitiuè, & per consequens aliqualiter effectiuè; sanitas autem est ab arte medicatiua solum, vt ab applicante agens naturale suo passiuo, vt ignitio ligni est ab homine, qui applicat ignem ligno.

Tertia improbatio.

Tertia ratio principalis ad idem talis est. Aut facere affectionem, secundum has opiniones, est finis huius scientiæ: aut affectio facta non ab hac scientia, sed à Deo. Non potest dici primum, quia sequeretur, quod affectio esset principale subiectum huius scientiæ, & non Deus; sicut domus est obiectum artis domificatiuæ, quia eius finis est facere domum, & frænum est obiectum frænofactiuæ, quia eius finis est facere frænum, & sic de omnibus alijs. Omnes enim scientiæ, vel artes, quarum principalis finis est facere aliquid, principale obiectum est factum, seu constitutum per factionem illam. Si dicatur ad hanc rationem, quod non affectio, sed Deus, secundum ꝙ à nobis dilectus, est obiectum istius scientiæ, sequitur idem, quod prius. Sicut enim, quia lapis, secundum quod coloratus, est obiectum visus, sequitur, quod color sit principale, & formale eius obiectum; sic pari ratione, si Deus secundum quod dilectus est obiectum huius scientiæ, formale eius obiectum, & principale erit dilectio. Et si dicatur secundo ad hanc rationem, quod Deus, secundum quod diligibilis, est obiectum huius scientiæ; hoc est primo cōtra illud, quod iam probatum est, scilicet, quod si aliqua affectio est finis huius scientiæ, quod illa non est habitualis, quæ correspondet Deo diligibili, sed actualis, quæ correspondet Deo dilecto. Hoc est etiam contra veritatem; quia ratio secundum quā Deus est diligibilis, est ratio boni; Deus autem est obiectum huius scientiæ, non solum secundum rationem bonitatis, sed etiā inquantum compræhendit sub se rationē sapientiæ, & potentiæ; & in quantum est Trinus, & vnus, &c. Quæ omnia, quamuis sint bona, & diligibilia, tamen importāt rationes distinctas à rōne boni, & diligibili.

Et præterea, sequeretur secundum hoc, ꝙ A consideratio Metaphysica, quæ est de Deo, simpliciter esset prior, & eminentior, quàm consideratio Theologica. Quia sicut in potentijs, vt Doctores dicunt communiter; tanto potentia est prior, & eminentior, quāto eius obiectum est simplicius, & communius, sicut in habitibus. Vnde consideratio Metaphysica, quæ ē de ente simpliciter, est eminentior, & prior, quàm consideratio Philosophiæ naturalis, quæ est de ente, secundum quod mobile. Hæc etiam scientia subalternaretur Theologię, q̄ est pars Metaphysicæ, vt de se patet. Nec potest dici secundum membrum, scilicet, quod affectio facta non ab hac scientia, sed à Deo, sit vltimus finis huius scientiæ. Quod patet multipliciter. Primo, quia hoc in præcedenti ratione, scilicet, secunda principali, improbatum est. Secundo, quia si affectio nullo B modo est à nobis, sed à Deo. Ergo scientia ista attingit affectionem tantum actu elicito, & per consequens, est solum speculatiua, vt supra probatum est. Tertio, quia dicit Glossa super illo verbo Matthæi c. 1. [Abraham genuit Isaac, &c.] Fides genuit spem, spes genuit charitatem. Ergo doctrina fidei aliquam causalitatem habet respectu charitatis; vnde dicitur notitia diuinorum notitia spirans amorem: quod etiam patet ex hoc, quia etiam notitia rei naturalis quādā causalitatem habet respectu amoris naturalis, cum nihil diligatur, nisi cognitum. Quarto, quia videtur esse implicatio contradictionis; nulla enim operatio est finis alicuius scientiæ, nisi respectu cuius sciētia aliquam causalitatem habet, vt patet per omnes scientias discurrendo.

Quarta improbatio.

Quarta ratio principalis est, per quam C distinguitur fundamentum vtriusq; prædictæ positionis. Ad cuius rationis euidentiā tria præintelligenda sunt.

Primo.

Primum est, quod nos possumus loqui de fine huius scientiæ dupliciter, scilicet, vel de fine, quem debet intendere habens eam, & talis finis totius huius scientiæ secundum se totam est dilectio Dei; habens enim istā scientiam, totam debet ad Dei dilectionem ordinare, & vniuersaliter omnem aliam scientiam, vt domificatiuam, frænofactiuam, &c. & vniuersalius ad hunc finem omnes actus humani ordinari debent; & quia hic finis competit huic scientię solum ratione habentis, idcircò competit ei solum per accidens, vt supra declaratum est. Alio modo possumus loqui de fine huius scientiæ, qui competit ei per se, & sic huius sciētiæ secundum se totam vltimus finis non est D dilectio Dei, vt infra probabitur.

Secundo.

Secundo, est intelligendum, quod illius scientię vltimus finis est sola speculatio, cuius obiectum est attingibile à scientia solo actu speculationis; & ē cōtra illius scientiæ finis est alius, quàm speculatio, cuius obiectum

ctum

ctum est aliquis actus humanus, vt cithari-zatio, citharisficæ, vel aliquid attingibile à scientia alio actu, quàm speculatione, vt domus domificatiuæ, quæ à domificatiua attingitur actu intellectionis, & domificationis: cum autem finis per se scientię competat ratione obiecti, vt supra declaratum est, si actus humanus, nec esset obiectum scientiæ, nec eo obiectum scientiæ attingeretur, totaliter per accidens se haberet ad ipsam scientiam.

Tertio. Tertio intelligendum est. Quod in genere loquendo, tria cadunt sub cõsideratione huius scientiæ. Primo, actus humani virtuosi, vel vitiosi. Secundo, aliquid attingibile à nobis alio actu, quàm actu speculationis, idest actu dilectionis, vt Deus secundum quod diligibilis, seu dilectus, & Deus secundum quod bonus, vel secundũ quod noster glorificator, &c. Aliquid tertio, consideratur in hac doctrina, quod est à nobis attingibile tantum actu speculationis, vt Deus secundum quod Trinus, & Vnus, &c. Et hæc consideratio est magis principalis in hac doctrina, quàm aliæ duę, vt infra declarabitur.

His suppositis arguatur sic. Illius scientię, secundum se totã, finis non est alius actus à speculatione, cuius, secundum aliquam partem principalem sui, obiectum est aliquid attingibile à nobis solo actu speculationis. Ista patet per secundam suppositionem. Sed hæc doctrina est huiusmodi, vt patet per tertiam suppositionem. Ergo hęc doctrina secundum se totam non ordinatur, vt ad finem ad Dei dilectionem, loquẽdo de fine, qui conuenit ei per se; quamuis habens eam debeat totam ad Dei dilectionem ordinare, qui finis per accidens se habet ad hanc scientiam, vt in prima suppositione declaratum est.

§

Alia opinio. ¶ Alia opinio est, quod ista scientia est simpliciter, vel principaliter practica. Hæc autem probatur per quasdam rationes, quæ omnes reduci possunt ad quatuor argumẽta vltimo facta in obijciendo.

Improbatio. Prima ¶ Sed hæc opinio improbari potest tripliciter. Primo sic. Scientia, cuius obiectum principale est tantum speculabile à nobis, & nõ operabile, est principalius speculatiua, quàm practica; quia à subiecto est primordialis, & radicalis denominatio sciẽtiæ speculatiuæ, & practicæ, vt supra probatum est. Sed Deus, qui est principale subiectum huius scientię, est tantum à nobis speculabilis, & non operabilis. Ergo &c.

Secunda. Præterea. Scientia, cuius principalis speculatio ex se non est ordinabilis ad opus aliquod, est principalius speculatiua, quàm practica, sicut patet per ea, quæ probata sunt de distinctione scientiæ speculatiuæ à practica. Sed principalis speculatio huius A doctrinæ ex se non est ad aliquod opus ordinabilis, sicut est speculatio de Deo, quod est Vnus, & Trinus, de Angelis, & similibus, quamuis speculatio aliqua secundaria huius doctrinæ sit ordinabilis ad opus, sicut speculatio, quæ est de actibus humanis virtuosis, & vitiosis, quæ est secundaria respectu primę speculationis, sicut subiectum eius, & secundario subiectum huius scientiæ respectu subiecti primæ speculationis, quod est Deus. Ergo ista scientia est principalius speculatiua, quàm practica.

Tertia. Præterea. Dignissima scientiarum non est scientia practica totaliter, seu principaliter. Sed hæc est dignissima omnium scientiarũ. Ergo &c. Minor ab omnibus conceditur. Maior probatur. Primo per auctoritatẽ Philosophi in prologo Metaph dicentis, quod scientia speculatiua est dignior, B quàm practica; per quod etiam probat, ꝙ Metaphysica est scientia speculatiua, & non practica. Secundo per rationem triplicem.

Eadẽ maior probatur triplici rõne. Probatio Quarum prima talis est. Scientia, cuius speculatio est nobilior, ipsa per consequens est nobilior; actus enim & habitus quantũ ad nobilitatem sibi inuicem correspondent. Sed speculatio scientię speculatiuę est nobilior, quàm speculatio scientiæ practicæ. Ergo &c. Probatio minoris. Illud, quod non est propter aliud, sicut propter finem, est nobilius eo, quod est propter aliud, sicut propter finem, sicut patet de Deo, & creatura; finis enim potior est his, quæ sunt ad finem. Sed speculatio scientiæ speculatiuę non est propter aliud, sicut propter finem, sed propter seipsam. Appetimus enim scire, quod est secundum scientias speculatiuas, C propter ipsum scire, & non propter aliquid aliud, propter quod Philosophus dicit in 1. Metaph. quod scientia speculatiua est gratia sui, quod maximè potest intelligi de actu ipsius scientiæ, quamuis etiam posset intelligi de habitu aliqualiter, vt supra expositum est. Et è contra speculatio scientiæ practicæ est propter operationem, sicut propter finem, vt Philosophus dicit ibidẽ. Ergo &c.

Secunda. Præterea. Quando aliquid est altero secundum genus suum perfectius, quanto magis fuerit ab illo altero abstractum, tanto debet in genere suo iudicari perfectius, sicut forma tanto est perfectior, quanto est magis abstracta à materia, & actus à potẽtia; sicut patet de substantijs separatis respectu animarum humanarum, & aliarum formarum naturalium. Sed speculatio, quæ D est actus intellectus, est nobilior actus, quã alia operatio, maximè exterior. Ergo speculatio scientiæ speculatiuæ, quæ est abstracta totaliter à tali operatione, vtpotè ex se non ordinabilis ad eã, est nobilior, quã speculatio sciẽtiæ practicę, quæ ex se ordinatur ad

ad opus, & sic idem, quod prius,

Tertia. Prӕterea. Sicut in potentijs, vt supra declaratum est, quãto obiectum alicuius potentiæ est simplicius, tanto potentia est dignior, & eminentior: sic & in habitibus. Sed obiectum scientiæ speculatiuę, quod est ens, vel vnum simpliciter, vel contractum ad aliquod determinatum genus entis, est simplicius, quàm obiectum scientię practicæ, quod addit supra rationem entis, rationem conuenientis, seu disconuenientis appetitui, vt communiter dicitur. Ergo &c. Et sic probata est tripliciter maior tertiæ rationis principalis; & per has tres rationes probatur, quod ista scientia non est practica, nec totaliter, nec principaliter, nec ex æquo, sicut est speculatiua.

Tertia opinio. ¶ Alia opinio est, quod hæc scientia est simpliciter speculatiua, & secundum quid practica, quia secundum hanc opinionem, finis huius scientiæ, vt practica est, est sicut propter finem eiusdem scientiæ, vt speculatiua est; dicunt enim isti, quod principalis finis Theologiæ est cognitio veritatis, quæ potest haberi de Deo in via; cum ista scientia sit de Deo, vt de principali subiecto; operatio autem secundum virtutem, quæ est finis eius, vt practica, consideratur in hac doctrina, ad hoc, quod intellectus sedatus à passionibus, & quietatus per ipsas virtutes, sit magis aptus ad speculandum in via diuina. Hæc autem opinio approbari posset specialiter per sextam rationem tactam in obijciendo.

Improbatio Prima. ¶ Nunc autem improbari potest ad præsens tripliciter. Primo sic. Actus humani sic considerantur in hac doctrina, vt præcipiuntur, seu prohibẽtur in ipsa. Sed non præcipiuntur, vt faciendi, vel vitandi propter speculationem viæ, sed magis, vt faciendi, vel vitandi propter Deum, sicut propter finem. Ergo & sic in ipsa considerantur. Maior per se patet; quia si actus humani considerantur in hac sciẽtia, vt à Deo præcepti, seu prohibiti, sic considerantur in ipsa, vt præcipit eos facere nos, seu vitare. Minor declaratur, quia actus humani, qui fierent propter solam speculationem viæ, sicut propter finem, non essent dicendi virtuosi, sed magis vitiosi, quia haberent pro fine aliquod creatum, quod esset peccare mortaliter; ratio enim peccati mortalis cõsistit in conuersione ad bonum commutabile, vt ad finem. Non ergo debemus adimplere diuina præcepta propter speculationẽ perfectiorem habendam in via, vel solum etiam propter mercedem, quam expectamus in patria, quæ est aperta Dei speculatio, & fruitio (de quo magis videtur) quia hoc est mercenariũ: sed magis debemus ipsa adimplere propter Deum solũ, vtpotè, quia à Deo præcepta, vel propter diuinam gloriam, & bonitatem, quæ in eis maximè relucet, vel quia per contrarium offenderetur diuina bonitas. Vnde Apostolus dicit 1. ad Corinth. 10. [Omnia in gloriam Dei facite.]

A

Secunda. Præterea ad principale. Speculatio huius doctrinæ, quæ est habitus acquisitus, conuenit solum paucis, scilicet, in ipsa studentibus. Actus autem virtutum, & vitiorum præcipiuntur, & prohibentur generaliter omnibus. Ergo inconuenienter dicitur, quod exercendi sunt propter speculationem huius scientiæ, aliàs deberent præcipi, & prohiberi solum in hac doctrina studentibus, alijs autem frustra præciperẽtur; Præcipiuntur autem omnibus etiam fide carentibus, qui peccant mortaliter, diuina præcepta transgrediendo, quãuis actus eorum si fide careãt, quantumcunq; sint virtuosi in genere, imperfecti iudicandi sint, non tamen mali, vel peccata.

Tertia. Præterea ad principale. Magis pertinet ad Theologum considerare moralia, quã ad Philosophum, quod patet ex duobus. Primo, quia moralia fidelium sunt eminẽtiora ex se. Secundo, quia ad perfectiorem finem ordinantur, scilicet, ad æternam beatitudinem. Sed Philosophus per se, & principaliter determinat de moralibus, faciens specialem doctrinam de eis. Ergo multo magis Theologus debet per se, & principaliter determinare de virtutibus, & vniuersaliter de tota morali materia, non solum propter speculationem perfectiorem habẽdam in via, vel etiam in patria. Apparet ergo ex reprobatione primæ, & secũdæ opinionis, quod necesse est dicere, istam doctrinam esse speculatiuam, vel practicam; & ex reprobatione tertiæ opinionis, quod impossibile est, quod ista doctrina sit totaliter, principaliter, vel ex æquo practica, sicut speculatiua; & ex reprobatione quartæ opinionis, quod inconueniens est dicere, quod sit solum secundũ quid, & secundario practica. Et hæc de tertio principali.

B

C

PVNCTVM IV.

Ponitur determinatio quæsiti.

QVANTVM autem ad Quartum principale, quid, scilicet, tenendum sit de veritate huius quęstionis. Tres conclusiones declarandæ sunt, & probandę. Prima est, quod hæc doctrina est speculatiua, & practica. Secunda, quod aliquo modo dicendum est, quod hæc doctrina est principaliter speculatiua, & principaliter practica, & aliquo modo, quod hæc doctrina est principaliter speculatiua, quàm practica. Tertia, quod non obstante, quod est speculatiua, & practica, est vna eo modo, quo quælibet aliarum scientiarum dicitur vna,

D

1. Conclusio. ¶ Prima conclusio prædictarum potest pro-

Probatur Primo. probari dupliciter. Primo sic. Illa doctrina, quæ est de aliquibus tãtum speculabilibus, & de aliquibus operabilibus propter se, & non solum propter speculationem eorum, quæ sunt tantum speculabilia, dicenda est esse speculatiua, & practica. Ista maior propositio patet ex supradictis. Sed hæc doctrina est huiusmodi; considerat enim quædã purè speculabilia, vt Deũ esse trinũ, & simplicẽ, actum purum, &c. cõsiderat ẽt per se quædã à nobis operabilia, vt actus humanos virtuosos, vel vitiosos, quos cõsiderat non propter speculationẽ eorum, quę sunt tantũ speculabilia in hac doctrina, vt supra ꝓbatũ est; consideratẽt Deũ, in quantũ est attingibilis à nobis, nõ solũ actu speculationis, sed ẽt actu dilectionis, vtpotè, ꝙ Deus ẽ summum bonum in se, noster Creator, Redẽptor, &c. ꝙ ẽt pertinet ad sciẽtiã practicam, vt supra declaratum est. Ergo hæc doctrina rõne primæ considerationis dicenda est simpliciter speculatiua, ratione autem secundæ, & tertiæ, dicenda est, esse simpliciter practica.

Secundo. Præterea. Et ad huius probationis intellectum, est sciendum, ꝙ aliquid est purè speculabile, ꝙ non est regula alicuius à nobis operabilis, vt triangulum habere tres angulos, & de tali per consequens est scientia solum speculatiua; quoddam aliud scibile est, quod est à nobis operabile, siue sit aliqua operatio nostra, vt citharizatio, vel actus virtutum, & vitiorum, siue sit aliquid à nobis constitutum per nostram operationem, seu in quãtum tale attingibile à nobis alio actu, quam actu speculationis, vt domus, &c. & de tali est scientia purè practica; quoddam tertium scibile est, quod secundum se, est à nobis tantum speculabile, sed cum hoc est regula omnium actionũ nostrarũ, vt Deus, qui est regula actuũ nostrorũ, præcipiendo, ꝓhibendo, & propter quẽ, sicut propter finẽ oẽs actus humani faciendi sunt, vel vitandi, & de tali scibili in quantũ est in se maximè speculabile, est scientia speculatiua: in quãtum autem est regula actuum nostrorum modis supradictis, est de eo sciẽtia practica, & de tali scibili est hæc scientia, ꝙ patet ex nominis Etymologia, dicitur .n. Theologia, idest sermo de Deo. Ergo hæc doctrina est scientia speculatiua, & practica.

Explicatur 2. Conclusio & probatur. ¶ Ad euidentiam autem secundæ conclusionis, sciendum est, ꝙ Theologia speculatiua potest cõparari ad seipsam, vt est practica, tripliciter, s. vel cõparando finẽ vnius ad finem alterius, vel subiectum ad subiectũ vel considerationem ad considerationem. Si comparetur finis vnius ad finem alterius, & loquamur de principalitate, quæ est secundum causam finalem, pro vt finis dicitur principalior his, quæ sunt ad finem, & scientia, quæ est de fine dicitur principalior ea, quæ est de his, quæ sunt ad finem, secũdum doctrinã Philosophi in princ. 1. Ethicorum, sic dicendum est, quod hęc doctrina est simpliciter, & principaliter speculatiua, & simpliciter, & principaliter practica, quia vt declaratum est in reprobatione quartæ opinionis. Operatio virtuosa, quæ est finis Theologiæ practicæ, vel non est sicut propter finem, propter speculationem, quæ est finis Theologiæ speculatiuæ, imò est propter Deum solum, sicut propter finẽ, & multo minus speculatio dicenda est esse ꝓpter operationẽ, vt declaratum est in reprobatione primæ, & secundæ opinionis.

A

Si autem comparetur vna ad aliam secũdum subiectum, sic dicendum est, ꝙ principalius est speculatiua, quã practica, quia principalius considerat de Deo secundum se, quam de humanis actibus; sicut enim Metaphysica principalius cõsiderat de substantia, quàm de accidente, quia substantia magis participat rationem entis, ꝙ est principale subiectum Metaphysicæ, quam accidens: sic & in proposito, cum Deus secundum quod est, quoddam ens in se perfectissimum, verius participet rationem subiecti huius scientiæ, quod Deus est, quam actus humani, qui sunt solum quædam diuina, sicut magis propriè dicitur ignis illud, quod est ignis, quam illud, quod est ignitũ tantum. Dicendum est, quod hæc doctrina principalius considerat de Deo, quam de humanis actibus.

B

Si autem comparetur consideratio vnius ad considerationẽ alterius, sic dicendũ est, quod principalior, & prior est consideratio Theologiæ speculatiuæ, quam practicæ, & hoc dupliciter, secundũ duplicem modum prioritatis. Primo siquidẽ quantũ ad dignitatem; sicut .n. Deus est aliquid dignius, & eminentius, quàm actus humani, sic, & cõsideratio, quæ est de Deo, quam illa, quæ est de actibus humanis, est dignior, & eminentior. Scientiæ .n. sm̃ Phil. in princ. 1. de Anima, dignitatẽ habẽt à suis subiectis. Secũdo, quantũ ad dependẽtiã vnius ab alia; actus .n. virtuosi à Deo dependent, quantũ ad suum esse, vt de se patet, vtpotè à Deo, sicut à prima causa existentes, & propter Deũ, sicut propter vltimũ finẽ faciẽdi: & quantum ad cognosci; prius .n. debemus habere notitiã de Deo, propter quẽ actus virtuosi faciendi sunt, quàm de ipsis actibus virtuosis, qui faciendi sunt propter Deum, quem ordinem tenet Magister in libris Sententiarum, & tenent communiter Doctores in Sũmis suis.

C

Apparet ergo, ꝙ hæc doctrina est principalius speculatiua, quàm practica, & cõparando subiectum ad subiectum; & quia consideratio vnius est dignior, & prior, quã consideratio alterius. Comparando tamen finem ad finem, est principaliter, & simpliciter speculatiua, & principaliter, & simpliciter practica.

D

¶ Quantum autem ad tertiam conclusionem est intelligendum; quod cum scien- Explicatur 3. Conclusio & probatur.

tia sit quidam habitus determinans potentiam intellectiuam respectu alicuius determinati obiecti. Sicut se habet potentia intellectiua ad obiectum suum sumptum secundum totum suum ambitum, sic & sciētia ad aliquod determinatum obiectū. Sed vnitas potentiæ intellectiuæ, & vniuersaliter omnis potentiæ, est ab vnitate obiecti sui. Ergo multo magis vnitas scientiæ sumenda est ab vnitate subiecti, & non ab vnitate finis; vna enim est scientia vnius generis subiecti, vt dicitur primo Posteriorum, quod patet per oppositum; quia dato, quod operatio virtuosa moralis esset propter solam speculationem Metaphysicæ, & sic esset vnus finis moralis Philosophiæ, & Metaphysicæ, adhuc tamen scientia moralis esset scientia distincta à Metaphysica, propter distinctionem subiecti vtriusque. Cum igitur huius doctrinæ sit vnum subiectum, scilicet Deus, sub cuius ratione comprehenduntur omnia, de quibus determinatur in hac doctrina; dicendum est, quod hæc doctrina est vna eo modo, quo quælibet aliarum scientiarum, non obstante, quod alius finis videtur esse eius, vt est speculatiua, & alius vt est practica. Ea, quæ possent dici contra hanc determinationem, quasi omnia tacta sunt in obijciendo. Vnde patebit infra ad ea responsio. Et hæc de quarto principali, & de toto.

Probatur (margin, beside "tia ad aliquod determinatum obiectū")

A (margin)

B (margin)

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. Ad primum ergo factum in contrariū, per quod probabatur, quod hæc doctrina non est speculatiua, nec practica, sed affectiua. Dicendum, quod dato, quod finis vltimus totius huius scientiæ esset charitas, adhuc ista scientia non diceretur affectiua, sed magis practica, vt supra declaratum est. Vel potest dici, quod sicut supra declaratum est, quamuis vltimus finis Theologiæ practicæ sit dilectio Dei, seu alia aliqua actio hominis virtuosa; Theologiæ tamen speculatiuę vltimus finis est sola speculatio, & ad auctoritatem Apostoli dicendum, quod non tota ista doctrina stat in præceptis, sed solum quantum ad illā partem secundum quam est practica; intentio autem Augustini in auctoritate præallegata non est, quod habens charitatem, habeat totam doctrinam sacræ paginæ; hoc enim esset contra dictum suum 14. de Trinit. vbi dicit, quod hac scientia non pollent fideles plurimi, quamuis polleant ipsa fide; qui tamen fideles hac scientia non pollentes, charitatem habere possunt, & multi habent, vt experientia docet. Sed vult Augustinus dicere, quod habens charitatem, habet tantum de notitia huius doctrinæ, quantum ei sufficit ad salutem; charitas enim fidem necessario præsupponit, quæ est sola necessaria ad salutem.

C (margin)

D (margin)

AD II. Ad secundum, per ꝙ probabatur idem, potest responderi multipliciter. Primo per interemptionē minoris, dicēdo, ꝙ sapientia dicitur magis à sapere, quam à sapore, & interimendo etiam illam etymologiam, qua dicitur, quod sapientia idem est, quod sapida scientia. Vel dici potest, quod sapor, qui in sapientiæ nomine importatur, non pertinet ad affectum, sed magis ad intellectum; omnis enim potentia delectatur in obiecto suo, secundum illud Ecclesiastes 11. [Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem] & quia, vt Philosophus dicit in libris de Animalibus, Delectabilius est scire aliquid, etiam modicum de rebus altissimis, quamuis topica ratione, quàm de alijs rebus, etiam per demonstrationem; sapientia autem est de rebus altissimis, vt dicitur in 1. Metaph. idcircò sapor talis videtur magis esse de ratione sapientiæ, quàm scientiæ, quæ est de quibuscunq; rebus etiā minimis; hic autem sapor non videtur dicere actum aliquem intellectus, alium ab ipso intelligere, sed magis accidens eius quoddā commune, pro ut Philosophus dicit in Ethicis, quod delectatio perficit opus sicut decor iuuentutem. Vel dicendum tertio, quod, sicut supra probatum est, dato quod vltimus finis huius doctrinæ esset sapor prædictus, seu affectio, non propter hoc deberet dici hæc scientia affectiua.

AD III. Ad tertium, per quod probabatur idem. Dicendum, quod Gregorius loquitur de vita contemplatiua non secundum essentiā suam, sed magis in quātum est homini vtilis ad vitam æternam; speculatio autē, sine Dei dilectione magis inflat, quam ædificet, seu perducat hominem ad vitam æternam. Vnde dicendum, quod Gregorius loquitur de vita contemplatiua, quæ est cum deuotione Dei, & dilectione.

AD IV. Ad quartum, per ꝙ probabatur idem, potest responderi multipliciter. Primo dicendo, quod dilectio Dei, quæ habetur in via, est melior, quam Dei cognitio in ratione boni vtilis; est .n. vtilior ad promerendū vitam æternam, vt iam dictum est. Sed simpliciter loquēdo, Dei cognitio est nobilior actus, & eminentior, cum sit actus nobilioris potentiæ, vt alibi probatum est; nisi forte cognitio Dei, quæ habetur in via, dicatur actus ignobilior, quā dilectio, quia cognitio habet imperfectionem essentialiter annexam, dilectio autem solum quantum ad modum; videmus enim in hac vita Deum solū per speculum, & in ænigmate, vt Apostolus dicit 1. ad Corinthios 13. propter ꝙ communiter dicunt Doctores, & habetur ab Apostolo in præallegato capitulo, quod fides non manet in patria, sed charitas manet. Vel potest dici secundo ad idem, quod non omne melius habet rationem finis, sicut patet de Angelo, respectu hominis, vel de visu respectu auditus,

auditus, & sic de alijs. Vnde dato, quod dilectio Dei sit melior, quàm cognitio, non tamen oportet dicere, quod sit finis eius, & propter hoc Theologiæ speculatiuę finis vltimus est speculatio, & non Dei dilectio, vt supra declaratum est. Vel potest dici tertio, quod dato, quod affectio esset vltimus finis, non propter hoc, hæc scientia deberet dici affectiua, vt iam pluries dictũ est, & superius declaratum.

AD V. Ad quintum, per quod probabatur, ꝙ hæc scientia est contemplatiua. Dicendum, quod in illo argumento tria supponuntur, quæ improbata sunt supra, scilicet, quod speculatio totius huius doctrinæ ordinetur ad Dei dilectionem, & quod hæc ordinabilitas ponat istam scientiam extra genus scientiæ speculatiuæ, & practicæ, & quod sapor, qui in nomine sapientiæ importatur, ad aliam potentiam, quàm ad intellectum pertineat. Beatus autẽ Augustinus in auctoritate prædicta non distinguit à contemplatione speculationem, vt videbatur supponere argumentum, sed ab actione solum, vnde auctoritas in nullo videtur facere ad propositum. Vnde dicendum, quod secundum veritatem contemplatio, & speculatio synonyma sunt, propter quod hæc scientia potest dici contemplatiua, & speculatiua, secundum illud, quod dicitur ex persona Dei ad Ezechielem, [Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel,] (Ezech. 3.) & Beatus Petrus in 2. Canonica capitulo primo, de hac scientia loquens dicit [Non .n. doctas fabulas sequuti, notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem, & præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis; accipiens .n. &c.]. Vnde apparet, quod friuolum est valde facere vim in vocabulo, & dicere hanc doctrinam non esse speculatiuam, sed contemplatiuam solum, vt quidam dicunt.

AD VI. Ad sextum, per quod probabatur, quod non est simul speculatiua, & practica. Dicendum, quod vltimus finis huius doctrinæ simpliciter est vnus tantũ, scilicet, æterna beatitudo. Vel dicendum secundo, & melius, quod eiusdem secundum diuersas partes, non est inconueniens, esse duos fines, vt corporis humani secundum oculũ, finis est visio, secundum autem auditum, auditio, & sic de alijs; & per hunc modum, istius doctrinæ possunt esse duo fines secũdum duas principales eius partes, idest secundum, quod diuersa considerat: aliqua enim considerat, quæ sunt purè speculabilia, aliqua autem, quæ sunt à nobis operabilia, vt supra declaratum est.

AD VII. Ad septimum, per quod probabatur idẽ. Dicendum, quod scientia, secundum quod dicit habitum vnius conclusionis demonstratæ, est vna vnitate numerali simpliciter, sed secundum quod scientia dicitur totalis quædam notitia alicuius vnius subiecti, A vt scientia naturalis, quæ est de ente mobili, & sic de alijs scientijs, non videtur esse vna numero simpliciter, cuius ratio posset esse, quia in scientia naturali, & similiter in alijs sunt multæ conclusiones demonstratæ per multas demonstrationes, quarum per consequens sunt multæ scientiæ, quia cuiuslibet conclusionis demonstratæ est scientia; multæ autem scientiæ remanentes distinctæ, non faciunt vnam scientiam numero: in nullo enim genere multa remanentia distincta, faciunt vnum in illo genere; dicitur tamen scientia naturalis, vel Geometria, & sic de alijs, esse vna vnitate aggregationis, & analogiæ, seu attributionis, quia omnia, quæ considerãt, habẽt attributionem ad vnum principale subiectum, sub cuius ratione comprehenduntur aliqualiter omnia, quę considerat, B & talis vnitas est in hac scientia, cuius est vnum principale subiectum, quod est Deus, vt supra declaratum est.

AD VIII. Ad octauum, per quod probabatur, ꝙ est solum speculatiua. Dicendum, quod ista scientia dicitur esse dignissima omniũ scientiarum, vt Doctores exponunt, quia secundum quod speculatiua, est dignior omnibus speculatiuis, & secundum quod practica, est dignior omnibus practicis: comparatio enim est inter ea, quę sunt eiusdem generis. Vel potest dici, quod quamuis scientia speculatiua ex genere sit nobilior, quam practica, nihil tamen prohibet, aliquam practicam esse digniorem multis speculatiuis, sicut actus fortitudinis ex genere non est nobilior actu iustitię, sicut & virtus virtute; aliquis tamen actus perfectissimus fortitudinis, vt sustinere C martyrium, est perfectior multis iustitiæ actibus.

AD IX. Ad nonum, per quod probabatur idem. Dicendum, quod ad scientiam moralem pertinet considerare de potentijs animae solum secundario, & per accidens, scilicet, propter considerationem virtutum, quarum potentię animę sunt subiecta. Sed Theologus per se, secundum aliquem modum, principaliter considerat de humanis actibus, non propter solam speculationem principaliter, scilicet, speculabilium, vt supra expositum est. Vnde non est simile, quod introducitur pro simili; quamuis etiam Deus secundum se sit solum à nobis speculabilis, & non operabilis: secundum tamen, quod est subiectum huius doctrinae, est sub se comprehendens actus humanos, de quibus considerat D Theologia practica, vt supra expositum est.

AD X. Ad decimum, per quod probabatur, ꝙ est solum practica. Dicendum, ꝙ quamuis operatio virtuosa, ordine naturæ, & aliquãdo temporis, sequatur Dei dilectionem, & cogni-

cognitionem, non tamen habet rationem finis respectu eorum; non enim tota speculatio huius doctrinæ est propter Dei dilectionem, vel propter aliam virtuosam operationem, vt supra expositum est, quia, vt supra dictum est, non omne vltimum habet rationem finis, & quia tunc tota scientia dicitur practica, quando totius finis est aliquid à nobis operabile, vt supra dictum est, ista scientia non debet dici secundum se totam practica.

AD XI. Ad vndecimum, per quod probabatur idem. Dicendum, quod lex idem est, quod regula, sicut autem sunt regulæ agendorum à nobis, sic & credendorum, & quia in tota scriptura noui, & veteris testamenti vtræq; regulæ continentur, idcirco tota in legem nouã, & veterem diuiditur, & regulæ tamen credendorum ad scientiam speculatiuam, & non ad practicam pertinent. Vnde non oportet dicere, quod quia hæc doctrina secundum se totam est lex, secundum se totam sit scientia practica.

AD XII. Ad duodecimum, per quod probabatur, quod est principalius practica, quàm speculatiua. Dicendum, quod vterq; finis huius doctrinæ, scilicet, tam speculatio, quam operatio, est finis principalis huius sciẽtiæ, nec vnus est principalior alio, loquendo de principalitate, quæ est secundum causam finalem, quia vnus non habet rationẽ finis respectu alterius, vt supra declaratum est. Et ad probationem factam in contrarium. Dicendum, quod non omne vltimum habet rationem finis, vt supra expositum est, C quamuis è conuerso omnis finis habeat rationem vltimi; Philosophus autem in prologo Ethicorum, loquitur de fine scientiæ practicæ subalternantis, qui est vltimior, & principalior fine scientiæ subalternatæ, vt patet per exemplum, quod ponit ibidem de Politica, Militari, & Frænofactiua. Vnde auctoritas in nullo est contra propositum.

A

Ad tertiumdecimum, per quod probabatur idem. Dicendum, quod nec operatio virtuosa sine fide, nec fides sine operatione virtuosa potest hominem introducere in beatitudinem; sine enim fide impossibile est placere Deo, vt dicitur ad Hebræos 11. Dicitur tamen operatio virtuosa immediatius se habere ad beatitudinem, quam Dei cognitio, quia ordine naturæ sequitur Dei cognitionem; ex quo tamen concludi non potest, quod sit finis principalior huius scientiæ, quam Dei cognitio, vt supra expositum est. AD XIII.

B

Ad vltimum, per quod probabatur idẽ. Dicendum, quod sicut expositum est, quãuis habentis hanc scientiam finis esse debeat non sola fides, sed operatio virtuosa, tamen Theologię speculatiuę secũdum se vltimus finis est sola speculatio eorum, quæ sunt fidei: Theologiæ autem practicę finis, est fides cum operibus, idest speculatio, & operatio virtuosa, & quia prima speculatio huius doctrinæ est principalior, quàm secunda, vt supra declaratum est, idcirco hæc doctrina est principalius speculatiua, quàm practica, modo supra exposito. AD XIV.

QVAESTIO XX.

Vtrum Deus sit subiectum Theologię, sub ratione absoluta, qua Deus, vel sub ratione aliqua speciali, vtpotè sub ratione, qua restaurator, vel glorificator, &c.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod Deus nõ sit subiectum huius scientiæ multipliciter. Primo sic, causa efficiens, & materia non coincidunt in idem numero, vt dicitur 2. Physic. t. 70. Sed subiectum scientiæ videtur esse idem, quod eius materia, vel simpliciter, vel sicut minus commune cum magis communi; omne .n. subiectum scientiæ po- D test dici aliqualiter eius materia, licet non e conuerso, vt communiter dicitur. Deus autem est causa efficiens huius scientiæ cũ habeatur per diuinam inspirationem, & reuelationem. Ergo &c.

II. PRÆT. Finis, & materia non coincidunt in idem numero. Sed Deus est finis huius scientiæ; cum tota ad Deum perfectè habendum in patria, vt ad finem vltimum ordinetur, secundum illud Ioan. 20. Hæc autem scripta sunt, vt credatis, & v: cre-

credentes vitam habeatis. Ergo idem, quod prius.

III. PRÆT. Nulla ſcientia probat de ſuo ſubiecto quia eſt, ſed hoc ſupponit, vt docet Philoſophus primo Poſteriorum. Sed in hac ſcientia probatur Deum eſſe, & auctoritate Exodi 3. [Ego ſum, qui ſum] & ratione. Ergo idem, quod prius.

IV. PRÆT. Idem ſubiectum non poteſt ad diuerſas ſcientias pertinere; ſecantur .n. ſcientiæ quemadmodum, & res, vt dicitur 3. de Anima tex. 38. Sed Deus eſt ſubiectum, ſeu obiectum ſcientiæ Beatorum, & ſcientiæ, quam Deus habet de ſeipſo. Ergo idem, quod prius.

V. PRÆT. Scientię vniuerſaliſſimæ debet eſſe ſubiectum vniuerſaliſſimum, cum habitus, & obiectum debeant ſibi mutuo correſpondere, maximè quantum ad vniuerſalitatem, & particularitatē. Sed Theologia eſt ſcientia vniuerſaliſſima, tractat .n. de Deo, de Angelis, & alijs creaturis corporalibus, de moribus hominum, &c. ſubiectum autem vniuerſaliſſimum reſpectu omnium iſtorum nō videtur eſſe Deus, ſed magis ens diuinum cognoſcibile, per reuelationem, quia ſub ſe omnia prædicta comprehendit. Ergo hoc eſt ſubiectum huius ſcientiæ, & non Deus.

VI. PRÆT. Sub communi ratione Dei videntur omnia per ſe comprehendi; cum omnia alia habeant attributionem aliqualē ad ipſum, ſaltem ſicut ad principium, & finem. Sed non omnia conſiderat iſta doctrina, ſed ſolum illa, quibus fides ſaluberrima, quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur, vt Auguſtinus dicit 14. de Trinitate cap. 1. Omnia autem, quæ attributionem habere poſſunt ad ſubiectum alicuius ſcientiæ, debet conſiderare illa ſciētia. Ergo Deus non eſt ſubiectum huius ſcientiæ.

VII. PRÆT. Omnis ſcientia debet conſiderare partes, & paſſiones ſui ſubiecti, vt dicitur 1. Poſteriorum. Sed Deus non habet partes, & paſſiones. Ergo idem, quod prius.

VIII. PRÆT. Videtur, quod Deus ſub ratione aliqua ſpeciali ſit ſubiectum, & non ſub ratione abſoluta, qua Deus. Probatur multipliciter. Primo ſic. Infinitum ſub ratione infiniti non poteſt eſſe ſubiectū ſcientiæ finitæ, quia, vt iam dictum eſt, habitus, & obiectum debent ſibi mutuo correſpondere. Sed Deus ſub ratione abſoluta, qua Deus, dicit aliquid infinitum; Theologia autem eſt ſcientia finita. Ergo &c.

IX. PRÆT. Poſitio, ad quam ſequitur impoſſibile, eſt impoſſibilis. Sed ſi Theologia eſt de Deo, ſecundum quod Deus; ſequitur quod idem habitus ſit ſcientificus, & creditiuus, quod ad præſens ſupponatur eſſe impoſſibile, nec aliquis hoc negat. Ergo prædicta poſitio eſt impoſſibilis. Probatio minoris. Quædam conueniunt Deo ſe-

A cundum quod Deus, quæ demonſtratiuè probari poſſunt, vt Deum eſſe, eſſe vnum, actum purum, &c. Quędam autem ei conueniunt, quæ ſola fide tenentur, vt Deum eſſe Trinum, Incarnatum, &c. Eorum ergo, quæ Deo conueniunt, quædam ſunt ſcita, ſiuè ſcibilia, & quædam tantum credita. Sed habitus diſtinguuntur per obiecta, & per conſequens vnum obiectum uni habitui correſpondet. Ergo idem habitus eſt fides, & ſcientia.

Pro Parte Oppoſita.

SED CONTRA. Illud eſt ſubiectum in ſcientia, de quo eſt ſermo in ſcientia. Sed Theologia dicitur quaſi ſermo de Deo. Ergo &c.

B *Reſponſio ad Quæſtionem.*

RESPONDEO. In hac quæſtione ſic procedendum eſt. Primo, propter euidentiam tituli quæſtionis videndum eſt, quid propriè eſt ſubiectum alicuius ſcientiæ. Secundo, narrandæ ſunt quædam opiniones, quæ ſunt circa hanc quæſtionem, & improbandæ. Tertio, ex ipſarum improbatione per modum corrolarij, concludetur quid tenendum ſit pro veritate de iſta quæſtione.

PVNCTVM I.

Quid proprie ſit ſubiectum alicuius ſcientiæ.

C QVANTVM ad Primum ſciendum eſt, quod hic non loquimur de ſubiecto, in quo eſt habitus ſcientiæ, quia hoc eſt intellectus poſſibilis, nec de hoc aliquis dubitat. Sed loquimur de ſubiecto de quo, ſeu circa quod eſt ſciētia, quod aliquo nomine dicitur obiectum ſcientiæ, quod in hoc differt à materia ſcientiæ, quia materia ſcientiæ dici poteſt, quicquid cadit qualitercunq; ſub conſideratione ſciētiæ. Subiectum autem, ſeu obiectum ſciētiæ, eſt illud de quo per ſe primo, & principaliter conſiderat ſcientia, nec in hoc eſt aliqua diſcordia inter Doctores, ſed in hoc concordant omnes, ſed in modo hoc declarandi, & probandi differunt.

¶ Quidam enim dicunt, quod ſubiectū & materia ſcientiæ dicuntur ad ſimilitudinem ſubiecti, & materiæ rerum naturaliū, quod ſic declarant. In rebus ſiquidem na- *Quorundam declaratio.*

D turalibus materia dicitur illud, ꝙ eſt pura potentia, quod ſcilicet eſt in potentia ad duplicem actum, ſcilicet formæ ſubſtantialis, & formæ accidentalis; ſubiectum autem dicitur in naturalibus, quod non eſt pura potentia, ſed eſt compoſitum ex pura potentia-

tentia, & ex actu, seu forma substantiali, quod tamen est in potentia ad formam accidentalem.

Probatio. Vlterius dicunt, quod scientia habet duplicem actualitatem, scilicet substantialem ab obiecto; quod probant per hoc; quia scientia specificationem, & vnitatem, & distinctionem habet ab obiecto suo; vnumquodq; autem prædicta tria habet ab eo, à quo habet actum suum substantialem; & actualitatem accidentalem à lumine. Quod enim scientia aliquam actualitatem habeat à lumine intellectus agentis. Probant per hoc; quod nullum obiectum cognosci potest ab intellectu, nisi in lumine intellectus agentis, à lumine per consequés aliquam actualitatem recipiens, secundum quod potest mouere intellectum possibilé. Si ergo lumen dat actualitaté obiecto, obiectum autem dat actualitatem scientiæ: ergo etiam lumen dat aliquam actualitatem scientiæ. Quod autem actualitas, quá scientia habet à lumine, sit accidentalis respectu eius, quam habet ab obiecto, probant per illud, quod iam dictum est: quia .s. scientia vnitatem, distinctionem, & specificationé habet ab obiecto suo, & non à lumine, secundum hoc ergo illud, de quo principaliter considerat scientia, quod est obiectum scientiæ, est includens actualitatem scientię, cum det eam sibi, & nihil potest dare alteri, quod non habet; est tamen in potentia ad actualitatem accidentalem, quam habet à lumine, cùm mouere non possit intellectú possibilem, nisi illustratum à lumine intellectus agentis; materia autem scientiæ, seu illud, de quo secundario considerat scientia, est in potentia ad vtramque actualitatem; substantialem siquidem prædictam (cum non consideretur secundum se in scientia, sed sub ratione principalis obiecti, ad quod aliquam attributionem habet) & accidentalem, cum etiam cognosci non possit, nisi in virtute luminis intellectus agentis, & sic secundum istos subiectum, & materia sciétiæ dicuntur ad similitudinem subiecti, & materiæ rerum naturalium.

Improbatio dictæ declarationis. Prima. Sed ista positio potest improbari tripliciter, quantum ad præsens. Primo sic. Illud quod est in potentia ad aliqué actum accidentalem, quem tandem recipit, est subiectum respectu illius actus accidentalis, & non respectu eius, cui dat actum aliquem substantialem; subiectum enim distinguitur ab agente; vnde non dicitur subiectum aliquid eius, cui dat actum aliquem substátialem, sed dicitur subiectum actus accidétalis, quem recipit. Sed obiectum scientiæ recipit actum accidentalem à lumine, vt dicunt isti, dat autem actum substantialem scientiæ. Ergo secundum istam declarationem, & deductionem obiectum scientiæ non dicetur subiectum scientiæ, quod principaliter quæritur, & inuestigari debet, sed

A potius dicetur subiectú luminis intellectus agentis, quod non est ad propositum, & similiter materia non dicetur materia scientiæ, sed obiecti, & luminis intellectus agentis. Ergo secundum hanc declarationem nihil haberetur, quod sit ad propositum.

Præterea secundo. Illud, quod recipit vtramq; actualitatem substantialem, & accidentalem, debet dici materia respectu vtriusq; actualitatis, vt etiam ipsi dicút. Sed scientia secundum eos recipit actualitatem substantialem ab obiecto, & accidentalem à lumine. Ergo secundum istam declarationem scientia dicetur materia respectu vtriusq; scilicet obiecti, & luminis, quod est absurdum dicere. Secundo.

Præterea tertio. Quando aliqua duo se habent, vt principale agens, & instrumentum respectu alicuius passi, aut idem numero in illo passo ab vtroq; causatur, vt quando aliquis effectus, secundum se totum ab vtroq; agente causatur, aut actus qui causatur ab instrumento, est accidentalis respectu illius, qui causatur à principali agente, vt quando per instrumétum materia dispo- nitur dispositione accidentali, & [illegible] agens principale forma substátialis introducitur. Sed obiectum, & lumen intellectus agentis necesse est dicere, secundum hanc positionem, vt probabo, quod se habeant respectu scientiæ, vt instrumentum, & principale agens. Ergo aut est eadem actualitas, quam habet ab vtroq; scientia, aut actualitas, quá habet scientia ab obiecto, est ei accidentalis respectu eius, quam habet à lumine, cuius tamen contrarium dicit ista positio. Probatio minoris. Obiectum secundum istam positionem recipit actualitatem à lumine, & constat, quod non secundum, quod est aliquid extra cognoscentem. Sed solum secundum quod repræsentatur ei in phantasmate. Sed secundum hanc positionem idem obiectum est, quod dat actualitatem scientiæ, & quod recipit actualitatem à lumine. Ergo obiectum, vt repræsentatur in phantasmate dat actualitatem scientiæ: sed obiectum sic acceptum se habet ad intellectum agentem, vt instrumentum ad principale agens; secundum enim Commétatorem in tertio de Anima. Phantasmata se habent ad intellectum agentem, vt instrumenta ad principale agens. Ergo &c. Falsum est ergo, quod dicit ista positio, quod scilicet actualitas, quam scientia habet ab obiecto, est substantialis, & illa, quam habet à lumine est accidentalis. Tertio. B IV C V.I. VII.

Solutio obiectionis contrarię. Nec obstat illud, quod adducebatur ad hoc probandú: quia scientia habet ab obiecto vnitatem distinctionem, & specificationé, & non à lumine, quia non solú est essentiale rei, illud à quo habet prædicta tria, vt est de differentia substantiali respectu speciei, sed etiam illud à quo prædicta tria non habet, quod scilicet tali rei, & multis alijs D

rebus

rebus est commune, vt est genus; non enim est minus essentiale speciei genus, quàm differentiæ. Apparet ergo prædictam declarationem esse incongruam, quantum ad tria, quæ ponit: s. quantum ad illud, quod dicit, de subiecto scientiæ, & quantum ad aliud, quod ponit de materia scientiæ, & quantum ad tertium, quod ponit de duplici actualitate scientiæ substantiali, & accidentali. Vnde prædicta declaratione dimissa tanquam incongrua.

Declaratio alia de mēte Auctoris.

¶ Dicendum est, quod subiectum sciētiæ dicitur ad similitudinē obiecti alicuius potentiæ, vt communiter dicitur. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod habitus omnis nihil aliud est, quā dispositio quædā habilitans, & determinans potentiam ad determinatum obiectum. Vnde sicut se habet potentia ad suum obiectum sumptū, secundum totum suum ambitum, sic se habet scientia omnis, quæ quidam habitus est, ad determinatum obiectum, quod s. est pars subiectiua totius obiecti potentiæ. Sed obiectum potentiæ est illud, sub cuius ratione omnia referuntur ad illam potētiā, & ad quod principaliter fertur actus illius potentiæ. Ergo & similiter erit de obiecto alicuius scientiæ respectu ipsius; hoc autem determinatum obiectum, scientiæ dicitur eius subiectum, non ad similitudinem subiecti, quod est in naturalibus, vt dicebat prima opinio: sed magis ad similitudinem subiecti, quod est in propositionibus; subiectum enim propositionis dicitur illud, de quo aliquid aliud in propositione prædicatur; & quia de subiecto scientiæ, in scientia passiones probantur, propter quod subiectū scientiæ est subiectum conclusionis, & alterius præmissarum in demonstratione, per quam habitus sciētialis acquiritur; idcircò obiectum scientiæ dicitur eius subiectum, non quidem ex hoc, quod subijcitur lumini intellectus agentis, vt dicebat prima opinio, sed ex hoc, quod prædicatum ei inest tanquam subiecto.

Auctoris alia declaratio.

Vel potest dici alter, & melius. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod quamuis secundum rem, vt iam dictum est, subiectū scientiæ sit intellectus possibilis, tamen secundum nostrum modum intelligendi, est res intellecta. Quod apparet dupliciter.

Probatio prima.

Primo siquidem, quia ex actionibus trāseuntibus in exteriorem materiam, tanquā ex nobis magis notis, oportet quod intelligamus actiones manentes in agente, tanquā minus notas nobis. Res autem ad quam terminatur actio transiens est actionis subiectum, sm̄ illud, ꝙ dicitur in lib. 6. Princ. cap. 1. actio est, secundum quam in id, ꝙ subijcitur, agere dicimur, &c. Ergo & res intellecta, secundum quod huiusmodi cum ad ipsam, secundum quod huiusmodi secundum nostrum modum intelligendi, actus intelligendi intelligatur terminari po-

A terit dici, secūdum nostum modum intelligendi, subiectum actus prædicti, & per consequens habitus.

Secunda.

Secundo, hoc apparet ex modo significandi, qui sequitur modum intelligendi; sicut enim dicimus aerem illuminatum, & aquam calefactam passiuè, sic & rem intellectam; aer autem, & aqua, sunt subiectū illuminationis, & calefactionis. Ergo & res intellecta, secundum quod huiusmodi, secundum nostrum modum intelligendi, est subiectum actus intelligendi. Sicut ergo in naturalibus dicitur subiectum, quod includit aliquam formam, secundum quam actui accidentali subijcitur, sic & in scientia illud dicitur subiectum sciētiæ, quod includit aliquam rōnem formalem, sm̄ quā subijcitur considerationi sciētiæ, sm̄ nostrum modum intelligendi: & sicut in naturalibus dicitur materia, illud, quod nullam formā

B includit; propter quod si debeat subijci accidenti, oportet, quod prius informetur forma, secundum quam subiectum subijcitur accidenti, sic & materia scientiæ debet dici illud, quod nullam formalem rationem includit, secundum quam, secundum nostrum modum intelligendi, possit subijci considerationi scientiæ, sed oportet, quod aliqualiter comprehendatur, sub formali ratione subiecti scientiæ, ad hoc, ꝙ subijciatur considerationi scientiæ.

Patet ergo, ꝙ illud est subiectū sciētię, ꝙ principaliter consideratur in scientia, sub cuius per consequens ratione comprehenduntur omnia, quæ cadunt sub consideratione scientiæ, & quia sic est etiam de obiecto potentiæ respectu ipsius potentiæ; idcirco verum est illud dictum commune, sicut se habet potentia ad obiectum, sic se habet

C scientia ad subiectum.

Obiectio cōtra prædictā doctrinam.

Verumtamen hoc dictum Quidam sic improbant. Obiectum potentiæ cognoscitiuæ, est primo cognitum à potentia; Subiectum autem scientiæ non est illud, ꝙ scitur per scientiam, vt probant. Ergo non est eadem comparatio obiecti ad potentiam, & subiecti ad scientiam. Minorem probant per hoc, quod scientia est habitus conclusionis demonstratæ, vt dicitur primo Posteriorum. Ipsa ergo conclusio demonstrata, est illud, quod per demonstrationem scitur, & non subiectum scientiæ, ꝙ est aliquid incomplexum.

Sed ad hoc dicendum est, quod nomen scientiæ aliquando significat habitū, vnius conclusionis demonstratæ, & de subiecto tali scientiæ procedit argumentum, nec de hoc loquimur ad præsens; aliquando signi-

D ficat totalem aliquam notitiam alicuius subiecti, quantum ad omnes partes suas, & passiones, quæ sub se comprehendit per consequens multas demonstrationes, diuisiones, diffinitiones, exempla, &c. Sicut dicitur scientia naturalis, vel Geometria, &c.

& talis

& talis scientiæ subiectum est illud, quod principaliter scitur in scientia: nec aliquid aliud in ipsa scitur nisi in quantum habet ad hoc aliquam attributionem, quia .s. est eius pars, vel passio, vel aliquid tale, & de tali sciẽtiæ subiecto ad præsens loquimur, nec contra hoc procedit argumentum. Et hæc de primo principali.

PVNCTVM II.

Recensentur opiniones circa quæsitum principale.

QVANTVM ad secundum principale, sciendum est, quod circa hanc quæstionem sunt tres opiniones in genere, quas non credo esse veras.

Prima opinio. Primus modus dicẽdi.

¶ Prima opinio est dicentium, subiectum huius sciẽtiæ esse Deum, cum aliquibus alijs, & Hi subdiuiduntur. Magister .n. Sententiarum in principio primi videtur dicere, quod subiectum huius sciẽtiæ sint res, & signa, quas res postea distinguit in ea, quibus fruendum est, quæ sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; & in ea, quibus vtẽdũ est, quæ sunt omnia creata, & in nos, & in Angelos sanctos, qui fruimur, & vtimur; & sic ponit subiectum huius scientiæ Deũ cum prædictis omnibus esse.

Secundus modus dicendi.

Hugo aũt de Sancto Victore videtur ponere, subiectum huius scientiæ esse Christum, & Sacramenta, sic dicens in principio libri sui de Sacramentis. [Quisquis ad diuinarum scripturarum lectionem erudiendus accedit, primum considerare debet, quæ sit earũ materia, circa quam versatur earum tractatio,] & subdit, quod seculariũ scientiarum materia, est mundus cum suis elementis; materia autẽ istius doctrinæ est Verbum humanatũ cum suis Sacramentis.

Tertius modus dicẽdi.

Cassiodorus autem super Psalterium videtur dicere, quod subiectum istius sciẽtiæ, est Christus totus, secundum quod sub se comprehendit caput, & membra, quę sũt Fideles.

Improbantur prędicti modi dicẽdi opinionis recitatę. Primo.

¶ Sed nullus horum modorũ stare pōt, propter quatuor. Primo, quia vt scribitur primo Posteriorum, vna est scientia vnius generis subiecti; incongruè ergo istius scientiæ, quæ procul dubio vna est, assignantur plura subiecta diuersorum generum, Deus scilicet, & aliqua creata.

Secundo.

Præterea secundo. Vbi vnum propter alterum, ibi vnum tantum. Sed de quibuscũq; alijs creatis hęc doctrina non determinat, nisi in quantum habent aliquam attributionem, & reductionem ad Deum, vt ad principium, vel finem. Ergo istius doctrinæ, est vnum tantum subiectum, idest, Deus.

Tertio.

Præterea tertio. Id de quo non determinatur principaliter, & per se, sed solum secundario, & per accidens in aliqua doctrina, non est subiectum illius doctrinæ, vt patet per prædicta. Sed de creatis quibuscũq; determinatur in hac doctrina solum secundario, & per accidens, & non principaliter. & per se. Ergo solus Deus est subiectum huius doctrinæ, & nihil creatum. Probatio minoris. De illo principaliter determinatur in scientia, de quo est principaliter in ea sermo. Sed in hac doctrina principaliter, & per se est solus sermo de Deo; dicitur enim Theologia, idest sermo de Deo; denominatio autem est ab eo, quod est per se. & principaliter, cum semper sit à digniori. Ergo &c.

Quarto.

Præterea quarto. Aliud est esse materiã scientiæ, & subiectum scientiæ, vt patet per ea, quæ supra dicta sunt. Sed prædicti Doctores loquuntur de materia scientiæ; nam Hugo expresse vtitur nomine materiæ in auctoritate præallegata; Magister etiam in principio primi libri dicit; Totius sacræ paginæ continentiam, & tractatum circa res, & signa versari; potest autem doctrina quęcunq; dici versari circa omnia, de quibus considerat, quæ sunt eius materia, & non solum circa suum subiectum; de materia etiam huius doctrinæ, & non de subiecto proprie dicto loquitur Cassiodorus super principium Psalterij, vt patet ex his, quæ ibi dicit. Ergo prædicti Doctores non loquuntur de subiecto huius scientiæ propriè dicto, sed solum de eius materia.

Corrolariũ ex quo quędam opinio impugnatur. Primo.

¶ Ex primis autẽ duabus rationibus istarum quatuor, patere potest, quod etiã male dicunt, qui ponunt, quod subiectum huius scientiæ est Deus, in quantũ est noster Restaurator, & Glorificator. Sicut enim vnius scientiæ non debet assignari plura subiecta, vt in prima ratione dicebatur, sic nec subiectum plures rationes formales includens, dicendo, quod Deus est subiectum in quãtum est noster Restaurator, & Glorificator.

Secundo.

Præterea secundo. Restauratio est propter glorificationem, & vbi vnum propter alterum, ibi vnum tantum, vt dicebatur in secunda ratione. Sufficiebat ergo dicere, quod subiectum est Deus, in quantum est noster Glorificator, & superfluè addebatur in quantum est noster Restaurator; maximè quia denominatio debet fieri à fine, & non ab eo, quod est ad finem; Glorificatio autem nostra est finis nostræ Restaurationis.

Tertio.

Et præterea tertio. Contra eandem opinionem. Primus, homo in statu innocentiæ, & etiam alij homines habuissent hanc scientiam, cum sit homini maximè necessaria in omni statu, nec tñ sciuissent Deum sub ratione, qua restaurator. Ergo &c.

§

Secũda opinio. Imꝓbatur.

Secunda opinio principalis est dicentiũ, quod subiectum huius scientiæ ęst ens diuinum

diuinum cognoscibile per reuelationem.

Sed nec hæc opinio potest stare propter tria. Primo, quia illud de quo determinatur in scientia solum per accidens, & in ordine ad aliud, nō est subiectum scientiæ, nec pars subiecti, cum de vtroq; per se determinetur in scientia, quamuis de subiecto determinetur primo, & per se; de parte autem eius per se quidem, sed secundariò. Sed de ente creato determinatur in hac scientia solum per accidens, in quantū, scilicet, habet aliquam habitudinem ad Deum, vt iam dictum est. Ergo ens creatum quantumcúq; dici possit ens diuinum cognoscibile per reuelationem, non est subiectum huius scientiæ, nec pars subiecti. & per consequens incongrue assignatur subiectum, cum dicitur ens diuinum in communi cognoscibile per reuelationem esse subiectum. Per quam ēt ratione improbari posset quædam alia opinio, quæ ponit subiectum huius sciētiæ esse bonum salutare, & opinio etiam Hugonis de S. Vict. super Cæl. Hier. vbi dicit, ꝙ subiectum huius scientiæ sunt opera restaurationis.

Primo.

Præterea secundo ad principale. sicut in naturalibus alia est ratio, qua agens agit, & qua patiens patitur, vt dicitur 1. de Gener. sic, & alia est formalis ratio, qua cognoscēs cognoscit, & cognitum cognoscitur. Sed reuelabilitas, & inspirabilitas tenēt se ex parte cognoscentis. Ergo non dicunt formalē rationem subiecti cogniti.

Secundo.

Et confirmatur ratio. Quia subiectum cuius ratio formalis sumitur ex parte intellectus nostri, est subiectum in sciētia rationali, & non reali. Cum igitur Theologia sit scientia realis, & non rationalis, oportet, ꝙ ratio formalis obiecti sui sumatur ex parte subiecti, & non ex parte intellectus nostri.

Præterea tertio. Habitudo obiecti ad potentiam, vel habitum, non est ratio formalis constitutiua obiecti, sed magis est præsupponens obiectum iam constitutum per suam rationem formalem, sicut, & omnis relatio præsupponit subiectum, & fundamentum suum. Sed reuelabilitas, & inspirabilitas cum dicant modum nostræ cognitionis, sunt relationes, & non reales, sed solum secundum rationem, secundum quod se tenent ex parte obiecti; sicut, & cognoscibilitas, secundum quod se tenet ex parte cognoscibilis est relatio solum secundum rationem, vt dicitur 5. Metaphysicæ. Incongruè ergo reuelabilitas, seu inspirabilitas ponitur ratio formalis subiecti huius scientiæ. Et per has duas vltimas rationes improbari etiam posset illud, quod Quidam dicunt, quod subiectum huius scientiæ est Deus, in quantum est repræsentans nobis ea, quæ sunt nobis necessaria ad salutē; hæc.n. repræsentatio nihil est aliud, quā reuelatio, vel inspiratio.

Tertio.

Corrolariū per ꝙ quędam opinio impugnatur.

A Tertia opinio est Quorundam dicentiū, quod subiectum huius scientię est Deus sub aliqua ratione speciali, in quantum, scilicet, est noster Glorificator, & non sub ratione absoluta, qua Deus, quod probatur tripliciter.

Tertia opinio.

Primo sic. Idem secundum eandem rationem, non potest esse subiectum diuersarum scientiarū; secantur enim scientiæ, quēadmodum, & res, quæ sunt earum subiecta, vt dicitur 3. de Anima tex. 38. Sed Deus est subiectum Theologiæ, quæ est pars Metaphysicæ, & etiam istius scientiæ. Ergo secundum aliam, & aliam rationem: sed si ista scientia consideraret de Deo secundum rationem, qua Deus, consideraret de Deo secundum eandem rationem, secundum quam considerat de illo Metaphysicus. Cū omnis ratio, quæ Deo potest attribui comprehendatur sub rōne, qua Deus est Deus. B Ergo &c.

Probatio. Prima.

Præterea secundo. Sicut scientia communis est de subiecto communi sub ratione communi, sic scientia specialis debet esse de subiecto speciali sub ratione aliqua speciali. Sed Theologia est scientia specialis, quia nō possunt esse duæ scientiæ communes. Ergo est de ente aliquo speciali, scilicet de Deo, & secundum specialem aliquā rationem; & sic Deus est subiectum Theologiæ, non secundum quod Deus absolutē, sed secundum aliquam specialem rationē.

Secunda.

Præterea tertio. Illa scientia, cuius finis principalis est salus, & gloria, considerat suum subiectum, secundū quod habet beatitudinem ad saluandum, & glorificandū. Sed finis principalis huius scientiæ est salus, & gloria. Ergo ista scientia considerat suum C subiectum, scilicet Deum, secundum quod habet habitudinem ad nostram salutem, & gloriam, idest secundum quod est noster Restaurator, & Glorificator.

Tertio.

¶ Sed ista opinio stare non potest. Quod potest ad p̄sens patere duplici via in genere. Primo, ostendendo ꝙ Deus sub nulla rōne speciali, sed sub ratione absoluta qua Deus, est subiectum huius scientiæ. Secundo ostēdendo ꝙ esto, quod Deus esset subiectum huius scientiæ sub aliqua ratione speciali, ꝙ illa ratio nō esset glorificationis, vel restaurationis, sed aliqua alia.

Impbatio ex duabus vijs.

Primum istorum probari potest multipliciter. Primo sic. Illud est subiectū sciētię, de quo in sciētia quęrūtur aliqua, vt passiones, siue verę sint passiones, siue habeant se loco passionum, nec est illud subiectū scientiæ, quod quæritur in scientia vt passio de D alio. Sed de Deo in hac doctrina quæruntur quasi omnia, vt passiones, & probātur. Vt vtrum sit actus purus, Omnipotens, Creator, Gubernator, & etiam Glorificator, &c. Nec ista quæruntur, & probantur, vt de subiecto, de Glorificatore, imò

Prima via multipliciter probatur. Primo.

imò esse Glorificatorem, probatur de Deo in hac doctrina per omnipotentiam suam. A Ergo &c.

Secundo. Præterea. Sicut in naturalibus, forma est potior pars, quã materia, sic & in subiecto ratio formalis est potior, & dignior pars subiecti. Sed denominatio debet fieri à potiori, & digniori, vt communiter dicitur. Ergo debet fieri à ratione formali subiecti. Sed Theologia denominatur à Deo, & non à Glorificatore, vel ab aliqua determinata rõne. Ergo rõ, qua Deus est Deus, est ratio formalis subiecti huius scientiæ, & nõ ratio Glorificatoris, seu quæcunq; alia determinata.

Tertia. Prçterea. Idẽ est subiectum principiorũ scientiæ, & totius scientiæ, quod patet; tum quia tota sciẽtia continetur in principijs; tũ quia idem est subiectum alicuius præmissarũ, & conclusionis, maximè in prima figura, ad quam sicut ad perfectam duæ aliæ B reducuntur: præmissæ autem sunt principia conclusionis, de qua est scientia. Sed nulla ratio determinata est, secundum quam Deo conueniant omnia, quæ dicuntur de Deo in articulis fidei, qui sunt principia huius sciẽtiæ; omnia autem hæc conueniunt ei secundum rationem, qua Deus est, vt de se patet. Ergo &c.

Secũda via probatur multipliciter. Prçterea. Si subiectum huius doctrinæ esset Deus, secundum quod Glorificator, & non sm̃ ꝙ Deus, hæc doctrina nõ esset bene tradita. Hoc est inconueniens. Ergo id, ex quo sequitur. Probatio consequentiæ. Principalior, & maior speculatio in omni scientia debet esse de subiecto suo, quã de quocunq; alio. Sed in hac doctrina principalior, & maior speculatio est de Deo, secundum quod Trinus, & Vnus, secundum ꝙ Creator, & secundum omnia alia, quæ ei attribuuntur, C quàm speculatio, quæ est de Deo, solum secundum quod est Glorificator, vt patet ex Canone Bibl. & ex libris Magistri Sentẽtiarum, in quorũ toto Primo, & Secũdo agitur de Deo, quantum ad prædicta omnia; in vltima autem, & in modica parte Quarti, de Deo secundum quod Glorificator, cum tamen si Deus secundum ꝙ Glorificator esset subiectum, deberet esse è cõuerso, quia illud, quod est per se, est potius, & prius eo, ꝙ est per accidens. Vnde sicut male traderetur scientia moralis, si multa scriberentur de potentijs animæ, quæ sunt subiecta virtutum (propter quod de eis ad moralem, secundum quod huiusmodi per accidens pertinet determinare) pauca autẽ scriberentur de virtutibus, de quibus per se determinare debet: sic hæc doctrina D à simili esset malè tradita; sicut enim moralis non debet determinari de potentijs animæ, nisi modicum, quantum necesse est ipsas cognoscere, ad habendum scientiam de virtutibus Sic & in proposito, si Deus secundum quod Glorificator esset subiectum Theologiæ, Theologus non deberet in tantum ad prædicta omnia suam considerationem extendere, nec deberet de ꝑdictis omnibus tam diligẽtem, & exquisitum tractatum facere, sed solũ deberet, quasi per transennam tã modicam consideratiõẽ d'eDeo habere, quanta necessaria esset ad habendũ notitiam de Deo, secũdum quod est noster Restaurator, & Glorificator.

Idem aliter Probatur Primo. Secũdũ ẽt prædictorũ duorũ probari põt multipliciter. Primo sic. Si de quo magis videtur inesse, & nõ inest, nec id de quo minus. Sed magis videtur, ꝙ hæc doctrina denominetur practica, vel speculatiua à fine gloriæ, quam quod eius subiectum ab hoc fine denominetur; denominatio enim practicæ, & speculatiuæ est aliqualiter à fine, vt probatũ est in quadã alia quæstione nostra, qua quæritur, vtrũ Theologia sit practica, vel speculatiua; ratio autem subiecti, & rõ finis sunt diuersæ; à fine autẽ gloriæ non denominatur hçc doctrina practica, vel speculatiua, vt in prædicta quæstione probatũ est. Ergo multo minus à prædicto fine debet denominari subiectum huius scientiæ.

Secundo. Præterea. Denominatio non debet fieri à fine per accidens, sed magis à fine per se, si est à fine. Sed çterna gloria ẽ finis per accidens se habens ad hanc scientiam, conueniens scilicet, ei ratione scientis, & non per se, vt in prædicta quæstione probatum est; illa enim speculatio est finis per se alicuius scientiæ, quæ est secundum habitum illius scientiæ, & illa operatio est per se finis alicuius doctrinæ, quæ consequitur speculationem, quæ est secundum habitum illum, huiusmodi autem non sunt speculatio patriæ, & dilectio Dei, quæ est in patria, vt in prædicta quæstione declaratum est. Ergo incongruè à prædicto fine, qui per accidens se habet ad scientiã hanc, denominatur subiectum huius scientiæ.

Tertio. Præterea. Si de quo magis videtur inesse, & non inest, nec de quo minus. Sed magis videtur, quod Deus secundum quod Glorificator sit obiectũ nostræ dilectionis, quã nostræ cognitionis, seu sit obiectum charitatis, quam fidei; finis enim est obiectum voluntatis in qua est charitas, sicut in subiecto; Deus autem secundum quod Glorificator, significat Deum secundum quod est finis noster. Sed Deus secundum quod Glorificator non est obiectum dilectionis charitatis, sed magis secundum quod est summum bonum in se; diligere enim Deũ solum, secundum quod est noster Glorificator, est diligere Deum amore concupiscentiæ, & non amore amicitiæ; diligere autem Deum dilectione charitatis est diligere ipsum amore amicitiæ. Ergo multo minus Deus secũdum quod Glorificator est obiectum nostræ fidei, seu cognitionis, quæ est secundum hanc scientiam, quæ doctrina fidei nuncupatur.

Cōfirmatio. Et cōfirmatur ratio, quia ficut Deus debet esse obiectū nostræ dilectionis in quantum est habens in se omnem bonitatem; sic, & agnitionis in quantum est habens in se oēm rōnē suam, quæ pro ut cognoscitur ab intellectu, habet rationem veri.

Quarta. Præterea. Principalior est consideratio vniuscuiusq; qua cōsideratur, vt est aliquid perfectum in se, quàm illa, qua consideratur solū in habitudine ad aliud. Sed Glorificator importat habitudinē Dei ad aliud. Ergo principalior cōsideratio in ista doctrina debet esse Dei, prout est quoddā ens perfectissimū in se, quā pro vt est Glorificator, & per consequens Deus, secundum quod Glorificator non est subiectum; de subiecto enim est principalior consideratio in omni scientia.

Evasio. Nec potest responderi, dicendo, quod prædicta consideratio est principalior consideratio secundum se, & non quo ad nos. Instantia. Quia istud tunc solum verificatur, qn̄ per notitiam minus principalem secundum se venimus in notitiā magis principalem, vt in naturalibus ex effectibus ad causas, quod non potest dici in proposito. Cū ergo vtraq; notitia Dei sit nobis vtilis, & ęquè possibilis, prima notitia in hac doctrina est principalior, quàm secunda. Patet ergo per omnes has rationes, quod incongruè dicitur subiectum huius scientiæ esse Deus, secundum ꝙ Glorificator, vt dicit illa vltima opinio.

§

Ad Primū arg. huius opinionis. ¶. Ad primum ergo factum in corpore solutionis pro hac vltima opinione. Dicendum, quod diuersarum scientiarum potest esse idem subiectum, & secundum eandem rationē sumptum ex parte cogniti, dūmodo sit diuersa ratio ex parte cognoscentis; sicut terra secundum eandem rōnē rotunditatis est subiectum duarum demōstrationū, naturalis, & astrologicæ, causantium per cōsequens duas scientias, probantium, ꝙ terra est rotunda; quarum tn̄ est idem subiectum sm̄ diuersas rōnes sumptū ex parte cognoscentis, quæ sunt diuersa media prædictam cōclusionem probantia; & similiter in proposito, Deus secundum eandem rationem sumptus ex parte cogniti, scilicet sm̄ rationem absolutam, qua Deus est, potest esse subiectum vtriusq; Theologiæ scilicet, & illius, quæ est pars Metaphysicæ, & istius, de qua est quæstio, secundum tamen diuersas rationes sumptus ex parte cognoscentium, quæ sunt diuersa lumina, s. lumen naturale, per quod habetur vna, & lumen supernaturale, per quod habetur alia. Verbum autem Philosophi, quod adducebatur in arguendo, s. Secantur scientiæ, &c. exponēdū est, hoc modo. Si res secātur, quę sunt subiecta scientiarum, secantur & scientiæ, sed non è conuerso. Cuius ratio est, quia ad vnitatem scientiæ requiritur vnitas vtriusq; prædictæ rationis, scilicet, quæ sumitur ex parte cognoscentis, & ex parte cogniti: sed ad pluralitatem scientiarum sufficit pluralitas alterius earum; sicut, & in naturalibus ad vnitatem compositi ex materia, & forma requiritur vnitas tam materiæ, quam formæ: sed quæcunq; harum duarum plurificaretur, plurificaretur compositum; impossibile est enim vnum compositum habere duas formas substantiales realiter distinctas, vel duas materias. Vel potest dici ad idem secundo, quod sicut visus, & auditus differunt secundum obiecta disparata, visus autem, & intellectus secundū obiectū magis, & minus commune; sic, & aliquæ duæ scientiæ differunt secundum subiecta disparata, vt scientia naturalis, & Metaphysica; aliqua autem differunt secundum subiectū magis, & minus commune, vt Metaphysica, cuius subiectū est ens, secundum ꝙ ens, & Theologia, cuius subiectum est Deus, secundum ꝙ Deus. Vt.n. supra probatum est, sicut se habet potentia ad obiectum, sic se habet scientia ad subiectum.

Ad 2. Ad secundum dicendum, ꝙ sicut Deus est subiectū speciale respectu entis, sic Deitas, seu rō, qua Deus est Deus, est rō specialis respectu rationis, qua ens est ens, & talis specialitas sufficit quantum ad propositū; non.n. maior, sed eadem specialitas est rationis subiecti cuiuslibet scientiæ, & obiecti cuiuslibet potentiæ, & specialitas ipsius subiecti, seu obiecti, vt patet in omnibus scientijs, & potentijs.

Ad 3. Ad tertium dicendum, quod cum finis scientiæ realiter differat à ratione formali obiecti scientiæ, non oportet, quod habitudo ad finem, maximè ad finem extrinsecū alicuius scientiæ, sit formalis ratio obiecti illius scientiæ; sicut patet, quod finis extrinsecus frenofactiuæ est equitatio; nec propter hoc formalis ratio obiecti frenofactiuę est habitudo ad finem prædictum; sed magis absolutum illud, ratione cuius ei talis competit habitudo: & similiter in proposito, quamuis hæc scientia ordinetur, vt ad finem saltem ex parte scientis ad salutem, & gloriam; non tamen oportet, quod habitudo ad hunc finem, quæ importatur in nomine restaurationis, & glorificationis, sit ratio formalis subiecti huius scientiæ. Et hæc de secundo principali.

PVNCTVM III.

Statuitur veritas quæstionis.

PATET ergo ex prædictis, quod erat Tertium principale, quid tenendum sit pro veritate de quæstione hac. Si enim nihil aliud à Deo, potest esse subiectum, vel pars subiecti istius scientiæ, vt patet ex impro-

probatione primæ, & ſecundæ opinionis; nec etiam poteſt eſſe eius ſubiectum Deus ſub aliqua ſpeciali ratione, vt patet ex improbatione tertiæ opinionis. Conſequens eſt quod ſubiectum eius ſit Deus ſub ratione abſoluta, qua Deus, ꝙ etiam de leui probari poſſet per multas rationes adductas contra prædictas opiniones; improbatio enim falſitatis eſt approbatio veritatis. Et hæc de tertio principali, & de toto.

Soluuntur Argumenta initio propoſita.

AD I. II. AD primum ergo factum in oppoſitũ, & ſecundum ſimul. Dicendũ, ꝙ illud eſt verè materia, vel ſubiectũ reſpectu alicuius, ſicut eſt in rebus naturalibus, non poteſt eſſe reſpectu eiuſdem, efficiens, vel finis, quia verè materia, vel ſubiectum alicuius, ſecundum quod huiuſmodi, eſt in potentia, cauſa autem efficiens, ſecundum quod huiuſmodi, eſt in actu; impoſſibile eſt autem idem, ſecundum idem reſpectu eiuſdem eſſe actu & potentia; finis etiam rei eſt realiter differens ab eius materia, vel ſubiecto, vt de ſe patet. Sed obiectum ſcientiæ non eſt verè eius ſubiectum, vt ſupra declaratum eſt, ſed ſolum ſecundum modum noſtrum intelligẽdi, propter quod idem poteſt eſſe ſubiectum ſcientiæ, & cauſa efficiens, vt in ſcientia, quæ eſſet de intellectu agente; idem etiam poſſet eſſe ſubiectum ſcientiæ, & finis, vt in ſcientia, quæ eſſet de felicitate, & generaliter omnis ſciẽtiæ finis intrinſecus, & immediatus, eſt cognitio ſui ſubiecti, ſeu ſuum ſubiectum, vt cognitum; non eſt igitur inconueniens, ꝙ Deus ſit huius ſcientiæ ſubiectum, finis, & efficiens.

AD III. Ad tertiũ dicendũ, ꝙ ſubiecta aliarũ ſciẽtiarum eſſe, vel eſt per ſe notum, & probatione non indiget, vel probatur per ſuperiorem ſcientiam; hæc autem ſcientia nulli humanæ ſcientiæ tanquam ſuperiori ſubijcitur, ſed ſolum Diuinę, vel Beatorum ſcientiæ; & eius ſubiectum, ſcilicet Deum eſſe, & ſi in ſe ſit maximè notum, & etiã ſit nobis notum notitia quadam confuſa, non tamen notitia diſtincta: propter quod probatione indiguit, ne aliquis circa hoc poſſet errare; probatione, ſcilicet, per auctoritatem, fundata ſuper Dei reuelatione, in qua per conſequens Deum eſſe præſupponitur; reliqua autem probatio, quæ ſcilicet, eſt per rationem, non eſt propria huius ſcientiæ, ſed potius naturalis Philoſophiæ, vel Metaphyſicæ; probatio autem prædicta, quæ .ſ. eſt per auctoritatem fundata ſuper diuina reuelatione, eſt quaſi per ſuperiorem ſcientiam, ſcilicet Dei, & Beatorum, à qua omnis reuelatio nobis facta per quandam deriuationem proceſſit.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod ſicut ſupra declaratum eſt, idem ſubiectum ſecũdum eandem rationem ſumptum ex parte

A cogniti, poteſt ad diuerſas ſcientias pertinere, ſi ſint diuerſæ rationes ſumptæ ex parte cognoſcentium; triplicis autem ſciẽtiæ, quę tangitur in arguendo, eſt triplex ratio ſumpta ex parte cognoſcentium, ſcilicet, lumẽ gratiæ, & lumen gloriæ, & lumen increatum. Vnde non eſt inconueniens, quod idem ſubiectum ſecundum eandem rationem ſumptum, ex parte cogniti, ſcilicet, Deus in ratione, qua Deus, ſit ſubiectum prædictarum trium ſcientiarum.

Ad quintum dicendum, quod ſubiectũ ſcientiæ non oportet, quod ſit vniuerſale reſpectu omniũ, de quibus conſiderat ſciẽtia, vniuerſalitate prędicationis; cum ſcientia cõſideret etiam partes integrales ſubiecti ſui, vt dicitur primo Poſteriorum, de quibus tamen eius ſubiectum non prędicatur; non enim ſyllogiſmus, qui eſt ſubiectũ B Logicæ, prædicatur de propoſitione, & termino, de quibus conſiderat Logica; ſed ſufficit, quod ſit vniuerſale reſpectu omnium vniuerſalitate quadam habitudinis, ſeu attributionis, vel cuiuſcunq; reductionis, vt .ſ. omnia, de quibus conſiderat ſcientia, habeant aliquam habitudinem, vel attributionẽ, ſeu reductionẽ ad ſuum ſubiectum; oĩa autem, de quibus hæc ſcientia conſiderat, habent aliquam habitudinem ad Deum, ſaltem, vt ad principium, vel finem, & ſecundum quod talem habitudinem habent, cadunt ſub conſideratione huius ſcientiæ. Vnde huius ſcientiæ vniuerſaliſſimæ eſt ſubiectum Deus, qui eſt ſubiectum vniuerſaliſſimum modo prædicto, ꝙ ſufficit ad propoſitum. AD V

Ad ſextum dicendum, quod ſciens non oportet, quod adæquet ſcibile, niſi illud cõprehendat; vnde nõ oportet, quod per ſciẽ C tiam, cuius obiectum, ſeu ſubiectum ſcibile eſt Deus, cognoſcantur omnia, quæ habere poſſunt habitudinem ad Deum; ꝙ patet, quia etiam Beati, quorum viſionis obiectũ eſt Deus, non omnia cognoſcunt in Deo, imò aliqui cognoſcunt plura alijs in Deo; limitatio enim, & determinatio ſcientiæ nõ ſolum accipienda eſt à ſubiecto eius, ſed ẽt à fine, ſicut etiam apparet in naturalibus, in quibus ex fine determinantur ea, quæ ſunt ad finem, & non ſemper ex materia, vel ſubiecto; finis autem propter quem Deus nobis hanc ſcientiam reuelauit, eſt æterna ſalus, & gloria, ſecundum illud Ioannis 20. [Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, &c.] Ergo illa ſolum debet conſiderare hęc ſciẽtia, quæ ſunt nobis neceſſaria ad ſalutem. AD VI.

Ad ſeptimum dicendum, quod quamuis D Dei non ſint verè partes, & paſſiones, habet tamen aliqua, vt communiter dicitur, loco paſſionum, vt attributa, & aliqua loco partium, vt pluralitatem Perſonarum, vel duas naturas vnius Perſonæ Chriſti, & ſimilia. Vel dicendum, & melius, quod de AD VII.

ratio-

ratione scientiæ est, quod tradat perfectam notitiam sui subiecti; sed quod consideret eius partes, vel passiones, accidit scientiæ, quia scilicet subiectum eius habet partes, & passiones; sed si non habeat partes, vt sciētia, quæ est de aliquo simplici, vel si non habeat passiones, vt scientia, quæ est de ente in communi, vel de quocunq; alio carente passionibus, scientia non considerabit prædicta; tale autem est subiectum huius scientiæ. Vnde non oportet dicere, q̄ hæc scientia consideret partes Dei, vel passiones, sed sufficit, quod tradat notitiam de Deo.

AD VIII. Ad octauum patet responsio per ea, quæ dicta sunt ad sextum; sicut enim de eodem potest esse notitia magis, & minus perfecta; nec oportet, quod perfectio scientiæ adæquetur perfectioni scibilis, sic scibilis infiniti potest esse sciētia finita; nec oportet, quod sit infinita, nisi per scientiam scibile comprehendatur. Et præterea. Omnis ratio Dei, quæ accipitur ex parte Dei etiam ratio glorificationis, est infinita. Ergo argumētū est contra alias opiniones, sicut contra istā;

A Et præterea rō Deitatis ab aliquo intellectu creato cognoscitur, (cū p̄supponatur omni alteri rōni, & quātū ad cognitionē) & intellectus creatus cognoscat Deum esse Deum. Ergo notitiæ finitæ creatæ potest esse obiectum infinitum, sub ratione infiniti.

Ad vltimum dicendum, quod si de eodem secundum eandem rationem sumptā, ex parte cogniti, possent esse diuersi habitus, vt superius declaratum est, multo magis de eodem secundum diuersa, quamuis non secūdum idem possit esse fides, & sciētia, sicut etiam Philosophus dicit 1. Poster. de opinione, & scientia; quando enim idem, non secundum idem, refertur ad diuersos habitus, illorum diuersorum habituum, est idem subiectum materialiter, sed diuersum formaliter; & quia forma est potior pars rei, quam materia, idcircò talium habituum potius dicendum est esse diuersum B obiectum, quam idem. Potest igitur aliquid de Deo sciri, & aliquid aliud de eo credi, & tamen fides, & scientia sunt diuersi habitus. AD IX.

QVAESTIO XXI

Vtrum doctrina sacrę paginę subalternetur alicui alteri scientię, vel aliqua alia subalternetur sibi.

Pro Parte Affirmatiua.

ARG I. ET PRIMO videtur quod ipsa subalternetur scientiæ Beatorum multipliciter. Primo sic. Sciētia, quæ accipit principia sua ab alia scientia, videtur illi subalternari, cum in principijs, virtute tota scientia contineatur, vt patet de Musica respectu Arithmeticæ, & Perspectiua respectu Geometriæ; Sed ista doctrina accipit principia sua, scilicet articulos fidei à scientia Beatorum, cum sit per reuelationem à Deo. Ergo &c.

II. PRÆT. Si de eodem sunt duæ notitiæ magis perfecta, & minus perfecta, minus perfecta subalternari videtur magis perfectæ, vt patet de Nauali respectu Astrologiæ, & de Musica experimentali, respectu Musicæ, quæ est scientia. Sed hæc doctrina, & scientia Beatorum sunt de eodem, D scilicet de Deo, & hæc doctrina est minus perfecta respectu scientiæ Beatorum. Ergo &c.

III. PRÆT. Scientia, quæ non est subal- C ternata procedit ex principijs per se notis; scientia autē subalternata procedit ex principijs notificatis, & probatis in superiori scientia, creditis autem in ipsa. Sed ista doctrina procedit tanquā ex principijs ex articulis fidei, qui sunt noti Beatis; fidelibus autem tantum crediti. Ergo &c.

IV. PRÆT. Videtur, quod subalternetur Metaphysicę, quia doctrina, cuius principia probari possunt per principia alterius sciētiæ, illi alteri scientiæ subalternatur. Sed hæc est huiusmodi respectu Metaphysicę, vt probabo. Ergo &c. Probo minorem dupliciter. Primo, quia principia minus communia probari possunt per principia magis communia. Sed principia huius doctrinæ sunt minus communia, quam principia Metaphysicæ, sicut & subiectum eius est minus commune, quam subiectum Metaphysicæ. Ergo &c. Secundo, quia à Metaphysico probari potest, q̄ quicquid contradictionem non implicat, est absolute possibile, & quod articuli fidei contradictionem non implicant, & per consequens,

nihil

nihil impossibilitatis includunt. Ergo à Metaphysico probari possunt articuli fidei. saltem quantum ad possibilitatem.

V PRÆT. Impossibile est in omni genere aliqua duo esse prima simpliciter, nisi vnum alteri supponatur. Sed Metaphysica est prima simpliciter inter omnes scientias, & ei omnes aliæ famulantur, vt dicitur in prologo Metaphysicæ; nec dici posset (cũ habeat subiectum magis commune) quod ipsa huic doctrinæ subalternetur. Ergo necesse est dicere, quod è conuerso, hæc subalternetur Metaphysicæ.

VI. PRÆT. Videtur, quod subalternetur Logicæ, quia 1. Topicorum de Logica dicitur, quod ad omnium methodorum, & per consequens istius scientiæ principia viã habet, & sic videtur, quod per Logicam probari possint principia omnium scientiarum, & per consequens etiam istius. Sed scientia, quæ probat principia alterius sciẽtiæ, sibi illam alteram scientiam subalternat. Ergo &c.

Pro Parte Opposita.

I SED CONTRA. Magis videtur, quod ista doctrina sibi omnes alias subalternet. Quia illa scientia, quæ iudicat de principijs omnium aliarũ, sibi omnes alias subalternat. Sed ista doctrina est huiusmodi, vt probabo. Ergo &c. Probatur minor dupliciter. Primo, quia sapientis est iudicare de alijs, vt dicitur in prologo Metaphysicæ. Sed ista est vera sapientia respectu omnium aliarum, secundum illud Deut. 4. [Hæc est enim vestra sapientia, & intellectus coram populis, &c.] Ergo &c. Secũdo, quia quicquid in alijs sciẽtijs inuenitur, veritati huius scientię repugnãs, totum condẽnatur, vt falsũ; vnde dicitur 2. Corinth. 10. [Consilia destruentes, & omnem altitudinẽ extollentẽ se aduersus scientiam Dei, &c.] Ergo &c.

II. Præterea. Per primam causam probari possunt omnes aliæ causæ, cum ab illa tanquam à causa dependeant. Sed hæc doctrina considerat primam causam; principia autem aliarum scientiarum sunt causæ illarum scientiarum. Ergo per hanc scientiam probari possunt principia aliarum scientiarum, & per consequens, vt supra dictum est, sibi omnes alias subalternat.

III. Præterea. Sicut se habet subiectum ad subiectum, sic scientia ad scientiam, cum à subiecto scientia specificationem recipiat. Sed subiecta omniũ aliarum scientiarum, dependent quantum ad esse, & veritatem à Deo, qui est huius subiectum. Ergo omnes aliæ scientiæ, quantum ad esse, & veritatem ab ista dependent, & per consequens ei subalternantur.

A *Responsio ad Quæstionem.*

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis duo facienda sunt. Primo, distinguendi sunt modi subalternationis, secundum quos vna scientia potest dici alteri subalternari. Secundo, distinguẽda est hæc quæstio in tres quæstiunculas, & secundum eas determinanda.

PVNCTVM I.

Distinguuntur modi subalternationis, secundum quos vna scientia subalternatur alteri.

QVANTVM ad primum istorum sciendum est, quod nos possumus loqui de subalternatione dupliciter,
B scilicet, vel quantum ad Etymologiam nominis, seu illud, à quo nomen imponitur quod idem est, vel quantum ad nominis significatum, seu illud, ad quod nomen imponitur, quod etiam idem est.

Si loquamur primo modo. Sic dicendũ est, quod cum subalternatio importet aliquid esse sub altero, quot modis vna scientia potest esse sub altera, tot modis potest dici vna alteri subalternari. Potest autem vna scientia esse sub altera; aut sicut pars integralis sub toto, vt scientia libri de cęlo sub Philosophia naturali; aut sicut pars subiectiua sub toto suo, secundum quem modũ consueuit dici aliqua scientia determinata alicui parti Philosophiæ supponi, quod videtur secundum vocabulum idem importare, quod subalternari; aut secundum aliquam dignitatem, vt Philosophia naturalis
C respectu Metaphysicæ. Omnibus igitur his modis potest dici vna scientia subalternari, quantum ad Etymologiam nominis subalternationis. Sed nullus horum modorum subalternatio propriè dici potest, quantum ad nominis significatum, & de primis duobus hoc patet; totum enim non est alterum propriè à partibus suis, propter quod non potest sciẽtia libri de cęlo dici esse sub Philosophia naturali, quantũ ad primum modum; vel Geometria sub Mathematica, quantum ad secundum modum, sicut altera sub altera: nomen autem subalternationis hoc importat, scilicet, alteram esse sub altera. Vnde primi duo modi videntur a vera subalternatione deficere, etiam quantũ ad nominis Etymologiam aliqualiter. De tertio etiam hoc manifestum est, potest
D enim vna scientia esse dignior, & indignior alia secundum diuersas dignitates loquendo & per consequens eadem scientia esset subalternans, & subalternata respectu eiusdem, quod est contra commune dictum de subalternatione. Et hoc modo forte

Primus modus subalternationis.

solum

solum omnes scientiæ subalternantur Metaphysicæ, qui modus appellatur à Philosopho in prologo Metaphysicæ, famulatus quidam.

Secũdus modus.

Si autem loquamur de subalternatione secundo modo principali, scilicet quantum ad nominis significatum. Sic dicendum est, quod nomina significant ad placitum instituentis, vt dicitur primo Perihermenias; secundum autem Philosophum instituentem subalternationis vocabulum, ad scientiam subalternantem pertinet notitia propter quid, ad subalternatam aũt notitia quia est, vt patet primo Posteriorum. Illa ergo sciẽtia sibi alteram subalternat, ꝓprio modo de subalternatione loquendo, quæ dicit propter quid eorum, quorum alia dicit quia; & hic modus subalternationis accipitur secundum quandam dependentiam subalternatæ scientiæ à subalternante, sicut imperfecti à perfecto; non enim perfectè scitur aliquid, cũ scitur solum quia est, nisi sciatur propter quid, vt patet ex principio 2. Poster.

Potest autem vna scientia dicere propter quid eius, cuius alia dicit quia, dupliciter, scilicet, vel quantum ad aliquod particulare documentum, vt Geometria dicit propter quid vulnera circularia curantur difficilius, cuius medicina dicit quia, & hoc non facit subalternationem totius scientiæ ad scientiam; totum enim nõ denominatur ab aliqua modica parte sui; sed in tali processu est fallacia secundum quid, & simpliciter, vt Philosoph. docet in libris Elenchorum. Vel quantum ad principalia documenta scientiæ, scilicet, quantum ad scientiæ principia, in quibus virtute tota scientia continetur, & hoc facit subalternationem propriè dictam totius scientiæ ad scientiam.

Subalternationis ꝓpriẽ dictæ multiplex modus. Primus.

Quod etiam potest esse tripliciter. Primo, quia vna est de fine, alia de eo, quod est ad finem; quia enim ratio eorum, quæ sunt ad finem sumenda est à fine; idcirco finis dicit propter quid eorum, quæ sunt ad finẽ, secundum quem modum ars, quæ disponit materiam, subalternatur ei, quæ introducit formam, quæ est finis dispositionis totius materiæ, & hæc subalternatur ei, quæ considerat vsum; vsus enim est finis vtriusque, scilicet, formæ, & dispositionis materiæ. Vnde, & talis ars vocatur Architectonica, & sapientia respectu prędictarum duarum; sapiẽtia autem est sicut caput respectu aliarum, vt dicitur 6. Ethic. c. 8. & secundum hunc modum subalternatur frænofactiua, militari, quem subalternationis modũ tangit Philos. in prol. Ethic.

Secundus.

Secundo modo, vna scientia propriè alteri subalternatur quando vna est de subiecto aliquo cõmuni, & formaliter sumpto, alia est de eodem contracto, ad aliquã materiam specialem; ita tamen, quod tale cõtractum non sit sicut species, vel pars inte-

A gralis eius, quod contrahit, quia genus, & totum integrale non est aliud realiter à speciebus, & partibus suis, propter quod ad eandem scientiam pertinet, vt patet in omnibus scientijs, considerare genus, & species eius, & totum integrale, & partes suas: vnde primo Posteriorum dicitur, quod vna est scientia vnius generis subiecti, partes, s. tam subiectiuas, quàm integrales, & passiones considerans, sed debet esse respectu eius, quod contrahit, sicut pars respectu sui totius; ita tamen, quod contractio fiat per aliquid extrinsecæ naturæ ab eo, quod cõtrahit, propter diuersitatem realem ad inuicem scientiæ subalternantis, & subalternatæ; secantur enim scientiæ, quemadmodum, & res, vt dicitur 3. de Anima tex. 38. non autem hæc contractio debet esse per quodcunq; extrinsecæ naturæ, quia nõ per aliquid, quod se habeat, vt passio ad illud,
B quod contrahit, vt paritas, & imparitas se habent respectu lineæ; ad eandem enim scientiam pertinet considerare subiectum, & passiones eius, quia vna est scientia vnius generis subiecti, partes, & passiones considerans, vt iam allegatum est. Nec debet esse contractio per aliquid, quod sit sicut extraneum ab eo, quod contrahit; quod ratio eius, quod est sic contractum secundũ quod huiusmodi, quantum ad suas passiones, vel ea, quæ sibi conueniunt, non possit reddi per ea, quæ conueniunt eidem secundum quod est non contractum, alias vna scientia non subalternaretur alteri, quia non dependeret ab ea modo illo dependentiæ, qui ad subalternationem propriè dictam requiritur, vt supra declaratum, & probatum est, & vt Philosophus dicit 1. Poster. de pulcherrima linearũ respectu lineæ sim-
C pliciter, sed debet esse contractio per aliquid, cuius sit contracti ratio, quantum ad suas passiones reddi possit per ea, quæ eidẽ conueniunt, vt est non contractum, vt est de numero sonorum respectu numeri simpliciter; ratio enim cõsonantię reddi potest per proportiones numerorũ, & vt est de linea visuali respectu lineæ simpliciter, & de hoc modo subalternationis Philosophus loquitur primo Posteriorum, ponens exemplum de Perspectiua respectu Geometriæ, & Musica respectu Arithmeticæ.

Tertius.

Tertio modo, Vna notitia alteri subalternatur, quando de eodem subiecto eodẽ modo accepto, & quantum ad eandem passionem sunt duæ certę notitię, vna perfectior, scilicet, propter quid, & alia minus perfecta, scilicet, quia. Et quia vt dicitur
D primo Posteriorum, & primo Physicorũ. Scire arbitramur vnumquodq; cum causam cognoscimus propter quam res, &c. Idcirco prædictarum duarum notitiarum, sola notitia propter quid, est scientia propriè dicta, non autem notitia quia, propter ꝙ secundum hunc modum non est propriè

sub-

subalternatio scientiæ ad scientiam, sed magis alterius certæ notitiæ, scilicet experimétalis ad scientiam, sm quem modum subalternatur Naualis Astrologiæ; & Practica Musicæ, quæ cognoscit experientia auditus consonantias, subalternatur Musicæ scientiæ; & hunc etiam modum subalternationis tangit Philosophus 1. Posteriorum, ponens prædicta duo exempla, & secundum hunc modum, Medicina experimentalis, seu practica subalternari videtur Medicinæ speculatiuæ, quæ est scientia.

Et si volumus diligenter attendere. Primus modus subalternationis prædictorum trium accipitur penes causam finalem. Secundus autem penes causam materialem. Tertius penes formalem; certitudo enim, seu perfectio cognitionis est quoddam formale respectu ipsius, sed tunc videretur, quod aliquis modus subalternationis deberet esse penes causam efficientem. Sed dicendum, quod nullus penes hanc causam attenditur, cuius ratio est, quia scientia subalternans, dicit propter quid eorum, quorum subalternata dicit quia, vt supra probatum est, causa autem efficiens est causa existentiæ sui effectus; existentia autem pertinet ad quia est, non autem ad propter quid, vnde ex hoc, quod cognoscitur causa efficiens alicuius effectus, non cognoscitur propter quid eius, sed solum si est, vel non est, seu ipsum quia est. Et hæc de primo principali.

PVNCTVM II.

Diuiditur quæstio in tres quæstiunculas.

QVANTVM autem ad Secundum sciendum est, quod hæc quæstio potest diuidi in tres quæstiunculas. Quarum prima est. Vtrum hæc scientia subalternetur scientiæ Beatorum. Secunda. Vtrum subalternetur alicui humanæ scientiæ. Et tertia Vtrum ipsa sibi alias subalternet.

QVÆSTIVNCVLA I.

Vtrum hæc scientia subalternetur scientiæ Beatorum.

IN hac quæstiuncula posset videri alicui, quod hæc scientia subalternaretur scientiæ Beatorũ omnibus tribus modis prædictis. Primo siquidem, quantum ad finem; quia speculatio viæ, seu fides, quæ est finis huius scientiæ, videtur ordinari sicut ad finem, ad speculationem patriæ, secundum illud Ioannis 20. [Hæc autem scripta sunt vt credatis, & vt credentes vitam habeatis.] Vnde, & secundum Doctores, fidei respondet pro præmio visio beata. Ergo &c. Vnde dicit Augustinus lib. 22. de Ciuit. Dei. c. 29. Visio est tota merces fidei.

Pro parte affirmatiua arguitur. Primo.

Secundo, quantum ad subiectum. Quia beati plura cognoscunt de Deo, & in Deo, A quàm cognoscamus nos. Vnde videtur, quod Deus sit subiectum scientiæ Beatorum, vt est plures rationes comprehendens, & sciétiæ nostræ secundum aliquam rationem magis contractam. Ergo &c.

Secundo.

Item tertio quantum ad modum, quia scientia Beatorum est perfectior, quam nostra, vt de se patet. Ergo &c.

Tertio.

¶ Sed dicendum his non obstantibus, quod nullo horum trium modorum, si proprie accipiatur, ei subalternatur, quod patet discurrendo per singulos. Non enim subalternatur ei primo modo, quia cum scientia subalternans dicat propter quid eius, cuius scientia subalternata dicit quia, & subiectũ scientię subalternátis sit finis scientiæ subalternatæ, secundũ intentionẽ Philosophi primo Posteriorum, vt supra declaratum est, & probatum, non sufficit ad hoc, quod B vna scientia, secundum hunc modum primum, alteri subalternetur, quod finis vnius iuuet, seu ordinetur, vt ad finem, ad finem alterius. Sed oportet, quod et subiectũ ordinetur, vt ad finem ad subiectũ subalternátis, vt patet de frenofactiua respectu militaris; frænũ enim ordinatur, vt ad finem, ad equitationem; finis enim dicit propter quid eius, quod est ad finem; sic autem non est de subiecto huius scientiæ respectu finis scientiæ Beatorum, vt de se patet. Et præterea. Licet speculatio patriæ sit finis, quem debet sciens hanc doctrinam intendere, tamen per accidens se habet ad hanc scientiam secundum se consideratam, vt in quadam nostra quæstione, qua quæritur, vtrum Theologia sit practica, vel speculatiua, probatum est.

Sententia Auctoris negatiua. Probatur eleganter.

Nec potest dici, quod subalternetur ei secundo modo. Quia, vt in quæstione nostra C de subiecto huius scientiæ probatum est, Deus in quantum Deus est subiectum huius scientiæ, & non vt contractus secundũ aliquam specialem rationem. Nec etiam subalternatur ei tertio modo propriè accepto, quia vt supra probatum est, secundum intentionem Philosophi, scientia subalternans hoc tertio modo, dicit propter quid eius, cuius subalternata dicit quia, sic autẽ non est in proposito, vt de se patet; secundũ hoc ergo videtur, quod nullo modo hæc scientia subalternetur scientiæ Beatorum. Sed sciendum est, quod omnes prædicti tres modi subalternationis si diligenter inspiciantur sunt ex parte scibilis, vel simpliciter, vt primi duo; vel quantum ad illud, quod scitur de scibili, scilicet quia, & propter quid; vt tertius, propter quod secũdum omnes tres D modos prædictos scientia subalternans dicit propter quid eius, cuius dicit quia scientia subalternata, qui modi ꝑ cõsequẽs se habẽt ad sciẽtiam illud .n. quod conuenit scientiæ ratione scibilis, à quo scientia specificatur, & denominatur, per se ei conuenit. Quarta est,

est, qui accipitur ex parte scientis, qui per consequens per accidens se habet ad scientiam, propter quod cum Philosophus prætermisit, secundum quem notitia obscura, quæ est fides, subalternatur claræ, quæ est certa scientia, vt fides discipuli, qui credit verbis magistri, subalternatur scientiæ Doctoris, & hoc modo hæc doctrina subalternatur scientiæ Beatorum; quod enim Beati vident nos credimus, reuelationi nobis factæ per eos per fidem adhęrẽtes; hic autem modus conuenit cum omnibus tribus prædictis in hoc, quod sicut scientia subalternata quocunq; modo prædictorum trium, procedit ex principijs euidentibus quantũ ad propter quid, non in ipsa, sed in superiori scientia, scilicet, subalternante, quæ tamẽ creduntur ab habente scientiam subalternatam tantum, habere propter quid, & esse euidentia in superiori scientia; sic, & hęc doctrina procedit ex articulis fidei, tanquã ex suis principijs, qui per fidem supponuntur esse veri, & euidentes Beatis, quibus verè sunt euidentes, nobis autem sunt ineuidentes: & sicut scientia subalternans tradit principia scientiæ subalternatæ probans ipsa, sic & nos habemus articulos fidei per reuelationẽ nobis traditos à scientia Beatorũ; cõuenit aũt specialiter hic modus subalternationis cũ tertio prædictorum triũ dupliciter. Primo, quia in illo tertio modo non erat subalternatio scientiæ ad scientiam, sed alicuius alterius habitus ad scientiam; & similiter in proposito est subalternatio fidei nostrę ad certam notitiam, quam habent Beati. Secundo, quia secundum illum tertium modum, de eodem secundum idem erant ambæ notitiæ; vna tamen alia perfectior, & clarior; & similiter in proposito, eadem, quæ Beati clarè vident de Deo, nos credimus.

Ad primũ in cõtrariũ pro parte affirmatiua

Ad primum ergo, per quod probabatur, quod hæc doctrina subalternatur sciẽtiæ Beatæ, secundum primum modum subalternationis. Dicendum, quod non sufficit, vt supra probatum est, ad hunc modum subalternationis, quod finis vnius ordinetur ad finem alterius, sed oportet, quod subiectum subalternatæ ordinetur, vt ad finem, ad finem scientiæ subalternantis.

Ad secũdũ.

Ad secundum, per quod probabatur, ꝙ subalternatur ei secundo modo, s. quantũ ad subiectum. Dicendum, quod omnia, quæ Beati vident de Deo, fideles saltẽ credunt in confuso, cum credant ipsum esse infinitarum perfectionum. Vnde Deus vt est comprehendens omnes rationes, & perfectiones suas, est subiectum huius doctrinę, & visionis beatę, quamuis à Beatis videatur clarè, à nobis autem ænigmaticè: nec hoc facit subalternationem propriè dictam, & specialiter istius secundi modi, qui attenditur penes subiectum.

Ad tertiũ

Ad tertium, per ꝙ probabatur, ꝙ subalternabatur ei tertio modo, scilicet, quantũ ad modum. Dicendum, ꝙ non sufficit ad hunc modum subalternationis, ꝙ vna sciẽtia sit perfectior alia: sed oportet, quod vna dicat ꝓpter quid eius, cuius alia dicit quia, vt supra declaratum, & probatum est; talis autem non est visio beata respectu nostræ scientiæ. Vel potest dici, quod hæc scientia subalternatur visioni beatæ propriè hoc modo tertio. Et ad illud, quod superius adductum est contra hoc. Dicendum, quod Philosophus non dicit 1. Posteriorũ, quod omnis scientia subalternans dicat propter quid eius, cuius subalternata dicit quia. Sed dicit hoc solum, vt patet intuenti, ꝙ quia, & propter quid aliquando pertinẽt ad eandem scientiam; aliquando ad diuersas, vt patet de scientia subalternante, & subalternata. Videtur tamen, quod primus modus dicendi sit melior, & magis de intentione Philosophi.

QVÆSTIVNCVLA II.

An hæc scientia subalternetur alicui scientiæ humanæ.

Conclusio negatiua.

QVANTVM autem ad secundam quæstiunculam sciendum est, quod hæc doctrina nõ subalternatur alicui humanæ scientiæ speciali, primo, vel secundo modo prædictorum, vt de se patet; non enim finis huius scientiæ ordinatur ad finem alicuius ipsarum, nec subiectum huius est pars subiecti alicuius earum; nec etiam alicui ipsarum subalternatur tertio modo; quia nulla ipsarum dicit propter quid de articulis fidei, in quibus, vt in principijs, tota ista scientia continetur.

Quorundã sententia.

¶ Posset tamen videri alicui, quod hæc scientia subalternatur Metaphysicæ, quę est scientia generalis, secundo modo prædictorum trium. * Quia Deus, qui est subiectum huius scientiæ, est sub ente in communi, ꝙ est subiectum Metaphysicæ, sicut minus commune sub magis communi.

Probatur * Primo.

Posset etiam videri, quod subalternatur ei tertio modo. * Quia de aliquibus articulis, de quibus ista scientia dicit quia, Metaphysica dicit propter quid, vt quod Deus est Vnus, Omnipotens, Creator omnium, &c. Omnia autem hæc probat Metaphysica. Ergo &c.

* Secundo

Impugnatio.

Sed dicendum his nõ obstantibus, quod nullo prædictorum trium modorum hæc doctrina Metaphysicæ subalternatur, quod patet per singulos discurrendo. Non enim subalternatur ei primo modo, vt de se patet, quia subiectum huius scientiæ, vel eius finis non ordinatur vt ad finem, ad finem Metaphysicæ. Nec subalternatur ei secundo modo. Quia Deus, qui est subiectum huius scientiæ, non est pars

in mundo entis in communi, quod est subiectum Metaphysicæ, q requirebatur ad A hunc secundum modum subalternationis, vt supra declaratum, & probatum est. Et si dicatur, vt tangebatur in arguendo, quod Deus est saltem minus commune, quàm ens, sicut numerus, qui est subiectũ Arithmeticæ, & subiecta aliarum specialiũ scientiarum, & sic videtur ei subalternari saltem largè accepta subalternatione; sicut Arithmetica, & cæteræ scientię speciales sibi subalternantur.

Instantia.

Responsio.

Dicendum, quod nec sic ei subalternatur: cuius ratio est, quia hæc doctrina innititur diuinæ reuelationi; vnde ea sola considerat de Deo, quæ sunt de ipso nobis diuinitus reuelata; Metaphysica autem, & cæteræ humanæ scientiæ innituntur humanæ inuentioni; vnde omnia, quæ considerat sunt humanitus adinuenta, propter q ista est alterius generis ab omnibus alijs, & B ea, quæ considerat sunt totaliter ab omnibus, quæ aliæ cõsiderant disparata, propter quæ duo, aliæ possunt dici Metaphysicę aliqualiter subalternari quantum ad subiectũ, non autem ista.

Ad primũ in oppositũ

¶ Et per hoc etiam patet responsio ad primum, per quod probabatur, quod hæc scientia quantum ad subiectum, seu secundo modo Metaphysicæ subalternatur.

Ad secũdu.

Nec etiam subalternatur sibi tertio modo, quia non considerat eadem Metaphysica quantum ad propter quid de Deo, quæ considerat ista, vt quod Deus est Trinus, & Incarnatus, &c. De quibus principaliter est fides nostra, imo in hac doctrina dicitur, quod assentiendum est prædictis. & propter quid assentiendum, quia scilicet sunt diuinitus reuelata; quod nec falli potest, nec fallere, quamuis ipsa esse diui- C nitus reuelata, & quod Deus nec falli possit, nec fallere, sola fide teneatur in hac doctrina.

Et ad illud, quod contra hoc adducebatur, quod, scilicet, Metaphysica probat Deum esse Vnum, Omnipotentem, &c. Potest responderi tripliciter. Primo dicendo, quod non sufficit ad hunc modum subalternationis, quod aliqua pauca documenta scientiæ subalternatę probentur in scientia subalternante, vt supra probatum est, sed oportet, quod omnia, vel plura in ipsa probentur; omnia autem, quæ de Deo possunt per Metaphysicam sciri, pertinent ad vnum articulum, qui est quasi quoddam præambulum ad omnes alios, scilicet, credere in vnum Deum, quia nec Deum esse Creatorem, vt est articulus fidei, scilicet, quod in principio temporis D Deus mundum creauerit, probatur in Metaphysica, sed sola fide tenetur, secundum illud Apostoli ad Heb. 11. [Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei, vt ex inuisibilibus &c.] Alios autẽ oẽs articulos Metaphysicus probare non potest. Vel dicendum secundo, quod scientia subalternata supponit documenta sua, quorum habet euidentiam quantum ad quia, vt probata quantum ad propter quid, in scientia subalternante. Hæc autem doctrina non supponit prædicta documenta, scilicet Deum esse Vnum, &c. vt probata à Metaphysico quantum ad propter quid, imò secundum quod huiusmodi nihil curat, vtrum Metaphysicus ipsa probet, vel non probet, sed supponit ea, vt à Deo reuelata. Vel dicendum tertio, quod scientia subalternans dicit propter quid, respectu scibilis subalternatæ, non solum respectu alicuius documenti in ipsa traditi, quod non est verum in Metaphysica respectu scibilis, seu subiecti huius scientiæ; nihil enim, quod est in Deo, habet causam, vt sic de eo propter quid possit assignari, quamuis Metaphysica possit dicere propter quid, respectu alicuius documenti huius scientiæ, secundum quod propter quid dicit causam sciendi ex parte scientis, non autem secundum, quod dicit causam scibilis; virtus enim Dei principiatiua, seu causatiua non est causa suæ purę actualitatis, vel è conuerso, licet in Metaphysica vnum probetur, & sciatur per aliud.

QVÆSTIVNCVLA III.

Vtrum hæc scientia alias sibi subalternet.

Opinio quorũdam.

QVANTVM ad tertiam quæstiunculam sciendum est, quod posset videri alicui, quod hæc scientia sibi humanas scientias subalternet, primo, & tertio modo subalternationis.

Probatio.

Primo siquidem modo, quia subiecta aliarum ordinantur ad subiectum istius, s. res creatæ ad Deum, vt ad finem, & finis aliarum ad finem istius; contemplatio, s. creaturarum ad Dei contemplationem.

Tertio autem modo, quia hæc scientia potest, vt videtur, probare principia omniũ aliarum, de eis propter quid dicendo, vtpotè si quæratur à Theologo ꝑpter quid omne totũ est maius sua parte, & similiter de alijs principijs. Respondebit, quia sic Deus voluit, secundum illud Psal. 134. [Omnia quęcunq; voluit Dominus fecit, &c.]

Sententia Auctoris.

Sed dicendum his non obstantibus, quod hæc scientia nullo prædictorum trium modorum sibi humanas scientias subalternat, vt patet per modos singulos discurrendo; nõ enim primo modo, quia quamuis creata, quæ sunt subiecta aliarum scientiarum, secundum se ordinentur ad Deum, sicut ad finem, non tñ secundum quod subijciuntur considerationi ipsarum, cum aliæ scientiæ, nihil de tali ordinabilitate considerent, vnde accidit subiectis aliarum scientiarum

secun-

secundum quod sunt earum subiecta, talis ordinabilitas: sed è contra, quamuis frænofactiuus, vt est homo auarus, seu indigens pecunia, ordinet frænum factum ad lucrum, tamen secundum quod frænofactiuus ordinat ad equitationem, intendens tale frænum facere, quale est necessarium equitanti. Vnde hæc fræni ordinabilitas per se, se habet ad artem frænofactiuam,& hoc requiritur ad hoc,quod aliqua scientia hoc primo modo alteri subalternetur, quia denominatio est ab eo, quod est per se,& non ab eo, quod est per accidens. Per quod etiam patet responsio ad illud, quod contra hoc adducebatur. Non etiam hæc sibi alias subalternat secundo modo, vt de se patet, quia nullius alterius scientię subiectum est aliquid contractum respectu subiecti huius scientiæ, sed vel est aliquid magis commune, vt subiectum Metaphysicæ, vel est aliquid omnino disparatum, vt subiecta aliarum scientiarum specialium; non etiam sibi alias subalternat tertio modo, quia cum hæc doctrina sit solum de his, quæ nobis sunt necessaria ad salutem, quæ sufficienter in illa traduntur, non pertinet ad ipsam dicere propter quid de documentis aliarum scientiarum. Et præterea ea, quæ traduntur in alijs scientijs, aut sunt talia de quibus propter quid reddi non potest, vt sunt prima principia; aut sunt talia, de quibus propter quid. reddi potest, scilicet, per rationem naturalem, vt sunt principia Musicæ, & Perspectiuæ, &c. Hæc autem doctrina innititur diuinæ reuelationi, & non naturali rationi, propter quod ad ipsam non pertinet propter quid de talibus principijs assignare.

Responsio ad probationem oppositam. Ad illud autem, quod contra hoc adducebatur, potest quadrupliciter responderi. Primo dicendo, quod propter quid debet reddi per causam propinquam, vt docet Philosophus primo Posteriorum, & non per causam remotam, cuiusmodi est voluntas Dei. Vel potest dici secundo, quod hoc ipsum possent scire Philosophi, & specialiter Metaphysicus, scilicet, voluntatem Dei esse omnium causam. Vnde, & Philosophus primo Meteororum hanc causam assignat ordinationis elementorum dicens, quod sic ipsa ordinauit Deus gloriosus, & sublimis, vt habetur in veteri translatione: vnde non propter hoc debent poni humanæ scientiæ huic subalternari. Vel potest dici tertio, quod ad subalternantem scientiam pertinet facere euidens tale propter quid,& non solum dicere,credas tale documentum habere propter quid:sed Theologus secundum quod huiusmodi solum credit voluntatem Dei esse omnium causam,nec potest hoc per aliquam demonstrationem facere euidens, nec per consequens illud, per

A quod hoc probatur. Vel potest dici quarto, quod scientia subalternans non accipit quia est eius, cuius assignat propter quid à sciētia subalternata; cum propter quid supponat quia est, vt patet ex principio secundi Posteriorum; Theologus autem nescit, quod sit verum aliquod documentum humanæ scientiæ, cuius propter quid dicebatur assignare in arguendo, modo prædicto, nisi hoc accipiat ab aliqua humana scientia, in qua traditur illud documentum, vt de se patet. Vnde si Theologia accipit ab alijs scientijs voluntatem Dei esse, quod documenta earum sint vera, & aliæ scientiæ accipiunt à Theologia propter quid documenta earum sint vera, erit ibi petitio principij.

Quæstionis totius resolutio. Patet ergo quid dicendum sit de subalternatione propriè dicta huius scientiæ ad scientiam Beatorum, & ad humanas scientias, & humanarum ad ipsam. Si autem

B loquamur de subalternatione impropriè dicta;patet,quod hęc doctrina nullius alterius est pars,nec è conuerso.Est autē indignior, & imperfectior simpliciter sciētia beatorū, dignior autem, & perfectior omnibus humanis. Primo quantum ad finem, secundo quantum ad subiectum, & tertio quantum ad certitudinem adhesionis,quāuis quātum ad certitudinem euidentiæ aliæ hanc excedant, quod tamen non est propter eius imperfectionem, sed propter nostram, qui eā imperfectè habemus;sicut lux Solis est in se euidentior,quam lux Lunæ,tn̄ propter imperfectionē nostri visus minus à nobis potest videri.Et si dicatur, quod Metaphysica quantum ad subiectum est dignior, quam ista,quia habet subiectum communius.Dicendum,quod Deus, & creatura non habēt

C plus dignitatis, & perfectionis, quam Deus solus,sicut punctū additū lineæ nihil auget. De Deo autem hæc doctrina plura, & perfectiora considerat, quā Metaphysica,quia considerat omnia,quę cōsiderat Metaphysica,& præter ea cōsiderat de Deo illa, quæ omnem rationem naturalem excedunt.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. Ad primum ergo factum in oppositū, per quod probabatur, quod hæc doctrina subalternatur scientiæ Beatorum. Dicendum, quod accipere principia sua ab alia scientia,potest esse dupliciter.Vno modo vt probata, quantum ad propter quid in illa alia scientia, & hoc facit subalternationem propriè dictam; vt superius declaratum est, & sic hæc doctrina non accipit

D principia sua à scientia Beatorum,cum eius principia propter quid habere non possint, propter quid enim quærit causam; Deus autem, de quo sunt articuli fidei, qui sunt principia huius scientiæ,cum sit omnium causa; causam non habet aliam super se.

Alio modo potest accipere principia sua aliqua notitia ab alia, sicut in illa clarè nota, sibi autem tantum credita, sicut discipulus accipit principia sua à magistro, & talis acceptio facit subalternationem ex parte scientis, quæ est impropriè, & per accidens subalternatio, vt superius declaratum est, & secundum talem subalternationem potest dici, quod hæc doctrina subalternatur scientiæ Beatorum, vt superius dictum est.

AD II. Ad secundum, per quod probabatur idē. Dicendum, quod quando scientia magis perfecta dicit propter quid de principijs minus perfectæ, tunc eam sibi propriè subalternar, cuiusmodi est Astrologia respectu Naualis, & scientia Musicæ respectu musicæ experimentalis; sic autem non est de scientia Beatorum respectu huius scientiæ, & ideo quamuis sit de eodem, & magis perfecta, quam ista scientia, non tamen oportet dicere, quod eam propriè sibi subalternet.

AD III. Ad tertium, per quod probabatur idem. Dicendum, quod omnis scientia tam subalternans, quam subalternata, si verè, & propriè scientia est, procedit ex principijs in ipsa notis, saltem quantum ad quia est, quāuis principia scientiæ subalternatæ quantū ad propter quid sint nota solum in scientia subalternante, vt in alia quæstione probatum est; quo supposito ad formam argumenti dicendum est, quod cum articuli fidei, qui sunt principia huius scientiæ, non sint noti, quantum ad suum propter quid in scientia Beatorum, quia vt superius dictum est, propter quid habere non possunt Hæc scientia nō subalternatur scientiæ Beatorum, vera, & propria subalternatione, quamuis possit dici ei subalternari per accidens, & impropriè, sicut notitia discipuli. qui credit documentis sibi traditis à magistro, potest dici aliqualiter subalternari scientiæ magistri, vt iam superius multoties dictum est.

AD IV. Ad quartum, per quod probabatur, ꝙ hæc scientia subalternatur Metaphysicæ. Dicendum per interemptionem minoris. Et ad primam probationem illius minoris, potest responderi dupliciter. Primo, quod illa principia minus communia, quæ possunt humana ratione inuestigari, cuiusmodi sunt principia humanarum scientiarum, probari possunt per principia magis communia. Sed principia minus communia, quę sola fide tenētur, vtpotè accepta à Deo per reuelationem, & inspirationem, & omnem naturalis rationis inuestigationē excecedentia, cuiusmodi sunt principia huius scientię, per principia magis communia probari non possunt. Cum omnis probatio, seu syllogistica deductio sit actus rationis naturalis humanę. Vel potest dici secundo, quod non semper propositio magis

A communis potest inferre, seu probare minus communem, sicut hæc (animal est sensibile) probare non potest, (homo est rationalis,) quamuis illa sit magis cōnis, quam ista; sed illa sola propositio communis magis inferre, seu probare potest minus communem, quę ipsam, saltem quantum ad probationem, seu illationem continet, vt causa effectum; principia autem huius doctrinæ, cum per solam reuelationem habeantur diuinam, & omnem humanam rationem excedant, non continentur sub principijs Metaphysicæ, sicut effectus sub causa quantum ad probationem, & illationem. Ad secundam probationem eiusdem minoris. Dicendum, quod non est articulus fidei, nec per consequens principium huius scientię, credere illud, quod articulus fidei continet esse possibile, vel possibile fieri; cum hoc per rationem naturalem B probari possit, vt etiā dicebatur in arguendo. Sed articulus fidei est, & per consequēs principium huius scientię, credere illud, ꝙ articulus continet esse actualiter verum, & in rerum natura sic esse, quod per nulla principia etiam Metaphysicę potest probari, cum omnem naturalis rationis inuestigationem excedat.

Ad quintum principale, per quod probabatur idem. Dicendum, quod hęc scientia est alterius generis ab omnibus alijs, cū alię sint humanitus adinuentę, hęc autē sit diuinitus reuelata. Vnde nec est mirū si ista non subalternatur Metaphysicę, nec ē conuerso Metaphysica isti. Vel potest dici secundo, quod ista est simpliciter prima inter omnes, cum omnibus modis sit dignior alijs omnibus, vt superius declaratum est. Nec tamen sequitur, quod subalternet sibi C Metaphysicam, vel alias humanas scientias, quia etiam Metaphysica, quę est prima respectu omnium humanarum scientiarū, non subalternat eas sibi subalternatione propriè dicta, vt superius dictum est. AD V.

Ad sextum, per quod probabatur, quod ista doctrina subalternatur Logicę. Dicendum, quod per Logicam probari possunt probabiliter principia omnium aliarum scientiarum, quę per humanam rationem inuestigari possunt; principia autem huius scientię, scilicet, articuli fidei per solam reuelationem diuinam habentur, & omnem naturalem rationem excedunt, propter ꝙ per Logicam probari non possunt etiam probabiliter. AD VI.

Ad septimum, per quod probabatur, ꝙ ista doctrina sibi omnes alias subalternat. Dicēdum, quod iudicare de principijs aliaD rum scientiarum non facit subalternationē propriè dictam; sed solum dicere propter quid de principijs scientiarum subalternatarum, vt superius declaratum est; hec autem scientia, quamuis iudicet de principijs aliarum; non tamen dicit propter quid de ipsis. AD VII.

ipsis. vt superius declaratum est. Vel potest dici secundo, quod illa scientia non iudicat A in singulari de principijs aliarum scientiarum, vtrum, scilicet, veritatem contineant, vel non contineant, sed solum in communi hoc indicat; ꝙ quicquid in alijs scientijs contineretur, quod esset huic doctrinæ cõtrarium, totum esset falsum, quia huic doctrinæ falsum subesse non potest; verum autem vero cõtrarium esse non potest; hoc autem modo etiam vna scientia humana, cuius principia continent infallibilem veritatem, vt quæcunq; scientia mathematica iudicare posset per sua principia de documentis aliarũ scientiarum; quicquid enim in quacunq. scientia contrariaretur principijs Geometriæ, procuidubio esset falsum propter eandem rationem, quæ iam dicta est; nec tamen propter hoc Geometria sibi alias scientias subalternat.

AD VIII. Ad octauum, per quod probabatur idẽ. B Dicendum, quod hæc doctrina non considerat de prima causa, quicquid considerari potest de ipsa. Sed solum ea, quæ sunt nobis necessaria ad salutem, cum tota ista scientia ad salutem æternam, vt ad vltimũ finem ordinetur, secundum illud Ioan. 20. [Hæc autem scripta sunt, vt credatis, & vt credentes vitam habeatis.] Scire autem principia aliarum scientiarum non est nobis necessarium ad salutem. Vnde esto, quod per causam primam probari possent principia aliarum scientiarum, hoc tamen non pertinet ad Theologum. Vel potest dici secundo, quod quãuis causa prima sit causa omnium aliarum causarum, non tamen sequitur, quod per causam primam probari possint aliæ causæ omnes; cum aliud sit C esse causam essendi alicui, & probandi, seu inferendi illud illatione syllogistica, sicut præmissæ dicuntur causæ conclusionis. Vel potest dici tertio, quod vt superius dictum est, & vt Philosophus dicit 1. Posteriorum, propter quid reddi non debet per causam primam à demonstratore, sed per causam immediatam, & proximam; Deus autem est causa prima. Ergo per ipsum propter quid de principijs aliarum scientiarum demonstratiuè assignari non potest.

Ad vltimum, per quod probabatur idẽ. AD IX. Dicendum, quod scientia specificatur à subiecto, non sicut ab eo, quod est intrinsecè. & de essentia eius, cum subiectum sit aliquid sm̃ essentiam suam realiter distinctum ab essentia scientiæ, sed sicut ab eo, ad ꝙ habet essentialem ordinem; omnis enim habitus habet essentialem ordinem ad actũ, & actus ad obiectum; nec propter talem specificationem oportet, quod in omnibus se habeat omnis scientia ad scientiam, sicut se habet subiectum vnum ad subiectum alterius; quia si, vt iam dictum est, subiecta per essentias suas, sunt realiter distincta ab essentijs scientiarum, aliæ sunt conditiones subiectorum, & scientiarum; alias si in omnibus sic se haberent, sicut Deus est vnus in essentia, & trinus in personis, & sicut Deus est purus actus, &c. quorum nullum conuenire potest alicui subiecto humanæ sciẽtiæ, sic oporteret etiam scientiam hanc se habere ad humanas scientias, quod est absurdum. Vnde nec oportet si subiecta aliarum scientiarum depẽdent à subiecto istius sicut à causa, quod etiam scientiæ dependeant ab hac scientia.

QVAESTIO XXII

Vtrum Deus sit in omnibus rebus.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET VIDETVR Primo, quod non. Quia quod est in aliquo continetur ab eo. Sed Deus non continetur à rebus, sed D magis continet res Ergo Deus non est in rebus, sed magis res sunt in Deo. Sed dicebat, ꝙ Deus est in rebus sicut causa in effectu, scilicet tãquam dans esse omnibus rebus.

II. SED contra, & est secundum Argumentum. Ad hoc, quod aliquid sit causa effectiua alterius, non oportet, quod sit in illo altero, sed sufficit, quod adsit præsens illi, sicut patet de igne hominem calefaciẽte. Ergo ad hoc, quod Deus sit causa rerum: non oportet dicere, quod sit in rebus, sed sufficit dicere, quod adsit præsens rebus.

III. PRÆT. Idem non potest secundum se totum dependere à diuersis causis. Sed res creatę sunt effectus causarum creataru. Ergo non sunt effectus Dei.

PRÆT.

IV P R Æ T. Præter esse rei sunt in re multa alia, vt perfectiones accidentales, quidditas, seu essentia. Si Ergo Deus est in rebus sicut causa in effectu, vt dans esse, Deus nõ erit in illis alijs, quæ differunt ab esse rei.

P R Æ T. Deus est perfectius agens, quam quodcunq; agens creatum. Sed aliquod agens creatum causat effectum imperfectum, quod potest sine eo permanere, vt patet de domificatore respectu domus. Ergo multo magis Deus creare potest effectus ita perfectos, qui permanere possunt in esse absq; hoc, quod in ipsis sit Deus.

VI. P R Æ T. Cęlum est causa grani milij. Si ergo de ratione causæ est, quod sit in effectu; sequeretur, quod totum cęlum esset in vno grano milij.

VII. P R Æ T. Quod est super omnia, non est in omnibus. Sed Deus est super omnia, iuxta illud Psal. 112 [Excelsus super omnes gentes &c.] Ergo &c. Sed dicebat, ꝙ Deus est super omnia per excellentiam naturæ, & in omnibus per causalitatem.

VIII. S E D contra; & est octauum, Deus non est causa vniuoca, sed analoga, quæ excedit suum effectum. Ergo causalitas Deo competit ratione excellẽtiæ suæ naturæ. Sed impossibile est, quod idem secundum idẽ in aliquo sit, & super illud. Ergo per causalitatem Deus non est in rebus, sed super res; sicut, & propter naturæ excellentiam, per quam causalitas ei competit.

IX. P R Æ T. Si Deus est in rebus, maximè videtur esse secundum illum modum essendi In, quo Rex dicitur esse in Regno. Sed illo modo non videtur esse, quia Rex est in Regno per solam potentiam, Deus autem non per solam potentiam suam dicitur esse in rebus. Ergo &c.

X. P R Æ T. Opposita non possunt esse in eodem. Sed Deus, & culpa mortalis videntur opponi. Ergo in homine, in quo est culpa mortalis Deus esse non potest.

XI. P R Æ T. Probatur 8. Physicorum, quod virtus infinita non potest esse in re finita. Sed omnes res creatæ sunt finitæ, Deus autem est infinitæ virtutis. Ergo &c.

XII. PRÆT. Ecclesiastici 15. dicitur, Deus ab initio constituit hominẽ, & reliquit illũ in manu consilij sui. Sed in illo, quod relinquit aliquis, non potest dici postmodum esse. Ergo Deus postquam creat hominẽ, non est in ipso.

XIII. P R Æ T. Appropinquans non est in eo, cui appropinquat antequam illi appropinquet. Sed Deus dicitur in sacra Scriptura nobis appropinquare, sm̃ illud Iacobi 4. [Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.] Ergo &c.

Pro Parte Opposita.

SED CONTRA EST, quod ipse Deus dicit Ierem. 23. Celum, & terram ego impleo.

A *Responsio ad Quæstionem.*

RESPONDEO. Ad euidentiã huius quæstionis quatuor facienda sunt. Primo, videndum est, quibus modis vna res dicitur esse in alia, ex qua distinctione apparebit, quibus modis Deus non est in rebus. Secundo probabitur sex rationibus, quod Deus est in rebus alijs modis, qui restant. Tertio excludetur quædam difficultas, quæ est circa veritatem huius quæstionis. Quarto narrabitur duplex opinio, cum suis fulcimẽtis, quæ est circa hanc quæstionem, & improbabitur.

PVNCTVM I.

Quomodo vna res est in alia.

B QVANTVM ad Primum horum sciendum est, quod vna res dicitur esse in alia octo modis, quos ponit Philosophus 4. Phys. t. 23. Ad quorum distinctionis, & sufficientiæ euidentiam, sciendũ est, quod esse vnum in alio duo importat, scilicet, distinctionem aliqualem illorum duorum ad inuicem; nihil enim est in seipso, vt probatur 4. Physicorum, & aliqualẽ vnionem illorum duorum ad inuicem. Illorum enim, quæ distincta sunt totaliter, & omnino adinuicem separata, vnum non potest dici esse in alio, nisi aliqualiter vniatur, vt de se patet. Primum autem horum duorum importat secundariò, & quasi pręsuppositiuè. Secundum autem principaliter, & directè significat, quod apparet: tum quia ex suo significato esse vnum in alio
C importat inhęsionem quandam, vt de se patet; inhęsio autem quædam vnio est: tum quia quanto est maior vnio inter aliqua, (dũmodo sit aliqualis distinctio inter ipsa) tanto magis, & principalius, & verius vnũ dicitur esse in alio, & quanto minor, minus. Non autem quanto maior est distinctio, vel minor, tanto magis, vel minus vnum in alio esse dicitur: tum quia, vt communiter dicitur hæc prępositio. (Apud) quãuis vtrũq; & importet, s. distinctionem, & vnionem, tamẽ principalius importat distinctionem, quam vnionem; hæc autem præpositio (In) è conuerso: ex suo igitur significato vnum esse in alio vnionem quandam, seu vnitatẽ illorum duorũ importat, supposita aliquali distinctione inter ipsa; vnio autem aliquorũ duorum duplex esse potest, scilicet, realis, & secundum solum contactum. Realis
D etiam duplex est, scilicet, vel illorum duorum ad inuicem, quia scilicet inter se sunt vnum realiter, vel respectu tertij, quia, scilicet, faciunt vnum tertium reale; vnio etiã realis aliquorum duorum inter se duplex potest esse, scilicet, vel totalis, sic quod inter illa

illa duo non sit distinctio, nisi secundum rationem, cuiusmodi vnio est inter magis, & minus commune,& secundum hanc accipiuntur duo modi essendi, In, secundum quos magis commune dicitur esse in minus communi, & è conuerso. Vel non totalis, cuiusmodi est inter totum integrale,& partem suam; totum enim integrale est idem realiter parti suæ, sed non totaliter, quia ratione alterius partis distinguitur realiter ab illa parte,& secundum hanc vnionem accipiuntur alij duo modi essendi,In,secundum quos totum integrale dicitur esse in partibus suis, & è conuerso. Si autem sit realis aliquorum duorum non inter se, sed respectu tertij, quia, s. constituunt aliquod vnum tertium reale, sicut materia, & forma constituunt compositum ex ipsis,sic secundum hanc vnionem accipitur quintus modus essendi, In, secundum quem modũ forma dicitur esse in materia.

Si autẽ sit vnio sm̃ solum contactum,vel est vnio secundum cõtactum corporalem, cuiusmodi vnio est inter locatum, & locũ, & secundũ hanc vnionẽ accipitur octauus modus essendi,In, quo locatum dicitur esse in loco. Vel est vnio secundum contactum virtualem; contactus autẽ virtualis duplex est, s. efficientis respectu effectus sui; efficiens enim omne virtute sua attingit, seu contingit suum effectum, & finis respectu eius, quod est ad finem, quod videtur virtute sua attingere, seu contingere, quia in his, quæ sunt ad finem, est quædam naturalis tendentia,& inclinatio ad finem, & finis omnis mouet agentem, vt communiter dicitur, & est verbum Philosophi 2. Phys. Et secundum primum quidem contactum accipitur sextus modus essendi,In, quo modo dicitur Rex esse in Regno, & vniuersaliter omne efficiens in effectu suo; Rex.n. est causa efficiens respectu regiminis,& gubernationis, & defensionis totius Regni;secundum autem secundum contactum virtualẽ accipitur septimus modus essendi, In, secundum quem aliquid dicitur esse in aliquo tanquam in fine suo,& optimo.

Quomodo Deus nõ est in rebus secũdũ modũ supradictum.

Cum autem sint octo modi prædicti, secundum quos vna res dicitur esse in alia; manifestum est, quod Deus non est in rebus primis duobus modis, quod apparet ex eius causalitate. Nihil enim ẽ sui ipsius causa, vt sic; Deus autem est causa vniuersalis omnium rerum. Idem autem realiter sunt illa duo, quorum vnum dicitur esse in alio primis duobus modis, vt supra dictum est; manifestum est etiam, quod Deus non est in rebus sicut totum integrale in partibus suis; Deus enim est simplicissimus, & per consequens rationem totius integralis habere non potest: nec etiã est in rebus quarto, vel quinto modo, quod apparet ex eius perfectione; pars enim integralis, & materia, vel forma est aliquid imperfectum; Deus autem habet rationem perfectissimi. A nec etiam potest dici esse in rebus, sicut locatum in loco, quod apparet ex eius actualitate; nullum .n. quantũ,seu corpus purus actus esse potest; Deus aũt est purus actus; omne autem verè locatum est quantum, & corpus. Ergo &c. Apparet ergo, quod Deus non est in rebus sex modis prædictorum octo essendi, In. Et hæc de primo principali.

PVNCTVM II.

Explicatur quomodo Deus sit in rebus.

Quomodo Deus est in rebus.

QVANTVM autem ad Secundum principale sciendum est, quod Deus potest dici esse in rebus alijs duobus modis,qui restant, s. sicut causa efficiens in B effectu, & sicut finis in his, quæ sunt ad finem, quod quidem potest probari ad præsens multipliciter.

Probatur Primo.

Primo quidem, ex his, quæ dicta sunt; dictum est enim,quod ad hoc,quod aliquid dicatur esse in alio, requiritur, quod sit distinctum ab illo, & ꝙ aliqualiter illi vniatur, saltem in attingendo, seu contingendo ipsum sua virtute. Sed Deus est realiter distinctus ab omnibus rebus, & oẽs res sua virtute attingit, omnibus scilicet dando esse, & omnes alias perfectiones, & continuè conseruando,vt ad præsens supponitur, Vnde, & de diuina sapientia, quæ Deus est, dicitur Sapientiæ 8. [Attingit à fine, vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.] Ergo &c.

Secundo.

Præterea secundo. Plus dependet omnis creatura à Deo,quàm dependeat quæcunq; C creatura ab alia. Sed vna creatura dicitur esse in alia, quæ ab ipsa dependet, propter dependentiam ipsam, vt anima dicitur esse in corpore,& Angelus mouens cęlum in cęlo, quod mouet, & Rex in Regno, & vniuersaliter omne efficiens in effectu suo. Ergo multo magis potest dici Deus esse in omnibus rebus, propter hoc, quod omnes res ab ipso dependent, sicut effectus à causa.

Tertio

Præterea tertio. Sicut res est in loco localiter ratione quantitatis dimensiuæ, sic multo magis dicitur esse res alicubi virtualiter ratione quantitatis virtualis; quantitas enim virtualis perfectior est, quàm quantitas dimensiua, & perfectius secundum ipsa res attingitur, quàm secundum quantitatẽ dimensiuam. Sed si esset aliquod infinitum corpus, quod scilicet, haberet infinitam D quantitatem dimensiuam, illud esset vbiq; localiter. Ergo multo magis Deus,qui est infinitæ virtutis, seu quantitatis virtualis,est vbiq; virtualiter, sicut omnes res attingens sua virtute.

Quarto.

Præterea quarto. Sicut duratio Dei, quæ dici-

dicitur æternitas, est infinita, sic, & virtus Dei est infinita. Sed Deus ratione suæ infinitæ durationis, qua adest præsens omni tempori, dicitur esse semper, seu in omni tempore. Ergo propter illam suam virtutem, qua omnes res attingit, dicetur esse vbiq; seu in omnibus rebus.

Quinto. Præterea quinto. Quicquid est perfectionis simpliciter, est Deo attribuendum. Sed esse vbiq; seu in omnibus rebus, est perfectionis simpliciter, sicut è contra esse alicubi, & non alibi est imperfectionis, quia est signum limitationis, seu terminationis, quantum ad quantitatem dimensiuam, seu virtualem. Ergo esse in omnibus rebus, & vbiq; est Deo attribuendum.

Sexto. Præterea sexto, & vltimo. Omnia dicuntur esse in fine, & optimo, vt dicitur 4. Physicorum, & finis etiam potest dici esse in his, quæ sunt ad finem, propter naturalem tendentiam, & inclinationem ipsorum in finem, propter quam finis ipsa videtur sua virtute attingere, vt supra dictum est. Sed diuina bonitas tanquã infinita, & sũma, est finis respectu oĩs rei creatę. Ergo &c.

PVNCTVM III.

Quædam difficultas, quæ est circa veritatem quæsiti, dissoluitur.

Difficultas proponitur. QVANTVM autem ad Tertium sciendum est, quod circa ea, quæ dicta sunt, videtur difficultatem facere, quod Deus non est immediata causa omnium rerum, sed aliquarum solum, vt primarum hypostasum, & illarum, quæ non nisi per creationem fieri possunt. Aliarum autem rerum, sunt causæ aliquæ res creatæ; alias si Deus esset omnium causa immediata, videretur, quod oporteret dicere necessariò, vel quod omnes res creatæ frustrarentur operibus suis; aut quod operatio Dei, vel creaturæ esset frustra. Si ergo Deus est in rebus, sicut causa in effectu, videtur, quod Deus non sit in omnibus rebus, sed in effectibus suis tantum; in alijs autem effectibus sunt aliæ causæ creatæ.

1. Responsio Sed ad hoc potest responderi dupliciter. Primo dicendo, quod non solum causa immediata est in effectu suo, sed vniuersaliter oĩs causa. Vnde, & Rex dicitur esse in toto Regno hoc mõ essendi, In, vt patet 4. Phys. quia est causa regiminis in toto Regno, ꝙ tamen Regnũ non totum regit immediatè, sed mediantibus aliquibus alijs rectoribus inferioribus.

2. Responsio Vel potest dici secũdo, quod aliquid potest dici causa mediata alicuius effectus dupliciter. Vno modo, quia nullo mõ est causa eius sed solum est causa causæ proximæ, secundum quem modum auus potest dici causa mediata nepotis, quia scilicet est causa patris eius, & hoc modo Deus nõ est causa mediata creaturæ, quod patet: tum quia

A causa prima, quæ Deus est, plus influit in causatum causæ secundæ; quam etiam ipsa causa secunda, vt dicitur prima propositione de causis. Vnde non est dubium, quod omnia, quę sunt citra primam, sint effectus Dei; alias nec creata, nec creaturæ dici possent: tum quia inter patrem, & auum est prædictus ordo causalitatis mediatę, & immediatę per accidens; accidit .n. nepoti, ꝙ immediatè fit à patre, & non ab auo, cum vterq; absolutè loquendo ipsum potuerit generare; nõ sic autem est de Deo respectu causæ creatæ, cum à Deo, sicut à causa efficiente omnis causa creata necessario, & per se dependeat. Alio modo aliquid potest dici causa mediata alicuius effectus, ꝙ est verè causa eius, sed non solum, sed alia causa inferiori concurrente, sicut Sol, qui

B generat hominem, vna cum homine generãte, vt dicitur 2. Phys. t. 26. potest dici causa mediata hominis generati, & secundum hunc modum Deus potest dici causa mediata aliquorum effectuum. Omnia siquidem creata, à quibuscunq; alijs agentibus producantur, sunt effectus Dei, in quantũ entia; quamuis in quantum talia entia possint dici effectus aliarum causarum creatarum. Dico autem omnia esse effectus Dei in quantum entia, non quidem, quia esse actualis existentiæ sit à Deo, vt lux est in aere à Sole; esse autem essentiæ à causa creata, vt quidam dicunt, quia si grauitas est in lapide à generante, vt dicitur 8. Physicorum, & hoc quia grauitas consequitur vnionẽ formæ lapidis cum materia; multo magis esse actualis existentiæ, quod immediatius consequitur vnionem prædictã, quã

C quæcunq; accidẽtalis proprietas, debet dici esse in re generata, à generante creato. Sed debet illud, ꝙ dictum est, aliter intelligi.

Ad cuius euidentiam sciendum est, quod vt Philosophus dicit secundo Physicorum textu 38. Causa, & effectus debent sibi inuicem correspondere quantum ad vniuersalitatem, & particularitatem. Causæ .n. vniuersali correspondet effectus vniuersalis, & particulari particularis, & quia vna numero causa potest plures numero, & etiã specie effectus producere, vt patet de Sole. Idcircò vniuersalitas causæ est vniuersalitas causalitatis, seu in causando. Vniuersalitas autem effectus est vniuersalitas prædicationis, seu in prædicãdo; vniuersalissimę igitur causę in causando, cuiusmodi est Deus, correspondet vniuersalissimus effectus in prædicando, cuiusmodi est

D ens; quod patet, quia est prima causa: quãto enim causa prior, tanto vniuersalior; oĩa .n. alia aliquid addunt supra ens, vel secundũ rem, vel secundum rationem; omnis ergo effectus cuiuscunq; causæ creata est etiam effectus Dei, non quidem, quod aliud reale

sit in

fit in illo effectu à Deo, & aliud à causa creata. Sed totus idem effectus numero secundũ se totum est à Deo in quantum est ens, & secundum se totum est à causa creata, in quantũ est tale ens, sicut, & in homine generato, non est aliquid reale à Sole, ꝙ nõ sit ab homine generante, vel è conuerso, sed totus homo generatus sm̃ ꝙ generatus, est a Sole in quãtum est quoddam corpus generabile, & corruptibile, ab homine autẽ generante, in quãtũ est hoc corpus generabile, & corruptibile, seu hic homo. Et hæc de tertio principali.

PVNCTVM IV.

Recensentur opiniones circa quæsitum.

Prima opinio. QVANTVM ad quartũ sciendũ est, ꝙ circa modũ, quo quęcunq; spiritualis creatura est in loco; est duplex opinio, quam veram non credo.

¶ Quidam .n. dicunt, ꝙ creatura spiritualis est in loco per essentiam suam, absq; hoc, quod operetur in loco; sic ꝙ essentia sua est sibi ratio, quod sit in loco, non operatio sola; ꝙ quidem probant multipliciter.

Probatur Primo. Primo sic. Sicut se habet substantia infinita ad esse vbique, sic substantia finita ad essendum alicubi. Sed Deus propter infinitatem substantiæ suæ est vbique. Ergo Angelus propter limitationem suæ substantiæ est alicubi determinate: sola ergo limitatio substantiæ suæ est sibi ratio, & causa, quod sit in loco.

Secundo. Præt. secundo. Pars nõ est extra totũ. Sed Angelus est pars vniuersi. Ergo nõ est extra vniuersum, sed intra, & cõstat, ꝙ non vbiq;. Sic enim æquaretur Deo, & toti vniuerso. Ergo & alicubi determinate.

Tertio. Præterea tertio. Prius naturaliter actiuũ est præsens passiuo, quam agat in ipsum, sicut ignis prius est naturaliter præsens cõbustibili, quã ipsum comburat; & Sol naturaliter est prius præsens diaphano, quã ipsũ illuminet, licet vtrumq; sit simul tempore. Si ergo Angelus agit in aliquem locum, seu corpus, prius naturaliter est illi præsens, quã agat in ipsum. Sed posterius non est causa prioris, imò magis è conuerso; prius etiam potest absolui à posteriori saltem secundũ intellectum, quandoq; etiam secundum rem, & non è conuerso. Ergo operatio Angeli circa locum non est ei ratio, seu causa essendi in loco, imò circumscripta omni operatione Angeli circa locum, Angelus adhuc est in loco.

Quarto. Præterea Damas. dicit lib. 2. Fidei orth. c. 3. ꝙ Angeli terminantur, & continentur à parietibus, & ianuis, & claustris, & signaculis, quod, vt videtur, verificari non posset, nisi Angeli secundum suam substantiam, absq; omni sua operatione essent in loco.

Quinto. Præterea. Articulus Parisiensis dicit, sub- **A** stantiam Angeli sine operatione non esse in loco, error est. Ergo &c.

Improbatur hęc opinio. Primo. Sed ista opinio stare nõ potest, quod apparet. Primo quidem per quædam dicta communia; Boetius enim dicit libro de hebdomad. c. 1. ꝙ communis conceptio, & per se nota apud sapientes est, incorporalia in loco non esse, scilicet secundum suã substantiam, vt omnes exponunt communiter; quæ etiam expositio confirmatur per dictũ Philosophi in 4. Physicorũ c. 5. [Non omne (inquit) ꝙ est, est in loco, sed solũ mobile corpus.] Damasc. ét lib. 1. Fidei orth. c. 17. dicit ꝙ Angelus ibi ẽ, vbi operatur. Ergo à destructione consequentis, nusquam est, si nusquam operatur; Quidam etiam articulus Parisiensis contradicens primo, dicit, ꝙ substantiæ separatæ nusquam sunt, si intelligatur, quod substantia sit eis ratio essendi in **B** loco.

Secundo. Præterea secundo. Sicut se habet substantia infinita ad esse vbiq;, sic se habet substãtia finita ad esse alicubi. Sed substantiæ infinitæ cuiusmodi est Deus, non conuenit esse vbiq; ratione illimitationis, seu infinitatis substantię suæ, sed solũ rõne suæ causalitatis vniuersalis; alias ab æterno fuisset vbique, & non solum postquam mundum creauit; sicut si esset aliquod corpus infinitum æternum, ab æterno occupasset omnem locum existentem, & possibilem, quia illimitatio suæ quantitatis fuisset ei causa occupationis prædictæ. Ergo nec limitatio substantiæ Angelicæ est ei causa, quod sit alicubi determinate.

Tertio. Præterea tertio. Illud, ꝙ sm̃ essentiã suã potest esse nusquam, non determinatur sm̃ essentiã suã ad aliquẽ locũ. Sed Angelus sm̃ essentiã suã potuit esse nusquã, quia potuit **C** ante mundum corporeum creatus fuisse, vt cõiter dicunt Theologi, & Athanasius, & Damascenus dicunt, ꝙ creati fuerunt ante mundum corporeum. Ergo &c.

Quarto. Et confirmatur hæc rõ; quia nõ minoris perfectionis, & maioris dependentiæ à loco sũt nunc Angeli, vel fuissent post creationẽ mũdi corporei, quã fuissent ante creationẽ eiusdẽ: sed si fuissẽt creati ante mũdũ corporeũ, sm̃ substãtiã suã nusquã fuissent. Ergo & nunc, vel post creationẽ mundi corporei nusquam sunt secundum suam essentiam.

Præterea quarto. Si de quo magis videtur inesse, & non inest, nec de quo minus. Sed magis videtur de substãtia corporali, quã de substantia spirituali, quod essentia sit ei rõ essendi in loco; essentia autem substantiæ corporalis non est ei ratio, & causa essendi **D** in loco, sed solum eius quantitas, secundum quam attingit locum, & commensuratur loco. Ergo multo minus essentia substantiæ spiritualis est ei ratio, & causa essendi in loco, sed solum eius operatio, secundum quam attingit locum

Quinto. Præterea quinto. Illud, quod secundum essentiã suã, & sm omne, ꝙ in eo est subiectiue est incorporale, & immateriale, sm essentiam suam, & secundum omne, ꝙ est in eo, est abstractum ab omni situ, & loco, situs enim, & locus sunt aliquid corporale. Sed Angeli sm essentias suas, & secundũ omne, ꝙ subiectiuè est in eis, sunt incorporales, & immateriales. Ergo &c.

Soluuntur rõnes factę pro prima opinione. ¶ Ad primã ergo rõnẽ, quę adducebatur pro cõtraria opinione. Dicendũ per interẽptionem minoris; illimitatio .n. substantiæ diuinę nõ est ei causa, & ratio, quod sit vbiq; sed solum vniuersalis eius causalitas, vt supra declaratum est.

Ad 1.

Ad 2. Ad secundã dicẽdum per interemptionẽ maioris; non .n. omnis pars vniuersi oportet dicere, ꝙ sm substantiam suam sit alicubi, sed solum pars vniuersi corporei; locus enim est aliquid corporale; huius autem vniuersi Angelus non est pars, sed est pars vniuersi incorporei, seu vniuersi simpliciter, quod comprehendit omnia corporea, & incorporea.

Ad 3. Ad tertiam dicendum, ꝙ si agens sit tale, quod sit in loco absq; hoc, quod operetur in loco, cuiusmodi est omne corpus, ad hoc ꝙ agat in aliquod corpus, oportet, ꝙ sit prius præsens illi secundum locum, vt Philosophus docet 1. de Generatione. Sed si sit tale agens, cui esse in loco conuenire non possit, nisi ratione suæ operationis, cuiusmodi est Angelus, vt supra probatũ est; impossibile est, quod sit præsens prius passo, quàm agat in ipsum, imò ex hoc ipso solum, quod agit in ipsum, dicetur illi esse præsens, & non aliter.

Ad 4. ꝙ potius dicit oppositum. Admissa autẽ illa auctoritate dicitur. Ad auctoritatem Damasceni dicendum,* quod Angeli terminantur, & continentur à parietibus &c. non quidẽ sm se, seu secũdũ essentias suas, vel substantias, sed solum ratione operationum eorum transeuntium in exteriorẽ materiã, q̃ subiectiuè recipiuntur, & sunt in loco, & per consequens terminãtur, & continentur à locis corporeis, eo modo, quo quodcunq; aliquod accidens corporale posset dici terminari, & contineri a corpore in quo est subiectiuè.

Ad 5. Ad articulum Parisiensem dicendum, ꝙ illi articulo non est standum, maxime, quia alius articulus ei contradicit expressè, propter quod etiam magni Doctores dicũt, & scribunt, ꝙ Episcopus Parisiẽsis deberet illos articulos corrigere, multos de ipsis cassando;* tum quia plures de eis sibi inuicem contradicunt; tum quia aliqui manifestam cõtinent falsitatẽ; tũ quia plures de eis dicũt esse errorem, quod valde bene posset teneri pro opinione probabili. Vel dicendum, ꝙ fortè prædictus articulus loquitur de loco gloriæ Angelorum beatorum, s. de Cęlo Empyrio, & de loco pœnali dęmonum.

* Hi articuli postea correcti sunt maxime quia tangebant doctrinam S. Thomę.

Dubitatio. Sed tunc remanet dubiũ, quomõ Angeli possũt dici esse in locis prædictis, si nihil ibi operantur?

Solutio. Ad hoc posset dici, quod sicut Angelus A est in loco per operationem suam, ex hoc, s. ꝙ operatur aliquid circa aliquod corpus; sic è conuerso poterit dici esse alicubi ex hoc, quod aliquod corpus aliquã actionẽ habet in ipsum, ipsum affligẽdo, & sibi alligando, vt est instrumentũ diuinæ iustitię, sicut de igne infernali communiter dicitur, & per consequens poterit dici dęmon esse in loco etiam illo in quo est ipse ignis; Angeli autem beati fortè habent aliquam influẽtiã in Cęlum Empyriũ nobis ignotã, sicut, & Angeli superiores aliquam influentiã habent in inferiores; alias nullũ ordinem ad prædictum Cęlum viderentur habere, nec è conuerso Cęlum ad ipsos. Vel si nullã causalitatem habent in ipsum, dicentur esse in eo magis secundum quandam similitudinem, & adaptationem, quam secundum virtutem; eadem enim est gloria Angelorũ, B & hominum; locus aũt ille debetur glorificatis corporibus post resurrectionẽ, in quibus erunt animæ glorificatæ hominum. Ad ostendendum ergo identitatẽm gloriæ Angelorum, & hominum, & qũandã per consequens suo modo simultatẽ propter illos qui imaginationem non valent trãscendere, fortè solum dicitur, quod Angeli sunt in cęlo Empyrio, quamuis eis nullus situs, vel locus corporalis debeatur, nisi ratione operationum ipsorum, vt supra probatum est; & hoc est, quod fortè volunt dicere aliqui Doctores dicentes, quod Angeli dicuntur esse in Cęlo Empyrio, non propter aliqua necessitatem naturæ, sed solum ex quadam congruentia.

Alia opinio. Secunda opinio est, quæ ponit, quod substantia spiritualis, etiam dum operatur in C loco, non est in loco secundum suam essentiam, sed solum eorum operatio est in loco, ratione cuius etiam dicitur esse in loco, quę tamen sm suam essentiam nusquã est; quod dicunt, & generaliter de omnibus substantijs spiritualibus, & specialiter de Deo, dicentes, quod Deus non est in rebus secundũ essentiam suam assistens præsens rebus, sed solum ratione sui effectus, qui est quadam participata similitudo diuinæ essentiæ; hoc autem probant, & specialiter de Deo, & generaliter de omnibus substantijs spiritualibus.

Primũ mẽbrum. Probatur primo. Primum probant multipliciter. Primo sic. Nihil potest esse de nouo alicubi, vbi prius non fuerit, nisi, vel per sui mutatione, vel per conuersionem alterius in ipsum, secundum quẽ modum corpus Christi de nouo incipit esse in altari. Sed si Deus est in D rebus, non ab ęterno fuit in eis, sed de nouo, scilicet post mundi creationem; nec potest dici, ꝙ aliquid aliud fuerit in ipso de nouo conuersum, vel quód ipse fuerit mutatus: Ergo &c.

Secundo. Præterea in libro de causis dicitur, quod causa

causa prima regit omnes res, præter hoc, ꝙ commisceatur cum eis. Sed illud, quod est in aliquo videtur commisceri cum illo. Ergo &c.

Tertio.

Præterea. Sicut Deus dicitur esse in creaturis, sic creaturę dicuntur esse in Deo. Sed creaturæ non sunt in Deo sm̃ essentias suas; imò secundum Anselmũ, creatura in Deo est creatrix essentia. Ergo è cõuerso essentia diuina in creatura, nihil aliud est, quam essentia creaturæ, quæ est quædam participata similitudo diuinæ essentię.

Quarto.

Prętereà. Ad hoc, ꝙ aliquid agat in aliud, sufficit, quod habeat principia sufficientia ad agẽdum, & ꝙ sit illi præsens sm̃ illa principia. Sed illa principia, quibus Deus agit, sunt eius intellectus, & voluntas. Ergo ad hoc, quod Deus agat in res creatas, sufficit, ꝙ habeat hæc principia, & quod sit ei præsens sm̃ hæc principia; illo modo, quo dicimus, ꝙ cognoscens, & volens est præsens cognito, & volito; nec vt videtur aliqua alia ꝑsentialitas Dei, seu diuinæ essentiæ ad hoc requiritur.

Secundum membrum Probatur Primo.

Probant etiã hoc generaliter de omnibus substãtijs spiritualibus multipliciter. Primo sic: Quod absolutum est à situ, & dimẽsione secundum essentiam suam, in loco determinato sm̃ essentiam suam esse non potest. Sed omnes Angeli sunt huiusmodi, cum sm̃ essentias suas sint immateriales, & incorporei. Ergo &c.

Secunda.

Præterea. Esse in loco, vt dicitur 4. Phys. est contineri à loco, & ei cõmensurari. Sed hoc non potest dici de Angelis. Ergo &c.

Tertia.

Præterea. Cõditiones corporales, & accidentia corporalia, nõ sunt attribuenda substantijs spiritualibus. Sed situs, & locus sunt quędam corporalia; Angeli autem sunt spirituales. Ergo &c.

Quarta.

Præterea. Si esse in loco potest conuenire substantiæ Angeli rõne suæ operationis: aut conuenit ei rõne suæ operationis immanẽtis, quæ est intelligere, & velle, & hoc falsũ est; quia intelligere, & velle Angeli nõ sunt minus abstracta à loco, & corpore, quã eius substantia: aut rõne operationis transeuntis, & hoc ẽt videtur esse falsum; quia cum talis operatio nõ sit subiectiuè in Angelo, sed in corpore moto; agere .n. & mouere est subiectiuè in passo, & moto, vt dicitur in Phys. non videtur, ꝙ ratione talis operationis substantia Angeli possit dici esse alicubi.

Iudiciũ de hac sententia.

Sed quãuis hęc opinio videatur satis subtilis, & fortè vera, quã ẽt videtur tenere Fr. Thomas super 37. dist. 1. Sent. q. 3. ar. 1. vbi introducit Greg. Nazianz. dicentem, quod cum deberemus dicere, Angelus hic operatur, abusiuè dicimus hic est.

Quia tñ videtur expresè contradicere alteri articulo Parisiensi, & ẽt communibus dictis. Idcircò videtur prædictis rationibus non obstantibus probabiliter posse sustineri opinio tertia media inter duas prędictas, secundum quã ponitur, ꝙ si Angelus operatur alicubi, non solum eius operatio est in A loco, sed ẽt eius substantia loco præsens assistit, non quidẽ sicut locatũ in loco, sed sicut causa efficiens suo effectui, & hoc patet per ea, quę supra dicta sunt. Dictum est enim, ꝙ aliquid potest esse in loco, seu esse præsens alicui, non solum sicut locatum in loco, qui erat octauus modus; sed multis alijs modis, inter quos vnus erat, ꝙ causa est in effectu, seu pręsens effectui. Vnde sicut anima intellectiua secundum essentiam suã est in corpore, tanquã forma in materia; & sicut diuinitas erat in Christo sm̃ essentiã suã realiter, nõ solum sm̃ aliquã suã operationẽ; & sicut corpus Christi verè est in altari, nõ solũ aliquis eius effectus; & tñ nullũ prædictorũ est localiter, & virtualiter in ꝑdictis; sic & Deus vel Angelus videtur posse dici sm̃ essentiã suam realiter esse in eo, in quo agit, s. sicut B causa efficiens in effectu, absq; hoc, ꝙ sit in eo situaliter, & localiter, non obstante, quod secundum essentiam suam est abstractus à loco, & situ, illo modo, quo corpus locatũ est alicubi localiter, & situaliter; & hanc opinionem tanquam communiorem, & per consequens probabiliorem sustinemus.

Auctor ꝓba l'cẽnset opinionem tertiã mediã inter prædictas. Probatur primo.

Iudiciũ Auctoris de hac tertia, & secunda opinione.

Vtraque tñ opinio, s. secunda, & tertia videtur dubitabiles, quia nec propter rõnes secunde opinionis, videtur ei assentiendum; cum non cogant, vt patet in responsione ad eas; nec videtur quod propter causalitatem debeant ibi poni sm̃ realem præsentiã esse, quia ad hoc, quod aliquid agat in aliud, sufficit, ꝙ contingat ipsum, vel contactu corporali, si est agens corporale; vel contactu spirituali, si sit agens spirituale. Nec video, quod sit necessarium esse præsens in eodẽ loco, vel situ secundum præsentiam realẽ. C Vnde quarta, & vltima ratio adducta pro secunda opinione, videtur melius, & efficacius concludere.

Ex S. Tho doctrina Auctor finaliter quæst. determinat.

Frater Thomas tamen in 4. Sententiarum distinct. 45. q. 1. ar. 1. ad 1. videtur dicere, quod Angelus, & anima etiam separata secundum essentiam suam, etiam si nõ operatur, potest esse in loco; modus tamẽ, quo sunt in loco, est nobis ignotus, & hoc videtur necessarium dicere secundum fidem, propter animas puerorum non baptizatorum, & patrum antiquorum, qui dicuntur esse, & fuisse in Limbo: vnde nec patiebantur pœnam sensus ab aliquo corpore, nec etiam agebant in aliquod corpus. Et sic saluantur omnes articuli Parisienses; * quia nec essentia est eis ratio essendi in loco, & etiam sine operatione sunt in loco, modo tamen nobis ignoto; D vt videtur, quod propter hoc solum factũ sunt prædicti articuli.

* circa hãc materiam

Ad primã rõnẽ primi mẽbri opinionis.

¶ Ad primam ergo rõnem, quę adducebatur pro secunda opinione. Dicendum per interemptionem maioris. Potest enim aliquid esse de nouo alicubi, præter duos

modos, qui tangebantur in arguendo, tertio modo, scilicet, si illud in quo aliquid de nouo est, de nouo inciperet esse. Si enim Deus prius produxisset solá molẽ terræ, & postmodũ sphærã aquæ; terra de nouo fuisset alicubi, propter nouam productionem sphæræ aquæ, in qua est terra; & hoc modo Deus, quando creauit mundum, de nouo fuit in rebus creatis propter nouam ipsarũ productionem, non propter aliquam Dei mutationem, vel alterius in Deum conuersionem.

Ad 2. Ad secundam dicendum, quod non quicquid est secundum essentiam suam præsens alicui, potest dici commisceri cum illo, nisi sint talia duo, ex quibus tanquam ex partibus aliquod tertium mistum resultet, quod dici non potest de Deo, & creatura.

Ad 3. Ad tertiam dicendum, quod effectus non secundum essentiam suam est in causa efficiente, sed sufficit, quod sit in ea secundũ aliquam sui similitudinem: sed causa secundum essentiam suã est præsens effectui, seu est in effectu suo modo essendi, In, vt supra dictum est. Creatura autem est effectus Dei, & idcircò, quamuis creatura sit in Deo secundum solam similitudinem, quæ similitudo nihil aliud est realiter, quã diuina essentia; tamen Deus secundum suã essentiam potest esse præsens rei creatæ, seu esse in re creata, sicut causa efficiens in effectu.

Ad 4. Ad quartam dicendum, quod ex hoc ipso, quod Angelus intelligendo, & volendo circa aliquid operatur, est illi præsens, sicut causa efficiens effectui.

Ad rõnem secũdi mẽbri. Ad 1. Ad primam dicendum, quod illud, quod secundum essentiam suam est absolutum à situ, & dimensione, non potest esse alicubi situaliter, vel localiter, seu secundũ aliquam dimensionem suam; potest tamen secundum essentiam suam esse præsens alicui, seu esse in aliquo, sicut causa efficiens in effectu; & sic est de Deo, & de Angelis.

Ad 2. Ad secundam dicendum, quod Philosophus loquitur de eo, quod est in loco localiter, & situaliter ad modum locati; non autem de eo, quod est in loco, sicut causa efficiens in effectu, sicut dicuntur esse alicubi Deus, & Angelus.

Ad 3. Ad tertiam dicendum, quod esse alicubi situaliter, & localiter, est conditio solum corporum, & conuenit solum corporibus. Esse autem in aliquo sicut causa efficiens in effectu conuenit cuilibet agenti, corporali, s. & spirituali respectu sui effectus.

Ad 4. Ad vltimam. Dicendum, quod esse in aliquo conuenit Deo, & Angelo ratione operationis transeuntis in exteriorem materiã; quæ quamuis nõ sit in eis subiectiuè; est tamen ab eis causaliter, & effectiuè, propter ꝙ possunt dici esse in illo, circa quod operantur; non quidem situaliter, & localiter, A sicut substantia corporalis est in loco per quantitatem dimensiuam, quæ subiectiuè est in ea, sed sicut causa efficiens in effectu. Et hæc de quarto principali, & de toto.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD primum ergo factum in contrariũ in arguendo. Dicendum, quod illud, quod est in aliquo localiter, & situaliter cõtinetur ab eo. Sed si est in illo, sicut forma in materia, non continetur ab illo, sed magis illud continet, vt patet de anima intellectiua respectu corporis, & multò magis rationem continentis habet respectu eius in quo est, quod est in aliquo, sicut causa efficiens in effectu; efficientis enim est continere effectum suum, & non è conuerso, & B hoc modo Deus est in rebus. AD I.

Ad secundum dicendum, quod ad hoc, quod aliquid sit causa effectiua alterius, nõ oportet, quod sit in illo altero, sicut locatũ in loco, vt de igne calefaciente respectu hominis calefacti dicebatur in arguẽdo; oportet tamen, quod sit in illo, sicut causa efficiens in effectu, vt supra dictum est. AD II.

Ad tertium dicẽdum per interremptionem maioris. Idem enim secundum se totum diuersimodè acceptum potest esse effectus diuersarum causarum ad inuicem ordinatarum, vt supra declaratum, & probatum est. AD III.

Ad quartum dicendum, ꝙ tam quidditas rei, quàm eius omnes perfectiones accidentales includunt esse communiter acptum, propter quod etiã sunt effectus Dei, vt supra declaratum est; non enim Deus C est causa solius esse actualis existentiæ substantiæ, & non esse essentiæ accidentium: sed quicquid est in re in quantum esse in communi acceptum includit, est effectus Dei, vt supra declaratum est. AD IV.

Ad quintum dicendum, quod quamuis effectus Dei non sit imperfectior, quã effectus agentis creati; tñ aliquod agens creatũ est causa effectus sui solum quantũ ad fieri, & non quantum ad esse; Deus autem quãtum ad vtrumque est causa omnis effectus sui, propter quod effectus Dei sine influentia continua Dei in ipsum, non potest subsistere; effectus autem agentis creati remanet in esse suo subtracta influentia sui agentis in ipsum, & hoc non ad imperfectionem, sed ad maximam perfectionem Dei pertinet; dependere enim ab aliquo, sicut à causa perfectionem ostendit eius, à quo aliquid D dependet. AD V.

Ad sextum dicendum, quod etiam cęlũ potest dici esse in grano milij, non localiter, vel situaliter, sed sicut causa efficiens in effectu. AD VI.

Ad septimum dicendum, quod Deus est super AD VII.

super omnia, vt communiter dicitur, propter excellentiam suæ naturæ, & est in omnibus, sicut causa efficiens in suo effectu; esse autem in aliquo, & supra illud, situaliter, & localiter repugnant ad inuicem.

AD VIII. Ad octauum dicendum, sicut modo dicebatur, quod esse in aliquo, & supra illud localiter, & situaliter, repugnant ad inuicẽ; esse tamen in aliquo causaliter, & secundũ causalitatem illi præeminere, seu esse supra illum, non solum ad inuicem non repugnant, imò secundum consequitur primũ, maximè si est causa analoga, vt etiam tangebatur in arguendo.

AD IX. Ad nonum dicendum, quod similitudo inter existentiam Dei in rebus, & Regis in Regno, intelligenda est quantum ad hoc, quod vterq; est in aliquo secundum causalitatem quandam, s. sicut causa efficiens in effectu; non autem intelligenda est, quantũ ad hoc, quod sicut Rex est in toto Regno per solam potentiam, sic & Deus in rebus; creatura enim omnis deficit à repræsentatione diuinæ perfectionis, & per consequẽs Deo assimilatur, quantum ad solam perfectionem, quam habet, non autem quantum ad illud, quod est in ea imperfectionis.

AD X. Ad decimum dicendũ, quod Deum esse in aliquo per gratiam, & mortalis culpa opponuntur, & per consequens simul esse non possunt; quia tamen culpa naturam, A quæ bona est, non aufert, sed supponit; idcircò simul esse possunt in aliquo mortalis culpa, & Deus, vt dans esse naturæ bonum, & conseruans, sicut causa efficiens in effectu.

Ad vndecimum dicendum, quod virtus infinita non potest esse in re finita, sicut forma substantialis, vel accidentalis in subiecto, pôt tñ esse in ea, sicut causa efficiens in effectu, vel mouens in re mota, etiam secundum intentionem Philosophi ibidem. Vnde ipse ibi probat, quod virtus, quæ mouet cęlum tempore infinito, est infinita, & tamen cęlum res finita est. AD XI.

Ad duodecimum dicendum, quod Deus dicitur hominem reliquisse in manu cõsilij sui, quantum ad hoc, quod ei dedit liberũ arbitrium, per quod posset benè, & malè agere, non determinans sibi finem, & ea, per quæ posset finem attingere, sicut deter- B minauit omnibus alijs creaturis ratione carentibus; nõ autem quantum ad hoc, quod continuè in ipsum non influat esse, & omnẽ perfectionem, quam habet. AD XII.

Ad vltimum dicendum, quod Deus dicitur homini appropinquare per gratiam, sibi scilicet de nouo gratiam influendo; secundum quem effectũ, non est in ipso antequam ei appropinquet, in quo tamen semper fuit, & est, quantum ad omnem aliam perfectionem, quam habet. AD XIII.

QVAESTIO XXIII.

Vtrum Deus potuerit creaturam aliquam producere ab æterno.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod non. Quia positio ad quam sequitur impossibile, impossibilis ẽ, quia posito possibili nullum sequitur impossibile. Sed ad hanc positionẽ sequitur impossibile, s. quod mundus nõ sit creatus à Deo ex nihilo. Ergo &c. Probatur minor, secundum doctrinam Philosophi. Nam hæc propositio, ex, aut denotat causalitatem, vt cum dicitur herba fit ex terra, aut ordinem; sed hic cum dicitur mũdus fit ex nihilo, nõ potest denotare causalitatem, quia nihil non est causa; nec ordinem, quia vel durationis, & sic haberetur D propositum; vel solum naturæ, & non durationis, & sic simul essent esse, & non esse; C quod enim præcedit aliquod solum ordine naturæ simul est cum eo duratione, sicut patet de subiecto respectu ꝓpriæ passionis.

PRÆT. Sicut se habet annihilatio ad non esse, ita se habet creatio ad esse. Sed nõ potest dici annihilari, quod semper non est, nisi aliquando sit. Ergo non potest dici creari, quod semper est, nisi aliquando non sit.

PRÆT. Creatio est de non esse ad esse, sicut de termino ad terminum, & est secundum nostrum modum intelligendi à Deo in creaturam, & sic creationis sunt tres termini, scilicet Deus, & non esse, & esse. Aut ergo non esse est ante Deum, quod est impossibile dicere, cum Deus sit æternus; aut est simul cũ Deo, ꝙ etiam videtur impossibile, quia cum Deus sit æternus, tunc non II.

esse

esse creaturæ esset æternum, & sic res nunquam esset, vel haberet simul esse, & non esse, si ejus esse etiam est æternum. Ergo non esse est post Deum; sed Deus est æternus. Ergo non esse est post æternum, & per consequens esse creaturæ consequitur non esse, saltem ordine naturæ.

IV. PRÆT. Si motus, vel tempus sunt à Deo ab æterno creata; aut sunt creata secundum aliquid indiuisibile; aut secundum partem aliquam; non potest dici, quod sint creata secundum partem aliquam, quia cum qualibet pars sit diuisibilis in multas partes; sequeretur, quod multæ partes temporis, vel motus essent simul, quod est impossibile. Ergo sunt creata secundum aliquid indiuisibile, quod habebit rationem principij respectu totius temporis, & motus, & per consequens neutrum potest esse æternum, quia de ratione æterni est carere principio.

V. PRÆT. Qualibet dies præterita aliquando fuit futura. Ergo omnes dies præteriti aliquando fuerunt futuri, & totum tẽpus præteritum aliquãdo fuit futurum. Sed quod aliquando fuit futurum, aliquando nõ fuit. Ergo totum tempus præteritum aliquando non fuit; impossibile est igitur, quod ab æterno fuerit.

VI. PRÆT. Infinito nihil potest addi. Sed æternum secundum quod huiusmodi est infinitum; toti autem tempori præterito adduntur omnes dies futuri. Ergo totum tempus præteritum non est æternum.

VII. PRÆT. Si tempus fuit æternum, præcesserunt infinitæ reuolutiones Solis. Sed reuolutiones Lunę sunt plures, quã Solis. Ergo esset aliquid maius infinito, quod est impossibile. Ergo illud ex quo sequitur.

VIII. PRÆT. Deus potuit quolibet die præterito facere vnum lapidem. Sed si tempus fuisset æternum, præcessissent infiniti dies præteriti. Ergo Deus potuisset facere infinitos lapides, & per consequens infinitum corpus, quod resultaret ex coniunctione ipsorum, & infinitum locum, quem tale corpus occuparet, quæ omnia videntur impossibilia.

IX. PRÆT. Sequeretur, quod præcessissent infinitæ animæ humanæ, cum sint Incorruptibiles; impossibile est autem infinitum esse in actu tam magnitudine, quam multitudine, vt probatur 3. Physicorum. Ergo &c.

X. PRÆT. Impossibile est aliquod creatum æquari Deo, non solum in pluribus perfectionibus, sed etiam in vna. Sed si aliqua creatura fuisset ab æterno, ęquaretur Deo, quantum ad interminabilitatem, seu infinitatem durationis, quamuis fortè non ęquaretur in simultate, seu in alijs, quę sunt de ratione æternitatis diuinæ. Ergo &c.

XI. PRÆT. Quod Deus non potest velle, non potest facere, quia quicquid facit, per voluntatem facit. Sed non potest velle
A mundum fuisse ab æterno, quia omne æternum est necessarium; nihil autem vult necessario, nisi se. Ergo &c.

PRÆT. Si Deus potuit mundum XII.
producere ab æterno, voluit ipsum producere ab æterno, vt probabo, & per consequens ipsum produxit, quia omnia, quæcunq; voluit, fecit. Sed nõ produxit ab æterno, vt supponitur per fidem. Ergo nec potuit ab æterno producere. Probatio consequentiæ. Deus vult, quod melius est; sed melius est esse, quam non esse, & per consequens, melius est mũdum semper fuisse, quam aliquando non fuisse. Ergo &c.

PRÆT. Aut à circulatione Solis præ- XIII.
senti distat aliqua præcedens in infinitum, aut nulla; si dicatur, quod nulla; ergo mũdus non fuit ab æterno. Si dicatur, quod aliqua, tunc quæritur de secunda, quæ est
B immediatè postea; quia aut distat in infinitum à præsenti, & tunc est simul cum præcedente, & non posterius ipsa, quia infinitũ duratione à nullo præceditur; aut non distat in infinitum, nec per consequens præcedẽs ipsam. Ergo aut oportet dicere, quod oẽs circulationes Solis pcedẽtes sint simul, aut quod nulla distet à præsente in infinitum, & sic nõ potuit præcedere duratio infinita.

PRÆT. Tempus infinitum si præces- XIV.
sit, diuisibile fuit in partes, cum extensionẽ habeat, & sit in genere quantitatis. Pars ergo eius, aut est finita, aut infinita; non potest dici, quod infinita, quia infinito nihil est maius; omne autẽ totum est maius sua parte; nec potest dici, quod sit finita, quia omnis pars aliquotiens sumpta, mensurat totum; finitũ autem quotiescunque sumatur, non potest mensurare infinitum. Ergo &c.

C PRÆT. Emanatio diuinæ personæ, XV.
quia est ex necessitate naturæ, est ab æterno, & non potest esse in tempore. Ergo per oppositum productio creaturę, quæ non est ex necessitate naturæ, sed per liberam volũtatem, non potest esse ab æterno.

PRÆT. Qua ratione Deus potuit So- XVI.
lem hunc fecisse ab æterno, potuit fecisse ab æterno, & istum hominem, s. Adam primum hominem, antequã nullus fuisset, & in qualibet circulatione potuisset facere vnum alium; circulationes aũt pręcessissent infinitæ. Ergo inter primum hominem, & vltimum, qui nunc est, fuissent infiniti homines medij, quod videtur impossibile, quia nunquam fuisset deuentum ad istum hominem, quia infinita non est pertransire.

PRÆT. Quod est de ratione magis XVII.
communis, conuenit omnibus sub eo con-
D tentis distributiuè, & simul acceptis, vt esse animal omni homini. Sed esse posterius duratione faciente, est de rõne generabilis, & corruptibilis, quod producitur productione successiua. Ergo saltem talia non potuerunt esse ab æterno.

SED

Pro Parte Opposita.

SED CONTRA EST. Quia quicquid Deus potuit in tempore, potuit ab æterno, cum potentia eius augeri nō possit. Sed potuit in tempore producere creaturam, sicut & produxit. Ergo &c.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis quinque facienda sunt. Primo siquidem propter declarationem tituli quæstionis declarādum est, quid importetur nomine æternitatis, & quid est Deo possibile, & quid non. Secundo, declaranda est quæstio, quantū ad aliqua, quæ in ipsa supponuntur. Tertio, narranda est quædam opinio cum suis fulcimentis, quæ est in hac quæstione, quantum ad illud, ꝙ in ipsa principaliter quæritur. Quarto, prędicta opinio improbabitur, quod est declarare veritatem quæstionis. Quinto, & vltimo, respondebitur ad fulcimenta, seu argumenta opinionis prædictæ.

PVNCTVM I.

Quid importetur nomine æternitatis.

QVANTVM ad Primum horum est sciendum, quod nos possumus loqui de nomine æternitatis dupliciter, s. vel quantum ad illud, a quo imponitur nomen, seu quantum ad nominis Etymologiam, quod idem est; vel quantum ad nominis significatum, seu quantum ad illud, ad quod significandum nomen imponitur.

Si loquamur primo modo; sic æternitas importat durationem quandam interminatam, seu infinitam; dicitur enim æternū, vt etiam Grammatici dicunt, quasi extra terminos; termini autem omnis rei terminatæ sunt principium, & finis; & sic potest dici per oppositum duratio interminata, seu æterna, aut quia caret vtroq; termino, s. principio, & fine; vel quia caret altero tantū, & hoc dupliciter; quia, vel caret principio tantum, quamuis habeat finem; vel quia caret fine tantum, quamuis habeat principium, & secundum hunc modum dicetur æternitas duratio interminata modis prædictis, quæcunq; sit illa, s. vel habens successionem, vel successione carens.

Si autem loquamur de nomine æternitatis secundo modo, s. quantum ad suum significatum; sic dicendum est, quod cum nomina significent ad placitum instituētis, secundum autem dictum omnium Theologorum, qui de æternitate loquuntur, æternitas est duratio distincta ab æuo, & tempore; æternitas significat aliquid distinctū
A à duobus prædictis, quam distinctionem sic videre possumus. Duratio siquidem omnis propriè loquendo, respicit esse rei, quæ durare dicitur. Esse autem in genere duplex est, s. fluens, vt esse motus, cui pro mensura respondet tempus, quod est mensura motus, vt dicitur 4. Phys. Et stans, vt esse omnium aliorum, quæ non sunt motus, & hoc ēt duplex est, s. esse perfectè stās, & imperfectè; esse autem perfectè stans est esse diuinum, quod dicitur perfectè stans; tum quia per nullam potētiam potest fluere, vel desinere; tum quia est totaliter impermistum omni esse fluenti; cum in ipso nullum sit accidens; sicut enim secundum Philosophum in Topicis. Album est nigro impermistum, sic & in proposito, esse stabilissimum est quod est omni fluenti totaliter impermistum; & per oppositum esse
B non perfectè stabile est, quod per potentiā aliquam potest desinere, & quod est permistum alicui esse fluenti in eodem subiecto. Primo horum duorum esse respondet pro mensura æternitas: secundo æuum; per ꝙ etiam patet, quod non solum esse incorruptibilium, vt corporum cælestium, & substantiarum intellectualiū mensuratur æuo: sed esse etiam aliorum, vt corruptibilium, secundum quod stabilitatem quandam habēt, cum tempus sit mensura solius motus, vt ex eius diffinitione apparet, cuius esse est in fluxu continuo, quamuis esse prædictarum rerum, secundum quod est in motu quodam, & fluxu, tempore mensuretur.

Ad præsens autem, nomine æternitatis intelligitur duratio quædam creata, quæcunq; sit illa; s. vel habens successionem, vel non, carens principio. Possibile autem
C Deo est, quicquid potest habere rationem entis quamcunq;, quod potest ad præsens probari dupliciter. Primo, ratione ostendente, quia est. Secundo, ratione ostendente propter quid.

Prima ratio talis est. Sicut se habet potentia ad possibile, sic se habet omnipotentia ad omne possibile. Sed potentia quæcūq; est respectu alicuius possibilis. Ergo omnipotentia, cuiusmodi est potentia diuina, quæ est potentia infinita, & omnipotentia est respectu omnis possibilis; possibile autē dici potest, quicquid non est impossibile, cum possibile, & impossibile contradictoriè opponantur; non impossibile autem est quicquid est necessarium, & quicquid est contingens, cum primum opponatur impossibili contrariè, secundum autem contradictoriè; omne autē ens, vel est necessa-
D rium, vel est contingens, vt de se patet: omne igitur, quod potest habere qualemcunq; rationem entis, est Deo possibile.

Secunda ratio talis est. Omne agens secundum quod huiusmodi, agit sibi simile; illud igitur est possibile potentiæ actiuæ agen-

agen-

agentis, quod potest habere assimilationē ad ipsum; & per oppositum illud non est ei possibile, ꝙ repugnat assimilationi ad ipsū, sicut illud, ꝙ potest esse calidū est possibile correspondens potentiæ actiuæ ignis; & per contrariū; Illud non est ei possibile, ꝙ repugnat calori, vt frigus, seu frigidum; vnde nō est possibile potentiæ actiuæ ignis, quod frigidum stans frigidum sit eius effectus, quia cum effectus ignis, vt iam dictum est, sit calidum, seu calor, sequeretur, ꝙ esset possibile potentiæ actiuę ignis, quod frigidum stans frigidum, esset calidum. Sed Deus est primum esse habens in se omnē perfectionem essendi. Ergo Deo est possibile quicquid habere potest rationem entis; quia tale habet assimilationem ad ipsum, & solū illud non est possibile, ꝙ sit eius effectus, ꝙ enti repugnat, idest nō ens; quia nō ens stās non ens, esset ens; hoc ergo solum non est Deo possibile, quod includit esse, & non B esse; esse autem, & non esse includuntur in omnibus, quę habent oppositionem aliquā ad inuicem, seu repugnantiam, quia vnum oppositorū, seu repugnantium nō est aliud. Est ergo intellectus tituli quęstionis, quęrere, vtrum ista duo repugnent ad inuicem, .s. aliquid factum esse à Deo, & carere durationis principio, quia si non repugnant, poterit Deus creaturā aliquam produxisse ab æterno; si autem repugnant, non poterit. Et hæc de primo principali.

PVNCTVM II.

Declaratur quæstio quantum ad ea, quæ supponuntur.

Duo supposita statuunt.

QVANTVM autem ad Secundum est sciendum, quod in hac quæstione circa productionem creaturarum duo supponuntur, scilicet, omne creatum esse à Deo productum, & omne productū à Deo nō ab æterno, sed in alicuius durationis principio; quia si supponeretur cōtrariū, .s. ab æterno Deū produxisse, frustra quæreretur, vtrū potuerit ab æterno producere; quicquid .n. aliquid facit, potest facere.

Primum suppositū exponitur.

Et in primo horum concordant tā Fideles, quā Philosophi, quamuis non oēs; vnde Philosophorū ponentiū æternitatē mundi, duplex est opinio. Quidā .n. posuerunt, ꝙ mundi substantia non sit à Deo, & horū est intollerabilis error, & de necessitate refellitur; & de talibus dicit August. 11. de Ciuitate Dei c. 4. [Qui hoc dicunt nimis auersi sunt à veritate, & letali morbo impietatis insaniunt.] Quidam aūt sic posuerunt mundum æternum, quod tamen mundū à Deo D factum dixerunt. Quare autem hoc non solum Fideles, sed etiam Philosophi posuerunt, ratio potest esse, quia illud, quod pōt per rationem naturalem inuestigari, potuit sciri à Philisophis absq; fide; quia naturalia, A seu illa ad quæ, quis potest per naturalia pertingere, sunt, & possunt esse omnibus communia. Sed mundum esse à Deo factū potest sciri per rōem naturalem (probatur enim quod in causis efficientibus non proceditur in infinitum, nec est circulatio, nec est dare duo primo efficientia; sed necessarium est deuenire ad aliquod primum efficiens omnium, vt patet in Metaph. & per multas alias vias hoc ipsum potest probari. & specialiter per ea, quæ dicta sunt in parte prima huius determinationis.) Ergo &c.

Secūdū suppositū exponitur, & probatur.

In secundo autem discordant Fideles à Philosophis; sed concordant omnes Fideles ad inuicem; cuius ratio duplex ad præsens potest assignari; quarū prima talis est.

prima.

Illud, quod sola fide tenetur, conceditur ab omnibus fidelibus, quamuis à Philosophis per naturalem rationem inuestigari non potuerit; impossibile est enim quod de eodem sit fides, & scientia, vt in alia quæstione, qua quærebatur, vtrum hæc doctrina sit scientia proprie dicta, supra probatū est; sed creaturam habuisse durationis principium sola fide tenetur. Ergo &c. Probatio minoris. Apost. dicit ad Hebr. 11. [Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent] Gregorius etiam dicit 1. Hom. super Ezech. quod Moyses prophetauit de præterito dicens [In principio creauit Deus cęlū, & terrā, &c.] Fides autem est de his, quæ naturalem cognitionem intellectus excedunt; vnus etiam de articulis fidei ponitur, credere in Deum Creatorem cęli, & terræ. Nec potest dici, ꝙ sit articulus fidei, seu ꝙ fide teneatur hoc, quantum ad hoc, quod est mundum esse productum à Deo, sicut ab effectiuo prin- C cipio, quia hoc per rationem naturalem sciri potest, vt supra probatū est. Ergo istud fide tenetur, seu est articulus fidei, quantum ad hoc, quod est, mundum esse productum à Deo, in aliquo durationis principio.

Secunda.

Præterea. Apostolus dicit 1. ad Corinth. 2 [Quis .n. hominū scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita & q̄ Dei sunt, nemo cognouit nisi spiritus Dei] vnde sicut ea, q̄ depēdēt ex sola hominis voluntate, vt cogitationes cordium &c. nemo alius potest cognoscere, nisi ipso homine per aliqua exteriora signa, verba scilicet, vel facta reuelante, ita multo minus ea, quę ex sola Dei voluntate depēdent, ab homine cognosci nō possunt, nisi per aliquā diuinā reuelationē, seu inspirationē. Sed Deꝰ potuit ab æterno creaturā ꝓducere, vt infra ꝓbabitur, & potuit ꝓducere in aliquo durationis principio, sicut & ꝓduxit, & ꝑ cōsequēs creaturā ꝓduci in aliquo durationis principio ex sola Dei libera volūtate depēdet. Ergo hoc ab homine sciri nō pōt, nisi ꝑ diuinā inspirationem, & reuelationē, cui tota fides nr̄a innititur. Et hæc de Secūdo principali.

PVN

PVNCTVM III.

Recensetur quædam opinio cum suis fundamentis.

Prima opinio. QVANTVM ad Tertium principale sciendum est, quod circa hanc quæstionem, quantum ad illud, ꝙ in ipsa principaliter quæritur, est duplex opinio; quarum prima ponit, quod Deus non potuit creaturam aliquam ab æterno producere. Secunda dicit oppositum, .s. ꝙ potuit.

¶ Prima opinio fulcitur multis auctoritatibus, & rationibus, cuius dicta ad ordinem reducendo.

1. Ratio. Primo arguatur sic. Augustinus dicit in libro contra sermonem Arrianorum c. 33. quod coæterna non possunt esse separabilia, & per hoc probat diuinarum personarum consubstantialitatem. Sed creatura potest à Deo separari in esse, cum ex se possibilis sit non esse. Ergo Deo non est coæterna.

2. Præterea. Idem cõtra Felicianum Arrianum c. 7. diffiniens creaturam dicit, [Creatura namq; est ex eo, quod adhuc non est, aut aliquando non fuit rei cuiuslibet corruptibilis, quantum in se est Patris omnipotentis Dei voluntate, facta substantia.]

3. Præterea. Idem in libro de fide ad Petrum, cap. 3. sic dicit [Deus, qui sine initio semper est, & summè est dedit rebus à se creatis vt sint, nõ tamen sine initio, quia nulla creatura eiusdem naturæ est cuius est Trinitas &c.]

4. Præterea. Ambrosius dicit in principio Exameron [Quid igitur tam inconueniẽs, quam vt æternitatem operis cum Dei omnipotentis coniungerent æternitate? &c.]

5. Præterea. Auicenna dicit in sua Metaph. ꝙ postquam res ex seipsa habet nõ esse, sequitur hoc, vt eius esse fiat post non esse, & fiat postquam non fuerat.

6. Præterea. Philosophus dicit in 3. Physic. quod in perpetuis non differt esse, & posse. Si ergo Deus potuit creaturam produxisse ab æterno, sequitur, quod eam ab æterno produxisset, consequens est falsum. Ergo illud ex quo sequitur.

7 Præterea. Quod est terminatum secundum suam rationem, non potest adæquari ei, quod omnino priuat rationem termini, cuiusmodi est æternitas. Sed creatura secũdum suam rationem est terminata cum in eius ratione includatur ratio termini; adæquaretur autem æternitati, si esset ab æterno. Ergo &c.

8. Præterea. Sicut se habet substantia creans ad substantiam creatam, ita se habet mensura vnius ad mensuram alterius. Sed impossibile est, ꝙ substantia creata sit æqualis, vel eadem substantiæ creanti, Ergo impossibile est, quod mẽsura substantiæ creatæ sit eadem, vel æqualis æternitati diuinæ, A quod tñ non esset impossibile, si Deus potuit ab æterno creaturam producere.

Præterea. Creatura quantum ex se est, non est ens, vt nec formaliter, nec effectiuè habeat esse ex natura suæ essẽtiæ, sed ab alio solum, .s. à Deo. Si ergo Deus daret creaturæ esse absq; hoc, ꝙ eã faceret esse de nõ esse, eodem modo daret Deus esse creaturę, quo Pater dat esse Filio, nisi ꝙ Filio datur esse in substantia Patris; creaturæ autem in aliena substantia; hoc autem videtur incõueniens. Ergo illud ex quo sequitur, s. ꝙ Deus facit creaturam esse, absq; non esse præcedenti.

Præterea. Creatio est actio subita, seu instantanea, nõ successiua; sed indiuisibilis durationis, seu quæ est in instanti, ante ꝙ instãs illud ꝙ per creationẽ producitur nõ habuit esse, sed necesse est dicere, quicquid ẽ citra B primũ esse à Deo creatũ. Ergo impossibile est dicere, ꝙ nunquam habuerit non esse. 10

Præterea. Creatura oĩs p hoc ꝙ est creatura, habet à Deo sibi esse acquisitũ de non esse, sed ponere creaturã sine initio est ponere eam habere esse non acquisitũ sibi ab aliquo de non esse, ꝙ rõni creaturæ repugnat, & per consequẽs est Deo impossibile, quod careat durationis initio. 11

Præterea. Omne ꝙ est, quãdo est, necesse est esse, & pro tũc impossibile est, per quãcunq; potentiã non esse. Ergo quod semper est, semper habuit necesse esse. & nunquam potuit non esse, per quamcunq; potentiam ẽt diuinam. Sed hoc est inconueniens dicere de creatura, s. quod Deus nunquam potuerit eam in præterito facere non fuisse. Ergo &c. 12

C Præterea. Creatio, & cõseruatio differũt. Sed hoc saluari non põt, si ponitur creatura ab æterno fuisse, cum creatio in hoc solũ à conseruatione videatur differre, ꝙ nouitatẽ quandã creaturæ importat. Ergo &c. Quod autem creatio, & conseruatio differant apparet, vt videtur multipliciter. 13

Minor probatur primo. Primo, quia Deus requieuit die septimo ab omni opere creationis, non autem ab opere cõseruationis, quia de hoc Dominus dicit Io. 5. [Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor.]

Secundo. Secũdo, quia si essent idem, esse rei creatæ esset in continuo fieri, sicut est in continuo conseruari; creari enim fieri quoddam importat.

Tertio. Tertio, quia alterius agentis est rẽ cõseruare, s. Dei, & rẽ producere, s. agentis particularis.

D Quarto. Quarto, quia res creata in principio suæ durationis accepit opus creationis, vt .s. vlterius nõ creetur, nõ aũt accepit opus conseruationis, s. vt vlterius non conseruetur.

Quinto. Quinto, quia creatio rationẽ cuiusdã mutationis habere videtur, non autẽ cõseruatio

PVNCTVM IV

Reprobatur opinio præcedens, & alia opinio, quam Auctor sequitur, recensetur, et explicatur.

QVANTVM autem ad quartum dicẽdum, ꝙ his non obstantibus, quia non de necessitate concludunt, vt patebit per ea, quæ infra dicentur, Deus potuit ab æterno creaturã producere, nec repugnant ad inuicem aliquid esse factum à Deo, & carere durationis principio; quod ad præsens probari potest nouem rationibus.

1. Ratio. Primo sic. Causa perfecta ab æterno deliberatione non indigens, nec materia, vel instrumento, vel duratione aliqua ad ꝓducendum suum effectum, potest habere effectũ sibi coæuum, seu coæternũ. Huiusmodi causa ẽ Deus. Ergo &c. Minor ab omnibus supponitur. Maior ꝓbatur dupliciter. Primo per rõnẽ sic. Quãdocũq; ponitur tale agens, s. perfectũ deliberatione nõ indigẽs, nec materia, nec instrumẽto, põt poni principiũ actionis suæ, vt de se patet, sed si actio eius subito est, & tẽpore non mensuratur in quocũq; instanti ponitur principiũ eius, necesse ẽ ponere eius terminũ; sed in quocũq; instãti est terminus actionis, est effectus qui per actionẽ producitur, & ad quẽ actio terminatur. Ergo de primo ad vltimũ statim ꝙ ponitur agens pdictũ, poni põt eius effectus. Secundo, potest eadẽ maior probari si consideremus causas propter quas effectus non potest esse coæuus suæ causæ; aliquando .n. hoc contingit ꝓpter causæ imperfectionẽ, quæ non statim, ꝙ ponitur esse in rerum natura, est perfecta, & põt suũ effectũ producere, vt patet de homine tẽpore pueritiæ; aliquando hoc contingit, quia est agens per intellectum, & ad producendum effectum tẽpore indiget ad deliberandum; ante cuius deliberationis, & tẽporis terminũ effectus esse non põt: aliquando hoc contingit propter defectũ materiæ, vel instrumenti, quibus indiget necessario ad producẽdum suũ effectum, sic quod si ipsis careat, effectum producere non poterit, quantumcunq; in se sit perfectũ; aliquãdo hoc contingit propter productionem ipsam, quæ extensionẽ habet, & tempore mensuratur, ante cuius terminum effectus esse non potest; quibus omnibus causis exclusis, effectus poterit esse coæuus, seu coæternus suo agenti.

2. Ratio. Præterea secundo ad principale. Potẽtior est Deus, quã quodcunq; agens creatũ. Sed ista conditionalis est vera, siue eius antecedens sit possibile, siue impossibile, si Sol fuisset ab æterno, & aer, Sol ab æterno potuisset aerẽ illuminare, & per cõsequẽs potuisset habere effectũ sibi coæternum. Ergo multo magis hæc conditionalis erit vera. Si

A Deus fuit ab æterno, potuit ab æterno creaturã ꝓducere. Nec põt dici ꝙ non est simile; quia Deus agit non per necessitatẽ naturæ, sicut Sol. Quia cũ agere per voluntatẽ sit perfectionis, nihil diminuit de potentia, seu virtute agentis, maximè, quia voluntas Dei deliberatione non indiget.

Præterea tertio ad principale. Plus potest Deus facere, quã intellectus noster intelligere. Sed intellectus noster põt intelligere aliquid esse factum, & esse ab æterno. Ergo multo magis Deus põt hoc facere. Minor ꝓbatur per dictũ Aug. 11. de Ciu. Dei, c. 4. vbi loquens de prædictis antiquis Philosophis, qui posuerunt mundum æternum, & à Deo factum, sic dicit [Non tamen eum volũt temporis habere, sed suæ creationis initium, vt modo quodam vix intelligibili sẽper sit factus;] secundum autem grammaticos, differentia est inter ferè, & vix, quia ferè importat negationem eius cui adiũgitur; sequitur .n. Ferè cecidit: ergo non cecidit. Sed vix relinquit illud, cui adiũgitur, affirmatũ difficultatẽ quãdã importans circa illud; qui .n. vix cecidit, cecidit quidem, sed cum difficultate. Si ergo mũdũ esse æternũ, & à Deo factum sm̃ auctoritatẽ Aug. est vix intelligibile, intelligi potest, quãuis cũ difficultate, q̃ difficultas ex hoc contingit, quia illud, ꝙ subterfugit phantasiam, subterfugit intellectũ, & ꝙ cum difficultate phantasiamur, cum difficultate intelligimus, quia nihil sine phantasmate intelligit anima, vt dicitur 3. de Anima; Infinitum autẽ cum difficultate phantasiamur, & quasi subterfugit phantasiã, quia phantasia cum sit ad hic, & nunc, non videtur se posse extendere ad infinitum. Ergo &c. — 3. Ratio.

B (margin)

Idẽ Aug. dicit 10. de Ciu. Dei c. 31. [Verũ id (s. mundum factũ esse ab æterno) quomodo intelligãt, s. Philosophi, inuenerunt; sicut .n., inquiũt, Si pes ex æternitate sẽper fuisset in puluere, semper ei subesset vestigium, quod tñ à calcante factum, nemo dubitaret, quãuis alterũ ab altero factũ esset; sic (inquiũt), & mũdus semper fuit, semper existente qui fecit, & tamen factus est.]

C (margin)

Et cõfirmatur rõ, quia sm̃ Philosoph. 4. Metaph. prima pricipia, & si possint ore negari, necesse est tñ ipsa intellectu confiteri, & per consequens contrarium ipsorum, nõ põt cadere in intellectu; vnde si aliquid esse factum à Deo, & esse æternum cõtradictionẽ, & repugnantiam importaret, Philosophi tam præclari ingenio, & vigentes intellectu, qui cæteros nobilitate, atq; auctoritate vicerunt, vt Aug. dicit 10. de Ciuit. Dei c. 5. nequaquam hoc posuissent, seu intelligere potuissent. — Confirmatio.

D (margin)

Preterea quarto. Illud quod producitur, habet rõnem entis, vt supra declaratũ est, et habet rõnem facti, & non facti in cõi, sed huius facti; quod igitur aliquid à Deo produci non possit, aut hoc est, quia repugnat — 4. Ratio

ratio

rationi entis, vt idem esse, & non esse; aut quia repugnat rationi facti, vt facere alium Deum; Deus enim non est aliquid factibile; aut quia repugnat rõni huius facti, vt homi nem esse asinum, ꝙ enim nullam repugnatiam importat, est Deo possibile, vt supra declaratum est. Sed æternitas non repugnat roni entis, vel rationi facti, vel huius facti. Ergo &c. Probatio minoris. Non .n. potest dici, quod repugnet rationi entis, cum Deus sit ens, & æternus.

A Nec potest dici secũdo, ꝙ repugnet rõni facti, quia cum in nomine facti duo intelliguntur, s. illud, ꝙ substernitur factioni, & factio ipsa. Non potest dici, ꝙ repugnet ei rõne primi, vtpotè, quia creatura nõ est capax tantæ durationis, quanta est duratio carens principio, quia non minus infinita est duratio carẽs fine, cuius creatura est capax, vt patet de rebus incorruptibilibus, quam duratio carens principio. Nec potest dici, ꝙ repugnet ei rõne factionis, quia, aut hoc esset propter factionis successionẽ propter quam finis factionis non potest esse cum eius principio, & hoc non habet locum in proposito, quia creatio est factio successione carens; aut hoc esset propter terminorum factionis incõpossibilitatem, propter quam necesse esset, quod vnus alium sequeretur. Sed nec propter hoc deberet dici, quod creatura non posset dici esse ab æterno, quia quædam factiones sunt, in quibus terminus à quo præcedit terminum ad quem, non duratione, vel tempore, sed natura solum, vt patet de illuminatione aeris à Sole, sicut cõmuniter dicunt Theologi, simul creati sunt Sol, & aer, vtpote, qui sunt principales partes vniuersi, quæ factæ sunt simul in opere creationis ante opus distinctionis, & ornatus, seu ante oẽm diem, Sol in primo instanti suæ productionis aerem illuminauit in aliquo hemisphęrio, cuius illuminationis per consequens terminus à quo, idest tenebra non præcessit terminum ad quem, scilicet, lucem ordine durationis, vel temporis, sed solum naturæ, quia prius in vnoquoque ordine naturæ, & intellectus est, quod habet à se, quam quod habet ab alio; Aer autem ex se est tenebrosus, sed à Sole habet, quod sit lucidus; multo igitur magis in productione, seu creatione creaturæ dici poterit, quod non esse creaturæ præcedit eius esse ordine naturæ solum, & non in ordine durationis, & temporis. Nec potest responderi ad hanc rationem dicendo, quod non est simile de Sole, qui illuminat aerem ex necessitate naturæ, & de Deo, qui producit creaturam per liberam voluntatem, quia cum Deus in producendo creaturam deliberatione non indigeat; sed ab æterno voluerit ipsam producere libera voluntate, quia ipsam producere in nullo obstat, quin potuerit ipsam ab æterno producere,

B

C

D

Nec potest dici tertio, quod repugnet ratione huius facti, tum quia non magis repugnare videtur rationi alicuius facti, vtpotè Angeli duratio carens principio, seu infinita ex parte ante, quam carens fine, seu infinita ex parte posse, tum quia, cum factum non producatur in esse, nisi quando hoc factum producitur, & factum potest esse aliquid & æternum, quia æternitas in nullo repugnat rationi facti, vt supra probatum est. Ergo & æternitas non repugnat rationi huius facti, & per cõsequens aliquid poterit esse licet factum, & æternum.

Præterea quinto ad principale. Illud, ꝙ habet virtutem, vt sit semper, potest quantũ est ex se, nisi sit in producente defectus, habere durationem absq; principio; hoc enim per aduerbium, semper, importatur. Sed omnia naturaliter incorruptibilia habent virtutem, vt sint semper, vt Philosophus docet in pluribus locis libri de Cęlo, & Mundo; in Deo autem producente nullus defectus poni potest. Ergo &c. 5. Ratio.

Præterea sexto. Quod est necessarium, quantum est ex se potest semper esse, cum in hoc differat necessarium à contingenti. Sed secundum Philosophum 5. Metaph. sunt quædam necessaria, quæ habent causã suæ necessitatis. Ergo esse semper, & esse creatum ab alio nõ repugnant ad inuicem. Sed quicquid repugnantiam non importat, est Deo possibile, vt supra probatum est. Ergo &c. 6. Ratio.

Præterea septimo. Ad cuius rationis euidentiam sciendum est, quod generabilia, & corruptibilia dicuntur fieri, vel esse in nunc temporis, vel in tempore, sicut in mensura correspondente fieri eorum, vel esse secundum quod transmutationi subijciuntur; incorruptibilia autem, vt corpora cælestia, & substantiæ intellectuales fiunt, & sunt sicut in mensura in ęuo, quod est mensura stans, & indiuisibilis; In nunc, autem temporis, vel tempore dicuntur fieri, vel esse, non sicut in mensura fieri, vel esse eorum, sed sicut in eo cui coexistit æuum, quod est mensura ipsorum: sicut & Deus dicitur esse in die præsenti, quia eius æternitas omni tempori coexistit; æuum autem, cum sit mensura stans indiuisibilis, quantũ est ex se non magis coexistit tempori magno, vel paruo, nec per consequens finito, vel infinito, sed per indifferentiam se habet ad quodcunq; istorum, & multo magis per indifferentiã se habet ad coexistendũ tepopori carenti principio solũ, vel carenti fine solũ. Quibus suppositis arguatur sic. Illud quod fit, & est sicut in mensura propria in duratione stãte, & indiuisibili negatiuè, cuiusmodi est æuum, non magis quantum est ex se coexistit durationi carenti fine, quàm carenti principio, quia cum in indiuisibili non sit principium, & finis quantum est ex se potest carere principio durationis, 7. Ratio.

& fine, & non magis fine, quam principio, & ista patet per prædicta. Sed omnia corpora cælestia, & substantiæ intellectuales sunt huiusmodi, vt etiam supra declaratum est. Ergo saltem talia, non obstante quod facta sunt, potuerunt carere durationis principio.

8. Ratio. Præterea octauo ad principale. Aut essentia, & esse creaturæ habuerunt ab æterno repugnãtiam aliquam ad inuicem, propter quam ab æterno vniri non poterant ad inuicem, quam postea non habuerunt in tempore, quando ad inuicem vnita sunt: aut nunquam aliquam repugnantiã habuerũt. Si dicatur primum, s. quod ab æterno habuerunt aliquam repugnantiam, quam postmodum nõ habuerunt. Ergo de repugnantibus facta sunt non repugnantia. Sed hoc non potuit fieri, nisi per mutationem vtriusque, vel ad minus alterius ipsorum; sicut materia, quæ est sub forma seminis, B antequam disponatur per agens, secundum quod est stans sub forma seminis, pro tunc est repugnans animæ humanæ; postquam autem est perfectè disposita, est non repugnans; de repugnante autem facta est non repugnans per sui mutationem; impossibile est etiam, quod inter aliqua sit aliqua de nouo relatio, nisi per mutationem vtriusq;, vel alterius ipsorum; esse autem repugnans relationem quandam importat, saltem secundum rationem, vt de se patet. Ante ergo vnionem esse cum essentia creata (quę vnio est, quãdo res creatur) præcessit alia mutatio, per quã essentia rei creatæ, & eius esse, de repugnantibus facta sunt non repugnantia, quod est inconueniens, & impossibile dicere. Relinquitur ergo secundum membrum, s. quod ab æterno nullam repugnãtiam habuerunt; sed illud, quod nullam repugnantiam, importat, est Deo possibile. C Ergo Deus ab æterno potuit esse rei creatæ vnire eius essentiæ, quod est rem producere, seu creare.

9. Ratio. Præterea nono ad principale. Aut creatura ab æterno fuit impossibilis fieri; aut fuit possibilis; si dicatur, quod ab æterno fuit impossibilis fieri, & postmodum facta est possibilis fieri. Ergo de impossibili facta est possibilis. Sed quandocunq; aliquid prius est impossibile fieri alicui, & postmodum efficitur ei possibile, ante factionem illius in actu, oportet præcedere aliam mutationem, per quã de impossibili efficiatur possibile, sicut si materia, q̃ existens sub forma seminis est impossibilis esse sub forma aĩę, & postmodũ sub forma animæ existit, ante mutationem, per quam existit sub forma animæ, quæ dicitur generatio substantialis; D oportet, quod sit alia mutatio, per quam de impossibili efficiatur possibilis, quæ est alteratio præcedens generationem substantialem, cuius ratio ex prædictis in præcedẽti ratione immediate accipi potest. Ergo ante generationem, per quam res creata A efficitur in actu, oportet quod sit alia mutatio, per quam de impossibili efficiatur possibilis, quod est incõueniens, & impossibile dicere. Ergo relinquitur secundum membrum, scilicet, quod creatura ab æterno fuit Deo possibilis fieri. Sed Deus potest facere quicquid est posibile fieri, vt supra probatum est. Ergo &c. Et hæc de quarto principali.

PVNCTVM V.

Respondetur argumentis opinionis oppositæ.

AD primam ergo rationem, quæ adducebatur in corpore solutionis pro opposita opinione, quod erat quintum principale. Dicendum, quod aliquid est impossibile aliquo supposito, ꝙ tamen est possibile absolutè; sicut Sortem ambulare est imposibile, supposito quod sedeat; quod tamen est ei absolutè loquendo posibile; sic & in proposito, creaturas separari à Deo æterno, seu ipsas desinere esse, quod idem est, secundum intentionem Augustini in illa auctoritate, est imposibile, supposita earum æternitate, tamen absolute loquendo possunt desinere esse. Vel dicendum secundo; quod illud, quod est Deo æterno necessario coęternum, est simpliciter ab illo inseparabile, sicut est de vna persona diuina respectu alterius, & sic loquitur Augustinus in auctoritate prædicta. Sed creatura, q̃ non necessario est æterna, sed dicitur fieri potuisse ab æterno, & potuisse fieri in tempore, & per consequens posse desinere esse, non oportet dicere, quod sit simpliciter à Deo inseparabilis; nec de hoc loquitur Augustinus. Ad primã rationem.

Ad secundam dicendum, quod Augustinus in illa auctoritate diffinit creaturam secundum ꝙ est producta à Deo per creationem talem, qualis supponitur secundum fidem, s. quod fuerit in principio temporis, non autem diffinit ibi creaturam pro vt est Deo posibilis ab æterno. Ad 2.

Ad tertiam dicendum, quod Augustinus per hoc, quod nulla creatura eiusdem generis est, cuius est Trinitas, intendit probare, quod Deus potuit rebus à se creatis dare esse in principio temporis; non autem per hoc intendit probare, quod necessario dederit esse rebus creatis in principio temporis, & quod non potuerit ipsas producere ab æterno. Ad 3.

Ad quartam dicendum, quod etiam si Deus produxisset creaturam aliquam ab æterno, æternitas creaturæ, quæ esset solum æternitas quantum ad nominis Etymologiam, differret ab æternitate diuina, quę est verè æternitas, cuius contrarium Ambrosius Ad 4.

ſius dicit eſſe inconueniens, & hoc ſuperius declaratum eſt.

Ad 5. Ad quintam dicendum, quod hæc præpoſitio, prius, in illa Auicennæ auctoritate, deſignat ſolum ordinem naturæ, non autem durationis, vel temporis, quod etiam ſuperius declaratum eſt.

Ad 6. Ad ſextam dicendum, quod duplex eſt poſſe, ſcilicet ad eſſe, quod eſt poſſe potentiæ paſſiuæ, & hoc non differt ab eſſe in perpetuis, quia perpetua ſemper habent poſſe tale coniunctum cum eſſe, & è conuerſo, & aliud poſſe ad agere, ꝙ eſt poſſe potentiæ actiuæ, & quia tale poſſe non reſpicit eſſe, ſed agere, idcircò de tali poſſe non loquitur ibi Philoſophus. Vel dicendum ſecundo, & fortè melius, quod in perpetuis quantum ad illud in quo perpetua ſunt, non differunt eſſe, & poſſe; ideſt, sẽper habẽt ſimul eſſe cũ poſſe, & è cõuerſo: non autem oportet hoc verificari quantum ad illud, in quo nõ ſunt perpetua; ſicut homo perpetuo eſt animal. Vnde, ſemper habet eſſe animal vnitum cum poſſe eſſe animal, & è conuerſo; non autem perpetuo eſt albus, & idcircò aliquando poteſt eſſe albus, & nõ eſſe albus; Deus autem, quamuis ſit perpetuus quãtum ad eſſe reale omne, quod eſt in ipſo, non tamen perpetuò creauit, nec perpetuo fuit in eo reſpectus creaturæ, vel Creatoris; ſed de nouo aduenit ei, quando creatura incepit eſſe, & idcirco potuit creare, & eſſe creans, ſeu creator, antequam crearet, vel eſſet creator, vel creans.

Ad 7. Ad ſeptimam dicendum, quod nomen termini, ſeu terminati eſt ęquiuocum ad terminatum ſecundum eſſentiam, & terminatum ſecundum durationem. Vnde illud, quod eſt terminatum ſecundum eſſentiam, cuiuſmodi eſt omne creatum, non poteſt æquari interminato ſecundum eſſentiam; non autem eſt inconueniens, quod adæquetur ei, quod eſt terminatum ſecundum eſſentiam, ſed interminatum ſecundũ durationem, cuiuſmodi eſſet creata æternitas, ſicut, & ſi eſſet aer infinitus in actu, eſſet finitus ſimpliciter ſecundum eſſentiam, & infinitus ſecundum quid, ſ. ſecundum quantitatem. Vnde hoc argumentum peccat ſecundum ęquiuocationem.

Ad 8. Ad octauam dicendum, quod æternitas rei creatæ, ſi aliqua fuiſſet producta ab æterno, non eſſet eadem æternitati diuinæ, vt ſupra declaratum eſt; nec etiam æqualis ſimpliciter, quia nulla perfectio creata æquari poteſt ſimpliciter alicui perfectioni diuinæ. Et ſi dicatur contra hoc, quod adæquaretur ſaltem in interminabilitate. Dicendum quod interminabilitas cum ſit pura priuatio, vel negatio, nihil reale importat quantum eſt ex ſe; ſed tota realitas eſt in fundamento ſuo, ſeu in poſitiuo, rõne cuius interminabilitas rei cõpetit. Vnde ſi aliq́ ęternũ in illo poſitiuo ab alio æterno exceditur, in

A nullo reali ei adæquatur, quamuis videatur in interminabilitate adęquari, quæ adæquatio magis eſt dicenda vocalis, quam realis; nec eſt inconueniens aliquod creatum in aliquo tali Deo adæquari; quia cum pura priuatio, vel negatio non recipiat magis, & minus quantum ad incorporeitatem, & immaterialitatem, quæ puram priuationem, ſeu negationem importat, non eſt inconueniens dicere, imò eſt neceſſarium, quod Angelus Deum adæquet, quãuis Damaſcenus dicere videatur, quod Angelus eſt corporeus, & materialis reſpectu Dei, quod intelligendum eſt comparatiuè magis, quam abſolutè, ſicut & rubeum dicitur nigrum reſpectu albi comparatiuè, ſcilicet, quia abſolutè nullo modo dicendũ eſt eſſe nigrum.

Ad nonam dicendum, quod ſi nulla alia B differentia eſſet inter productionẽ filij Dei, & creaturæ, niſi illa, quæ tangitur in arguẽdo, deberet illa ſola maxima reputari, à qua ſicut à principali, & radicali oẽs aliæ differentiæ, quæ aſſignari poſſent, dependerent; ſuppoſito tamen, quod creaturam produxiſſet ab æterno, adhuc præter illam differentiã poſſent aliæ differentiæ aſſignari, ſicut quod Pater producit Filium neceſſario ab æterno, creaturam autem poteſt producere ab æterno, & in tempore; creaturam etiam habet eſſe poſt non eſſe, ſaltem ordine naturæ, non autem Filius, & multæ aliæ, quæ ad præſens dimittantur. Ad 9.

Ad decimam dicendum, quod nos poſſumus loqui de creatione creaturæ dupliciter. Vno modo ſecundum ſuppoſitionem fidei, & ſic creatio eſt productio ſubita, ſeu inſtantanea, quæ fuit in aliquo primo in- Ad 10.
C ſtanti. Alio modo poſſumus loqui de creatione ſecundum ſuppoſitionem, qua ſupponitur creatura potuiſſe ab ęterno creari, & ſic creatio nihil aliud eſſet, quam continua dependentia creaturæ, quantum ad eſſe à Deo, ſicut à cauſa efficiente; ſicut quamuis nũc illuminatio aeris ſit in primo inſtanti diei artificialis; tamẽ ſi Sol ab æterno illuminaſſet aerem, illuminatio aeris à Sole non eſſet in aliquo primo inſtanti, ſed nihil aliud eſſet, quam continua dependentia aeris, quantum ad lucem à Sole illuminante.

Ad vndecimam dicẽdum, quod ſi creatura fuiſſet ab æterno, habuiſſet eſſe ſibi acquiſitum à Deo de non eſſe, ſeu poſt non eſſe, non ordine durationis, vel temporis, ſed naturæ ſolũ; ſic & ſi aer ab æterno fuiſſet illuminatus à Sole, habuiſſet eſſe lucidũ Ad 11.
D poſt eſſe tenebroſum, ſeu non lucidum, vt ſuperius declaratum eſt.

Ad duodecimam dicendũ, quod aliquid eſt neceſſarium eſſe, & impoſſibile non eſſe ex ſuppoſitione, quod tamen abſolutè loquendo eſt poſſibile non eſſe, & non neceſ- Ad 12.

ſarium

sarium est esse, sicut Sortem sedere, supposito, quod sedeat, sic & in proposito; creatura, absolutè loquendo, potuit non esse, & non fuit necesse ipsam esse; si tamen eam Deus produxisset ab æterno, fuisset necesse ipsam fuisse, necessitate ex suppositione, & sic etiam fuisset impossibile ipsam non fuisse.

Ad 13. Ad vltimam dicendum per interemptionē majoris, q creatio, & conseruatio, siue accipiantur actiuè ex parte Dei, siuè passiuè ex parte creaturæ, non differunt realiter re absoluta. Si enim accipiantur actiuè ex parte Dei, hoc constat: si autem accipiantur passiuè ex parte creaturæ, sic nihil aliud sunt re absoluta, quā ipsum esse creaturæ; secundum enim communem opinionem passio, motus, vel mutatio, & res, quæ per mutationem acquiritur, idem sunt re absoluta, scilicet, terminus ad quem ipsius mutationis. Vnde cum creatio, & conseruatio passiuè accepta ex parte creaturæ significentur modo passionis; idē autem est esse creaturæ, quod à Deo per creationem accipitur, & quod in ipsa à Deo continuè cōseruatur; idem sunt re absoluta creatio, & conseruatio, scilicet ipsum esse creaturæ, & per consequens multo magis eadem realiter actio est ex parte Dei creatio, & conseruatio, cum in Deo nulla distinguantur etiā secundum rationem, nisi quibus correspōdent aliqua in creatis distincta realiter. Vnde & ipse idē, qui in primo Quolibeto suo dixerat, quod creatio, & conseruatio sunt diuersæ actiones, postmodum hoc in quinto Quodlibeto retractans, quæstione qua quærit, vtrum esse cuiuslibet creaturæ consistat in continuo fieri, simpliciter dicit, q eadē est actio, qua Deus creat, & conseruat creata; quia idē est esse creatū, & cōseruatū; differunt tñ creatio, & conseruatio aliqualiter secundum rationem; secundum enim quod creatura habet esse à Deo post non esse solo ordine naturæ, dicitur res à Deo creari, loquendo de creatione secundum suppositionem, qua supponitur ab æterno à Deo producta; secundum autem quod creatura potest non esse, & quantum est ex se tenderet in non esse, nisi Deus ei cōtinuè influat esse, dicitur res à Deo conseruari in esse. Si autem loquamur de creatione secūdum suppositionem fidei, sic differūt creatio, & conseruatio eodem modo, & adhuc plus, s. penes mensuram extrinsecam, quia res dicitur creari pro primo instanti suę durationis; conseruari autem pro tota duratione sequente: propter quod quædam nouitas importatur, & variatio in nomine creationis, & non in nomine conseruationis. Et ad primum, per quod probabatur, quod creatio, & conseruatio differunt realiter, dicendum, quod Deus die septimo requieuit ab omni opere creationis, loquendo de creatione secundum suppositionem fidei, secundum quā dicitur res creari, quādo primo de nouo accipit esse à Deo, non autem ab opere conseruationis, no propter realem distinctionem creationis, & conseruationis; sed quia propter differentiam, quę est inter ea quantum ad mensuram extrinsecam, innouatio quædam importatur in nomine creationis, & non in nomine conseruationis; idē enim esse, quod dedit Deus rei in primo instanti suæ durationis; continuè influit ei absq; aliqua innouatione.

Ad primā probationem minoris.

A

Ad 2. probationem. Ad Aliud, per quod probabatur idem. Dicendum, quod si res producitur à Deo in tempore, non obstante, quod creatio, & conseruatio sunt idem realiter, in nomine creationis quædam innouatio importatur, quæ non importatur in nomine conseruationis, vt supra dictum est; & quia fieri innouationem quandam importat; idcircò res fieri dicitur in primo instanti, in quo res

B

à Deo creatur, non autem in tota duratione sequente, in qua à Deo conseruatur. Si autē res creata à Deo esset ab æterno producta, posset dici continuè fieri à Deo, si in hoc, quod dicitur fieri importetur sola dependentia quantum ad esse à Deo, sicut ab efficiente, sicut & de nomine creationis superius dictum est. Si autem per fieri intelligatur nouitas aliqua, seu innouatio eius, quod fit, res creata non dicetur in continuo fieri esse; sed in continuo facto esse, vt in quadam alia nostra quæstione, qua quæritur, vtrū esse rei creatæ sit in continuo fieri, declaratum est.

Ad 3. probationem. Ad aliud, per quod probabatur idem. Dicendum, quod quia productio rei, & cōseruatio differunt secundum rationem modo prædicto; res enim dicitur produci pro primo instanti suæ durationis, pro qua tota

C

dicitur conseruari; idcircò contingit, quod aliquando ab alio agente res producatur, quàm conseruetur; non autem propter distinctionem realem, quæ sit inter productionem, & conseruationem. Vel potest dici, & melius, quod actio, passio, & effectus, qui per actionem producitur, sunt idē re absoluta; scilicet, ipse effectus agentis. Vnde si duorum agentium maximè subordinatorum est vnus effectus realis, vt habet alibi declarari; eadem est actio vtriusq; agentis, quantum ad absolutum, quod importat vtraq; actio, quamuis sit diuersum agens; non enim actio est in agente, sed in passo, vt probatur 3. Physicorum, & tales actiones sunt productio rei, quæ est ab vno agente, & conseruatio, quæ est ab alio. Vel dicendum, quod esto, quod productio rei, & conseruatio, sint actiones diuersæ, quando sunt à diuersis agentibus; quando tamen

D

sunt ab eodem agente, sunt eadem actio; creare autem, & conseruare sunt eiusdem agentis, scilicet, Dei.

Ad 4. probationem. Ad aliud, per quod probabatur idem. Dicendum, quod quia res dicitur creari

pro

pro primo instanti suæ durationis; pro tota autẽ duratione sequente dicitur conseruari; idcircò dicitur, ꝙ res creata in principio suę durationis accepit opus creationis, & non opus durationis, & conseruationis, vt .s. vlterius non creetur, & non vt vlterius cõseruetur; non aũt hoc dicitur ꝓpter aliquã realẽ distinctionem creationis à conseruatione.

Ad 5. probationem. Ad quintam, & vltimam, per quam probabatur idem. Dicendum, quod creatio videtur habere rationem cuiusdam mutationis, non autem conseruatio; non quia sit diuersa actio realiter à conseruatione, sed quia innouatio quędam importatur in nomine creationis, acceptæ secundum suppositionem fidei; non autem importatur in nomine conseruationis. Et hæc de quinto principali, & de toto.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD primum ergo factum in oppositũ. Dicendum, quod si mundus fuisset ab æterno, potuisset dici creatus à Deo ex nihilo, secundum quod hæc præpositio, ex, denotat solum ordinem naturæ, nec est inconueniens dicere, quod creatura habeat simul non esse à se, & esse ab alio, .s. à Deo; sicut & aer simul habet lucem à Sole, & ex se est tenebrosus, seu carẽs luce, vt superius declaratum est.

AD II. Ad secundum dicendum, quod illa similitudo attenditur quantum ad hoc, quod sicut non esse est terminus ad quem annihilationis, sic & esse creationis; non autem attenditur quantum ad illud, ad quod adducebatur, cuius ratio est; quia annihilari dicitur, quod desinit esse; creari autem, ꝙ accipit esse à Deo creante; non autem potest dici desinere esse, quod nunquam esse habuit; potest tamen dici, aliqua res accipere illud ab aliquo, quod semper ab illo habuit, & nunquam illo caruit; sicut filius semper accepit diuinam naturam à Patre, absq; hoc, quod illa vnquam caruerit; sicut & aer, si ab æterno fuisset illuminatus à Sole, ab æterno lucem accepisset à Sole, absq; hoc, quod luce vnquam caruerit; non autẽ posset dici aer obtenebrari, qui semper luce caruit, & hæc patent per ea, quæ superius dicta sunt.

AD III Ad tertium dicendũm, quod si mundus fuisset ab æterno, non esse eius non fuisset ante Deum, vel post Deum; sed simul cum Deo, idest ab æterno, & creatura simul habuisset esse à Deo, & non esse à seipsa, vt superius declaratum est.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod si tempus & motus fuissent ab æterno, fuissent à Deo creata, non secundum aliquid indiuisibile, aut secundum aliquam solam partem, sed secundum se tota, non quia secundum se tota essent simul; sed quia secundum se tota dependerent quantum ad suum esse à Deo, sicut à causa efficiente; creatio enim ipsorũ, A supposita eorũ æternitate, nõ esset in aliquo nunc primo ipsorum esse; sed esset continua dependentia quantum ad esse à Deo, sicut à primo efficiente, vt superius declaratum est.

Ad quintum dicendum, quod si tempus fuisset ab æterno, omnes dies præteriti aliquando fuissent futuri, & totum tempus præteritum aliquando fuisset futurum, distributiuè loquendo, non autem collectiuè, propter quod non sequitur, quod aliquando nulla dies fuisset, vel nihil fuisset de tempore. AD V.

Ad sextum dicendum, quod infinito ex ea parte, qua infinitum est, nihil addi potest, potest tamen addi aliquid sibi ex ea parte, qua est finitum, sicut lineæ carenti principio, & habenti finem, aliquid addi potest ex parte finis, nihil autem addi potest ex B parte principij; si autẽ tempus fuisset ęternum, caruisset principio, & per consequens ex parte principij nihil ei potuisset addi, terminaretur autem ad diem præsentem, propter quod ei addi possunt omnes dies sequentes. AD VI.

Ad septimum dicendum, quod infinito infra idem genus nihil est maius; potest tñ aliquid aliud ipso esse maius, sicut linea infinita nulla est maior linea; superficies tamen infinita est maior linea infinita, & si numeri pares sunt infiniti, nulli numeri pares possunt esse plures eis, numeri autem infiniti sunt plures numeris paribus infinitis; numeris etiam infinitis excedentibus denarium nulli numeri excedentes denarium sunt plures; numeri tamen infiniti excedentes dualitatem sunt plures, quam numeri infiniti denarium exce- C dentes; cogitationibus etiam vnius hominis, & affectionibus in infinitum sibi succedentibus propter animæ incorruptibilitatẽ, & per consequens in infinitum, nullę cogitationes eiusdẽ hominis plures esse possunt; cogitationes tamen omnium hominum infinitę sibi inuicẽ succedentes, plures erunt cogitationibus vnius hominis infinitis, et similiter in proposito reuolutionibus Solis infinitis, si mundus fuisset ab æterno, nullæ reuolutiones Solis plures esse potuissẽt, reuolutiones tñ Lunæ infinitæ, plures essent reuolutionibus Solis infinitis. AD VII.

Ad octauum dicendum, quod si tempus præcessisset infinitum, & fuissent dies pręteriti infiniti, Deus potuisset quolibet die, distributiuè loquendo, facere vnum lapidẽ, fecisse, & conseruasse, non tamen loquendo collectiuè; supposito, quod infiniti lapi- D des numero non possint esse in rerum natura; nec ex hoc sequitur, quin Deus ab æterno aliquem lapidem potuerit facere, & conseruare. AD VIII.

Ad nonum dicendum, quod esto, quod Deus non potuerit hominem facere, quia infi- AD IX.

infinita numero actu esse non possunt, vt tangebatur in arguendo; potuit tamen ab A æterno fecisse aliquam aliam creaturam, & hoc sufficit dicere, quantum ad illud, quod in titulo quæstionis proponitur; quæritur enim in communi. Vtrum Deus ab æterno potuerit aliquam creaturam producere indefinitè, quæcunque sit illa. Et hoc magis explicatur Quodlibeto duodecimo quæst. 3. Vel potest dici secundo, quod Deus potuit ab æterno hominem produxisse, qui nõ ab æterno, sed in principio alicuius determinati temporis alium hominẽ generasset, & sic nequaquam infinitæ animæ fuissent. Vel potest dici tertio, quod Deus potuit facere hominẽ ab æterno, sic quod vnus homo ab alio in infinitum generatus fuisset, & potuisset de potentia absoluta impediuisse infinitatem animarum, seu fecisse, quod nõ fuissent animæ infinitæ, vel animas annihilando; vel de corpore vnius hominis ad corpus B alterius transferendo, quorum vtrũq; posset facere de potentia absoluta. Vel posset dici quarto, ꝙ aliqui pro inconuenienti non habent esse per accidens infinita numero actu, scilicet, quorum vnum ab alio secundum causalitatis ordinem non depẽdet, cuiusmodi sunt animæ humanæ, quæ oẽs à Deo habent esse per creationem; habent tamen pro inconuenienti, esse aliquã per se infinita actu, quorum vnum ab alio dependet, secundum ordinem causalitatis; quia impossibile est, quod idem ab infinitis causis dependeat, vt Philosophus probat in pluribus locis. Est vlterius aduertendum ad maiorem euidentiam omnium harum responsionum, quod aliquid est absolutè possibile, quod vno, vel multis suppositis redditur impossibile, vt Sortem ambulare, est absolutè possibile, quod tamen est im- C possibile, supposito, quod careat virtute motiua, vel instrumento ad ambulandum, vel quod sedeat, & huiusmodi; & similiter in proposito; possibile est absolutè, Deum mundum produxisse ab æterno; hoc tamen redditur impossibile, supposito quod infinita actu esse non possint, & quod Deus ab æterno mũdum cum homine produxisset, & quod ille hoc non in principio alicuius temporis, sed ab æterno alium hominem, & ille alium in infinitum generasset; & supposito, quod animæ non annihilentur, nec trãsferantur.

AD X. Ad decimum patet responsio per ea, quæ in responsione ad octauum argumentum factum in corpore solutionis principalis, prædicta sunt.

AD XI. Ad vndecimum dicendum, quod quamuis Deus velit se solum necessario necessi- D tate absoluta, potest tamen alia velle necessariò necessitate ex suppositione, vt communiter dicitur. Supposito enim, ꝙ velit hominem saluari, necessario hoc vult, nec potest velle contrarium; alias voluntas sua esset mutabilis; si scilicet prius vellet vnum, & postmodum nollet illud idem; & similiter in proposito, si mundus fuisset ab æterno per diuinam voluntatem; Deus necessitate ex suppositione voluisset necessario ipsum esse, non autem necessitate absoluta.

AD XII. Ad duodecimum dicẽdum, quod quicquid est melius actu in rerum natura, Deus vult, quia nulla bonitas est in rerum natura, nisi sit à diuina voluntate sicut à causa, non tamen omne, quod potest esse melius in rerum natura, oportet, quod Deus velit, alias sequeretur, quod Deus nullam rem posset facere meliorem etiam accidentaliter, quam faciat; nec posset facere creaturã aliquam sublimiorem creaturis, quæ nunc sunt, & per consequens Deus esset potentię limitatæ. Vnde quamuis forte fuisset melius carere durationis principio, quam non carere, quia etiam, vt dicebatur in arguendo, vnicuiq; rei melius est esse, quam non esse; non tamen oportet dicere, quod Deus hoc voluerit, vel ꝙ si hoc voluit, nõ potuit. Vel potest dici, quod quãuis melius fuisset mundo semper fuisse, quam non fuisse, non tamen hoc fuisset simpliciter melius; aliquid enim est melius vni, quod non est simpliciter melius; simpliciter enim videtur fuisse melius mundum aliquando nõ fuisse, quia per hoc, quod de nõ esse ad esse per creationem deductus est, maximè nobis apparet infinitas diuinæ potentiæ, per quam de nihilo factum est aliquid, & infinitas diuinæ bonitatis, quæ se omnibus cõmunicat, quæ nihil fuerunt aliquando, melius enim simpliciter debet iudicari vnumquodq; per comparationem ad vltimum finem; finis autem totius vniuersi, Deus est.

AD XIII. Ad tertiumdecimum dicendum, quod si mundus fuisset factus ab æterno, à præsẽti circulatione Solis nulla præcedens circulatio determinata in infinitum distaret, & tamen mundus fuisset æternus, quia omnes determinatas circulationes alię infinitæ pręcessissent.

AD XIV. Ad quartumdecimum dicendum, quod duratio infinita si esset in rerum natura, & extensionem haberet, vt tempus, diuideretur in duas partes, quarum vtraq; esset infinita ex vna parte tantum, & non ex alia, vna scilicèt infinita ex parte principij, & finita ex parte finis, alia vero è conuerso; & quia infinito quantum ad vnam partem, & quantum ad aliam finito maius est, quod est totaliter infinitum; idcirco non est incõueniens dicere, quod tota duratio infinita simpliciter maior esset parte sua, quæ est infinita secundum quid, esset enim ea maior non secundum, quod est infinita, sed secundum, quod est finita. Vel potest dici, ꝙ tale totum diuideretur in partes finitas quidem secundum se, sed numero infinitas, &

nume-

tunc dicendum esset, quod illa regula, quæ tangebatur in arguẽdo: Omnis pars aliquotiens sumpta mensurat totum, intelligenda est de toto illo, quod mẽsurari potest, quod scilicet, est finitum, non autem de toto aliquo infinito, si esset in rerum natura. Si autem Deus fecisset ab æterno solum creaturam aliquam, cuius mensura est æuum; dicendum esset, quod talis creaturæ duratio diuidi non posset in partes, cum æuum sit mensura stans indiuisibilis, vt superius declaratum est.

AD XV. Ad quintumdecimum dicendum, quod argumentum illud peccat sm̃ fallaciã consequentis, cum à destructione antecedentis procedat; non enim solum agens ex necessitate naturæ potest habere effectũ sibi coæuum, sed etiam agens per liberam voluntatem. si ad producendum suum effectum deliberatione nõ indiget, vt superius declaratum est.

AD XVI. Ad sextumdecimum dicendum, quod si Deus fecisset mundum ab æterno, potuisset etiam fecisse hominem ab æterno; nullus tñ homo factus à Deo fuisset primo factus; fecisset enim vnum hominem ante alium in infinitum: sic quod ante quemcunq; hominem determinatum fecisset infinitos alios. Nec sequeretur, ꝙ fuissent infinita pertransita, quia pertransitio secundum suum significatum aliquod primum importat, & A aliquod vltimum, vt communiter dicitur fuisset tamen deuẽtum ad hunc hominem, qui nunc est in tempore infinito per infinitos homines præcedentes, non quidem medios inter primum aliquem, & ipsum, quia si infiniti præcesserunt, nullus procul dubio fuit primus, vt de se patet.

Ad vltimum dicendum, quod maior est vera, si illud est de ratione magis communis, vt ratio eius saluatur in quolibet sub eo contento accepto sigillatim, & in omnibus simul acceptis, vt esse animal est de ratione hominis. Sed si aliquid est de ratione magis communis, non vt saluatur in omnibus sub eo contentis simul acceptis, non est vera, vt esse finitorum Angelorum est de ratione figuræ angularis, non autem, vt ratio eius saluatur in omnibus simul acceptis figuris angularibus possibilibus infinitis obiectiuè se habentibus ad intellectum diuinũ, sicut & numeri possibiles infiniti, sm̃ illud Aug. 12. de Ciuit. Dei c. 18. [Quãuis infinitorũ numerorũ nullus sit numerus: non est tñ incõprehensibilis ei, cuius intelligẽtiæ nõ est numerus,] & sic est in proposito, esse enim posterius duratione faciẽte, est de ratione generabilis, vt rõ eius saluatur in quocunq; vno sub eo contento, & in quibuscunq; multis finitis; non autem, vt rõ eius saluatur in infinitis generabilibus B C præteritis sibi succedẽtibus simul acceptis. Ad XVII.

QVAESTIO XXIV

Vtrum substantia intellectualis creata anima scilicet humana, vel Angelus sit composita ex materia, & forma.

Pro Parte Affirmatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, ꝙ sic, & primo de Angelo multipliciter. Primo Aug. dicit in lib. Conf. ꝙ vbi ẽ mutatio, ibi est materia, sed fides tenet, & scriptura dicit, quod solus Deus est immutabilis. Ergo solus ipse est immunis à materia.

II. PRÆT. Sm̃ Philosophos, Quod immune est à materia, est immune à passione. Sed Angeli non sunt immunes à passione, imò secũdum fidem patiuntur ab igne corporeo, secundum illud Matth. 25. [Discedite à me maledicti in ignem æternũ. Ergo &c.

III. PRÆT. Boetius dicit in lib. 1. de Trin. c. 3. ꝙ forma simplex nõ põt esse subiectũ alicuius accidentis, nisi rõne materiæ, & ponit ibi exemplum de humanitate, quæ subijcitur accidẽtibus, s. ratione suæ materiæ; sed Angelus subijcitur diuersis accidẽtibus sm̃ fidem, vt virtutibus, vitijs, miseriæ, gloriæ &c. Ergo &c.

PRÆT. Boetius dicit in lib. de Vnitate, & vno. c. 2. ꝙ aliquid ẽ vnũ simpliciter, vt De⁹ aliquid aliud est vnũ cõiunctione materiæ, & formæ, vt Angelus, & anima Ergo &c. IV

D PRÆT. Cõment. super 8. Metaph. c. 12. recitat dixisse Themistiũ, ꝙ Sol, & Luna, & Stellæ, aut sunt formæ sine materijs: aut habent materias per æquiuocationem: sicut est dispositio in materia intellectus; & sic idem quod prius. V.

PRÆT. Aug. lib. 5. super Gẽn. ad lit c. 5 VI.

[Non itaq; temporali, sed causali ordine prius facta est informis formabilisq; materies, & spiritalis, & corporalis de qua fieret, quod faciendum esset.] Ergo videtur, quod secundum intentionem Augustini, sicut ponitur materia corporalis, quæ est pars rerũ corporalium, sic debeat poni materia spiritualis, ex qua componantur substãtiæ spirituales, quæ sunt anima, & Angelus.

VII. PRÆT. Damasc. dicit 2. lib. Fid. orth. c. 3. ꝙ Angelus incorporeus dicitur, & immaterialis quo ad nos; omne .n. comparatum ad Deum, qui solus incorporalis est, crassũ, & materiale inuenitur; sola enim vere immaterialis, & incorporea diuinitas. In Logica ẽt sua Idẽ dicit, Angeli, dęmones, & animæ quantũ ad corpus immaterialia dicuntur, licet quantum ad principiũ immateriale, quod Deus est, sint materialia.

VIII. PRÆT. Comment super 11. Metaph. super illa verba. [Si fuerit substantia mouẽs &c.] dicit, quod causa potentiæ in rebus, in quibus est potentia, est materia. Et Idẽ infra eodẽ capitulo dicit, ꝙ cõpositum est omne, cui admiscetur potẽtia. Idẽ ẽt super 8. Phys. super illa verba [Nunc aũt volumus probare] dicit, ꝙ hęc ꝓpositio est cõuertibilis. Quod simplex est caret potentia, & Quod caret potentia est simplex; potentia .n. est causa cõpositionis alicuius ex duabus substantijs. Rabbi Moyses etiam dicit in lib. de Deo benedicto, Omne ꝙ est in potentia ad aliquid, necessario hẽt materiam, qm̃ potẽtia semper est in materia. Ex quibus omnibus auctoritatibus videtur, ꝙ potentia inseparabiliter comitetur materiam. Sed in Angelis, secundum omnes, est aliqua potentia, non .n. sunt actus puri, quia hoc nullus dicit. Ergo &c.

IX. PRÆT. Hoc ipsũ videtur specialiter de anima humana multipliciter. Primo sic. Aug. super Gen. ad lit. videtur supponere eã habere materiam, & quærit disputando an eius materia præcesserit eã tempore, vel origine solum; & hoc vltimum tenet, vnde 7. sup Gen. ad lit. c. 5. dicit. [An ex aliqua re, quę iã ab illo facta spiritaliter erat, sed anima non dũ erat, merito quæri põt] Et infra [Si .n. quiddã incommutabile esset anima, nullo modo eius quasi materiẽ quęrere deberemus: nunc autem mutabilitas eiusfatis indicat eã interim vitijs, atq; fallacijs deformem reddi; formari autem virtutibus, veritatisq; doctrina.] Et parum post adiungit. Quod non nisi de materia spirituali conuenientius esse anima creditur.

X. PRÆT. Comment. super 3. de Anima, vbi inquirit, an intellectus materialis sit, cũ sit aliquod ens, & non est aliqua forma eius, nec materia, sic dicit, Queadmodũ sensibile diuiditur in materiã, & formã; sic intelligibile õe oportet diuidi in aliquod consimile formę, & in aliquod simile materię, & videtur Cõmentator per simile materiæ, idem

A intelligere, ꝙ Aug. intelligit per materiam spiritualem, & sic idem, quod prius.

PRÆT. Sicut actio conuenit rõne formæ, & potentia actiua sm̃ Philosophos: sic sm̃ eosdem pati & potentia passiua conuenit rõne materię. Sed anima agit, & patitur, & habet aliquas potẽtias actiuas, & aliquas passiuas secundum Philosophos, & secũdũ fidem est capax, & receptiua pœnæ, & gloriæ. Ergo &c. XI.

PRÆT. Forma secundũ esse est actus quidam, ꝙ ergo est forma tãtũ, videtur esse actus tantũ, .i. actus purus. Sed solus Deus est actus purus Ergo omnia alia sunt cõposita ex materia, & forma. XII.

PRÆT. Secundum Porphyrium, & communiter dicitur, genus sumitur à materia, differentia à forma. Sed quicquid est citra primum ens, est in genere aliquo, & per cõsequens videtur esse cõpositũ ex genere, XIII.

B & differentia. Ergo idem, quod prius.

PRÆT. Boetius dicit super Prædic. relictis extremis, idest materia, & forma, sm̃ ꝙ ipse ibi intelligit, est agendum de medio, idest de cõposito ex vtroq; in quibus verbis videtur sm̃ intellectũ Boetij, quod materia, & forma non sint in genere substantiæ directe, sed illud, quod est in genere substantiæ directe sit compositum ex materia, & forma. Sed Angelus est directe in genere substantiæ. Ergo &c. XIV.

PRÆT. Agere conuenit rei rõne formæ; non agere vero rõne materiæ; ex quo videtur, quod illud, quod non se toto agit, non se toto sit forma; sed sit compositũ ex materia, & forma. Sed nec anima, nec Angelus se toto agit, quia hoc ẽ propriũ solius Dei, vt communiter dicitur. Ergo &c. XV.

PRÆT. Anima est compositior An- XVI.

C gelo, vtpotè alterius speciei ab ipso, sicut quaternarius, qui differt specie à ternario, est eo compositior; & sic de omnibus alijs numeris; species aũt rerũ sunt sicut numeri, vt dicitur 8. Metaph. t. 10. Ergo si Angelus non est cõpositus ex materia, & forma, saltẽ anima humana erit ex eis composita.

PRÆT. Medium participat naturam extremorũ, Sed omnia creata tenent mediũ inter Deum, & materiã primã. Ergo omnia videntur esse composita ex aliquo actu, qui sit participata similitudo Dei, & ex aliqua potentia materiæ primæ. XVII.

PRÆT. In omni genere causæ est deuenire ad aliquod primũ, ꝙ saluatur in omnibus sequentibus, vt probatur 2. Metaph. vt patet de primo efficiẽte, qui est Deus respectu omniũ efficientiũ, & de vltimo finẽ, & de prima forma exteriori. Ergo & in ge- XVIII.

D nere potentiarum est deuenire ad aliquam primã potentiam, quæ est potentia materiæ primæ, quæ saluabitur in omnibus existentibus in potẽtia. Sed substantiæ intellectuales sunt aliqualiter in potentia, vt ab omnibus conceditur. Ergo &c.

PRÆT.

XIX. PRÆT. Sicut se habent ea, quæ sunt in actu ad primum actum, qui est Deus, sic se habent, vt videtur, ea quæ sunt in potentia ad primam potentiam, quæ est materia prima. Sed ea, quæ sunt in actu participant primũ actũ suo modo, .s. per similitudinẽ, sicut effectus participat suum efficiens. Ergo & oĩa, quæ sunt in potentia participant primã potentiã materiæ primæ suo modo, scilicet, vt partem integralem; quomodo participatur prima materia, cum sit causa intrinseca.

Pro Parte negante.

SED CONTRA EST. Quia Augustinus 7. super Genes. ad literam probat, quod anima non est facta nec ex materia corporali, nec ex spirituali, & multo magis hoc dicendum est de Angelis, vt de se patet.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis sic procedendum est. Primo, propter declarationem tituli quæstionis videndum est, quid intelligatur propriè nomine materiæ. Secundo, videndum est, quid tenendum sit de veritate huius quæstionis. Tertio, ostendendum est, quod quãuis substantia intellectualis creata non sit composita ex materia, & forma, non tamen est purus actus, imo habet admistionem alicuius potentiæ, & est aliqualiter composita ex potentia, & actu.

PVNCTVM I.

Quid intelligitur nomine materiæ.

QVANTVM ad Primum horum sciendum est, quod propriè loquendo secundum intentionem Philosophi vbicunq; de materia loquitur, nomine materiæ intelligitur pura potentia in genere substantiæ ex se omni actu substantiali, & accidentali carens. Quod sic probari potest ad præsens, illud, quod est in potentia ad aliquid, quantum est ex se, est illo carẽs, sed materia prima, secũdum Philosophum in 1. Post. est in potentia ad omnes formas naturales, tam substantiales, quam accidentales per cõsequens, & declarat hoc in Physicis per exemplum de ligno, quod est in potentia ad formam scamni, arcæ &c. Ergo materia prima quantum est ex se, est carẽs omni forma, sed omnis actus inhærens hẽt rationem formæ, vt de se patet. Ergo materia propriè loquendo, est pura potentia carens omni actu, quantum ex se, seu secundũ suam essentiam, tam substantiali, quam accidentali. Et hæc de primo principali.

A

PVNCTVM II.

Recensentur variæ opiniones.

QVANTVM autem ad secundum sciẽdum est, ꝙ circa istam quæstionẽ est opinio Quorundam dicentium, ꝙ tã Angelus, quã anima, & vniuersaliter omne creatũ subsistens est cõpositũ ex duabus partibus, secundum essentias suas distinctis, quarum vna est materia, alia forma. Rationes autem ipsorum oẽs tactæ sunt in obijciendo, tam illę, quibus specialiter hoc probant de Angelo, quam illę, quibus hoc probant de anima, & sunt primæ vndecim rationes factæ in arguendo. — Opinio quorundam.

Sed his non obstantibus, quæ non necessario concludunt, vt patebit in responsionibus ad argumenta. Dicẽdum, ꝙ nec anima humana, nec Angelus est composita ex materia, & forma. Quod ad præsens probari põt tam per rões, quam per auctoritates. Per rationes octo. Quarum prima talis est. — Auctoris. Sententia Probatur rationibus, & auctoritatibus.

B

¶ Si anima, vel Angelus est cõpositus ex materia, & forma; aut illa materia est eiusdẽ naturæ cũ materia corporali, aut non. Non põt dici quod sic, quia secũdum Philosoph. 1. de Gen. illa quorum est vna materia sũt inuicem transmutabilia, quod etiam apparet per rationem. Supra enim ꝓbatum est, quod nomine materiæ intelligitur potentia ad esse substantiale. Ergo quorum est vna materia, est vna potentia ad esse substantiale, & per consequens in vno eorum est potentia ad esse substantiale alterius, sed Angelus, & anima humana non sunt nec inter se, nec cum rebus corporalibus transmutabilia, cum secũdum naturam suam sint incorruptibilia. Ergo &c. Nec potest dici secundum, scilicet, quod habeant materiam alterius naturæ à materia corporalium, quia tunc plus distarent secundum naturã suam materia substantiæ intellectualis, & rei corporalis corruptibilis, quam distent materiæ corporalium superiorum, & inferiorum, vel materiæ corporum superiorũ, & substantiarum intellectualium, quia plus distant dua extrema inter se, quã distat medium à quocunq; extremorum: sed impossibile est, quod simul, & semel, & etiã simpliciter, quandoq; informentur eadem forma substantiali materia corporum inferiorum, & superiorum; vel materia corporum superiorum, & substãtiarum intellectualiũ, vt de se patet. Ergo multo magis impossibile est, quod eadem forma animæ humanæ informetur materia eiusdem animę, & materia corporalis, quod tamen oporteret dicere, si anima habet materiam partem sui, cum sit naturaliter forma corporis. — Rõnibus probatur primo.

C

D

¶ Præterea. Si anima est composita ex materia, & forma, aut post vnionem animę cum — Probatio secunda cõtinẽs duo mẽbra.

cum corpore manẽt diſtinctę iſtę duæ materiæ, ſcilicet animæ, & corporis, aut non; A non poteſt dici primum, quod apparet tripliciter.

Primũ mẽbrum huius argumenti. Probatur primo.

Primo, quia ſecundum Commentatorem, in fundamento naturæ, ideſt, in materia, nihil eſt diſtinctum, ſcilicet per ſe, & conſonat cum dicto Philoſophi in 7. Metaph. vbi dicit, quod actus proprie eſt, qui diſtinguit; potentia autem materiæ ſecundum ſe non diſtinguitur; ſed diſtinguitur ſolum per actũ; vbi eſt ergo vnus actus ſubſtantialis, ſeu vna forma, impoſſibile eſt, quod ſint duæ materiæ diſtinctę.

Secundo.

Secundo, quia plus diſtant materiæ animæ, & corporis, ſi anima habet materiam, quam materiæ duorum corporum, & per conſequens, vt prædictũ eſt, minus poſſunt ſtare diſtinctæ ſub vna forma. Sed materiæ duorum corporum, ſi informẽtur vna forma ſubſtantiali, non manent duæ diſtinctæ, B ſed vniuntur, ſeu efficiuntur vna, vt patet de diuerſis materijs elementorum, quæ ad inuicem vniuntur, quando informantur forma miſti, & vt patet de materia cibi, quæ efficitur vna cũ materia cibati, quando eius forma informatur. Ergo multo magis hoc oportet dicere de duplici materia prædicta, ſcilicet animæ humanæ, & corporis.

Tertio.

Tertio, quia vt patebit per ea, quæ infra dicentur, impoſſibile eſſet, quod vna duarũ materiarum ſic diſtinctarũ eſſet informatiua alterius; duæ autem materiæ, quarum vna aliam non informat, multo minus poſſunt eſſe in eodem numero, quam duæ formæ ſubſtantiales, quarum vna aliam non informat, quod patet ex hoc, quia ad minus duæ formæ accidentales poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, quarum vna aliam non informat, vt patet de duabus ſpeciebus intelligibilibus reſpectu intellectus poſſibilis, & ſic C de alijs; vna autem forma accidentalis non poteſt ſimul informare duo ſubiecta, niſi ordine quodam, vbi .ſ. vnum ſubiectum ſit informatiuum alterius, vt qualitas eſt informatiua quantitatis, & ſubſtantiæ, ſed impoſſibile eſt, quod duæ formæ ſubſtantiales ſint in eodem ſubiecto, niſi ad minus vna ſit informatiua alterius, vt dicunt aliqui de anima vegetatiua, ſenſitiua, & intellectiua, imò tale, in quo eſſent plures formæ ſubſtantiales diſtinctæ, quarum vna non eſt informatiua alterius, ſecundum omnes, non eſſet vnum per ſe, ſed per accidens ſolum, quadã ſ. aggregatione. Ergo multo magis illud, in quo eſſẽt multæ materię diſtinctæ, quarum vna non informaret aliam, eſſet vnum per accidens ſolum; & non per ſe.

Secũdũ mẽbrũ eiuſdẽ probationis probatur. Primo.

Nec poteſt dici ſecundum membrum principale huius rationis, ſ. quod tales duæ D materiæ poſt vnionem animæ, cũ corpore, non manent diſtinctæ, ſed efficiuntur vna, quod etiam probari poteſt tripliciter.

Primo, quia ſequeretur, ꝙ ambæ materiæ tranſirent in tertiam, vel vna in aliam, quod eſt contra Philoſoph. 1. Phyſ. t. 82. vbi dicit, quod materia ſecundum eſſentiam ſuam eſt ingenerabilis, & incorruptibilis.

Secundo.

Secundo, quia ſequeretur, quod ad minus anima exiſtens in corpore non eſſet ex materia compoſita, cum anima diuidatur contra corpus, quod dicit materiam, ſicut pars contra partem; dicimus enim ꝙ homo eſt compoſitus ex anima, & corpore.

Tertio.

Tertio, quia oporteret dicere, quod animæ, quando ſeparatur à corpore, aliqua noua materia adueniret, quod eſt abſurdum.

Probatio tertia continens tria membra.

¶ Præterea tertio ad principale, ſi anima eſt compoſita ex materia, & forma, aut ſecundum ſe totam eſt forma corporis, aut ſolum ſecundum partem ſuam formalem; non poteſt dici primum, quod apparet tripliciter.

Primũ mẽbrum. Probatur Primo.

Primo, quia quod ſecundum ſe totum eſt forma, ſecundũ ſe totum eſt actus, quia forma ſecundum eſſentiam ſuam eſt quidã actus. Sed compoſitum ex materia, & forma non poteſt eſſe ſecundum ſe totũ actus, quia non ſecundum partem, quæ eſt materia, quia materia eſt pura potentia, vt ſupra probatum eſt; pura autem potentia non poteſt eſſe actus reſpectu cuiuſcunque. Ergo &c.

Secundo.

Secundo, quia ſicut purus actus ſe habet ad potentiam, ſic pura potentia ſe habet ad actum, ſed purus actus nullius poteſt eſſe potentia, vt patet de Deo. Ergo nec pura potentia, cuiuſmodi eſt materia prima, poteſt eſſe actus reſpectu cuiuſcunque.

Tertio.

Tertio, quia ſequeretur, quod inter materiam corporis, & eius actum, qui ſcilicet eſt pars animæ, eſſet aliquod medium ſcilicet materia animæ, ſicut quantitas eſt medium inter ſubſtantiam, & qualitatem, hoc autem eſt contra Philoſophum 2. de Anima, vbi dicit, quod inter materiam, & formam ſubſtantialem nullum eſt medium, ſicut nec inter ceram, & figuram.

Secũdũ mẽbrũ eiuſdẽ pbationis Probatur

Nec poteſt dici ſecundum membrum principale huius rationis, ſcilicet, quod anima ſecundum partem ſuam formalem ſolum ſit forma corporis, quod etiam probari poteſt tripliciter.

Primo.

Primo, quia cum pars integralis non prædicetur de toto, ſequeretur, quod iſta eſſet falſa prædicatio, anima eſt actus corporis.

Secundo.

Secundo, quia ſequeretur, quod diffinitio, quæ ẽ in 2. de Anima t. 6. ipſius animæ, ſcilicet, quod anima eſt actus corporis organici &c. eſſet falſa; diffinitio enim debet indicare totam eſſentiam rei, & non ſolum vnam eius partem, ſecundum autem hanc ſuppoſitionẽ, ſolũ vna pars eſſentię animæ, .ſ. pars eius formalis, eſt actus corporis.

Tertio.

Tertio, quia, vt probatum eſt ſupra, impoſſibile eſt, quod duæ potentiæ informentur

tur vno actu substantiali, nisi vna sit informatiua alterius. Ergo materia animæ, & A materia corporis non possent simul informari eodem actu substantiali, qui est pars formalis animæ, nisi vna earum aliam informaret, scilicet materia animæ materiam corporis, de quo magis videtur, quia è cõuerso dicere esset absurdum.

Probatio quarta. ¶ Præterea quarto ad principale, quod est perfectum secundum speciem, non vnitur alteri vt forma, quia forma habet rationem partis, & per consequens imperfecti. Sed si anima est composita ex materia, & forma, est perfecta secundum speciem. Ergo non vniretur alteri, vt forma, quod est inconueniens, & impossibile. Maior declarata est. Minor probatur. Si anima habet materiam partem sui, aut illa est eiusdẽ naturæ cum materia corporali, aut est nobilioris naturæ, & per consequens actus ei correspondens est nobilior, quam quæcũq; B forma corporalis, vt ab omnibus conceditur, & patet ex operatione ipsius. Sed materia, & forma corporalis faciunt perfectum secũdum speciem. Ergo multo magis materia animæ, & eius forma.

Probatio quinta. ¶ Præterea quinto, secundum Philosophum in 2. de Anima, ex obiectis deuenitur in notitiam actuum potentiarum, & essentiarũ; obiectum ergo omnino immateriale arguit actum immaterialem, & potentiam cuius est actus, & essentiam cuius est potentia esse omnino immaterialem. Sed anima per intellectum, & voluntatem eleuari potest ad obiectum omnino immateriale, idest ad intelligendum, & amandum Deum, imperfectè quidem in via, perfecte autem in patria, quod obiectum nullo actu materiali attingi potest, per intellectum etiam attingitur huiusmodi forma, non intellecta materia; quamuis secundum Philosophum 1. Physic. non possit è conuerso materia intelligi sine forma; consideratio etiam ipsius Metaphysici secundum Philosophum 6 Meth. est per abstractionẽ ab omni materia, quamuis cõsideratio Mathematici sit cum materia intelligibili; Physici autem cum materia sensibili cõi, non singulari secundum eundem ibidem. Ergo anima humana, cuius sunt potentiæ intellectus, & voluntas, est omnino immaterialis.

Obiectio. Sed contra hanc rationem aliquis posset dicere, quod si anima humana dicitur esse immaterialis, quia fertur in obiectum immateriale. Ergo pari rõe potest dici materialis esse, quia fertur in obiectum materiale per sensum, & etiam per intellectum aliqualiter, saltem indirecte.

Responsio. Sed ad hoc responderi potest tripliciter. D Primo, quia secundum Philosophum in Ethicis, de vnoquoque iudicandum est secundum optimum, & supremum, quod est in ipso à quo etiam denominatio debet fieri, & ponit exemplum de ciuitate, quæ dicitur facere, quod facit supremus, idest, Rex; totus etiam homo secundum eundẽ ibidem dicitur intellectus, seu intellectualis, quia supremum, & optimum, quod est in homine, est ipse intellectus, sed suprema cognitio substantiæ intellectualis est cognitio, quam habet de immaterialibus, & maxime de ipso Deo. Ergo secundum talem cognitionem debet iudicari substãtia intellectualis immaterialis, & non secundum cognitionem, quã habet de rebus materialibus, debet iudicari materialis.

Vel potest dici secundo, quia, vt cõmuniter dicitur, & habetur ab Auctore libri de causis, perfectiones inferiorum sunt in superioribus, & superiora possunt in ea, in quæ possunt inferiora, quamuis non è conuerso, vt patet de vegetatiuo, sensitiuo, & intellectiuo; vnde sicut Deus cognoscit materialia, nec propter hoc iudicatur esse materialis, imò est omnino immaterialis; sic & substantiæ intellectuales possunt in notitiam materialium, in quã possunt etiam bruta; nec tamen debent dici materiales.

Vel potest dici tertio, quod sensus est potentia non animæ solius, sed totius compositi ex materia, & forma, & propter hoc nõ est mirum, si per sensum homo cognoscit materialia; intellectus autem directè, & primo intelligit non singulare, sed vniuersale, quod licet secundum rem sit in singulari, & per consequens sit materiale, tamen vt est intellectum est abstractum à singulari, & per consequens immateriale, vt declaratur 3. de Anima; per se ergo, idest in quantum est obiectum suum, anima fertur in immateriale.

Et si dicatur contra hoc, quod de ratione vniuersalis est materia saltem communis. Instantia.

C Dicendum, quod materia communis respectu singularis habet rõnem formalis cuiusdam, cum quidditas omnis vniuersalis sit ab actu intellectus tantum, vt Commentator dicit super 3. de Anima, intellectus ẽt fertur in aliqua vniuersalia, quæ non habẽt materiam partem sui, vt in colorem, in scientiam, &c. Solutio.

¶ Præterea sexto ad principale, si anima est cõposita ex materia, & forma; aut forma animæ est separabilis à materia sua, aut nõ. Probatio, sexta continens duo membra

Non potest dici primum, quia sequerẽtur multa inconuenientia. Primo, quia sequeretur, quod anima, & Angelus essent corruptibiles naturaliter; per separationem enim formæ à materia corrũpuntur composita ex materia, & forma. Primũ mẽbrũ probatur primo.

Secundo, quia cum materia naturaliter non possit esse sine forma, oporteret dicere, quod materia Angeli, vel animæ separatæ ab eius forma, informaretur aliqua alia forma alicuius alterius rei, & sic anima, & Angelus essent naturaliter transmutabiles in aliquam aliam rem. Secundo.

Tertio, quia haberetur propositum, Tertio.

scilicet

ſcilicet, quod aliqua forma ſubſtantialis eſſet ſine materia, vt forma animæ, vel Angeli, quando eſſet ſeparata à ſua materia.

Probatur ſecundũ membrum. Nec poteſt dici ſecundum membrum principale huius rationis, ſcilicet quod forma animæ, vel Angeli non poſſit ſeparari à ſua materia, quod etiam probari poteſt tripliciter.

Primo. Primo, quia Philoſophus dicit in 2. Phyſic. tex. 22. quod conſideratio Philoſophiæ naturalis extendit ſe, vſq; ad formam, quæ eſt in materia, ſed poteſt ab ea ſeparari, quę forma eſt anima humana; hoc autem verificari non poſſet, ſi forma animæ humanæ nullo modo ſeparari poſſet ab eius materia.

Secundo. Secundo, quia ſequeretur, quod animæ humanæ eſſent magis materiales, & à materia dependentes, quam animæ brutorum, vel aliæ formæ naturales; quia illæ formæ, quæ ſecundum naturam ſuam ſunt in vna materia, & aliam materiam habent partem ſui, à qua ſeparari non poſſunt, cuiuſmodi ſunt animæ humanæ, ſecundum hanc poſitionem debent dici magis materiales, & à materia dependentes, quam illę formę, quæ non habent materiam partem ſui, quamuis fortè ſint in aliqua materia, à qua ſeparari nõ poſſunt, ſicut ſunt animæ brutorum, vel aliæ formæ naturales.

Tertio. Tertio, quia cum operatio ſequatur eſſentiam rei maximè quantum ad formam; (eſt enim forma, vt cõmuniter dicitur, principium eſſendi, operandi, & cognoſcendi,) ſequeretur, quod intelligere, & velle, quæ sũt operationes animę humanę, eſſent actus magis materiales, quam operationes brutales.

Probatio ſeptima. ¶ Præterea ſeptimo ad principale, Auguſtinus 12. Confeſſ. cap. 7. dicit, ꝙ Deus fecit duo, vnum prope ſe, quod eſt ſupremũ in toto genere creaturarum, ſcilicet, intellectualem naturam, & aliud prope nihil, ꝙ eſt infimum ſimpliciter inter omnia creata, ſcilicet, materiam primam. Ergo intellectualis natura, & materia prima, videntur eſſe quaſi duo extrema, inter quæ ſunt omnia alia creata. Sed inconueniens eſt dicere, quod vnum extremorum ſit pars integralis alterius, vt albedo nigredinis, vel calor frigoris. Ergo &c.

Probatio vltima. ¶ Præterea octauo, & vltimo ad principale, Philoſophus in princ. 2. de Anima diſtinguit ſubſtantiam, quæ eſt forma, à materia, & compoſito ex vtroq; inueſtigans diffinitionem animæ, & immediatè poſt diffiniens animam dicit, quod anima eſt ſubſtantia, quæ eſt forma corporis, &c. diſtinguens animam à ſubſtantia, quæ eſt materia, & à ſubſtantia, quæ eſt compoſitum. Ergo de intentione Philoſophi eſt, ꝙ anima non ſit ſubſtantia compoſita ex materia, & forma, ſed ſola forma; inueſtigat enim ibi

A Philoſophus diffinitionem animę ſecundũ doctrinam, quam tradit 2. Poſteriorum, primo diuidendo genus animæ, idest, ſubſtantiam in tria membra prædicta, demum excludens duo de his membris à ratione animæ, ſcilicet materiam, & compoſitum; concludit tertium mẽbrum, ſ. quod anima eſt forma corporis, &c.

Nec poteſt reſponderi ad hanc rationem dicendo, quod vel Philoſophus loquitur ibi ſolum de materia corporali, vel de compoſito ex tali materia; hoc .n. non eſt verũ; quod patet, tum quia ibi diuidit ſubſtantiã in communi, non ſolum corporalem: tum etiam quia vtitur non ſolũ nominibus materiæ, & formæ, ſed nominibus valde communibus, ſ. Entelechiæ, ſeu actus, & potentiæ. Euaſio. Inſtantia.

B ¶ Hæc eadẽ concluſio probari poteſt per auctoritates plures, primo per Boetium libro de Trinitate, qui dicit, quod ſubſtantia intellectualis nullius materiæ innititur fundamento, &c. Eadẽ ſententia Auctoris pbatur auctoritatibus Prima.

Præterea. Dionyſius dicit 4. cap. de Diuinis nominibus, quod Angeli ſunt incorporei, & immateriales. Nec poteſt dici, ꝙ loquitur ſolum de materia corporali, alias eſſet nugatio, dicere, quod ſunt incorporei, & immateriales; fruſtra enim adderet immateriales; & præmittit parum antea, quod ſunt mundi ab vniuerſa materia. Ergo non ſolum à corporali, ſed ab omni ſimpliciter. Secunda.

Pręterea. 7. propoſitione libr de Cauſis dicitur, quod intelligentia eſt ſubſtantia, quæ non diuiditur. Nec poteſt hoc intelligi ſolum de diuiſione actuali, quia .ſ. Angelus eſt incorruptibilis; hoc enim verificatur ẽt de corpore cæleſti; oportet ergo quod hoc referatur etiam ad diuiſionem potentialem, C vt .ſ. dicatur, quòd intelligentia nec actu, nec potentia diuiditur, quia eſt ſimplicis ſubſtantiæ in ſua ſubſtantia. In eodẽ etiam libro de Cauſis dicitur, quod intelligentia eſt ſimplex, & non diuiditur, & quia vna pars eius non eſt alia nobilior, & melior, & multa ſimilia. Tertia.

Præterea. Hugo de Sancto Victore dicit ſuper Cæleſt. Hierar. c. 4. ꝙ in ſubſtantijs ſpiritualibus idem eſt, quod viuificat, & ꝙ viuificatur Sed illud, quod viuificat eſt forma, quod autem viuificatur eſt materia; forma enim dat eſſe materiæ; viuere autem viuentibus eſt eſſe. Ergo in Angelis non differunt formę, & materiæ; ſed in quibuſcunq; ſunt verè forma, & materia, differunt ſecundum eſſentias ſuas. Ergo &c. Quarta.

Præterea. Omnes Philoſophi appellauerunt Angelos ſubſtantias immateriales, & D ſubſtantias ſeparatas à materia. Ergo de intentione omnium Philoſophorum fuit, ꝙ Angeli non eſſent compoſiti ex materia, & forma; ſed quod eſſent formæ tantum. Et hæc de ſecundo principali. Quinta.

PVNCTVM III.

Subſtantiæ intellectuales non ſunt dicendæ actus puri.

Concluſio. QVANTVM autem ad Tertium, ſciendum eſt, quod quamuis ſubſtantiæ intellectuales non ſint compoſitæ ex materia, & forma, non tamen debent dici actus puri, ſeu omnino ſimplices, ſicut Deus, quod apparet multipliciter.

Probatur Primo. Primo, quia ſunt compoſitę ex ſubſtantia, & accidente, vt ab omnibus conceditur, ſubſtantia autem comparatur ad accidens, vt potentia ad actum.

Secundo. Secundo, quia, vt communiter dicitur, (& in quæſtione de multiplici eſſe in Chriſto probatum eſt) omnis ſubſtantia intellectualis creata, & vniuerſaliter omnis creatura compoſita eſt ex quidditate, ſeu eſſentia ſua, & eſſe actualis exiſtentiæ, ad quod comparatur eſſentia, vt potentia ad actum.

Tertio. Tertio, quia ſicut quicquid eſt inter calorem, & frigus, habet frigus admiſtum calori, & è conuerſo, nec eſt purus calor, nec purum frigus; & ſicut etiã eſt de albedine, & nigredine reſpectu mediorum colorum, & vniuerſaliter de omnibus extremis reſpectu mediorum ſuorum: ſic & in propoſito, quicquid eſt inter primũ actum, qui eſt Deus, & puram potentiam materiæ primæ, omne ſcilicet, aliud à Deo creatum nec eſt purus actus, nec pura potentia, ſed habet potentiam permiſtam actui, & è conuerſo, actum permiſtum potentiæ, non quidem tanquam compoſitum ex duabus partibus, quarum vna ſit potentia, alia actus; ſed ſicut eadem res, quæ eſt quantitas, eſt actus reſpectu ſubſtantiæ, & potentia reſpectu qualitatis, vtpotè eius receptiua: ſic eadem eſſentia ſubſtantiæ intellectualis ſecundum ſe totam eſt actus reſpectu materiæ, & rerum materialium, & eſt potentia ſecundum ſe totam reſpectu Dei; nõ enim omne medium eſt compoſitum ex duobus extremis, ſed ſufficit, quod participet naturam vtriuſq; extremi; non enim tepidum eſt compoſitum ex duabus partibus, quarum vna ſit calor, & alia frigus; ſed participat naturam aliqualiter caloris, & frigoris, & ſic eſt de multis alijs medijs reſpectu extremorum ſuorum. Et hæc tertia via eſt melior, quam aliqua prædictarum duarum, quia per hãc oſtenditur, quod Angelus etiam quantum ad eſſentiam ſuam non eſt purus actus, nec ſimpliciſſimus, vtpotè habens actũ permiſtum potentiæ, & è conuerſo; quamuis ſecundũ eſſentiam ſit ſimpliciſſimus, ideſt, non compoſitus ex duabus partibus. Nec eſt inconueniens dicere, quod eſſentia alicuius creati ſit ſic ſimpliciſſima, alias ſequeretur, ꝙ in vno eſſent infinita. Per hanc etiam viã oſtenditur, quod etiam ipſum eſſe creatum non eſt actus purus; tum quia eſt medium inter eſſe Dei, & materiæ primæ; tum quia niſi à Deo cõſeruetur, quantum eſt ex ſe poteſt deſinere, & non eſſe, quod autem poteſt non eſſe, non debet dici purus actus; tum quia eſt à Deo dependens, ſicut effectus à cauſa; effectus autem omnis comparatur ad cauſam ſuã, ſicut potentia ad actum. Et hæc de tertio principali, & de toto.

Soluuntur Argumenta initio propoſita.

AD primum ergo factum in oppoſitum dicendum, quod vbi eſt mutatio vera naturalis, vtpotè generatio, & corruptio, & augmẽtatio, & diminutio, vel alteratio, quæ eſt via ad generationem, vel corruptionem, vel motus localis propriè acceptus, ibi eſt materia propriè accepta; materia enim eſt primum ſubiectum omnium prædictarum mutationum naturalium, & de tali mutatione loquitur Auguſtinus: talis autem mutatio non eſt in ſubſtantia intellectuali, vt de ſe patet per prædictas mutationes ſingulas diſcurrenti; ſed vbi eſt mutatio, quæ importat ſolam ſucceſſionem aliquorum inhærentium abſq; omni via ad corruptionem, vt cogitationum affectionũ, &c. qualis mutatio eſt ſolum in Angelis, non oportet, quod ſit materia propriè accepta, ſed ſufficit, quod in tali, quod ſic mutatur, ſit aliqua potentia receptiuã reſpectu talium accidentium; hæc autem potentia eſt in ſubſtantijs intellectualibus, vt ſupra declaratum eſt. AD I.

Ad ſecundum dicendum, quod illud, ꝙ eſt immune à materia, ẽ immune à paſſione propriè accepta, quæ .ſ. magis facta abijcit à ſubſtãtia, de qua loquuntur Philoſophi, à qua paſſione immunis eſt omnis ſubſtantia intellectualis, cum naturaliter ſit incorruptibilis, ſed non oportet, quod illud, quod eſt immune à materia, ſit immune à paſſione largo modo accepta, prout ſcilicet, paſſio dicitur quæcunq; receptio, ſeu etiam motus delectationis, ſeu contriſtationis, qualis paſſio eſt in ſubſtantijs intellectualibus; ad patiendum enim ſecundum hanc paſſionẽ ſufficit, quod illud, quod patitur habeat in ſe aliquam potentiam paſſiuam, ſeu receptiuam, qualis eſt in omni ſubſtantia intellectuali, vt ſupra declaratum eſt; nec oportet, quod habeat aliquam materiam. AD II.

Ad tertium, poteſt reſpõderi dupliciter. Vno modo dicẽdo, quod Boetius loquitur de forma ſimplici, quæ eſt actus purus, nec permiſtus potentiæ, cuiuſmodi forma eſt ſolus Deus; quia enim omne, quod ſubijcitur alicui accidenti, ſecundum ſe eſt aliqualiter in potentia ad illud, omne enim ſubiectum comparatur ad accidens ſuum, vt poten- AD III.

potentia ad actum, impossibile est, quod forma, quæ est actus purus carens omni A potentia receptiua, subijciatur alicui accidenti; talis autem forma non est substantia intellectualis, vt supra declaratum est. Vel potest dici secundo, & forte magis secundum intentionem Boetij, quod Boetius loquitur ibi de forma, quæ secundum rem est in aliquo indiuiduo materiali, sicut sunt omnes formæ materiales; quia enim vniuersale non subijcitur accidenti secundum se, sed solum particulare, vel vniuersale prout est in particulari, idcircò talis forma, vt humanitas, lapideitas, &c. prout intelliguntur sine materia indiuiduali, idest prout sunt vniuersales, non subijciuntur aliquibus accidentibus, sed solum, prout sunt in suis indiuiduis materialibus, seu in materia singulari; primum enim subiectum omnium materialium accidētium est materia prima, & sic ad literam videtur ibi lo- B qui Boetius, non autem intendit dicere, quod formæ, quæ secundum essentiam suam sunt separatæ à materia, non possunt subijci suis accidētibus, maximè si habeant in se aliquam potentiam receptiuam, seu passiuam, & nō sint purus actus, cuiusmodi sunt substantiæ intellectuales, vt supra declaratum est.

AD IV. Ad quartum potest responderi dupliciter. Primo dicēdo quod ille liber de Vnitate, & vno, secundum quod multi credunt, non est Boetij, maximè cum contrarium eius, quod dicitur in auctoritate prædicta dicat expressè idem Boetius in libro de Trinitate, vt iam allegatum est, substantia, inquit, spiritualis nullius materiæ innititur fundamento: & etiam cum in libro prædicto nullam mentionem faciat de alijs suis libris, nec vnquam ad aliquem eorum remittit. Vel potest dici secundo, quod anima, & Angelus sunt vnum coniunctione non quidem materiæ, & formæ propriè acceptę, sed alicuius, quod est simile materiæ, & alterius, quod est simile formæ, idest quidditatis, & esse, vel accidentis, & subiecti, vt supra declaratum est.

AD V. Ad quintum potest respōderi tripliciter. Vno modo dicendo, quod Commentator ibi non loquitur, secundum opinionem propriā, vt ipsemet exprimit in verbis suis; sed recitat solum dictum alterius, scilicet, Themistij, cuius auctoritati in hac parte standum non est. Vel potest dici secundo, quod Commentator non dicit, quod intelligentia habeat materiā proprie dictam, sed quod habeat materiam per ęquiuocationem dictam, idest aliquid simile materiæ, sicut homo pictus dicitur homo ęquiuoce, quia est solum similis homini; hoc autem simile materiæ in intelligentia, secundum Commentatoris intentionem, est intellectus possibilis; qui secundum eum super 3. de Anima est in genere substantiarum intellectualium, sicut materia prima in genere corporalium. Vel potest dici tertio, quod hoc aduerbium, sicut, in auctoritate Commentatoris prædicta importat similitudinem inter duas disiunctiuas ad inuicem, quātum ad veritatem vtriusq; quamuis vna sit vera pro vna sua parte, & alia non, pro eadem parte, sed pro opposita; vult enim dicere, quod sicut ista disiunctiua Sol, vel Luna, vel sunt formæ sine materijs, vel habēt materiam per æquiuocationem, est vera pro secunda sua parte solum: sic & eadem disiunctiua si fiat de substantijs intellectualibus est vera pro prima parte, & non pro secunda; non autem intendit Commentator dicere, quod sicut corpora cælestia non habent materiam propriè dictam, sic & intelligentiæ, quia contrarium huius dicit in multis locis, vt patet eius dicta intuenti.

Ad sextum potest dici dupliciter Primo, AD VI. quod August. in illo lib. pro maiori parte loquitur dubitando, & non asserendo, sicut patet per eum in fine libri, vbi paucis enumeratis; subiungit [Cætera, in hoc libro disceptando loquutus sum.] Et Idem in libro 1. Retractationum cap. 18. dicit, quod in isto opere super Genesim plura quæsita, quam inuenta sunt, & eorum, quæ inuenta sunt, pauciora sunt firmata, cætera vero ita posita sunt, velut adhuc requirenda. Vel potest dici secundo, quod per materiam spiritualem Augustinus nō intelligit aliquā materiam propriè dictam; sed quidditatē, seu naturam ipsius Angeli, quæ comparatur ad perfectionem gloriæ sibi superadditam, vt materiam ad formam, & potentia ad actum, & hoc forte ad literam vult dicere August. vbicunq; super Genesim materiam spiritualem nominat, quod patet ex C hoc, quod naturam Angeli dicit in multis locis eiusdem libri, prius ordine naturæ, vel temporis fuisse in formem, & tandem per conuersionem beatificam ad Verbum fuisse formatam, intendens quod conuersio prædicta se habeat ad naturam Angeli, quasi quædam forma ad suam materiā, vel actus ad potentiam.

Ad septimum dicendum, quod per ean- AD VII. dem auctoritatem Damasceni eodem modo posset concludi, quod esset Angelus, vel anima naturæ corporalis, quod tamē nullus dicit; dicit enim Damascenus, quod Angelus est materialis, & corporalis respectu Dei, & quod solus Deus est simpliciter materialis, & incorporalis; non ergo verbum Damasceni intelligendum est absolute, sed magis comparatiuę; medium enim comparatum ad vnum extremum, vt Philosophi D dicunt, habet quodammodo rationem alterius, quamuis realiter etiam secundum speciē distinguatur ab ipso, vt patet de rubedine respectu albedinis, & nigredinis, & sic de alijs; substantiæ autē intellectuales mediæ sunt inter Deum, & res materiales, & cor-

corporales, & ꝓpter hoc dicũtur à Damaſ. corporales,& materiales reſpectu Dei.

AD VIII. Ad octauum dicendum, quod potentia, quę ẽ reſpectu alicuius mutationis naturalis inſeparabiliter concomitatur materiã, vt in reſponſione ad primũ argumentũ declaratũ eſt; potentia ẽt, quæ eſt reſpectu formæ alicuius ſubſtantialis,& de tali potentia ſolũ loquuntur Rabbi Moyſes, & Comment. in auctoritatibus allegatis; talis autẽ potẽtia non eſt in Angelis, vel anima; ſed quædam alia potentia alterius generis, vt ſuperius declaratum eſt, & pluries dictum.

AD IX. Ad nonum dicendum eſt eodem modo, ſicut dicebatur in ſexto.

AD X. Ad decimum põt reſponderi tripliciter. Primo, quod Comm. non dicit, ꝙ intelligibile diuidatur in materiam,& formam,ſ. propriè dictam; ſed ꝙ diuiditur in aliquid conſimile materiæ, & in aliquid conſimile formæ,idest in potentiã,& actum,quod verum eſt de omni ſubſtantia intellectuali, vt ſuperius declaratum eſt. Vel poteſt dici ſecundo, quod Commentator per conſimile materiæ,& cõſimile formæ,intelligit genus, & differentiam, quæ sm̃ Porphyrium proportionantur materiæ, & formæ; & in hæc diuiditur, vt dicit ipſe, omne intelligibile, idest omnis diffinitio, per quam diffinitionem intelligimus ſpeciẽ; in ea .n. diuiditur diuiſione Logicali omnis ſpecies, quæ fortè appellatur à Commentatore intelligibilis, quia ſpecies cum ſit quoddã vniuerſale non poteſt à nobis ſentiri,ſed ſolũ intelligi. Vel poteſt dici tertio, quod Commentator per conſimile materiæ, & conſimile formæ intelligit intellectum poſſibilem,& agentem; videntur enim hæc verba Commentatoris eſſe expoſitiua eius, quod Philoſ. dicit in 3. de Anima t. 17. quod ſicut in omni natura eſt,ita & in anima aliquid,quo eſt omnia facere.quod eſt intellectus agens,& aliquid quo eſt omnia fieri, quod eſt intellectus poſſibilis; in natura enim quo eſt omnia fieri, eſt potentia paſſiua primæ materiæ, & quo eſt omnia facere,eſt forma agentis.

AD XI. Ad vndecimum dicendum, ſicut dicebatur ad ſecundum.

AD XII. Ad duodecimum dicendum, quod nomen actus eſt magis commune quam nomen formæ, non enim omnis actus eſt forma, loquendo propriè de forma, ſicut& natura ſenſitiua eſt magis communis quã natura rationalis; vnde ſicut non oportet dicere, quod illud, ꝙ habet tãtum naturam rationalem, idest nullam aliam vlteriorem perfectionem, ſicut homo,quod habeat tãtum naturam ſenſitiuam; ſic non oportet, quod illud, quod eſt tantum forma, ſit tantum actus; tantum enim forma dici poteſt omne quod non eſt compoſitum ex materia, & forma; vt quantitas, qualitas, forma ſubſtantialis,&c. quorum tamen nullum poteſt dici actus tantum, quia tantum

A actus propriè eſt, quod eſt purus actus, ꝙ ſcilicet ſic eſt actus, quod non habet aliquã admiſtionem potentiæ; Angelus ergo, & anima poſſunt dici tantum formæ, & tamẽ non ſunt tantum actus.

AD XIII. Ad tertiumdecimum dicendum, quod in rebus materialibus genus dicitur ſumi à materia, non quia ſit, ſed quia accipitur ab eo, quod eſt in re materiale, & ſic etiam dicitur differentia ſumi à forma; ſed in ſubſtantijs intellectualibus genus, & differentia ſumuntur ab eodem, ſ. à tota eius quidditate, aliter, & aliter accepta, quia ſecundum quod quidditas vnius Angeli habet aliqualem conuenientiam cum quidditate alterius, ſumitur ab ea ratio generis, ſecundum autem, quod differt ab eadẽ, ſumitur ratio differentiæ.

AD XIV. Ad quartumdecimum dicendum, quod non intendit Boetius dicere, quod nihil ſit B directè in genere ſubſtantiæ,niſi ꝙ eſt compoſitũ ex materia, & forma: ſed ꝙ materia & forma nõ ſunt directè in genere ſuſtãtię, ſed ſolũ ſicut principia,& partes;cõpoſitum aũt ex vtroq; ẽ directè in genere ſubſtantię.

AD XV. Ad quintumdecimum poteſt reſponderi dupliciter. Vno modo per interemptionem maioris; quamuis .n. principiũ omnis actionis ſit aliqua forma,non tamen ẽ conuerſo, omnis forma eſt principium actionis, vt patet de quantitate, figura, & multis alijs formis, quæ formæ quidem ſunt, & tamen ſunt nullius actionis principium, propter quod non oportet, quod ſi aliquid non ſe toto agit, quod non ſe toto ſit forma, ſicut patet de compoſito ex quantitate, figura, & aliqua qualitate actiua. Vel poteſt dici ſecũdo, quod fortè pro tanto dicitur Deus ſolus ſe toto agere, quia C ſolus ſic ſe toto in omnia agit, quod nullo ſui aliquid ab aliquo patitur, & ſic Angelus nõ poteſt dici ſe toto agere, quamuis poſſit dici aliquo modo ſe toto agere ſaltẽ præſuppoſitiuè, quia quicquid eſt in eo, ẽt ipſum eſſe, de quo minus videtur, quã de aliquo alio, præſupponitur eius actioni, quia actio non eſt niſi exiſtentis.

AD XVI. Ad ſextumdecimum dicendum, quod ſi ſimilitudo deberet attẽdi ſpecierũ ad numeros,quãtũad omnia, magis deberet dici Angelus, qui eſt ſpeciei perfectioris cõpoſitior,quam anima,quam ẽ conuerſo, ſicut quaternarius compoſitior eſt quam ternarius,& eſt perfectior ſpecies numeri,quam ipſe;ſufficit ergo, quod attendatur ſimilitudo quantum ad aliquid, ſ. quãtum ad hoc ꝙ ſicut numerus perfectior continet perfectionem numeri minus perfecti; omnes .ſ. D eius vnitates, & aliquid ſuperaddit ad minus vnam vnitatem, ſic ſpecies perfectior vniuerſi continet perfectionẽ ſpeciei minus perfectę, & aliquid ſuperaddit;omne enim cõparatiuũ includit poſitiuũ, & omne magis includit minus,& aliquid ſuperaddit.

Ad XVII. Ad decimumseptimum dicẽdum, quod omnia creata, quæ sunt inter Deum, & materiam primã, participant naturam vtriusq; istorum, quantum ad hoc, quod habent actum permistum potentiæ, & è conuerso, vt supra declaratum est; non autem oportet quod participent hæc duo tanquam partes integrales, vt scilicet sint cõposita ex Deo, & materia prima, quia hoc esset absurdum dicere.

Ad XVIII Ad decimumoctauum dicendum, quod non est eadem ratio de causa efficiente, & finali, quæ sunt causæ extrinsecæ, & de materia, & forma, quæ sunt causæ intrinsecæ; quia causa extrinseca vna numero potest esse multorum, propter quod non est inconueniens, quod in genere talis causæ sit deuenire ad aliquod primum vnum numero, cuius causalitas saluatur in omnibus sequentibus; est enim vnum numero primum efficiẽs, cuius causalitas in omni alio efficiente saluatur; nihil enim potest aliquid efficere, nisi in virtute primi efficiẽtis; & simile est de vltimo fine respectu omnium finium; sed non sic est de materia, & forma, quæ sunt causæ intrinsecæ propter rationem, quæ iam dicta est; non enim omnia formalia oportet resoluere in aliquod primum formale, quod habeat primam rationem formalem causæ; hoc enim est impossibile, vt de se patet, & similiter non oportet omnia materialia resoluere in aliquam materiam vnam numero, cum sit alia materia corporum superiorũ, C & inferiorum, vt communiter dicitur, & A multo minus omnia; quæ habent potentiã aliquam receptiuam resolui possunt in aliquam primam potentiam receptiuam; sed sufficit, quod in eodem subiecto sit deuenire ad aliquod primum receptiuum, cuius causalitas saluetur in omnibus sequẽtibus, quæ sunt in eodem subiecto, vt patet de potentia receptiua quantitatis respectu qualitatis, & substantiæ compositæ respectu quantitatis, quæ reducuntur quodãmodo ad potentiam receptiuam materiæ primæ, vt in responsione ad tertium argumentum declaratum est; & similiter si sunt multa formalia in eodem subiecto est dare aliquod primum formale, cuius causalitas saluatur quodammodo in sequentibus omnibus.

B Ad vltimum dicendum, ꝙ primus actus est primus simpliciter respectu omnium actuũ, & propter hoc potest ab oĩbus actibus participari; sed potentia materiæ primæ nõ ẽ prima simpliciter respectu oĩum habẽtiũ potẽtiã aliquã passiuã, seu receptiuã, sed solum respectu materialiũ rerum, & ideo nõ est necesse dicere ꝙ participetur ab omnibus habentibus potentiã aliquam receptiuam, sed sufficit, ꝙ participetur ab omnibus materialibus: quare autẽ primus actus sit primus simpliciter respectu omnium actuum, non autẽ potentia materiæ primæ respectu omnium potentiarum receptiuarum in responsione ad argumentũ immediate præcedens dictum est. AD XIX.

QVAESTIO XXV.

Vtrum potentię animæ addant rem aliquam absolutam supra eius essentiam, vel solum respectum

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod non addãt rem aliquam absolutã; sed sint idem re absoluta cũ ipsa essentia, dicit .n. Aug. 9. de Trinit. cap. 4. Quod mẽs notitia, & amor sunt substãtialiter in anima, vel (vt idem dicã) essẽtialiter, nõ tãquã in subiecto, vt color, vel D figura in corpore, aut vlla alia qualitas, aut quantitas; quicquid .n. tale est, non excedit subiectũ in quo est; mens autem potest alia & amare, & cognoscere. Sed prędicta tria ẽt sm̃ August. sunt potentiæ animæ. Ergo &c.

II. PRÆT. Idem dicit 10. de Trinit. c. 11. Hæc tria memoria, intelligentia, & voluntas non sunt tres vitæ, sed vna vita, nec tres mentes, sed vna mens, consequenter vtiq; nec tres substantiæ sunt, sed vna substantia, & similiter videtur dicere in multis alijs locis. Ergo idem quod prius.

III. PRÆT. Auicenna 6. de naturalibus parte 1. dicit, quod anima est uis respectu actionum, & respectu formarum sensibilium, & intelligibilium, quas recipit, & est forma respectu materiæ in qua existit, & ex quibus vtiq; constituitur substantia animalis, & vegetabilis. Ergo idem ꝙ prius.

PRÆT.

IV. PRÆT. In lib. Prædicam. dicitur, ꝙ maximè, & soli substantiæ est proprium, ꝙ eadē numero existens est susceptibilis contrariorum, & hoc nulli accidenti conuenit, vt ibidem dicitur. Sed potentiæ animæ sunt susceptibiles contrariorum, vt voluntas virtutis, & vitij, & sic de alijs. Ergo sunt idem ꝙ animæ substantia; non enim fingi posset, quæ alia substantia esset.

V. PRÆT. Anima eo ipso, quod est immaterialis, est intellectualis naturæ, vt communiter dicitur. Sed est immaterialis ꝑ essentiam suam; intellectualis autem naturæ est per potentiam intellectiuam. Ergo &c.

VI. PRÆT. Phil. dicit 2. de Anima. t.9. ꝙ si oculus esset animal, visus esset anima eius. Sed hoc verificari non posset, vt videtur, nisi essentia animæ esset idem, quod potentia visiua; eadem autem ratio est de vna potentia, & de omnibus. Ergo &c.

VII. PRÆT. Causa, & effectus debent per similitudinē sibi inuicē correspondere; quāuis ergo calor ignis sit causa alterationis pręcedentis introductionē formę substantialis ignis, tñ forma substantialis ignis generantis videtur esse prīcipiū immediatū formę substantialis ignis generati. Ergo forma substantialis ignis est eius potentia ignitiua; & pari ratione aliæ formæ substantiales sunt quædam potentiæ.

VIII. PRÆT. Phil. 2. de Anima t.24. dicit, ꝙ anima est quo sentimus, intelligimus, &c. Sed quo sentimus, & intelligimus, est potētia sensitiua, & intellectiua. Ergo &c.

IX. PRÆT. Eadem sunt principia essendi, & operandi. Sed anima est principium quo essendi. Ergo est principium quo operandi. Sed principiū quo operandi est potētia operatiua. Ergo anima secundum suam essentiam est sua operatiua potentia.

X. PRÆT. Substātia est maioris virtutis, & efficaciæ ad agendū, quā quodcunq; accidens eius. Ergo plus pōt anima per essentiā suā, quā per quodcunq; accidens superadditum. Si ergo per accidens superadditū pōt in aliquod opus, multo fortius per essētiā suam pōt in aliquod opus. Sed illud quo potest in opus est eius potentia. Ergo &c.

XI. PRÆT. Essentia animæ est virtuosior, quā calor si esset separatus. Sed calor si esset separatus, esset agens per essentiā suā, & nō per virtutē aliquā superadditam; vnde dicit Auicennas 6. suæ Metaph. ꝙ est agens per seipsū, & est agens per virtutē; sed agēs per seipsum, est sicut calor si esset existens separatus; agens per virtutem est sicut ignis, qui est agens per calorem suum. Ergo &c.

XII. PRÆT. Aug. in lib. de Spiritu, & Anima, D c.13. dicit, ꝙ anima est spiritus intellectualis rationalis, quæ sm̄ sui operis officiū varijs nuncupatur nominibus; dicitur nanq; anima dum vegetat, spiritus dum contēplatur, sensus dum sentit, mens dum intelligit, & multa alia ibi enumerat. Ergo &c.

PRÆT. Ibidē c.19. dicit, quod anima in XIII A quibuscunq; suis motibus, tota simul adest, tota videt, & tota visorū meminit, tota audit, tota odorat, &c. Ergo idem quod prius.

PRÆT. Superior natura eminentiori XIV. modo continet ea, quæ cōtinet inferior. Sed in inferiori natura potentiæ re absoluta differunt ab essentijs. Ergo in substātijs intellectualibus sunt eminentiori modo, scilicet eadem re absoluta cum earum essentijs.

PRÆT. In vnaquoq; specifica diffe- XV. rentia videtur esse principium propriæ operationis, vt rationale in homine videtur esse principium actus ratiocinandi. Sed specifica differentia sumitur à forma substantiali; principium autē ꝓpriæ operationis est ꝓpria potentia operatiua. Ergo propria potētia operatiua rei est idē, quod forma substantialis eius.

PRÆT. Philosophus dicit in 2. de XVI. B Anima t.31. ꝙ sicut trigonum est in tetragono, & tetragonum in pentagono, sic vegetatiuū est in sensitiuo, & sensitiuum in intellectiuo. Sed trigonum, quod est in tetragono, non est alia res absoluta à tetragono. Ergo nec vegetatiuum est alia res absoluta à sensitiuo, in quo est; nec sensitiuum ab intellectiuo. Sed hoc non posset esse verum, nisi potentia vegetatiua, sensitiua, & intellectiua essent vna animæ essentia. Ergo &c.

PRÆT. Sicut se habēt differentiæ spe- XVII. cificæ vegetatiua, & sensitiua; sic se habent potentia vegetatiua, & sensitiua. Sed prædictæ differentiæ, quamuis differant realiter, prout vna est in plantis scilicet vegetatiua, alia scilicet sensitiua est in animalibus; tamen prout sunt in homine sunt idem realiter inter se, & cum rationali. Ergo prædictæ duæ potentiæ in homine sunt idē inter C se, & cum potentia intellectiua. Sed hoc nō posset verificari, nisi essent idem quod essentia animæ humanæ. Ergo &c.

PRÆT. Boetius in lib. Diuisionum, XVIII. distinguit diuisionem subiecti in accidētia à diuisione animę, vel alterius totius potentialis in partes suas potentiales, quæ sunt suæ potentiæ. Ergo secundum intentionem Boetij, potentiæ animæ non comparantur ad eam, vt accidentia ad subiectum.

Pro Parte affirmante.

SED CONTRA EST. Quod dicit Dionysius cap. 11. Cęlestis Hierar. cęlestes spiritus diuiduntur in essentiam, virtutem, & operationē; multo igitur magis in Anima aliud est essentia, aliud virtus, siue potentia.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis tria facienda sunt. Primo, videndum est propter declaratio-

nem tituli quæstionis, quid propriè importatur nomine potentiæ. Secundo, videndum est, quid tenendum sit pro veritate de hac quæstione. Tertio ostendendum est, quod quamuis potētię animæ, quæ sunt respectu actuum eius, scilicet intelligendi, sentiendi, &c. addant supra eius essentiam aliquam rem absolutam; tamen essentia animæ non est alia res absoluta ab alia potentia sua receptiua, quæ est respectu aliquorum accidentium eius.

PVNCTVM I.

Quid proprie importetur nomine potentiæ.

Notandum QVANTVM ad Primum horum sciendum est, quod sicut albedo est, qua aliquid est album; sic potentia actiua, vel passiua rei cuiuscunq; propriè est, qua res illa est potens agere, vel pati: & quia, vt dicitur in lib. de somno, & vigilia, eius est potentia cuius est actus, siue sit vt agentis, & patientis, siue vt principij agendi, & patiendi; sequitur, quod illo sit res potens agere, vel pati, quo est agens, vel patiēs; hoc autem est, quod est rei principium agendi, & patiendi: potentia ergo actiua, vel passiua est principium actionis, vel passionis.

Et hæc declaratio patet etiam per Philosophum in 5. Metaph. t. 17. sicut autem in agentibus est duplex agens, scilicet, principium primum, & secundarium, seu immediatum, sic & principium quo duplex est, .s. primum vt in actione ignis forma eius substantialis, & secundarium, seu immediatū, vt forma eius accidentalis; & similiter respectu passionis est principium primum passiuum, vt in passione rerum corporaliū potentia passiua materiæ primæ, & immediatū, seu secundarium, vt respectu coloris superficies; vtrumq; ergo prædictum principium potentia quædā dici potest aliqualiter, vt probatum est.

Tamen appropriatè loquendo principiū immediatum, seu secundarium dicitur potentia, & non primum, quod fortè est propter tria. Primo, quia sicut agens primum est nobilius, sic & principium primum quo est nobilius; vnde sicut secundum Philosophum 1. Topic. quamuis nomen Proprij quantum ad veritatem commune sit diffinitioni, & proprio accidentali; tamen proprium substantiale tanquam dignius habet nomen speciale, & vocatur diffinitio; proprium autem accidentale retinet sibi nomē commune; sic in proposito primum principium quo propter suam dignitatem habet nomen speciale, scilicet nomen essentię; principium autem secundarium, & immediatum retinet sibi nomen commune, & vocatur potentia. Secundo, quia potentia actiua, vel passiua secundum nomen suum

A importat ordinem ad agere, vel pati; essentia autem secundum nomen suum magis importat ordinem ad esse, quam ad pati, vel agere. Tertio, quia principium immediatum, quod est forma accidentalis, intelligitur ordine naturæ, vel temporis superuenire primo principio, quod est forma substantialis, & per additionem ad ipsum se habet; quia ergo primum principium per se solum non potest in actionem, vel passionem; potest autem in ipsam superueniente, vel superaddito principio immediato, idcirco hoc principium immediatum vocatur potentia respectu primi principij, quamuis secundum veritatem nec primum sine secundo, nec secundū sine primo ad actionem, vel passionem sufficiant, nec per cōsequens agens, vel patiens in actionem, vel passionem possit per primum sine secundo,

B vel è conuerso; sic ergo appropriatè loquēdo principium immediatum actionis, vel passionis potentia actiua, vel passiua dicitur.

Est ergo intellectus quæstionis, vtrum sola essentia animæ cum aliquibus respectibus, sine aliqua re absoluta adiuncta, sit principium primum, & immediatum omnium actuum suorum, vt intelligendi, volendi, &c. vel essentia animæ non sufficiat ad actus prædictos, nisi cum hoc in anima ponatur aliquę res absolutę, aliqua scilicet accidentia, quæ vocantur animæ potentiæ, quæ ponantur esse immediatum principiū actuum prædictorum. Et hæc de primo principali. Sensus quęsiti.

PVNCTVM II.

C

Recensentur variæ opiniones.

QVANTVM autem ad Secundum est sciendum, quod Quidam dicunt, quod potentiæ animæ nullam rem absolutam addunt supra essentiam eius; sed solum respectum ad actus, sic quod secundum eos anima dicitur diuersæ potentiæ, secundum diuersos respectus, quos ad diuersos habet actus, quam opinionem confirmāt per multas rationes, & auctoritates, quæ omnes tactæ sunt in obijciendo. Opinio quorundam.

¶ Sed his non obstantibus, quia vt patebit respondendo ad argumenta, non necessario concludunt. Dicendum est, quod potentiæ animæ, quæ communiter dicuntur potentiæ, vt intellectus, voluntas, sensus, &c. addunt rem absolutam supra essētiam animæ, & nō solum respectum, quod Sententia Auctoris. probatur ex duplici capite, per rationes, et auctoritates.

D potest ad præsens probari dupliciter, .s. per rationes, & per auctoritates.

Per rationes autē potest probari triplici via in genere. Prima via sumitur ex potentiarum ad inuicem comparatione. Secunda Ex rationibus.

ex

ex essentię animæ à potentijs determinatione. Tertia, ex ipsarum potentiarum conditione.

Prima via cõtinens quatuor rationes.

¶ Prima via diuiditur in quatuor rationes; quarum prima talis est, & probatur à Philosopho 7.& 8. Physic.& in multis alijs locis, quod quamuis idem secũdum diuersa re possit esse mouens, & motum, vt patet in ijs, quę mouent seipsa; tamen idem secundum idem re non potest esse mouens, & motum; quia sequeretur, quod idem secundum idem esset actu,& potentia; mouens enim secundum quod huiusmodi est actu; motum autem secundum ꝙ est huiusmodi est in potentia; motus enim, vt dicitur 3. Physic.t.6.est actus existentis in potentia, secũdum quod huiusmodi. Sequeretur etiã quod relationes oppositę possent fundari in eadem re simplici, quod est impossibile, (cũ hoc sit priuilegium solius diuinæ essentiæ) imò etiam in eodẽ supposito, quod nec in Deo, nec in creatura esse potest, secundũ D. Augustinum 1. de Trinitate; sed vna potentia animæ mouet aliam, vt appetitus superior mouet appetitum inferiorem, vt sphęra mouet sphęram; vt dicitur circa finẽ 3.de Anima; communiter etiam dicitur, ꝙ voluntas, qua fertur in bonum commune est vniuersale mouens omnes alias animæ potentias, quæ feruntur in aliquod bonum particulare; cum igitur essentia animæ sit vna res absoluta, impossibile est, quod sit idem cum suis potentijs.

Prima Rõ.

Confirmatio 1.

Et confirmatur hęc ratio dupliciter. Primo, per dictum aliorum tenentium oppositum; dicunt enim, quod in sola voluntate hoc inuenitur ratione libertatis suę, ꝙ idem per essentiam secundum idem simpliciter seipsum mouet immediate.

Cõfirmatio 2.

Secundo, per rationem; voluntas.n.vt distincta ab alijs potentijs mouet eas, & similiter appetitus superior mouet inferiorem, vt est distinctus ab ipso; mouens enim sm̃ quod huiusmodi est distinctum à moto; si ergo, secundum hanc opinionem, potentiæ animæ distinguũtur per solum respectum, quod oportet dicere si supra animæ essentiã addunt solum respectum, sequitur quod solus respectus mouet respectum, quod est absurdum dicere.

2. Ratio.

Præterea secundo ad principale, impossibile est, ꝙ idem secũdum idem sit agens,& patiens; potentia enim actiua, vt dicitur 5. Metaph.t.17.est principium agendi in alio, sm̃ quod aliud & potentia passiua est principium patiendi ab alio, secundum ꝙ aliud, vt ibidem dicitur, sed, vt dicitur 3.de Anima t. 17. sicut in omni natura, sic & in anima ẽ aliquid, quo est omnia facere, scilicet intellectus agens,& est aliquid, quo est omnia fieri, scilicet intellectus possibilis. Sed in nulla natura agens, & passum differunt solo respectu, Ergo idem, quod prius. Et põt hæc rõ cõfirmari illis duabus vijs, quibus confirmata est præcedens. Sed posset aliquis ad hanc respondere, dicendo, quod intellectus agens non agit in possibilem, sed agit in phantasma; quo facto vniuersali patitur intellectus possibilis. Sed hæc responsio nulla est propter duo, quia, vt cõmuniter dicitur, (& est dictum Doctorum solemnium) intellectus agens duplicem actionem habet, vnam in phantasiam, & aliam in intellectum possibilem immediate ipsum, s. illustrando, & quasi disponendo, ad recipiendam speciem intelligibilem, seu secundum negantes has species, actum intelligendi; hoc enim oportet dicere, tum quia hoc sonant verba Philosophi prędicta, [Sicut in omni natura,&c.] tũ quia nõ esset dare, quam aliam actionem habet in patria; oportet autem dicere, quod aliquã habeat, cũ sit potentia immaterialis. Secũdo, quia vt dr̃ prima propositione libri de causis, causa prima plus agit in causatum causæ secundę, quam secunda causa. Ergo etiam facta suppositione prædicta intellectus agẽs plus agit in intellectum possibilem, quam etiam in ipsum phantasma.

Responsio.

Instantia.

3. Ratio.

Præterea tertio ad principale, dominans, & subiectum realiter distinguntur re absoluta, vt in omnibus apparet, & inconueniẽs esset dicere, quod distinguerentur solo respectu; sequeretur enim, quod vnus respectus dominaretur alteri. Sed intellectus dominatur appetitui, principatu politico, vt dicitur primo Politicæ c.3. Ergo idẽ, quod prius.

4. Ratio.

Præterea quarto, impossibile est, quod idem, secundum idem re absoluta tendat,& inclinetur in aliquid, & illud refugiat; sequeretur enim, quod opposita inessent eidẽ secundum idem; Dico autem re absoluta; quia secundum diuersa nõ est inconueniẽs, vt auis secundum grauitatem corporis descendit, secundum autem virtutem animæ ascendit ad eundem locum. Sed appetitus hominis est quædam inclinatio, & tendentia in aliquid; contingit autem aliquid appetere secundum appetitum intellectiuum, quod refugit sensitiuus, & è cõuerso, vt experientia docet,& omnes dicunt Theologi, & Philosophi. Ergo idem, quod prius.

Secunda via cõtinẽsquatuor rões.

Prima Rõ.

¶ Secunda etiam via principalis diuiditur in quatuor rationes; quarum prima talis est. Principiata magis distincta exigunt magis distincta principia, loquendo de principijs proportionatis,& non de excedẽtibus. Sed potentię & habitus sunt principia proportionata respectu actuum humanorũ eis correspondentium; plus autem distant velle, & intelligere, quam duo actus volendi, vel duo actus intelligendi; principia autem duorum actuum intelligendi sunt distincta re absoluta, & similiter duorum actuum volẽdi, vt duo habitus intellectuales, vel duæ virtutes morales, quæ sunt in prima specie qualitatis, & per cõsequẽs dicunt

ciunt rem absolutam, & distinguũtur re absoluta. Ergo multo magis principia actus intelligendi, & volendi; quæ sunt potentiæ animæ, s. intellectus, & voluntas dicunt rē absolutam, & distinguuntur re absoluta, & sic idem quod prius.

Secunda. Præterea secundo, Quanto est maior indeterminatio in aliquo respectu multorũ, tanto magis indiget determinante. Sed maior est indeterminatio essentię animæ respectu diuersorum actuum genere, vt respectu actuum intelligendi, volendi, &c. quam sit indeterminatio vnius potētię respectu actuũ suorum diuersorum; quia maior est distinctio, (vt etiam superius dicebatur) actus intelligendi ab actu volendi, quam duorum actuum intelligendi adinuicem; potentia autem determinatur ad diuersos actus per distincta re absoluta, scilicet per diuersos habitus. Ergo & essentia multo magis determinatur ad actus tam diuersos per aliqua distincta re absoluta; ea autē quibus essentia animæ determinatur ad diuersos actus, dicuntur animæ potentiæ, quia sicut potentia determinatur per habitum, sic essentia determinatur per potentiam, vt communiter dicitur. Ergo idem, ꝙ prius.

Tertia. Præterea tertio, Videre, & audire, &c. sunt actus non solius corporis, sed totius cōiuncti. Sed nō sunt actus corporis nisi determinati per aliquid absolutum accidentale, sicut per dispositionem, quæ est in oculo, oculus determinatur ad visum. Ergo multo magis per aliquod absolutũ accidentale anima determinatur ad eundem actum; hic enim actus magis est animæ, quam corporis. Nec potest dici, quod anima determinetur ad hũc actum per solum respectum, tum quia pari ratione hoc posset dici de corpore, tum quia in nulla alia re hoc inuenitur; ignis enim non est determinatus ad calefaciendum, quia habet respectũ ad calefaciendum; sed è cōuerso, quia est ad hoc determinatus, habet ad hunc actum determinatum respectum. Nec etiam potest dici, quod anima determinetur ad hunc actum per dispositionem, quæ est in oculo, ꝓpter duo. Primo, quia (sicut iam dictum est) videre non est actus solius corporis, sed multo magis animæ. Ergo nec determinatio debet esse ex parte corporis solum; sed multo magis ex parte animæ. Secundo, quia sicut corpus habet esse ab anima, & non è cōuerso, & corpus est propter animam, & non è conuerso, sic determinatio corporis debet esse à determinatione animę, & ꝓpter determinationē aliquā animæ, & non è cōuerso.

Quarta. Præterea quarto, secundum quod supra dicebatur, Quanto aliquid est minus determinatum respectu alicuius, tanto magis indiget determinante, si debeat illud assequi. Sed animalia secundum essentias suas sunt minus determinata ad aliquem vnum motum localem animalem, quam grauia, & leuia, quæ secundum suam naturam sunt

A determinata ad vnum motum localem tātum; in grauibus autem, & leuibus præter essentias est aliquid absolutũ principium quo motus ipsorum, vt grauitas, & leuitas. Ergo idem quod prius.

Tertia via continens quatuor rationes. ¶ Tertia autem via principalis prædictarum triũ diuiditur in quatuor rationes; quarum Prima talis est. Si potentia animę non dicit rem absolutam aliam ab eius essentia, aut dicit solam animæ essentiam, & hoc est falsum, quia essentia est vna, potentiæ autem sunt diuersæ: aut dicit solum respectum, & hoc etiam non potest dici, quia respectus non dicit principium quo actionis, & passionis, sed magis est quoddam, quod relinquitur ex actione, & passione, sm̃ Philos. 5. Metaph. cap. de Ad aliquid. potentia autem significat principium quo actionis, & passionis, vt probatum est, & vt Prima Rō.

B dr̃ 5. Metaph. c. de Potētia: aut dicit essentiā cũm respectu; & hoc etiam dici non potest propter duo. Primo, quia secundum hoc ratio potentiæ fundaretur in animæ essentia ratione respectus, cuius contrarium dicit Phil. 5. Metaph. c. de Ad aliquid, vbi dicit, ꝙ quadā relationes fundantur super actione, & passione, quædam super potentia actiua, & passiua. Secundo, quia sequeretur, quod essentia haberet rationem principij quo ratione respectus, quia potentia habet rationem principij quo, vt dictũ est; hoc autem est falsum; non enim quia essētia habet respectum ad actionem, habet rationem principij quo respectu eius, sed è conuerso, quia est principium quo respectu actionis, habet respectum ad ipsam. Ergo &c.

Secunda. Præterea secundo. Quāuis ꝓpter infinitatem

C diuinæ essentiæ perfectiones, quæ sũt accidentia in creaturis, in Deo sint substantiæ, vt patet de sapientia, bonitate, &c. tamē quod est accidens in vna creatura, non est substantia in alia, quia dicitur 1. Physic. ꝙ verè est (idest substantia) nulli accidit. Sed potentiæ in alijs creaturis sunt accidentia realiter differētia ab earum essentijs re absoluta, vt patet de qualitatibus actiuis, & passiuis elementorum, de quibus cōstat, quod differunt ab eorum essentijs. Ergo & potētiæ animæ differunt re absoluta ab eius essentia. Et confirmatur rō, Quia potentia actiua, & passiua naturalis est in secunda specie qualitatis, vt dicitur in Prædicamentis; qualitas autem est accidens absolutum distinctum à respectu, qui est in genere relationis. Confirmatio.

Tertia. Præterea tertio, secundum Philosophum

D 3. de Anima, Intellectus agens est quoddā lumen; lumen autem nō dicit substantiam, nec solum respectum, sed qualitatem quandam. Ergo potentia animæ, quæ est intellectus, est accidens absolutum in genere qualitatis existens distinctum re absoluta ab

ab essentia animæ, & eadem ratio est de omnibus alijs potentijs animæ, quia quod probatur de vna supponitur probatum de omnibus; quia de similibus idem est iudicium.

Cõfirmatio. Et confirmatur ratio. Quia sicut lumen naturale intellectus agentis ponitur in anima respectu cognoscibilium naturalium, sic lumen fidei, seu gratiæ, & lumen gloriæ ponitur respectu cognoscibilium supernaturalium; lumen autem fidei, seu gratiæ nõ dicit substantiam, vel respectũ; sed qualitatem quandam, vt omnes dicunt. Ergo &c.

Quarto. Præterea quarto, & vltimo. Accidentia, quæ habent esse quasi in fieri, & non habẽt fixam, & stabilem entitatem, debent inesse substantiæ mediante accidente fixo, & stabili, vt patet de luce, quæ inest aeri mediãte diaphaneitate. Sed intelligere, & sentire, & cæteri actus animæ non habent esse fixũ, & stabile, sed sunt quasi in continuo fieri; quamuis enim non fiat pars eorũ post partem, sicut in motu; tamen videntur habere esse valde instabile, & transitorium, vt de se patet. Ergo isti actus non possunt animæ inesse, nisi mediantibus aliquibus accidentibus stabilibus, & permanentibus, quæ appellamus animæ potentias. Minor huius rationis declarata est. Maior potest probari tripliciter. Primo, quia extrema non vniũtur nisi per medium. Sed substantia habet esse maximè stabile, & specialiter anima humana, quæ est incorruptibilis. Ergo accidentia transitoria, & instabilia non vniẽtur sibi, nisi mediantibus aliquibus accidẽtibus permanentibus. Secundo, quia cum anima sit quoddam ens actu, oportet quod determinet sibi aliqua prima, & per consequens inseparabilia, sicut patet de alijs rebus naturalibus. Tertio, quia secundum illos, qui sunt de opinione opposita, formæ generabiles, & corruptibiles insunt materiæ mediante forma corporeitatis, à qua secundum eos materia nunquam separatur. Ergo à simili in proposito accidentia transitoria, & instabilia debent inesse substantiæ mediante accidente aliquo permanente. Et sic in vniuerso sunt duodecim rationes principales.

Eadem Auctoris sententia probatur auctoritatibus. Primo. ¶ Secundo. Eadem conclusio probari potest per auctoritates; & præter allegatam auctoritatẽ Dionysij cap. 11. Cælestis Hierarchiæ, & auctoritatem Philosophi in libro Prædicamentorum dicentis, quod potentia actiua, vel passiua est in secunda specie qualitatis; facit ad hanc conclusionẽ dictum quoddam famosum, quo dicitur, quod potentiæ animæ sunt eius proprietates naturales, & vires quædam, quod etiam dicitur in lib. de Spiritu, & anima; ꝓprietates autem accidentia quædam sunt distincta à rei essentia.

Secundo. Præterea. Philosophus dicit frequenter maximè in Logicalibus libris, quod esse susceptibile disciplinæ est proprietas hominis. A Sed esse susceptibile disciplinæ cõuenit homini secundum potentiam intellectiuam. Ergo idem, quod prius.

Tertio. Præterea. Ansel. dicit in lib. de Concord. Gratiæ cum Libero Arbitrio [Sicut .n. habemus in corpore mẽbra, & quinq; sensus, singula ad suos vsus apta, quibus quasi instrumẽtis vtimur: vt sunt manus aptæ ad capiendum, pedes ad ambulandũ, visus ad videndũ: ita & anima habet in se quasdã vires quibus vtitur velut instrumẽtis ad vsus cõgruos; est namq; rõ in anima, qua sicut suo instrumento vtitur ad ratiocinandũ, & volũtas qua vtitur ad volendũ.] Ergo de intẽtione Anselmi est, quod potentia animæ se habeat ad eius essentiam, vt eius instrumẽtum; sed incõueniens esset dicere, quod respectus sit instrumentum absoluti, in quo est, imò differt ab ipso necessario re absoluta. B Ergo &c.

Quarto. Præterea. Ipsemet, qui tenet oppositum septimo Quolibet. quæst. qua quærit, vtrum anima coniuncta possit intelligere, & velle; dicit, quod in actu intelligendi est duo considerare, s. Quod intelligit, quod est hic homo coniunctus ex anima, & corpore, & Quo intelligit, & hoc est duplex, quia vel vt proximo principio elicitiuo actus intelligendi; & hoc est potentia intellectiua; vel vt remoto, & hoc est essentia animæ. Sed respectus non habet rationem principij quo, vt iam probatum est. Ergo dicit contra seipsum. Et hæc de secundo principali.

PVNCTVM III.

C *Potentia animæ receptiua accidentium est idem, quod animæ essentia.*

QVANTVM autem ad Tertium est sciendum, quod necessario oportet dicere, quod anima secundum suam essentiam est susceptiua quorundam primorum accidentium, sic quod potentia receptiua talium accidentium est idem, quod animæ essentia; quod potest probari ad præsens dupliciter.

Probatio prima. Primo, ratione ostensiua, sic. Sicut se habet materia ad formas substantiales, sic compositum ex materia, & forma; & vniuersaliter omne subsistens ad aliqua prima accidẽtia. Sed materia prima per essentiam suam immediatè est susceptiua formarum substantialium ad minus primarum, vt formarum elementorum. Ergo &c.

Secunda. Secundo, hoc patet ratione ducente ad D impossibile. Quia si nõ per essentiam suam immediatè anima reciperet aliqua prima accidentia, procederetur in infinitum, & in vno essent infinita accidentia; hoc autem est impossibile. Ergo &c. Et hæc de tertio principali, & de toto.

Ad

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD primum ergo factum in oppositum potest dupliciter responderi. Primo, dicendo, quod Augustinus per mentem, notitiam, & amorem in illa auctoritate, non intelligit animæ potentias, sed ipsam animam cognoscentem, & amantem; sicut enim nomine intellectus aliquando intelligitur potentia intellectiua, aliquando ipsa anima intelligens; sic etiam dicendum est de mente, notitia, & amore. Vel potest dici secundo, quod Augustinus loquitur de prædictis tribus, non pro vt comparantur ad animam subiectiuè, sed pro vt comparantur ad ipsam obiectiuè; idest non pro vt comparantur ad animam, vt cognoscenté, & amantem; sed vt comparantur ad ipsam, vt cognitá, & amatá; anima enim cognoscit, & amat per potentias suas, quæ sunt intelle- B ctus, & voluntas, & non per solam suam essentiam; sed ipsa essentia animæ est, quæ cognoscitur, & amatur, & sic accipiendo prædicta tria loquitur Augustinus, alias sua probatio, quæ in arguendo tangitur, nulla esset; accidens enim non transcendit subiectum in essendo, quia non potest esse nisi in suo subiecto; trascendit tamen in operádo, quia potest esse principium quo actionis transeuntis in aliud realiter à suo subiecto; sed si prædicta tria, pro vt comparantur ad animam obiectiuè modo exposito essent in anima, vt accidentia in subiecto, pari ratione essent in omnibus alijs, ad quæ obiectiuè comparari possent, vt accidentia in suis subiectis, quia de similibus idem est iudiciú; & sic cum anima intelligat, & amet alia à se; sequeretur, quod in illis alijs notitia, & amor essent, vt accidentia in subiectis; & sic C accidens trascenderet subiectum existendo subiectiuè in multis subiectis, quod est inconueniens, ad quod August. per probationem prædictam intendit inducere.

AD II. Ad secundum, etiam prædictis duobus modis responderi potest, s. vel dicendo, q August. per prædicta tria intelligit non animæ potentias; sed ipsam animá cognoscentem, & amantem. Vel dicendo, quod loquitur de prædictis tribus, pro vt comparantur ad animam obiectiuè, & non subiectiuè, vt iam expositum est. Vel potest dici, & forte melius, quod non semper illud, q prædicatur de aliquo, est idem realiter cum illo; sed prædicatur de subiecto naturalis eius proprietas, & è conuerso; & tamen realiter differunt, quamuis sint idem subiecto; vnde sicut ista est vera prædicatio, calidum, siccum, & leue sunt vnus ignis; quia hæc D tria sunt vnius ignis proprietates naturales ab essentia ignis differentes realiter; sic etiá est vera prædicatio, qua dicitur, q mens, intelligentia, & voluntas sunt vna animæ substantia; non quia sint idem realiter, q animę essentia. Sed quia sunt naturales eius proprietates, & sic exponit prædictam August. A auctoritatem Magister 1. Sentent. dist. 3. sic dicens; hæc tria dicuntur vna mens, idest in vna mente cuius sunt vires, & proprietates naturales.

Et per hoc etiam respondendum est ad tertium. Sicut enim hæc est vera prædicatio, homo est risibilis, quia esse risibile est naturalis hominis proprietas, realiter tamé differt ab hominis essentià; sic & hæc est vera prædicatio, anima é vis respectu actionum suarum, quia s. potentia animæ, quæ est principium actionis, est naturalis animæ proprietas. Et si dicatur contra hoc, quod proprietas in abstracto accepta non prædicatur de suo subiecto; ergo nec potentia animæ de anima. Dicédum quod in prædictis auctoritatibus Augustinus, & Auicenna acceperunt abstractum pro concreto, vt probari potest per expositionem prædictá Magistri Sententiarum. AD III.

Ad quartum dicendum, quod quamuis primum susceptiuum cótrariorum sit sola substantia; secundarium tamen, & immediatum potest esse aliquod accidens, sicut patet de superficie respectu albedinis, & nigredinis; & per hunc modum potentiæ animæ possunt esse susceptiuę contrariorum, non obstante, quod sunt animæ accidentia. AD IV.

Ad quintum dicendum, quod sicut homo per se é risibilis, secundo modo dicendi per se, non quia risibile sit de eius essentia; sed quia est naturalis eius proprietas, sic & anima in quantum est immaterialis, est intellectualis naturæ, non quia potentia intellectiua sit idem realiter, quod sua essentia, seu q sua immaterialitas; sed quia cósequit essentiæ eius immaterialitatem, sicut proprietas accidentalis suum subiectum. AD V.

Ad sextum dicendum, quod quia voces sunt signa conceptuum, vt dicitur 1. Periherm. idcirco sicut ex accidentibus venimus in notitiam essentiarum; accidentia enim magnam partem cóferunt ad cognoscendum quod quid est, vt dicitur in principio 1. de Anima; sic etiam essentias rerú nominamus nominibus accidentium nobis magis notorum; denominatio etiam, vt cómuniter dicitur debet esse à digniori, & propter ista duo, nomine intellectus, vt etiá supra dictum est, aliquando accipitur potentia intellectiua, aliquando ipsa essentia animæ intellectiuę, cuius potissima perfectio est intellectus, & secundum hunc modum loquendi intelligendum est illud verbum Philosophi, si oculus esset animal, visus esset anima eius, idest anima eius denominari posset à visu tanquam à potissima pfectione sua accidentali; sicut & anima intellectiua ab intellectu; nec vult ibi Philos. dicere, q si oculus esset animal, potentia visiua esset animæ eius essentia. AD VI.

Ad

AD VII. Ad septimũ dicendũ, ꝙ sicut in agẽtibus agens principale agit mediãte instrumẽto, tã illud, ꝙ cõpetit instrumento ex sui natura, quam illud, ꝙ trascẽdit virtutem instrumenti secundum se considerati; sic & in principijs quibus actionũ, quæ sunt formæ substantialis, & accidentalis, primum principium quo, s. formæ substantialis nullius effectus potest esse principium, nisi mediãte principio quo secundario, s. forma accidentali; nec etiam illius effectus, qui ei per similitudinem correspondet.

AD VIII. Ad octauum dicendum, ꝙ anima est primum principium quo sentimus, & intelligimus, nõ autem immediatum, cuiusmodi est potentia intellectiua, & sensitiua.

AD IX. Ad nonum dicendum, ꝙ eadẽ sunt principia essendi, & operandi, quia forma substantialis, quæ est principium immediatum esse substantialis, est primum principiũ quo operationis; & forma accidentalis, quæ est principium immediatum operationis est ẽt principium alicuius esse, s. accidentalis; non autem oportet dicere, quod sicut forma substantialis est principium immediatum essendi substantialiter, sic etiam sit principiũ immediatum operandi.

AD X. Ad decimum dicendum, ꝙ sicut in agẽtibus actio principalius attribuenda est principali agenti, quam instrumento, sic & in principijs quibus actionũ, actio prĩcipalius attribuenda est primo principio quo, ꝙ est forma substantialis, quam secundario ꝙ est forma accidentalis, & per consequens cõcedendum est, quod anima plus agit, seu põt agere per essentiam suam, quam per solum accidens, quamuis nec per essentiam solã sine accidente, nec è conuerso per accidens solum sine essentia agat, seu possit agere; quãuis autem magis dicenda sit agere, seu posse agere per essentiã, quã per accidens, magis tñ potest agere per vtrumq; quam per solã essentiam; quamuis ẽt actio principalius attribuenda sit essentiæ, quã accidẽti superaddito; tamen accidens superadditum vocatur potentia, & non ipsa essentia, propter rationes in principali responsione prædictas.

AD XI. Ad vndecimum dicendum, ꝙ calor à subiecto omnino separatus esse non potest; sm̃ enim cõiorem opinionem de accidentibus, sola quantitas potest esse sine subiecto. Supposito tñ, quod aliquis calor esset separatus: videtur dicendum, quod talis calor non ageret, & nullius actionis posset esse principiũ. Quod patet primo, quia si vt supra declaratũ est forma substãtialis nullius actionis potest esse principium sine forma accidentali etiam actionis per similitudinem ei correspondentem, multo minus forma accidẽtalis poterit esse principium alicuius actionis sine forma substantiali; plus enim dependet secundum à primo, quam è conuerso. Secundo cum calefactio sit actio corporalis elementalis, sine contactu corporali exerceri non potest; calor autem separatus nihil corporaliter posset contingere, cum contactus corporalis non sit nisi quantorum, & corporum; vnde videtur Auicenna loqui ex suppositione impossibili; sicut si diceremus, quod essentia Angeli est sicut forma lapidis, si esset sine materia; quæ tamen sine materia esse non potest; sic etiam agens per essentiam, vt Deus est tale agens, sicut calor separatus si ageret; qui tamen agere non potest, vt probatum est; prædicta tamen auctoritas Auicennæ est expresse contra tenentes opinionem oppositam, propter quod mirum est, quomodo eam pro se ipsis adducunt, secundum enim intentionem Auicennæ ibi, Agens per seipsum est solus Deus; agens autem per virtutem superadditam est omne agens creatum.

AD XII. Ad duodecimum dicendum, quod ille liber de Spiritu, & Anima non est August. sed dicitur fuisse cuiusdam Cisterciensis, in quo libro sunt multa falsa, & impropriè dicta, quia non intellexit bene dicta Aug. & aliorum Sanctorum, à quibus ea, quæ ibi ponit, accepit: si tñ recipiatur eiꝰ auctoritas, Dicẽdum, ꝙ anima põt dici illa omnia, quę tanguntur in arguendo, nõ quia illa sint idẽ, ꝙ animæ essentia; sed quia sunt eius naturales vires, & proprietates; substantiæ .n. frequenter nominibus suorum accidentiũ nominantur, & maximè naturalium proprietatum, vt superius dictum est, & sm̃ hunc modum loquẽdi anima dicitur esse suę potentię; vnde & ipse dicit in eodem libro, ꝙ omnes potentiæ sunt vna anima, proprietates quidem diuersæ; sed essentia vna.

AD XIII. Ad tertiumdecimum dicendũ, ꝙ anima tota meminit, videt, &c. quia tota totalitate essentiæ est primũ principium quo suorum actuum; non autẽ est principiũ immediatũ.

AD XIV. Ad quartũdecimũ dicendum, ꝙ ea, quæ sunt in inferiori natura, superior natura cõtinet eminẽtiori modo, quia superior natura habet perfectiones inferioris naturę, & ꝑter eas aliquas alias maiores; non autem quãtũ ad hoc, quod in superiori natura potentiæ sint idem realiter, quod eius essentia, quæ in inferiori natura realiter differunt ab eius essentia, vt dicebatur in arguendo; sed in tali processu est fallacia figuræ dictionis procedens à confuso ad distinctum.

AD XV. Ad quintumdecimum dicendum, quod forma substãtialis à qua accipitur specifica differentia, est primum principiũ quo proprię operationis, non autem immediatum, denominatur tamen specifica differentia à propria operatione, sicut & forma substantialis, propter rationem iam supra dictam.

AD XVI. Ad sextumdecimum dicendum, quod Philosophus in auctoritate, quæ ponitur in arguendo per vegetatiuũ, sensitiuum, & intellectiuum, non intelligit animæ potentias

sed ipsas animas, vegetatiuam, vt est anima plantę; sensitiuam, vt est anima bruti; & intellectiuam, vt est anima hominis; & vult dicere, quod sicut tetragonum habet perfectiones trigoni, idest tres angulos, & aliquid plus, s. quartum angulum; sic & anima sensitiua habet perfectiones animæ vegetatiuæ, quæ est vegetare, & aliam maiorē, s. sentire, & sic est de anima intellectiua respectu alterius vtriusq;, & sicut tres anguli, qui sūt ꝑfectio trigoni, & quartus angulus, quem habet tetragonum supra trigonū, sunt in vna essentia tetragoni, sic potentia vegetatiua, & sēsitiua sunt perfectiones vnius animæ sensitiuæ, & hæc duo & potentia intellectiua sunt perfectiones vnius animæ intellectiuæ: nec est prædicta similitudo ad aliud extendenda, maximè ad illud, quod tangebatur in arguendo. A

Ad XVII. Ad decimumseptimum dicēdum, quod non est simile de differentijs specificis, quæ accipiuntur à formis substantialibus, & de potentijs animæ, quæ sunt accidentia; vnius enim rei vna est differentia specifica sola, & vna forma substantialis sola, vt ad præsens suppono; sed vnius rei multæ possunt esse potentiæ, sicut & multa accidentia, & multę proprietates naturales. B

Ad XVIII. Ad vltimum dicendum, quod proprietas naturalis, vt communiter dicitur, est quasi quoddā medium inter accidens cōe, & substantiam, cum immediatè consequatur rei essentiam; nec pōt dici accidens, pro vt accidens est vnum de quinq; prædicabilibus, seu vniuersalibus; imò contra ipsum diuiditur, & propter hoc fortè Boetius distinguit diuisionem subiecti in accidentia à diuisione animæ in suas potentias; potentiæ .n. animæ sunt naturales eius proprietates, vt iā pluries superius dictum est.

QVAESTIO XXVI.

Vtrum sententialiter, & iustè ab inferiori Iudice condemnatus ad mortem secundum leges ciuiles, Princeps possit iustè secundum leges ciuiles à pœna mortis absoluere.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod non. Quia Philosophus dicit in Prædic. quod bonum bono non est contrarium. Sed cōdemnare aliquē ad mortem, & eundem à pœna mortis absoluere sunt contraria: condemnare aūt aliquē ad mortē supponitur in titulo quæstionis esse bonū, & iustum. Ergo eius opppsitum, s. eundem à pœna mortis absoluere est malum, & iniustum.

II. PRÆT. Omnis lex humana, si iusta est, deriuatur à lege diuina. Sed in lege diuina præcipitur Exodi 22. [Maleficos nō patieris viuere.] Ergo idem, quod prius.

Pro parte Opposita.

I. SED CONTRA EST. Quia plus est legē mutare simpliciter ꝙ ad oēs, quam in lege dispensare, ꝙ est mutare eā quātū ad aliquā ꝑsonā specialē. Sed Princeps pōt legē humanā totaliter abrogare, seu mutare, quia, vt Iuristæ dicunt, eius est legē cōdere; ꝙ .n. Principi placuit, legis habet vigorē, vt dicit Iuris peritus; eiusdem est autem leges C condere, & mutare; quia opposita habēt fieri circa idē. Ergo multo magis pōt in quacunq; lege humana dispēnsare.

II. Præterea. Inferior potestas impediri pōt ab effectu suo per potestatem superiorē, vt patet de potestate Balliui respectu potestatis Regis. Sed potestas Principis est superior, & maior, quā potestas humanæ legis, cum ipse, vt iā dictum est, det potestatē, & auctoritatē omnibus legibus positis. Ergo non obstante, ꝙ sm̄ humanas leges mori debeat aliquis, Princeps potest eū à pœna mortis absoluere.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis duo facienda sunt. Primo, supponēda sunt quatuor pro declaratione quæstionis. Secundo, dicetur ad id, quod in quæstione proponitur.

D

PVNCTVM I.

Præmittuntur quædam ad intelligendum quæsitum.

¶ CIRCA Primum præintelligendū est primo, quod differūt legis reuocatio, legis Primū suppositum.

legis interpretatio, & in lege dispensatio. Quia legis reuocatio est amotio obligationis simpliciter & quo ad omnes, qui sunt legi subiecti, & per consequens lege stante ad legem seruandam obligantur; sed dispensatio in lege, propriè accepta est amotio obligationis prædictæ non quo ad omnes, sed quo ad aliqua determinatè facta ex rationabili causa; alias non dispensatio, sed dissipatio deberet dici, si fieret absque causa rationabili, vt Bernardus dicit in Epistola ad Eugenium Papam. Interpretatio autem legis est declaratio legis, pro vt scilicet declaratur lex in aliquo casu speciali nullatenus obligare, sicut si Papa ordinaret, quod nullus teneretur in Quadragesima ieiunare, esset huius statuti, scilicet, de ieiunando reuocatio: si autẽ ex aliqua rationabili causa Papa absolueret aliquem ab obligatione ad prædictum ieiunium, diceretur cum tali in prædicto ieiunio dispensare; si autẽ Papa declararet, quod grauiter infirmus ad prædictum ieiuniũ non tenetur; diceretur prædictum statutum interpretari: & quia opposita habent fieri circa idem, obligare autem aliquem ad alicuius statuti obseruantiam, & à tali obligatione absoluere sũt opposita, idcirco ad eundem pertinet legem condere, & reuocare, seu destruere, & in lege dispensare: vel ad superiorem pertinet legem condere, vel ad alium ex speciali commissione legis, vel legislatoris, quia vtrumq; istorum amotionẽ importat obligationis, vt dictum est, vel simpliciter, & quo ad omnes, vt statuti reuocatio, vel in aliquo casu speciali, quo ad aliquem, vt dispensatio. Interpretatio autem in valde manifestis, idest, vbi obseruatio legis verteretur in peiorem exitum, quia ex hoc aliquod magnum malum sequeretur, si ad superiorem recursus haberi non potest, pertinet ad quemcunq; & est actus cuiusdam virtutis, quam Philosophus vocat epicheiam in libris Ethicorum. In dubijs autem vbi ad legislatorẽ potest haberi recursus, interpretari legem eiusdem est, cuius est condere, vt etiam Iuristæ dicunt communiter; nullus enim potest melius scire intentionẽ legislatoris, quam ipsemet, qui legem condidit; aliquando tamen interpretatio pro dispẽsatione accipitur à Doctoribus largè, s. de ea loquendo, non quia per eam tollatur obligatio sm̃ rem, sed sm̃ apparentiam tantum, in quantum conscientia dubitantis obligata est quousq; declaratur; sed si propriè accipiatur differunt modo, qui expositus est.

Secundum suppositũ.

¶ Secundo, sciendũ est, ꝙ actuũ humanorũ multiplex ẽ genus. Quidã .n. sũt boni ex necessitate, habentes, s. bonitatẽ, & rõnẽ debiti necessario, & inseparabiliter annexã, sic quod nullo modo possunt malè fieri, seu esse mali, vt Deum diligere, proximum diligere propter Deum, &c. Quidã alij necessario sunt è contrario mali, habentes deformitatẽ inseparabiliter annexam, sic ꝙ in nullo casu boni esse possunt, vt infidelitas, desperatio, odiũ Dei, &c. Quidã alij sũt, qui possunt esse boni, & mali, & ij subdiuiduntur, quia Quidã sunt regulariter boni, quãuis in aliquo casu possint esse mali, vt reddere depositum, ꝙ regulariter bonum est, sed in casu potest esse malum, vtpotè reddere gladium depositum furioso; Quidam aũt è conuerso sunt regulariter mali, sed in casu possunt esse boni, & liciti, vt habere plures præbendas, ꝙ regulariter malum est, & illicitum; tñ in aliquo casu potest esse bonũ, & licitũ, s. propter paucitatem clericorum, vel tenuitatem beneficiorum, vt iura volũt. Quidam alij sunt tertij ex genere suo, indifferentes ad bonum, & ad malũ, qui per consequens nõ sunt boni, nisi quia præcepti, vt ieiunare in quadragesima, nec mali nisi quia prohibiti, vt in quadragesima carnes comedere, & sic in vniuerso sunt quinq; genera humanorum actuũ. Et si volumus diligenter attendere leges, quę sunt de actibus primi, & secundi generis, nec reuocationẽ, nec dispensationẽ, nec interpretationẽ recipiunt; cuius rõ ex pręmissis apparet, quia quodlibet horum triũ carentiã quãdã obligationis importat, vt ex præmissis apparet; oẽs aũt homines obligantur ad obseruantiã præceptorũ, per quæ præcipiũtur actus primi generis, qui sẽper sunt boni, seu per quæ prohibentur actus secundi generis, qui sẽper sunt mali; quilibet enim semper obligatur ad faciendum bonum necessariũ, & vitandum malum culpæ, seu peccatum, secundum illud Psalmi [Declina à malo, & fac bonum, &c.] Ergo &c. Leges aũt quibus præcipiuntur actus tertij generis, seu prohibẽtur actus quarti generis, quãuis reuocationẽ non possint accipere, seu abrogationẽ, quia vt dictũ est, regulariter sunt boni, seu mali, & per cõsequens oĩs homo regulariter obligatur eos facere, vel vitare; possunt tamen recipere dispensationem, & interpretationem, quia vt prædictum est, in certis casibus homo non obligatur eos facere, seu vitare; dispensatio autem, & interpretatio, vt supra dictum est, carentiam obligationis alicuius legis in aliquo speciali casu quo ad aliqualem personã important. Leges autẽ, quæ sunt de actibus quinti generis, qui scilicet ex suo genere sunt indifferentes sunt boni solum quia præcepti, vel mali quia prohibiti, reuocationem, interpretationem, & dispensationem possunt recipere, vt de se patet, quia cum nullus ad tales actus obligetur, secundum quod huius sunt, quia secundum se sunt indifferentes ad bonum, & malum; obligatur autem homo ad ipsos solum, quia præcepti, vel prohibiti; opposita autem habent fieri circa idem, superior huiusmodi leges instituens, sicut

huiusmodi leges instituẽdo potuit suos subditos ad huiusmodi legum obseruantiam obligare, sic ex aliqua rationabili causa pôt obligationẽ ab huiusmodi legibus amouere, vel simpliciter quo ad omnes, ꝙ esset legem reuocare, vel quo ad aliquos in speciali, quod est legem interpretari, seu in lege dispensare.

Tertiũ suppositum. ¶ Tertio. Supponendum est, quod cum omnes legi subiectos lex æqualiter obliget, quantum ex se est sine rationabili causa dispensare cum vno, & non cũ alio, sine culpa esse non posset; hoc enim ad personarum acceptionem proculdubio pertineret, & per consequens talis non dispensatio, sed dissipatio legis esset dicenda, vt etiam supra dictum est; & quia bonum commune bono priuato præferendum est, & per consequens magis vitari debet malum cōmunitatis, quam alicuius priuatæ personæ, idcirco si obseruantia legis in aliquo speciali casu, quo ad aliquam specialem personam, esset impeditiua boni communis, vel alicuius mali communis causatiua, esset cum tali in hoc casu quantum ad talis legis obseruãtiam per Principem dispensandum.

Quartũ suppositum. ¶ Quarto. Supponendum est, ꝙ malefactorem occidere est regulariter bonum, quod patet, tum quia est actus iustitiæ, vt de se patet, tum quia per hoc pax in hominũ societate, & communitate conseruatur; tũ quia per malefactorum occisionem malorum audacia coercetur; tum quia hoc videmus ẽt in naturalibus; membrum enim putridum abscinditur propter salutem totius corporis; occidere tamen malefactorẽ in aliquo casu speciali posset esse malum, vtpote si ex tali occisione aliquod magnum bonum totius communitatis impediretur, vel si aliquod magnum malum ex hoc toti communitati alicui timeretur, cum semper bonum commune præferendum sit, vt supra dictum est; vnde occidere malefactorẽ est de numero actuum tertij generis, vt patet per ea, quæ supra dicta sunt.

PVNCTVM II.

Respondetur ad id, quod in quæstione propositum est.

Conclusio. HIS suppositis dicendum est ad illud, quod in quæstione proponitur, quod malefactorem iuste, & sententialiter secundum leges ciuiles condemnatũ ad mortẽ à pœna mortis absoluere absq; rationabili causa, & cum tali in prædictis legibus dispensare Principi esset illicitum: causa tamẽ rationabili cōcurrente, maximè aliqua prædictarum duarum, s. quia talis occisio esset boni communis impeditiua, seu mali totius communitatis causatiua, hoc Principi esset licitum. Cuius ratio ex præmissis apparet;

A dispensare enim cum aliquo absq; rationabili causa, & specialiter in legibus, quibus præcipitur aliquid regulariter bonum, seu prohibetur aliquid regulariter malum, est illicitum, & peccatum, vt patet per prædicta in tertia suppositione: & per contrarium causa rationabili cōcurrente in talibus legibus dispensare cum aliquo est licitum, sed tales sunt leges, quibus præcipitur malefactor occidi, vt patet per dicta in quarta suppositione. Ergo &c.

Cõclusionis explicatio quantũ ad duos casus. Præcipuè tamen videtur hoc esse licitum Principi in duobus casibus. Primo .s. si malefactor mortem meretur propter aliquam iniuriam contra Principis personam commissam: quamuis enim talis culpa cæteris paribus maior debeat iudicari, quã si cōtra aliquam personam priuatam esset commissa, tamen videtur, quod Princeps magis possit remittere offensam propriam,

B quam alterius, illo altero iustitiam postulãte. Secundo, si ille contra quem est offensa commissa; propter quam malefactor secundum leges ciuiles pœnam mortis meretur, offendenti offensam remittit, quia per oppositum si talis offensam non remitteret, sed iustitiam, seu vindictam à Principe de illata offensa expeteret, nisi aliqua alia rationabilis causa cōcurreret, Princeps tali iustitiam facere tenetur.

Extẽsio cõclusionis ad alios casus. Videtur tamen rationabile dicere, quod etiam extra duos casus prædictos posset esse licitum Principi talem à pœna mortis absoluere, si talis occisio, vt supra dictum est, esset alicuius magni boni totius communitatis impeditiua, seu alicuius magni mali totius communitatis causatiua, quia vt supra dictum est, bonum commune præferẽdum est bono priuato. Et hoc videtur esse

C dicendum ad quæstionem, quantum videtur posse determinari ab aliquo Theologo, vel Philosopho per dictamen naturalis rationis, seu per principia iuris naturalis.

Dubitatio. Si autem quæritur, vtrum secundum leges Ciuiles Princeps possit talem à pœna mortis absoluere, quod etiã in titulo quæstionis exprimitur. Dicendũ, ꝙ quicquid sit de hoc, sm̃ veritatem determinare pertinet ad Iuris peritos, videt̃ tñ rationabile dicere; quod etiam Princeps secundum leges ciuiles hoc potest. Ad cuius euidentiam intelligendum est, quod cum quæstio sit dubitabilis propositio, non debet sub quæstione poni illud, de quo nullum est dubiũ; nullus autem dubitat, quod secundum easdem leges, secundum quas quis puniri debet, non debet, seu potest ab eadem pœna absolui; nec est ergo intellectus tituli quæstio-

D nis quærere; vtrum secundum easdem leges, secundum quas, quis debet condemnari ad mortem, ab hac pœna per Principem possit absolui; sed simpliciter, vtrum secũdum aliquas leges ciuiles quascunque.

Sententia Auctoris circa hanc dubitationem.

Determinatio dubitationis. Et videtur rationabiliter dicendum, quod

Ratio huius determinationis. quod sic: supposito, quod doctrina, quæ est de humanis legibus, sit sufficienter tradita; A finis enim omnium humanarum legum est bonum totius communitatis ciuilis, cuius boni habere curam principaliter, & singulariter pertinet ad Principem; sed malefactorem prædictum per Principem à pœna mortis absolui, potest esse boni communis causatiuum, seu mali totius communitatis impeditiuum, vt supra declaratum est. Ergo talis per Principem à pœna mortis potest absolui, etiam secundum leges ciuiles, supposito, vt iam dictum est, quod doctrina, quæ est de humanis legibus sit sufficienter tradita.

Cófirmatio. Et confirmatur ratio, quia secundum Philosophum in 10. Ethicorum, nulla B pœna per se ab aliquo Legislatore debet intendi, sed solum per accidens, scilicet, propter bonum eius, qui punitur, seu multo magis totius communitatis; cuius est pars, propter quod ipse dicit, quod pœnę sunt quasi medicinæ quædam; sed pœna mortis prædicti malefactoris habet rationem magni mali, maximè respectu totius communitatis, vt supra declaratum est. Ergo &c.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD primum ergo factum in contrarium dicendum, quod absoluere malefactorem à pœna mortis est regulari- C ter loquendo malum, & eundem occidere est bonum; sed in aliquo casu malefactoré, qui secundum aliquas leges ciuiles mori deberet, & iustè eius culpa pensata, à pœna mortis absoluere esset licitum Principi, & bonum scilicet propter aliquod bonum commune, vt supra declaratum est, & per contrarium ipsum in casu prædicto occidere esset malum.

Ad secundum dicendum, quod maleficos secundum præceptum Domini occidere, & non pati viuere regulariter bonum est, in casu tamen posset esse malum, vt supra declaratum est. AD II.

Solutio Argumenti sed contra.

Ad primum autem factum ad partem contrariam dicendum, quod Princeps non potest legem iustè mutare, sicut nec in ipsa dispensare, nisi propter aliquam rationabilem causam, s. propter aliquod bonum totius communitatis. AD I.

Ad secundum dicendum, quod inferior potestas non debet impediri à superiore, nisi propter aliquam rationabilem causam; sicut etiá in naturalibus causa inferior impeditur à causa prima, propter aliquid melius, vt propter fidei confirmationem, vel ostentionem sanctitatis alicuius in operibus miraculosis. AD II.

QVAESTIO XXVII.

Vtrum distinctio secundum rationem diuinorũ attributorũ sit accipienda per respectum ad intra, vel per respectum ad extra.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod sit accipienda per respectum ad extra. Quia quando aliqua differunt secundum rationem tantum, quibus respondent aliqua differétia secundum rem, distinctio, quæ est secũdum rationem, accipitur ex comparatione ad distincta secundum rem. Sed attributa D distinguntur in Deo secundum rationem tantum, & eis respondent diuersa secundũ rem in creaturis. Ergo distinctio diuinorum attributorum debet accipi per comparationé ad diuersa realiter, quæ sunt extra .s. in creaturis.

PRÆT. Illud, quod de se est vnum simplicissimum, si consideretur secundum se tantum, consideratur secundum vnam simplicissimam rationem, quia ratio vnius secundum se, & in sua vnitate est simplicissima. Ergo eius consideratio secundum seipsum tantum, est consideratio eius secũdum vnam rationem. Si ergo debeant considerari in eo plura esse, hoc esset considerare ipsum in comparatione ad aliqua plura extra; sed essentia diuina est simplicissima.. Ergo &c. II.

PRÆT. Aut illa distinctio attributorum conuenit eis ex seipsis, aut ex comparatione eorum ad inuicem, secundum operationem intellectus ea ad inuicem comparantis; III.

rantis; aut ex comparatione ad aliqua diuersa extra; sed non potest dici primum, quia A quæ ex seipsis, & secundum suam naturam absolutè sumpta sunt diuersa realiter, & in natura sua reali sút diuersa, et talis diuersitas non potest esse in Deo inter absoluta, qualia sunt attributa. Ergo &c. Nec potest dici secundum, quia illud, quod præsupponit distinctionem secundum rationem attributorum, non potest esse causa, vel ratio talis distinctionis, quia causa non præsupponit illud, cuius est causa, sed è conuerso; sed cōparatio attributorum ad inuicem secundú comparationem intellectus ea ad inuicem comparãtis, præsupponit eorum distinctionem secundum rationem, quia comparatio non est, nisi distinctorum. Ergo distinctio attributorum secundum rationem non potest prouenire ex eorum comparatione. Ergo relinquitur tertium membrum, s. ꝙ distinctio eorum accipiatur per compara- B tionem ad diuersa extra.

IV. PRÆT. Distinctio secundum rationem generis, & differentiæ in creaturis accipitur per comparationem ad diuersas res, s. materiam, & formam. Ergo à simili differentia secundum rationem diuersorum attributorum est accipienda ex comparatione ad diuersas res extra repertas, s. in creaturis.

V. PRÆT. Sicut attributa in Deo differunt sola ratione, ita & ideæ; nec est differentia nisi quod ideæ dicunt formas extra res, & repræsentatiuas rerum, secundum quēdam gradum limitatum, & determinatum, secundum quod in Deo considerãtur diuersæ imitabilitates, quibus essentia diuina à creaturis est imitabilis; attributa vero important perfectiones entium absolutas, & sine limitatione; sed in hoc conueniunt, C quia differentia tam idearum, quam attributorum non est nisi secundum rationem; sed differentia rationis inter ideas accipitur ex comparatione ad creaturas, s. secundum diuersos gradus imitabilitatis. Ergo differentia secundum rationem attributorum accipietur ex cōparatione ad diuersas perfectiones in creaturis repertas, pro vt accipiuntur absolutè, & absq; limitatione, sicut est iustitia, sapientia, &c.

VI. PRÆT. In eo non potest esse diuersitas rationis ex parte rei intellectæ, in quo nō potest esse diuersitas intelligibilitatis, secundum quam res est nata intelligi esse talis, vel talis, quia diuersitas rationis sic dicta, non conuenit rei, nisi pro vt est obiectum intellectus eam intelligentis esse talem, vel talem, puta iustam, vel bonam, &c. & ex hoc vlterius intelligentis eam non esse eius- D dem rationis, vt est talis, & talis; sed circúscripta omni diuersitate reali, impossibile est esse diuersitatem in tali intelligibilitate, quia talis intelligibilitas est ipsa entitas rei, secundum quam conuenit ei, quod sit talis, vel talis. Ergo &c.

PRÆT. Aut attributa diuina differunt seipsis, aut ex habitudine ad alterum: non potest dici primum, quia quæcunq; seipsis differunt, vnum potest bene negari de alio, non autem posset verè dici, quod sapientia Dei non est iusta, vel è conuerso: nec potest dici secundum, quia aut differunt ex habitudine ad intellectum, aut ex habitudine ad aliquas res extra; non potest dici, quod ex habitudine ad intellectum, quia aut differunt ex habitudine ad talem intellectum, qui habet vnum conceptum, vt est intellectus diuinus, & hoc dici non potest, quia intellectus habens vnum conceptum, magis habet dare vnum esse saltem secundum rationem pluribus, quam vni pluralitatem quamcúque; si autem differút ex habitudine ad intellectum habentem plures conceptus, sicut est intellectus humanus, cum plures conceptus sint plures res, sequetur, quod talis distinctio consequatur attributa in comparatione ad diuersas res existentes, s. in intellectu, sicut in subiecto, & multo magis hoc sequetur, si dicatur, quod ista distinctio accipienda sit per comparationem ad diuersas res, & sic quicquid dicatur ad vitandum supradicta inconuenientia, habetur propositum. VII.

Pro Parte affirmante.

SED CONTRA EST. Quia causa nihil hēt ab effectu, sed è conuerso, effectus quicquid habet, hēt à causa. Sed Deus est causa omnium creaturarum. Ergo distinctionem secundum rationem suorum attributorum non habet à creaturis. I.

II. Præterea. A quo aliquid habet esse, ab eo habet quod distinguatur ab omni alio. Sed attributa non habent esse à creaturis. Ergo nec distinctionem.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis tria facienda sunt principaliter. Primo præmittenda sunt quędam ad declarationem tituli quæstionis. Secundo, ponendæ sunt quædam opiniones, quæ sunt circa hanc quæstionem, quas non credo esse veras, & improbandæ. Tertio, ponetur opinio, quam credo esse veram, & per aliquas rationes confirmabitur.

PVNCTVM I.

Præambula ad intelligentiam tituli quæstionis.

QVANTVM ad Primum quatuor præintelligenda sunt. Et primum est, quid intelligatur noīe attributi, vbi sciendum Primū præambulum

dum est, quod nominum diuinorum; quædam sunt propria diuinarum personarum, vt Pater, Filius, &c. quædam autem communia omnibus tribus personis: & prima quidem nomina, s. propria non possunt dici attributa; talia enim nomina sunt nomina relatiua; attributum autem, vt ex nominis Etymologia patet, dicitur quasi alteri tributum; non autem potest dici propriè alteri tributus solus respectus, sed solum aliquid absolutum; & prima nomina personalia, seu relatiua non dicunt perfectionē aliquam absolutam, alias vna persona non haberet omnem perfectionem, quia nec habet omnem relationem; omnes autem nomine attributi intelligunt aliquam perfectionem absolutam: nominum autem diuinorum communium, Quędam importāt respectum ad creaturam, vt idea, dominus, creator, &c. Quædam important remotionem alicuius imperfectionis repertæ in creaturis, vt incorporeū, immateriale, &c. Quædam significāt per modum substantię, seu aliquam conditionem diuinæ essentiæ, vt Deus, spiritus, veritas, identitas, &c. Quædam autem significant perfectionem aliquā absolutam, perfectionem dico simpliciter, quam .s. melius est habere, quam carere, habentem se secundum nostrum modum intelligendi ad modum cuiusdā inhærentis, vt bonum, sapiens, &c.

Et prima quidem nomina non possunt dici attributa, quia non dicunt aliquid absolutum; nec etiam secunda, quia non dicunt aliquid positiuum; non enim, vt iam dictum est, potest dici alteri tributus solus respectus, nec etiam sola negatio, vt de se patet; tribuere enim quoddam positiuum est: nec etiam possunt dici attributa tertia nomina, quia talia non significantur, vt aliis attributa; sed magis quibus alia attribuuntur, maximè nomina, quæ significant aliquid per modum substantiæ; cætera aūt, quæ significant quasi conditiones quasdam diuinæ substantiæ, non videntur secundum nostrum modum intelligendi aliquid superaddere ipsi diuinæ substantiæ, propter ꝙ attributa, quasi alteri tributa dici nō possūt; sed dicunt solum quendam modū diuinæ substantiæ.

Relinquitur ergo quartum membrum, quod scilicet nomina attributalia dicantur, quæ important perfectionem aliquam absolutam, quæ simpliciter sit perfectio, quā s. habens quodcunq; melius est non habente, quæ secundum nostrum modum intelligendi se habet respectu diuinæ essentiæ ad modum, quasi inhærentis. Dicuntur autem talia nomina attributa fortè propter duo, s. aut quia ex repertis in creatura talia ab intellectu nostro Deo attribuuntur; intellectus enim noster ea, quæ sunt in Deo ex creaturis cognoscit, licet cognoscat ea esse in Deo eminentius, quam in creaturis; aut quia se habent, vt dictum est, secundū nostrum modum intelligendi, ad modum inhærentis, seu perficientis diuinam substātiam, vt dicantur attributa, quasi alteri præsupposito, s. substantię tributa.

A

¶ Secundo. Intelligendum est, ꝙ alia attributa esse vere in Deo, potest probari ad præsens tripliciter. Secundum præambulū.

Primo quidem ex diuinæ essentiæ infinitate; essentia enim diuina est in infinitum perfecta, vt oēs intelligunt per hoc nomen Deus. Ergo non est habens hanc perfectionem simpliciter, & non illam, quod est limitationis; sed habet omnem perfectionē, quæ simpliciter perfectio est, quę significatur per omne nomen attributum, vt dictū est; secus est de alijs nominibus, quæ includunt perfectionem aliquam cum imperfectione, vt homo, equus, &c. Deus enim caret omni imperfectione. Probatur Primo.

B

Secundo, hoc patet ex diuina causalitatē; quicquid enim perfectionis simpliciter est in effectu, oportet quod sit in causa verè, & formaliter, alias effectus esset perfectior, & nobilior sua causa; vt enim supra dictum est. Omne habens talem perfectionem est simpliciter, & perfectius, & nobilius omni non habente; sed Deus est causa omnium creaturarum: ergo omnes perfectiones simpliciter in creaturis repertę sunt verè, & formaliter in Deo. Et si dicatur contra hoc, quod non oportet, quod illud, quod ē in effectu, sit formaliter in causa analoga, cuiusmodi est Deus respectu creaturarum, sed sufficit, quod sit in ea virtualiter tantū, vt patet de calore aeris respectu Solis. Dicēdum, quod si quid inuenitur in effectu, ꝙ non dicat perfectionem simpliciter, non oportet quod sit formaliter in causa, sed sufficit, quod sit virtualiter tantum, sicut est in exemplo proposito; calor enim non dicit perfectionem simpliciter, cum multa non calida sint perfectiora simpliciter calidis, vt corpora cęlestia istis inferioribus; sed illud, quod dicit perfectionem simpliciter, vt est esse, vita, &c. si inuenitur in effectu oportet quod sit formaliter in causa sua quacūq; non solum vniuoca, sed multo magis analoga, quæ est perfectior, quam vniuoca, vtpotè ordine nāę superior, alias vt dictum est, sequeretur, quod effectus esset simpliciter perfectior sua causa. Dico autē illud, ꝙ inuenitur in effectu reperiri necessario in tali causa, non quidem idem numero specie, vel genere, sed analogia tantum, verè tamen, & formaliter. Secundo. Instantia. Solutio.

C

D

Tertio, patet hoc ex diuinæ causalitatis nobilitate; Deus enim est agens primum, & nobilissimum, vt omnes nomine Dei intelligunt; agens autē primum est agens per intellectum, & voluntatem; agens enim per naturam absq; cognitione est ab alio directum ad finem, seu effectum suum, vt patet de sagitta respectu signi; agens autem Tertio.

per intellectum, & voluntatem est seipsum dirigens in sua actione; dirigens autem se est naturaliter prius, & nobilius ab alio directo: ergo Deus est habens intellectum, & voluntatem, ad quæ duo possunt quasi omnia diuina attributa reduci; sunt autem tales perfectiones, quę significantur per nomina attributiua eminētiori modo in Deo, quam in creaturis, quātum ad tria, vt communiter dicitur; scilicet primo quantum ad vniuersalitatem, non enim in Deo est vna talis perfectio, & non alia; sed omnes generaliter sunt in ipso, quod non potest dici de aliqua creatura; secundo, quantum ad vnitatem; vna enim simplicissima diuina essentia est verè sapientia, bonitas, esse, vita, &c. quæ tamen realiter distinguntur in creaturis; tertio, quantum ad plenitudinem; omnis enim talis perfectio est in Deo absq; omni limitatione cum totali .s. plenitudine, quod non potest dici de perfectione aliqua in creaturis reperta.

Tertiū præambulum

¶ Tertio. Intelligendum est, quod ratio à Doctoribus tripliciter sumitur: Aliquando enim ratio dicitur illud, quod obiectiue se habet ad intellectum, & est in re extra, sicut dicimus, quod ratio hominis est animal rationale mortale: Aliquando dicitur ratio ipse conceptus, qui est subiectiuè in intellectu, sicut videtur loqui Philos. 7. Metaph. t. 13. dicens, quod ratio quam significat nomen, est diffinitio, idest conceptus quidditatis, quem diffinitio significat, & qui immediatè per nomen significatur, vt dicitur 1. Periher. & 6. Ethic. c. 4. dicitur quod ars est recta ratio factibilium, idest, habitualis conceptus; Aliquando ratio dicitur ipse intellectus, in quo subiectiuè sunt tales conceptus, à qua ratione dicitur homo rationalis, & etiam Angelus largo modo, vt Gregorius dicit in Hom. de Epiphan. Secūdum hoc ergo aliqua possunt dici differre ratione tripliciter: Vno modo, quia sunt actu diuersi cōceptus. Secūdo, quia possunt esse tales diuersi conceptus de aliquo, seu quia potest respondere, vt obiectum, vel vt fundamentū veritatis diuersis conceptibus, quod aliqui appellant diuersas habilitates, ad diuersos conceptus, & talia dicuntur differre ratione per correspondentiam ad primum modum prædictū rōnis, sicut prima per correspondentiam ad secūdum. Tertio, possunt dici aliqua differre ratione, quia aliquis intellectus vnico conceptu circa aliquid vnum re diuersa considerat, vt intellectus humanus, vel ad minus Angelicus, seu diuinus cōsiderat circa punctum, quod sit ens, vnum idem sibi ipsi, diuersum ab omni alio, quod sit principium, & finis, &c. sicut è conuerso, intellectus potest intelligere multa singularia, vt vnum ratione, s. vniuersale sub quo sunt, quia non est idem modus entis in essendo, & intellectus in intelligendo, & talia dicuntur diuersa ratione

A idest à ratione, quia s. ratio ea distinguit, & hoc per correspondentiam ad tertium modum rationis prædictum, sicut aliqua dicuntur diuersa secundum naturam, seu à natura, quæ natura distinguit. Ex quo patet quod insufficiēs est diuisio bimēbris Quorundam dicentium aliqua differre ratione primo, & secundo modo, dimittendo tertium.

Quartū præambulum

¶ Quarto. Intelligendum est, q̄ prædicta attributa in Deo differre ratione, pōt ad præsens probari tripliciter.

Probatur Primo.

Primo, quia impossibile est, quod idem re, & ratione negetur de seipso, quāuis hoc possit dici de ijs, quæ sunt idem re, & non ratione. Verè enim dicere possumus, quod actio non est passio, quāuis sit vnus motus re, vt patet 3. Physic. cap. 1. & quod principium non est finis, quamuis idem pūctum re sit principium, & finis; sed quamuis diuina sapiētia sit sua potentia, & bonitas, &c. B tamen ista est vera, Attributum sapiētiæ, seu ratio nō est attributum, seu ratio bonitatis, nec è conuerso. Ergo &c.

Secundo.

Secundo, quia impossibile est, quod idē affirmetur, & negetur de eodem re, & ratione, quamuis hoc fortè possit esse de eodem re, & non ratione, vt in exemplis prædictis in præcedenti ratione patet; sed hæc est vera, Deus secundum quod habet scientiam certitudinaliter cognoscit res, & non secundum quod habet iustitiam, & è conuerso, secundum quod habet iustitiam habet voluntatem tribuendi vnicuique, quod suum est, & non sm̄ q̄ habet scientiam, & ad multa extendit se sua potentia, & sciētia, ad quæ non se extendit sua voluntas. Ergo &c.

Tertio.

Tertio, quia rationes sapientiæ, & boni- C tatis, &c. cōiter acceptæ sunt diuersæ, vt de se patet illa diffiniendo, & talia in communi accepta differunt ratione, vt nullus negat, sed prædictæ rationes conueniunt omni veræ sapientiæ, & bonitati, &c. & per consequens etiam diuinæ. Ergo diuina bonitas, sapientia, &c. differunt ratione. Et hæc de primo principali.

PVNCTVM II.

Recensentur variæ opiniones.

QVANTVM autem ad Secundum principale sciendum est, quod circa hanc quæstionem sunt quatuor opiniones, quas non credo esse veras.

Prima opinio.

¶ Prima est, quod attributa diuina differunt ratione, quia de Deo ab intellectu D nostro formantur diuersi conceptus, quod conuenit, vt dicunt, tum propter diuinæ essentiæ infinitatē, tum propter intellectus nostri imperfectionem; quæ opinio sane intellecta veritatem continet, vtpotè, qua

est val-

est validissimorũ Magistrorũ. Est.n. intelligendũ, quod nos possumus loqui de distinctione diuinorum attributorum dupliciter, .s. vel solum per cõparationẽ ad intellectũ nostrũ, & sic loquit hęc opinio, & hẽt veritatẽ illud ꝙ dicit; vel simpliciter per cõparationẽ ad omnẽ intellectum ẽt diuinũ, et sic hæc opinio veritatẽ nõ hẽt, nec sic loquitur ille, cuius est hęc opinio; quod .n. sic loquẽdo de distinctione diuinorum attributorũ: hæc opinio veritatem non habeat, potest ad præsens probari tripliciter.

Probatur Primo.

Primo, quia vt per prædicta iã patet dicuntur differre rõne non solum diuersi cõceptus, vel de quo possũt diuersi conceptus formari, sed ẽt dicitur differre rõne illud in quo aliquis intellectus vnico conceptu põt aliquam distinctionẽ intelligere; sed sic est de attributis diuinis respectu intellectus diuini, vt etiam per prædicta iam patet; vnico enim conceptu intellectus diuinus intelligit quod essentia sua, vt est à se intellecta est veritas formaliter, & non bonitas, & vt est à se amata est formaliter bonitas, & non veritas, & sic de alijs attributis, & per consequens intellectus diuinus vnico conceptu distinguit secundum rationem inter sua attributa. Ergo attributa diuina differunt ratione, non solum in ordine ad plures conceptus nostros; sed etiam in ordine ad intellectum diuinum per vnicum suum intelligere, distinctionem secundum rationem considerante inter ipsa.

Secunda.

Præterea. Si illa sola differunt ratione de quibus formantur diuersi conceptus. Ergo illa sunt vnum ratione de quibus formatur vnus conceptus, & sic omnia, vt homo, asinus, &c. in ordine ad intellectum diuinum essent vnũ ratione, & quicquid est de rõne vnius esset per consequens de rõne alterius: sed prędicta non sunt vnum rõne nisi cõi, & confusa entis. Ergo prædicta vt obiectiue se habent ad intellectum diuinum, non habẽt nisi prædictam rõnem, & sic intellectus diuinus non haberet de eis cognitionem, nisi quantum ad rationem communem non autem quantum ad proprias.

Tertio.

Præterea. Si vnitas, & diuersitas secundũ rõnẽ alicuius, dicẽda est esse ꝑpter vnitatẽ, & diuersitatem conceptuum solum, sequeretur quod idem esset idem, & diuersũ rõne speciali, non solũ cõi, cum vnum, & idẽ distinctè possit intelligi ab vno intellectu vnico conceptu, & ab alio pluribus, vt patet de intellectu diuino, & creato, & de intellectu Angeli superioris, & inferioris, ꝙ est inconueniens, & impossibile dicere. Vnde ad euadendum has rõnes oportet necessario dicere (vt patet ipsas diligẽter cõsideranti) quod illa dicuntur vnum, vel diuersa rõne ꝓpriè, in quibus intellectus quicunq; vnitatẽ, vel distinctionẽ potest intelligere, siue per vnũ cõceptũ, siue ꝑ plures; hic .n. modus differendi sm̃ rõnem est magis proprius, quam primus, & secũdus, & magis vsitatus cõiter.

A ¶ Secunda opinio est, ꝙ diuina attributa differunt rõne per respectum ad extra, ad diuersas .s. perfectiones in creaturis repertas. Dicunt .n. quod attributa diuina differunt rõne, quia secundum cões suas rões accepta possunt esse sine inuicẽ, sicut apparet in creaturis, propter quod vnum nõ sm̃ quod tale est aliud, vnde quia attributa diuina includunt illas rationes communes, in quibus assimilantur analogicè diuersis rebus, quæ sunt in creaturis, ipsa inter se differunt ratione. Sic quod sm̃ hanc opinionem tota causa, & ratio distinctionis secundum rationem diuinorũ attributorum est, quia communibus rationibus ipsorum stantibus differũt, seu differre possunt realiter in creaturis: sed hæc opinio non potest stare propter tria.

Secunda opinio.

Fundamẽtũ

Impugnatur primo.

Primo, qa & si hoc possit dici de aliquibus B attributis de sapiẽtia iustitia, &c. non tñ põt dici de oĩbus, vt de vero, bono, &c. quia sũt trascendentia omnibus .s. communia, nec realiter in aliquo separantur; propter quod videtur prædicta opinio simpliciter falsum supponere.

Euasio.

Sed dicet aliquis, quod prædicta, vt sunt in creaturis includunt saltem habitudines ad diuersas res.

Instãtia prima.

Sed hoc nihil est, quod patet primo, quia per hoc nõ euaditur quin primum dictum sit simpliciter acceptum falsum.

Secunda.

Secundo, quia nec hoc ẽt, ꝙ dicitur, est verum, quia veritas rerum naturalium, quam per se habent, consistit in imitatione diuini intellectus, vt enim communiter dicitur res naturales dicuntur verę in ordine ad intellectum diuinum, similiter bonitas creaturarum consistit in ordine ad diui- C nam bonitatem, cum omnis bonitas creata sm̃ se totam ordinetur ad bonitatẽ diuinã, sicut ad finem, sicut medicina amara ad sanitatẽ; bonitas aũt, & veritas Dei non sunt diuersæ res. Posset aliquis ẽt respondere ad prædictã rõnẽ, dicendo ꝙ verum, & bonũ distinguuntur ẽt subiecto in creaturis, quia sm̃ Phil. 6. Metaph. t. 8. verũ, & falsum sunt in intellectu; bonum aũt, & malũ in rebus. Sed dicẽdũ est, ꝙ non solum bonitas, & veritas formaliter dicta, quæ sm̃ cõmunẽ opinionẽ est in intellectu distinguuntur rõne in Deo; sed etiam veritas fundamentaliter, & causaliter accepta, quæ importat entitatem rei cum ordine ad intellectum, & bonitas in Deo distinguuntur secundum rationem; hæc autem veritas non potest esse sine bonitate, nec è conuerso. Et præterea secundum opinionem illius, cuius est hæc opinio, veri- D tas, de qua Philos. loquitur in 6. Metaph. est veritas signi; veritas autem formaliter accepta secundum eum est conformitas rei, vt est quædam res in se ad seipsam, vt est intellecta. Ergo secundum eum bonitas, & veritas etiam formaliter accepta non pos-

possunt esse sine inuicem, ét in creaturis.

Impugnatio 2. Præterea secundo. Quando aliquid idem re, & ratione conuenit aliquibus diuersis, si quæratur ratio, quare vni eorum conueniat, debet assignari talis, quæ conueniat omnibus alijs, vt Philosophus docet primo Posteriorũ t. 11. & ponit exemplum de passione trianguli, quæ est habere tres, quæ conuenit omnibus eius speciebus secundum vnam rationem communem, quæ est habere angulum extrinsecum æquiualentem duobus intrinsecis; propter quod si quæreretur quare talis passio conueniat alicui specierum trianguli, debet, vt Philosophus ibi docet assignari prædicta ratio cõmunis omnibus alijs speciebus trianguli; sed distingui secundum rationem, conuenit attributis, & multis alijs diuinis, & creatis; in quibus prædicta causa esset falsa, vt si quæratur quare in Deo, vel in creatura distinguuntur ratione, esse, vnitas, & cætera trascẽdentia, & distinctio ab alijs. &c. Ergo &c.

Impugnatio 3. Præterea potest tertio argui contra dicta eius. Dicit enim, quod differre ratione est, vel esse diuersos conceptus, vel habere habilitates ad diuersos conceptus; sed diuersi conceptus formari nõ possunt nisi ab intellectu creato. Ergo nihil differt ratione, nisi per comparationem ad intellectũ creatum, cuius contrarium ipse dicit.

Impugnatio 4. Et præterea. Attributa differrent ratione solum propter hoc, quod a nobis de eis formantur diuersi conceptus, vel quia in eis sunt habilitates, vt diuersi conceptus de eis formari possint, quod tamen ipse improbat, & non quia possunt esse sine inuicem, vt ipse postmodum dicit.

Tertia opinio. ¶ Tertia opinio est, quod attributa distinguuntur ratione per respectũ ad extra, idest, ad diuersa realiter correspondentia in creaturis, per respectum, dico, nõ causalitatis, vel similitudinis, sicut ideæ, sed supereminentiæ. Sed hæc etiam opinio põt improbari tripliciter.

Impugnatio prima. Primo, quia vt supra dictum est, aliqua attributa non habent correspondentia realiter distincta in creaturis, vt bonum, verũ, &c. quæ sunt distincta ét in creaturis solum sm̃ rationem; vnde eorum vt sunt in Deo, distinctio secundum rationem non potest reduci (vt dicit hęc opinio) in distinctionem realem correspondentium in creaturis; nec potest etiam reduci in distinctionem sm̃ rationem ipsorum; quia vt supra dictum est in prima ratione adducta, contra secundam opinionem, distinctio sm̃ rõnem ipsorum magis debet reduci in distinctionẽ sm̃ rõnẽ aliquorum diuinorum, vt intellectus, & voluntatis, quam è conuerso.

Secunda. Præterea. Subtracta omni creatura quãtum ad esse, & posse, prædicta attributa non haberent correspondentia in creaturis; sed prædicta suppositione facta diuinus intellectus posset ea distinguere secundum rationem, vt patet per prædicta in quarto prædictorum quatuor, quæ fuerunt posita ante improbationem opinionum, & patebit per ea, quæ dicentur ꝓ vera opinione. Ergo &c. Et hæc rõ posset adduci ét contra secunda opinionem; prædicta .n. suppositione facta, attributa secundũ communes rationes suas accepta non possent esse sine inuicem.

Tertia. Præterea. Quædam in creaturis distinguuntur sm̃ rõnem sm̃ se, nõ in respectu ad distincta realiter, vt entitas, identitas rei ad seipsam, simplicitas, &c. plures etiam rõnes inueniũtur in Deo respectu vnius, & eiusdẽ creati, vt efficientiæ, finalitatis, exemplaritatis: & in vna ét creatura respectu vnius tãtum alterius creaturę, vt identitas in genere, & in specie, & distinctio realis, &c. & in vna creatura respectu Dei, vel in vna persona diuina respectu alterius personæ, vt de facili patere posset per exempla. Ergo nõ est verum, ꝙ dicit hæc opinio, quod .s. nulla distinguantur sm̃ rõnem tantum, nisi per comparationem ad distincta realiter, quod est fundamentum huius opinionis.

Quarta opinio. ¶ Quarta opinio est, quod attributa diuina distinguuntur per respectum, seu cõparationẽ ad distincta realiter nõ extra, sed intra, s. ad distinctas personas diuinas; volũtas .n. diuina, & intellectus sm̃ eos distinguuntur sm̃ rõnem, quia sunt principia distinctarum emanationũ, Filij .s. & Spiritus sancti; veritas aũt & bonitas distinguuntur, quia obiectiuè se habent ad intellectum, & voluntatẽ, & cætera attributa (vt ipsi dicũt) ad ista duo .s. intellectum, & voluntatem reduci possunt, & per consequens distinguuntur secundum rationem in Deo, sicut intellectus, & voluntas. (Fundamentum.)

Impugnatio prima. Sed nec hæc opinio stare potest propter tria. Primo, quia supponit (vt videtur) duo falsa. Primum est, ꝙ omnia attributa diuina reducantur ad intellectum, & voluntatẽ, quod videtur esse falsum, maximè de attributo potentiæ, ꝙ non solum non videtur posse reduci ad hæc duo, sed etiam cõiter contra ipsa distinguitur. Secundum est, ꝙ diuinæ emanationes distinguantur realiter sm̃ principia, quæ sunt intellectus, & volũtas, quod ét videtur esse falsum, quia vt in alia nostra quæstione multipliciter probatũ est, solus ordo originis, seu relationes oppositæ distingunt realiter diuinas Personas, vnde sicut Filius distinguitur à Patre per hoc solum, quod est à Patre, sic etiam Spiritus sanctus per hoc solum ab vtroq; distinguitur, quod ab vtroq; procedit. Emanationes autem realiter distinguuntur per hoc solum, quod per eas emanant personæ distinctæ; igitur emanationes diuinæ per hoc solum realiter distinguuntur, ꝙ procedens sm̃ vnam, procedit à procedente sm̃ aliam.

Secunda. Præterea secundo, quamuis per hanc viã videatur posse saluari distinctio secundum ratio-

rationem attributorũ, quæ ſe tenẽt ex parte intellectus ad attributa, quæ ſe tenent ex parte voluntatis; non tamen poteſt ſaluari diſtinctio ſecundum rationem inter attributa, quæ ſe tenent tantum ex parte intellectus inter ſe comparata, vt inter intellectũ, ſapientiam, veritatem, &c. vel inter attributa, quę ſe tenent tantum ex parte voluntatis, vt inter voluntatem, iuſtitiam, & bonitatem, &c. Ergo hæc via eſt inſufficiens.

Tertia. Præterea tertio. Illa, quæ vniformiter ſe habent ad aliqua plura, non poſſunt eſſe cauſa diſtinctionis illorum, vt de ſe patet, quia contrarium dicere implicat oppoſitũ in adiecto. Sed multa attributa diuina, vt potentia, iuſtitia, &c. vniformiter ſe habent ad Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctũ, & eorum emanationes; & è conuerſo, Filius, & Spiritus ſanctus, & eorum emanationes vniformiter ſe habẽt ad attributa prædicta, nec aliquis dicit contrariũ. Ergo ad minus diſtinctionis ſm̃ rationem talium attributorum non eſt cauſa, ſeu ratio diſtinctio realis diuinarum Perſonarum, ſeu emanationum. Apparet ergo, quod diſtinctio ſm̃ rõnem diuinorũ attributorum non eſt accipienda per cõparationem, ſeu reſpectum ad quæcunq; diſtincta realiter, nec intra, nec extra, quia nec per cõparationẽ ad diuerſos conceptus intellectus noſtri, vt dicit prima opinio, nec ad diuerſas perfectiones creaturarũ, vt dicit ſecunda, & tertia, nec ad diſtinctas perſonas, ſeu emanationes diuinas, vt dicit quarta. Et hæc de ſecundo principali,

PVNCTVM III.

Ponitur ſententia Auctoris.

Concluſio Auctoris: HIS ergo opinionibus dimiſſis. Dicendum, quod erat tertium principale, quod attributa diuina diſtinguũtur ratione ſecundum ſeipſa, non in reſpectu ad aliqua alia, nec ſolum ab intellectu noſtro, vt dicit prima opinio; ſed multo magis ab intellectu diuino vnico conceptu actu in eſſentia ſua multa conſiderante, ſeu eſſentiam ſuam multipliciter conſiderante, vt potè quod eſt à ſe verè intellecta, verè amata, & quod per eam certitudinaliter ſe cognoſcit, &c. & ſic ea diſtinguente.

Quædã notanda pro declaratione concluſionis. Ad cuius declarationem, & probationẽ duplex diuiſio præmittenda eſt. Prima eſt, quod tam in Deo, quam in creaturis aliqua poſſunt diſtingui ſecũdum rationem tripliciter. Primo, per reſpectum ad diuerſa re, & ſic diſtinguuntur in Deo plures ideæ, per reſpectum .ſ. ad plura ideata; & principiũ, & finis in vno puncto per reſpectũ ad plures lineas, & genus, & differentia in vna ſpecie per reſpectum ad materiam, & formã à quibus ſumuntur. Secundo, diſtinguntur aliqua ſm̃ rationem, per diuerſas habitudines, ſeu reſpectus ad idem re, & ſic diſtinguũtur in Deo ratione eſſe cauſam efficientem, finalem, & exẽplarem reſpectu vnius creaturæ, ſuppoſito etiam, quod illam ſolã produxiſſet: & in vna cauſa creata reſpectu vnius effectus ſui, vt in Sole reſpectu vnius plantæ diſtinguntur ratione cauſalitas effectiua, ſimilitudo, diſtinctio realis, &c. Et in Sorte reſpectu Platonis diſtinguntur ſm̃ rõnem, diſtinctio numeralis, identitas generis, identitas ſpeciei, & differentię ſpecificę, &c. Tertio, diſtinguũtur aliqua ſm̃ rõnẽ abſq; omni reſpectu ad extra, & ſic diſtinguũtur rõne, tam in Deo, quam in creatura aliqua, vt in Angelo, entitas, ſimplicitas, identitas ad ſeipſum, & multa talia, quæ numerari poſſent, & talis eſt diſtinctio diuinorum attributorum, vt infra patebit.

Secunda diuiſio eſt, ꝙ eſſentia diuina põt tripliciter conſiderari. Primo, vt eſt quędã perfectiſſima res, ſeu eſſentia in ſe. Secundo vt eſt intellecta à Deo eſſe quædã perfectiſſima res in ſe abſq; omni alia habitudine; & his duobus modis non eſt in ipſa diſtinctio attributorũ actu; ſed quaſi ſolum in potẽtia, ſm̃ noſtrũ modũ intelligendi. Tertio, poteſt conſiderari, vt eſt intellecta à Deo, vt in qua multa conſiderat, ſeu vt quam vnico actu intelligendi multipliciter conſiderat; vt ꝙ eſt à ſe verè intellecta, amata, quod eſt ei rõ ſe certitudinaliter cognoſcendi; & ſic intelligere eam, vt habentem diuerſas rationes attributales abſq; omni reſpectu, & habitudine ad quęcunq; diſtincta realiter intra, vel extra.

Probatio I. doctrinæ prædictæ. Quod poteſt ad præſens probari multipliciter. Primo, quia prima diſtinctio, quæ in omni alia diſtinctione ſaluatur, eſt diſtinctio ſecundum contradictionem; ſed hoc intelligitur à Deo in attributis ſuis abſque omni reſpectu ad aliqua diſtincta realiter; Deus enim intelligit de eſſentia ſua, quod vt eſt à ſe intellecta habet rõnem veri, & nõ boni, & è contra, quod vt eſt à ſe amata hẽt rationem boni, & non veri, & quod eſt ſibi rõ certitudinaliter cognoſcendi, vt eſt ſapientia, & non vt eſt iuſtitia, & ſic de multis alijs. Ergo &c.

Secunda. Præterea. Vnumquodq; per ſuam verã rõnem diſtinguitur rõne ab omni habente aliam rationem; ſicut vnumquodq, per ſua realitatẽ diſtinguitur realiter ab omni alia re. Sed in Deo eſt vera rõ ſapientiæ. Ergo eius ſapientia diſtinguitur ſm̃ rationem per ſuam rationem abſq; omni alia habitudine ad quæcunque diſtincta realiter à bonitate Dei, & alijs attributis habẽtibus alias rationes.

Euaſio. Et ſi dicatur contra hanc rationem, ꝙ multa habẽtia verè aliquas rationes diſtinguuntur ratione non ſecundum ſe, ſed in reſpectu ad aliquid.

Præcluſio. Dicendum eſt, quod hoc eſt, quia rationes illius includũt habitudinem ad aliquid,

vt patet de rationibus principij, & finis importatis respectu duarũ linearũ, & de rõnibus generis, & differentiæ in specie, quæ includunt habitudinem ad materiam, & formam, & de ideis, quæ important habitudinem ad ideata. Sed attributa important secundum suas rationes quasdam absolutas perfectiones non habitudinales, vt omnes dicunt. Vnde non est simile.

Tertia. Præterea. Vt communiter dicitur non est alius modus intellectus in intellectu, & entis in essendo; sicut ergo intellectus noster potest multa entia realiter distincta, vt multa singularia intelligere, vt vnum ratione .s. vniuersalis absq; respectu ad aliquid vnum reale (non enim est aliquis vnus homo in rerum natura, qui sit species, vt dixit Plato) sic è conuerso potest in vna re intelligere multas rationes absque omni respectu ad multas res. Et si hoc potest intellectus noster: multo magis hoc potest intellectus diuinus: potest ergo intellectus diuinus in vna essentia sua multas attributales rationes distinguere absq; omni habitudine, & comparatione ad aliqua distincta realiter.

Quarta. Præterea. Experientia docet, quod intellectus noster in vna re creata distinguit aliqua secundum rationẽ absq; omni habitudine ad quæcunq; alia distincta realiter, vt in essentia Angeli entitatem, simplicitatem, identitatem, &c. vt etiam supra dicebatur. Ergo multo magis intellectus diuinus potest etiam sic secundum rationem distinguere attributa diuina; multo enim minus attributorum distinctio dependet à quibuscunq; alijs, quam quæcunq; distinctio alia: intellectus enim noster, vt etiam supra dicebatur, in vna re distinguit aliqua secundum rationem comparando illam rem non ad distincta realiter, sed ad vnam aliam rem tantum; ergo multo magis intellectus diuinus potest in vno realiter distinguere alia plura secundum rationem absq; respectu, & comparatione ad plura distincta realiter. Et hæc de tertio principali, & de toto.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

A D I. AD primum ergo factum in oppositum Dicendum per interemptionem maioris; causalitas enim Dei effectiua, finalis, & exemplaris (quæ in creaturis distinguuntur realiter, vel saltem distingui possunt, & ideo distinguntur tantum secundum rationem) non distinguntur in Deo per diuersas habitudines ad distincta realiter; sed magis per diuersas habitudines ad vnum tantum, vt supra declaratum est. Vel potest responderi per interemptionem minoris; bonitas etenim, & veritas in Deo sunt attributa distincta secundum rationem, & in nulla creatura realiter distinguntur, vt etiã supra declaratum est.

A D II. Ad secundum dicendum per interemptionem maioris; intellectus enim noster, & multo magis diuinus potest in vna re simplici multas rationes distinguere, absque omni respectu ad extra: vt in vno Angelo rationes entitatis, simplicitatis, identitatis, &c. vt etiam superius declaratum est, quasi circa illam rem vnam intellectam negotiando. Et hoc est quod aliqui dicunt, quod attributa distinguuntur ratione per comparationem ad intellectum negotiantẽ: q non debet sic intelligi, sicut aliqui contra hoc dictum arguendo dicunt, s. quod comparatio ad intellectum includatur in ipsa ratione attributali, vel quod intellectus negotians plura realiter distincta in tali re simplici inueniat, quam intellectus simplex: sed debet hoc intelligi, quia intellectus negotians plura in tali re considerat, plura dico non secundum rem, sed secundum rationem. Per intellectum autem diuinum negotiantem, intelligo intellectum diuinũ intelligentem essentiam suam actu quasi reflexo secundum modum nostrum intelligendi; idest, intelligentem essentiam suã, vt est à se verè intellecta, & sic habentem rationem veritatis, & non bonitatis; vel vt est à se verè amata, & sic habentem rationem bonitatis, & non veritatis, vt supra expositum est. Vnde falsum est, quod Quidam dicunt, q in nulla vna re simplici intellectus quicunq; etiam negotians potest aliqua plura distinguere; Intellectus enim diuinus, & etiam humanus, vt supra declaratum est, potest in vno simplici absq; omni habitudine ad distincta realiter, distinguere aliqua plura secundum rationem, non autem posset in illo distinguere plura secundũ rem.

A D III. Ad tertium dicendum, quod distinctio secundum rationem conuenit attributis diuinis ex seipsis, seu ex rationibus suis. Et ad illud, quod contra hoc dicebatur. Dicendũ quod attributa distinguntur seipsis non re, sed secundum rationem ab intellectu .s. aliquo distinguente. Vnde non oportet dicere, quod sapientia Dei non sit eius iustitia, vt dicebatur in arguendo; sed sufficit ad talem distinctionem saluandam, quod hæc propositio sit vera, Attributum seu ratio sapientiæ non est attributum seu ratio bonitatis, & è conuerso, & sic de alijs attributis. Vel potest dici, quod attributa distinguũtur ratione ex comparatione non eorum inter se, vt contra arguebatur, sed magis essentiæ diuinæ ad aliquid, quod verè est in Deo vt ad intelligere Dei, ex qua comparatione consurgit distinctio veritatis à bonitate, vt supra declaratum est, & sic de alijs. Et si dicatur cõtra hoc, quod in tali distinctione boni à vero supponitur distinctio secundum rationem saltem essentiæ diuinæ ab intel- Instantia.

Solutio. intelligere eius; quia cõparatio omnis supponit distinctionem comparatorum. Dicendum, quod non supponitur comparatio aliqua vera essentiæ diuinæ ad intelligere Dei ad prædictam distinctionem saluandã; sed sufficit, quod supponatur, quod Deus verè intelligat essentiam suam, & quod intelligat de ea, quod est à se intellecta, vt superius declaratum est.

AD IV. & V. Ad quartum, & quintum dicendum per interemptionem, quia vt patet per prædicta, non est simile de Attributis diuinis, & de Genere, & Differẽtia, vel Ideis.

AD VI. Ad sextum dicendum per interemptionem maioris, quia vt supra declaratum est, potest esse diuersitas secundum rationẽ absq; omni diuersitate habilitatis, vel intelligibilitatis, quod ipse dicit, s. propter solũ intellectum vnico actu, vel cõceptu aliquo distincta secundum rationem in eo intelligentem. Vel potest responderi per interẽptionem minoris, quia absq; omni diuersitate reali entitatis potest intellectus diuersas intelligibilitates in aliquo intelligere, sicut è conuerso multa entia realia potest intelligere, vt vnum intelligibile, vt supra declaratum est.

Ad vltimum dicendum, quod attributa distinguuntur se ipsis ratione, idest, non per A respectum ad diuersas res intra, vel extra. Nec sequitur, ꝙ sapientia Dei non sit eius bonitas, quia hoc esset si differrẽt re; sed sequitur, quod vnum attributum, seu ratio non sit aliud, vel alia. Et si dicatur contra hoc illud, quod dicunt, qui faciunt hoc argumentum, quod illa, quæ differunt seipsis ratione, seu in esse rationis, dicunt esse rationis, & sunt ipsum esse rationis. Instantia. Dicendum per interemptionẽ; potest enim ratio vnius non esse ratio alterius absq; hoc, quod talia dicant esse rationis, sicut ratio identitatis Angeli non est ratio simplicitatis, nec è conuerso: identitas tamen, & simplicitas non dicunt esse rationis. Solutio.

Vel dicendum ad secũdum membrum, quod ponebatur in argumento, quod scilicet attributa differunt ex comparatione ad intellectum diuinum habentem vnum cõceptum: nec sequitur, vt arguit, quod talis B intellectus det eis magis vnitatem, quam diuersitatem secundum rationem, quia vt patet per prædicta, aliquid differt ratione non tantum propter diuersitatem conceptuum, sed etiam propter intellectum in eo vnico conceptu aliquam distinctionem rationis apprehendentem.

QVAESTIO XXVIII

Vtrum anima sit tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod non. Quia animal dicitur, quod constat ex anima, & corpore. Si ergo in qualibet parte corporis esset anima, cum quęlibet pars corporis sit corpus; sequeretur quod quęlibet pars animalis esset animal; quod est inconueniens.

Cõfirmatio. Et confirmatur rõ, quia sicut impossibile est ꝙ in aliquo sit albedo, & illud non sit album, sic videtur esse impossibile, quod in aliquo sit anima, & illud non sit animal.

II. PRÆT. Philosophus dicit in lib. de causa motus animalium; Non opus est in vnaquaq; corporis parte esse animam, sed in quodã principio corporis existente alia quidem viuere, eo ꝙ simul nata sunt facere proprios motus propter naturam; & ponit ibi exemplum de Monarcha, qui nõ oportet vt adsit præsentialiter loco, vel homini C cuilibet, quẽ gubernat, sed in vno loco existens potest totum suum Regnum, seu Ciuitatem gubernare, sicut ipse dicit: Et anima in vna parte corporis existens potest totum aliud corpus mouere, & regere. Idẽ etiam Philosophus dicit in lib. de iuuentute, & senectute, quod principium virtutis plantæ, est in quodam medio inter eius superius, & inferius, quod principium non videtur esse aliud, quam anima plantæ. Ergo pari ratione anima animalis non est in toto eius corpore, sed solum in aliqua eius parte in medio corporis existente, s. in corde, vel in aliquo tali consimili.

PRÆT. Anima non potest dici tota III. D esse in qualibet parte corporis totalitate virtutis, cum non omnes virtutes eius, seu potentiæ in qualibet corporis parte appareant: nec totalitate quantitatiua, cum tali totalitate careat, maximè anima rationalis, vt omnes dicunt: nec ẽt totalitate essentiæ, de qua

de qua magis videtur; totum enim dicitur respectu partium; essentia autem animæ caret partibus essentialibus, cum secundum communiorem opinionem, anima non sit composita ex materia, & forma. Ergo secundum nullam totalitatem potest dici, quod anima sit tota in qualibet parte corporis.

IV. PRÆT. Partes corporis non differunt quantum ad materiam, cum eadem sit materia numero non solum partiũ vnius corporis; sed etiam omnium generabilium, & corruptibilium, vt dicitur 1. de Generat. Si ergo non differunt etiã quantum ad formam, quia eadẽ anima tota est in qualibet parte corporis: sequitur etiam, quod organa, seu partes animalis in nullo differrent, etiam quantum ad quæcunq; accidentia: vnio enim formæ cum materia causa est omnium accidentium; & vbi est eadem causa, debet esse idem effectus. Et sic eadem dispositio accidentalis corporalis, seu eadem complexio, & eadem animæ potentia esset in oculo, & in aure, quod est inconueniens dicere.

V. PRÆT. Magis immediatum ordinem videntur habere animæ potentiæ ad animã, quam partes corporis. Sed anima est principium suarum potẽtiarum ordine quodã, & non omnium immediatè, quia sicut cõmuniter dicitur, vna potentia animæ oritur ab ipsa, mediante alia. Ergo multo magis anima non immediatè informat oẽs partes corporis, sed vna mediante alia; & sic anima non est tota in qualibet parte corporis.

VI. PRÆT. Philosoph. dicit 3 de Anima t.6. & 7. quod anima intellectiua nullius corporis, & nullius partis corporis est actus. Ergo ad minus anima intellectiua non est in corpore, seu eius parte, sicut forma, seu actus.

VII. PRÆT. Anima est quoddam indiuisibile secundum essentiam suam. Sed vnũ indiuisibile non potest esse in diuersis partibus alicuius quanti, seu extensi, sicut apparet de puncto, & de nunc; idem enim punctum non potest esse in diuersis partibus lineæ; nec idem nunc in diuersis partibus tẽporis. Ergo nec eadem anima in diuersis partibus corporis.

VIII. PRÆT. Totalitas perfectionis consequitur totalitatem essentiæ. Sed anima non est tota in qualibet corporis parte secundum totalitem perfectionis, seu virtutis, vt communiter dicitur, cum non oẽs animæ virtutes, seu potentiæ in qualibet corporis parte appareant. Ergo nec sm̃ totalitatem essentiæ, anima est tota in qualibet corporis parte.

IX. PRÆT. Illius, quod est totum alicubi, nihil est extra illud. Si ergo anima est tota in qualibet parte corporis, vt in pede, nihil animæ est extra pedem nec in manu, nec in aliqua alia parte, non ergo anima est tota in qualibet corporis parte.

X. A PRÆT. Minor mundus, s. homo, qui apud Græcos appellatur Microcosmos, debet esse factus ad similitudinem maioris mundi. Sed Motor primi Cęli, quod ambit totum mundum, non est in toto Cęlo, sed in vna eius parte tantum, scilicet in Oriente, vt Philosophus docet 8. Physicorum. Ergo nec anima hominis, quę ẽ motor corporis eius, est in qualibet parte corporis, sed in vna tantum.

Pro parte Opposita.

SED CONTRA EST. Quod Augustinus dicit in 6. de Trin. c.6. Quod anima in vnoquoq; corpore, & in toto tota est, & in qualibet eius parte tota est: & idem expresse deducit contra Epistolam Fundamenti.

B *Responsio ad Quæstionem.*

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis quatuor faciẽda sunt. Primo, ostendendum est, quod anima est in toto corpore, & in qualibet eius parte, quod in quæstione supponitur. Secundo, inquirendũ est propter declarationem tituli quæstionis, quæ totalitas animæ coueniat, & quæ non. Tertio, narrandæ sunt quædam opiniones, quæ sunt circa hanc quæstionẽ, quas non credo esse veras, & improbandæ. Quarto, ponetur opinio, quam credo esse veram, & per aliquas rõnes approbabitur.

PVNCTVM I.

Ostenditur suppositum quæsiti.

C PRIMVM horum .s. animam esse in toto corpore, & in qualibet eius parte, quod in quæstione supponitur. Probatur tripliciter.

Primo sic. Actus est in eo, cuius est actus, vt patet in 3. Physicorum. Sed anima etiam intellectiua est actus totius materiæ, & omnium partium eius, intelligere enim est subiectiuè in Intellectu, & est subiectiuè in Sorte. Ergo vel totus Sortes est Intellectus, vel intellectus qui est principiũ quo intelligẽdi, sicut rõ susceptiua eius, est aliquid Sortis. Et generaliter omnis forma substãtialis, est actus totius materiæ, & cuiuslibet eius partium, cum sit idem esse substantiale totius, & partium eius, quæ habent esse solum in potentia in toto; esse autem substantiale est à forma substantiali. Ergo &c. Probatur Primo.

D Sed contra hoc posset obijci, quia forma domus sic videtur esse actus totius dans esse toti, quod non est forma alicuius partium dans esse alicui ipsarum. Obiectio.

Sed ad hoc potest responderi dupliciter. Respõsio duplex.
Primo dicendo, quod forma domus non est Prima.

est aliqua vna res absoluta, quia cū partes domus sint quædam substantiæ distinctæ realiter, quamuis contiguæ, vt multa ligna multi lapides, impossibile est, quod in eis sit aliquid vnum tale reale accidens; vnum enim accidens in multis substantijs esse nō potest: posset ergo dici, quod forma domus nil aliud est realiter, quam quædam compositio, vel colligatio, & ordinatio diuersorum lapidum, lignorum, &c. & per consequens domus non est aliquid vnum simpliciter habens aliquam vnam formam, nisi secundum quod dicitur esse vnus populus, vel vnus lapidum aceruus.

Responsio secunda. Vel potest dici secundo, quod idem est esse substantiale totius, & omniū eius partium; non autem est idem esse accidentale: vnde sicut potest esse aliqua forma accidētalis alicuius vnius partis, vel totius, vt si meum corpus totum esset album: sic è cōuerso, potest esse aliqua forma accidentalis totius, quod non est alicuius partium eius, maximè si sit talis forma, qualis dicta est, .s. compositio, seu colligatio, vel ordo, vt patet in exemplis prædictis: secus autem est de forma substantiali, & esse substantiali, cuiusmodi est anima, quæ necessario est eadem totius, & omnium eius partium, si illud totum est vnum simpliciter, cum res vna simpliciter dicatur propter vnam formam substātialē, & vnū esse substātiale.

Probatur Secundo. Præterea secundo. Operatio supponit esse; operatio enim non est nisi existentis. idem ergo est principium formale quo existendi, & operandi. Sed anima est principiū cooperandi toti corpori, & cuilibet eius parti, propter quod recedente anima à corpore, totum corpus caret propria operatione, vt motu, & sensu, & quælibet eius pars, vt oculus visu, auris auditu, &c. Ergo anima est principium quo formale essendi toti corpori, & cuilibet eius parti, & per consequens est in eo, sicut forma in materia, & in qualibet eius parte.

Probatur Tertio. Præterea tertio. Recedente anima à corpore nō solum dicitur homo æquiuocè, sed etiam omnes eius partes tam homogeneæ, vt caro, ossa, &c. quam etherogeneæ, vt oculus, manus, &c. vt expressè dicit Philosophus in fine 4. Meteororum, & aliqualiter innuit in principio 2. de Anima. Sed æquiuoca differunt secundum speciem, & formam. Ergo anima est forma totius corporis, & omnium partium eius; & sic idem ꝙ prius. Et hæc de primo principali.

PVNCTVM II.

Nonnulla præmittuntur ad declarationem tituli quæstionis.

QVANTVM ad Secundum principale sciendum est, quod quadruplex est totalitas Realis, scilicet, Essētialis, A Quātitatiua, Virtualis, & Perfectionis, quo mō dicitur totus Angelus, totus Deus, &c. dico autem, totalitas realis, ad differentiam quorundam modorum totius Logicalis, sicut Logici dicunt, quod est totum vniuersale, totum in modo, &c. Prædictæ autem diuisionis posset esse ratio, quia de ratione totius est, quod habeat partes, & quod sit aliquid perfectum respectu partium suarū cuiuslibet, propter quod Philosophus in 5. Metaph. t. 32. appellat non totū, colobon, .i. imperfectum, seu diminutum: potest autē aliquid dici totum dupliciter, s. aut secundum imperfectam rationem, habens videlicet solum aliquid, quod est de ratione totius, idest perfectionem; & sic dicitur totū quoddam Deus, vel Angelus, qui est vnus modus; totum enim, & perfectum idē sunt vt dicitur in 1. de Cęlo t. 3. aut dicitur aliquid totum secundum perfectam totius ra- B tionem; habens .s. partes aliquas. Partes autem totius aut pertinent ad genus substātiæ, vt materia, & forma, & sic est primus modus: aut ad genus quantitatis, quia .s. sunt quantitates, vel quanta, secundum ꝙ huiusmodi diuidentes, s. totum quantitatiuè secundum diuisionem quantitatis, & sic est secundus: vel pertinent ad genus qualitatis, & sic est tertius: virtutes enim alicuius, seu potentiæ pertinent ad secundā speciem qualitatis, vt iam in nostra quæstione probatum est; nec sunt plura genera absolutorum. Diuersi autem respectus non possunt dici partes habentis eos. Prima autem totalitas non conuenit animæ; non enim est composita ex materia, & forma, vt in alia nostra quæstione probatum est; tertia autem, & quarta, constat, quod ei cō- C uenit, cum & diuersas potentias, seu virtutes habeat, & sit aliquid perfectum non simpliciter, sed in genere formarum. Sed de secunda est dubium, de qua etiam videtur quærere quæstio. Constat enim quod non est in qualibet parte corporis secundū omnes suas potentias, quantum ad tertium modum, & ꝙ vbicunq; est, est sm̄ perfectā rationē suam, & sic est indiuisibilis secundum essentiam suam, & hæc quantum ad quartum modum. Vnde de primo, tertio, & quarto modo totalitatis, nō videtur quęrere quæstio, cum non dubium habeat, sed solum de secundo; si enim totalitas quantitatiua animæ conuenit saltem per accidens, sicut albedini, quæ est in superficie impossibile est dicere, ꝙ secūdū hāc totalitatem, anima sit tota in qualibet parte corporis: si autem talis totalitas ei non conuenit, poterit D absolutè dici, quod anima est tota in qualibet corporis parte. Et hæc de secundo principali.

PVNCTVM III.

Recensentur quædam opiniones.

QVANTVM autem ad Tertium principale sciendum est, quod circa hanc quęstionem sunt quatuor opiniones, quas veras non credo.

Prima opinio. ¶ Prima est, quod nulla forma substantialis est quanta per accidens, s. habens partem, & partem, & per consequens vbicúq; est, est tota, s. non secundum partem, quod sic probant.

Probatio. Si forma substantialis habet partem, & partem; aut hoc habet ratione sui, & hoc est impossibile, quia forma substantialis quantum est de se est indiuisibilis: aut rõne materiæ, & hoc etiam est impossibile, vt videtur, quia materia etiam de se est indiuisibilis, & omnis forma substantialis immediatè inest primæ materiæ, vt dicunt.

Impugnatio dictæ opinionis. ¶ Sed hæc positio potest improbari quadrupliciter.

Prima Rõ. Primo sic. Nihil vnum numero diuiditur in aliqua plura numero eiusdem rationis cum toto, nisi sit quantum per se, vel per accidens. Sed aliquæ formæ substantiales apparent esse huiusmodi vt ignis, aqua, &c. ad sensum enim videmus, quod ex vna numero fiunt duæ per diuisionem. Nec potest dici, quod aliqua earum de nouo sit generata; tum quia nullum generans apparet; tum quia nulla alteratio præcessit, quod requiritur in omni generatione substantiali. Ergo aliqua forma substantialis, est quanta saltem per accidens.

Maior huius rationis potest probari dupliciter. Primo, quia diuidi vnum numero in plura numero eiusdem rationis cum toto conuenit quantitati primo, & principaliter, cum continuum sit diuisibile in aliqua huiusmodi, & numerus causetur ex diuisione continui. Ergo cuicunque alteri conuenit, conuenit ei ratione quantitatis, quia s. est quantum saltem per accidens. Secundo, quia nihil diuiditur, nisi in ea, quæ in ipso præexistunt, & sic illud tale habet partem extra partem eiusdem rationis cum toto, & per consequens extensionem, & quantitatem saltem per accidens.

Cõfirmatio 1. Et potest hæc ratio principalis confirmari dupliciter. Primo per Phil. 2. de Anima, t. 20. vbi dicit de ijs, quæ decisa viuunt, plãtis s. & animalibus, quod in eis est anima vna actu, & multæ potentia: esse autem vnum actu, & multa potentia, non videtur posse verificari, nisi de quanto per se, vel per accidens.

Confirmatio 2. Secundo, quia tales formæ apparent diuidi secundum diuisionem suæ materiæ, & quantitatis. Ergo secundum eorum extensionem extenduntur, impossibile enim videtur, quod aliquid diuidatur secundum diuisionem quanti, nisi quia secundum eius extensionem extenditur.

A

Sed contra hanc rationem potest argui dupliciter.

Instãtia prima. Primo, quia nos videmus, quod si corpus hominis diuideretur, essent duæ formæ de nouo, vt si caput separaretur à corpore, nec tamen apparet generans, vel præcedens alteratio, nec tamen est dicendum, quod forma præexistens in corpore hominis, s. anima rationalis extẽdatur secundum extẽsionem materiæ. Ergo à simili propter talem diuisionem, non est hoc dicendum de forma substantiali ignis, vel aquæ, &c.

Solutio. Ad quod dicendum est, quod non est simile, quia in tali diuisione corporis humani est corruptio, seu separatio animæ rationalis à corpore, & noua generatio per aduentum nouarum formarum in vtramque partem materiæ, quæ post diuisionem apparet propter necessitatem materiæ, quæ necessario est sub aliqua forma: vnde vna recedente necessario aduenit alia; sed hoc non potest dici cum ignis, & aqua diuiduntur, cum eadem forma substantialis appareat. s. ignis, & aquæ post diuisionem; impossibile est autem, corruptæ formæ similẽ in specie per generationem succedere.

B

Instantia secunda. Potest etiam secundo argui contra prædictam rationem de imagine, quæ est in speculo, quæ diuiso speculo apparent duę, nec tamen videtur extendi secundum speculi quantitatem.

Solutio. Et ad hoc dicendum est, sicut & ad primum, quia hoc est per nouam generationem, vtriusq; imaginis in duobus speculis; imago enim in speculo generatur, quasi subito per reflexionẽ radij à corpore diaphano terminato in vltima sui superficie; vnde ad diuisionem speculi, & suæ per consequens diaphaneitatis radius reflexionis duplicatur, & duæ imagines in duabus speculi partibus resultant: forma autem substantialis non sic subito generatur, nisi præsente agente, & alteratione præcedente.

C

2. Ratio. Præterea secundo ad principalem cõclusionem. Propter quod vnumquodque, & illud magis, vt dicitur 1. Post. c. 2. Si ergo forma substantialis, quæ de se, vt dicunt, est indiuisibilis, non habet totalitatem quantitatiuã, quia est in materia indiuiduali, multo magis ipsa materia, quæ etiam de se est indiuisibilis, non haberet hanc totalitatem, & tota esset in qualibet parte corporis. Hoc autem est falsum, sic enim tota aliqua materia est in aliquo toto, quod pars eius est in parte, & plus de materia in maiori parte, quam in minori, vt de se patet, & omnes dicunt.

D

3. Ratio. Præterea tertio. Sicut aliquid est album, sic & extensum. Sed ad hoc quod aliquid sit album, non requiritur, quod vel ex se habeat albedinem, vel quod recipiatur in

subiecto

subiecto albo; sed sufficit quod sit subiectum albedinis, vt patet de superficie. Ergo ad hoc, quod aliquid sit extensum, non oportet, quod recipiatur in quanto, seu extenso, vel quod ex se habeat extensionem, vt dicit hæc opinio, sed sufficit, quod sit subiectum, vel pars subiecti extensionis. Subiectum autem extensionis est totum compositum ex materia, & forma: ergo non obstante, quod forma substantialis aliqua, vt ignis, aqua, &c. ex se non habeat extensionem, & immediatè vniatur materiæ primæ, ex se carenti extensione, poterit extensionem habere, seu extendi sic, sicut extensionis subiectum, dummodo ipsa extensio ad ipsam formam pertingat, quia .s. sic sit tota in toto aliquo, quod pars eius sit in parte, & diuidatur ad diuisioné totius.

4. Ratio. Præterea quarto. Quamuis materia prima de se sit indiuisibilis, tamen semper in rerum natura est quanta, & per consequens diuisibilis: vnde nec forma est, nisi in materia quanta, alias non esset in hac materia: indiuisibilitas ergo materiæ non impedit, quin forma habeat extensionem, & totalitatem quandam quantitatiuam; cum omnis forma recipiatur in materia, quæ semper est quantitati subiecta. Vnde patet improbatio huius opinionis, &

Solutio rationis opposita. quantum ad conclusionem, quam tenet: & hoc per primam rationem harum quatuor; & quantum ad rationem, quam ad probandam illam conclusionem adducit: & hoc per reliquas tres sequentes.

Secūda opinio. ¶ Secunda opinio est totaliter huic contraria, scilicet, quod omnis forma substantialis, est quāta per accidens, & per cōsequēs non est tota in qualibet parte suæ materiæ.

Probatio vnica. Cuius ratio est secūdum eos, quia quod recipitur in aliquo, recipitur in eo per modum recipientis, vt dicitur in lib. de Causis. Sed omnis forma substantialis recipitur in materia quanta, sic quod quantitas interminata præcedit in materia omnem formam substantialem. Ergo omnis forma substantialis, est quanta per accidens.

Minor probatur dupliciter. Primo. Minorem probant quantum ad duo. Primo, quantum ad hoc, quod præter quātitatem terminatam, oportet ponere in materia quantitatem interminatam, quia vt communiter dicitur, plus est de materia in decem pugillis terræ, quam in decem pugillis ignis. Sed hoc nōn potest referri ad quantitatem aliquam terminatam, quæ est æqualis vtrobique. Ergo præter quantitatem terminatam, oportet ponere aliquam aliam in materia, scilicet interminatam: plus enim, & minus non videntur, nisi quātitatem respicere.

Secundo. Secundo, quantum ad hoc, ꝙ talis quantitas præcedit formam substātialem in materia. Quia agens, quod potest super formā substantialem, potest super ea, quæ formam substantialé consequuntur. Sed agens naturale habet posse super formā substātialem, non aūt super quantitatē prędictam; sic .n. potest ex decē pugillis ignis, vnum pugillū terræ producere, quod non posset ex tribus, vel duobus. Ergo talis quantitas non sequitur formam substantialem, sed magis præcedit in materia.

Improbatio prima. ¶ Sed hæc etiam opinio potest improbari quadrupliciter. Primo quantū ad fundamētum, ꝙ supponit, ꝙ .s. aliqua quantitas præcedat formā substantialē in materia. Quia esse simpliciter, præcedit esse sm̄ quid. Sed forma substantialis dat esse simpliciter materiæ, quātitas aūt quæcunq; & generaliter oē accidēs dat esse solū sm̄ quid. Ergo &c.

Secunda. Secundo, pōt improbari, quia hoc fundamēto supposito, nō habetur propositū quātū ad deductionem, quam facit. Si .n. forma substantialis est extensa, quia recipitur in extēso (sicut dicit hæc opinio) quantitas interminata esset non extensa, quia recipitur in materia, quę sm̄ suā naturā, est nō extēsā, si semper sm̄ hanc opinionem receptum ad naturam recipientis trahitur.

Tertia. Tertio, pōt improbari quantum ad conclusionē. Anima .n. intellectiua est forma substantialis, & tn̄ non pōt dici quanta per accidens, cū sit per se subsistens, & non forma materialis, alias nec tota esset in qualibet parte corporis, ꝙ est expresse contra Aug. 6. de Trin. c. 6. & tn̄ sm̄ hanc opinionem, sic præcedunt eam in materia dimensiones interminatæ, sicut alias formas.

Quarta. Præterea quarto ad idē. De rōne extensi, est habere partē extra partem, & per consequens esse diuisibile in aliqua eiusdē rōnis cū toto, si est forma; partes .n. eius nō posset esse materia, vel cōpositū, vt de se patet; nec ēt formæ alterius rōnis inter se; quia cum rō earum sit formalis rō, tota forma, cuius sunt partes, nō esset vna forma, nisi coniunctione; vt si vna pars esset albedo, alia nigredo: essent ergo simpliciter plures formæ. Nec ēt posset dici esse alterius rōnis à toto, quia totū homogeneum nō est aliud, quam partes suæ. Vnde impossibile est, ꝙ partes oēs sint eiusdem rōnis inter se, & diuersę à toto; hoc ēt patet sic. Omne habens partes, ē diuisibile in eas; omnis forma extensa est habens partes eiusdem rōnis s. formalis, quia aliter non esset vna, vt supra dictū est, secus est de corpore, ꝙ potest esse extensum, & habens partes non eiusdem rationis, vt patet de corpore hominis. Si ergo omnis forma esset quanta per accidens, seu extensa, oīs forma esset diuisibilis in partes eiusdēm rōnis cū toto, cuius cōtrariū apparet de forma bouis, & aliorum animaliū perfectorū.

Euasio. Nec pōt dici, ꝙ omnis forma, quantum est de se, est diuisibilis, nō tamē partes retinent naturam ipsius post diuisionem, quia non habēt organa, quibus possint in esse saluari.

Præclusio. Quia ex hoc ipso, quod talis forma requirit distinctionem organorū in corpore, in quo est

est, apparet ꝙ sic est in tali corpore, quod nõ potest esse in parte eius per se sumpta, & per consequens non est diuisibilis in partes eiusdem rationis cum toto, quod est de ratione omnis quanti, & extensi.

Solutio rõnis oppositæ

¶ Ad rõnem aũt factam pro hac opinione dicendũ, ꝙ illud dictum cõe omne ꝙ recipitur in aliquo, &c. non est sic intelligẽdũ ꝙ semper receptũ trahatur ad oẽm modũ, & naturam recipientis, sic ꝙ ille modus fiat modus eius: quia ad hoc sequerẽtur multa inconueniẽtia; forma .n. desineret esse actus, cũ recipitur in materia: & quantitas, quę recipitur in non extenso, desineret esse extẽsa, vt dicebatur ẽt in secunda rõne, contra hanc opinionẽ adducta. Non ergo illud dictũ est sic intelligendum, ꝙ modus oĩs recipientis fiat modus recepti, vt procedit argumentũ: sed quia omne recipiẽs recipit sm̃ modum, & mensurã suæ dispositionis, & capacitatis: materia .n. disposita perfectius, & minus perfecta sm̃ hoc recipit formam. Idẽ ergo quantum ad veritatem, est dicere omne ꝙ recipitur &c. & illud ꝙ Phil. dicit 2. de Anima t. 24. Actus actiuorum fiũt in patiẽte, & disposito; & sic intelligendo illud dictũ argumentũ, nihil concludit. Potest ẽt ad idem argumentũ respõderi per interemptionem maioris, quia vt patet per primam quatuor prædictarũ rõnum, nulla quãtitas præcedit formam substantialem in materia.

Ad primã probationẽ minoris.

Et ad primum per quod probabatur cõtrariũ. Dicendum est, ꝙ plus ꝙ dicitur esse de materia in decẽ pugillis terræ, quã in decem ignis non est referendum ad aliquam quantitatẽ, sed ad ipsã substantiã, & essentiã materiæ; plus .n. & minus dicitur nõ solũ in quãtitate, sed ẽt in alijs generibus; dicitur .n. esse plus de luce in albedine, quã in nigredine, & in albedine clara, quã in obscura.

Ad secũdã ꝓbationẽ minoris.

Ad aliud aũt per ꝙ probabatur, ꝙ quantitas interminata præcedit formã substãtialẽ in materia. Dicendum, ꝙ agens naturale sic potest super formam, quod non potest super materiæ substantiã, seu essentiam, quã necessario in sua actione supponit; & quia plus, & minus in huiusmodi locutionibus (cũ dicimus plus esse de materia in vno pugillo terræ, quam in vno ignis) refertur ad materiæ substantiam: idcirco agens naturale sic potest facere vnum pugillum terræ ex decem ignis, ꝙ non potest facere ex vno tantum: secus est de agente supernaturali.

Dubitatio.

Sed nunquid negandæ sunt oĩno dimensiones interminatæ, quas expressẽ videtur ponere Com. in lib. de Substantia orbis?

Solutio.

Dicendum est, quod non, sed per dimẽsiones interminatas intelligenda est ipsa potentia subiecti ad dimensiones: vel ipsa essentia dimẽsionum, quæ in toto motu augmenti, & decrementi eadem permanet, ẽt secundum numerum, distincta tamen per diuersos gradus: vel ipsa eadem quantitas, quæ dicitur terminata, vt est habẽs certum gradum; dicitur etiam interminata, vt est A absolutẽ reddens materiam transmutabilẽ, & distinctam ab alia materia. Quere de hoc quęstione prima primi Quodlibeti nostri.

Eiusdẽ opinionis alia ꝓbatio secũdũ alios.

¶ Alij probant sic eandem conclusionẽ, .s. quod omnis forma substantialis, etiam anima intellectiua est quanta, seu extensa. Quia subiectum quantitatis, seu extensionis est necessario quantum, seu extensum. Sed non solum materia prima, sed materia vnita formæ substantiali etiam animæ intellectiuæ est subiectum quantitatis, seu extensionis. Ergo omnis forma substantialis etiã anima intellectiua est necessario quanta, seu extensa, & præcipuẽ si in homine præter animam intellectiuam non est alia forma substantialis.

Solutio.

Ad quod dicendum est, quod subiectum quantitatis, seu extensionis in animalibus B perfectis, & præcipuẽ in homine non est sola materia prima, nec etiam forma substãtialis, sed ipsamet natura compositi; vt in homine natura humana, quæ realiter differt à materia, & forma substantiali, etiam inter se vnitis, vt aliàs probatum fuit, in quæstione 7. Quodlibeti 7. De omni toto heterogeneo, ꝙ realiter differt à partibus suis, etiam inter se vnitis; sicut etiam subiectum cognitionis sensitiuæ est totum animal, & non eius materia, & totum animal cognoscit, & non eius materia, ratio autem receptiua quantitatis, seu extensionis, cuius vna pars est extra aliã, præcipuẽ in homine, est materia, & non anima rationalis, sed ẽ conuerso, ratio receptiua cognitionis sensitiuæ est anima, quæ est primum principiũ omnis operationis vitalis, vt patet in 2. de Anima, & non materia prima.

Tertia opinio.

C ¶ Tertia opinio est, ꝙ oĩs forma, & sola quæ educitur de potentia materię, sit extẽsa, seu quanta per accidens; & per consequens non tota in qualibet parte suæ materiæ.

Probatio

Hoc autem sic probant. Omnis forma, quæ educitur de potentia materiæ, sic educitur de ipsa, quod tota educitur de tota, & pars de parte. Sed forma est in materia, ex qua educitur, & sicut educitur. Ergo ẽ tota in toto, & pars in parte; & per cõsequens habet partes, & extensionem. Minor videtur per se manifesta. Maior probatur, quia aut talis forma educitur tota de tota, & pars de parte: aut tota de vna parte. Nõ potest dici secundum, quia in alia parte nihil esset de forma, cum forma non sit nisi in materia, & parte materiæ, de qua educitur. Ergo relinquitur primum, quod erat maior.

Impugnatio 1.

¶ Sed hæc opinio põt improbari quadru- D pliciter. Primo, quia vt dicebatur etiã in 4. rõne aducta contra secundam opinionẽ cũ de rõne extẽsæ formę sit habere partẽ extra partẽ, & per consequens esse diuisibilem in aliqua eiusdẽ rationis cum toto, omnis forma, quæ educitur de potentia materiæ, esset diui-

Ergo ſic. diuiſibilis in partes eiuſdem rationis cum ipſa; cuius apparet contrarium. Nec pōt dici ad eā, vt dicunt Quidam, ꝙ forma talis quantū eſt de ſe diuiſibilis eſt in partes, ſed
Concluſio, tales partes ſtatim corrumpuntur. Quia de ratione extenſi per ſe, vel per accidens, eſt quod poſſit sm̄ ſuam rōnem ſaluari in partibus ſuis, vt patet de linea, & albedine. Ergo quod ſtatim corrumpantur facta diuiſione materiæ, non eſt niſi quia ſecundum ſuam rationem non poſſunt ſaluari in aliquibus, quæ habeant rōnē partium, & per conſequens carent extenſione, & partibus.

Impugnatio 2. Præterea ſecūdo. Cū sm̄ veritatē, nihil formæ præexiſtat in materia, nec in parte materiæ. Formā educi de potētia materiæ, nihil aliud eſt, quā formā præexiſtentē in potētia materiæ per tranſmutationē fieri in ea actu, vt etiā in quæſt. nr̄a de rōnibus ſeminalibus declaratū ē. Dicere ergo ꝙ forma nō sm̄ ſe totā eſt in vna parte materiæ, q̄a sm̄ diuerſas partes educit de diuerſis partibus materiæ, eſt dicere, ꝙ ideo non sm̄ ſe totā eſt actu in vna parte materiæ, quia non sm̄ ſe totā pōt eſſe in vna parte materiæ; ꝙ eſt petere principium, & nihil probare; de hoc .n. nullus dubitat, ꝙ ſi nō pōt eſſe tota in vna parte materiæ, nō ē ibi tota, ſed antecedēs dēt ꝓbari.

Impugnatio 3. Præt. tertio. Sicut formę effectus præexiſtit in potentia paſſiua materiæ, ſic & in potentia actiua agētis, & ſicut dicitur educi de potētia paſſiua materiæ, ſic & de potētia actiua agentis. Sed non dicitur pars formæ eſſe à parte agentis, imò tota eſt à toto; pars .n. cum per ſe eſſe non habeat, niſi in toto, non poteſt dici, nec fieri, nec eſſe principiū factionis. Ergo &c.

Impugnatio 4. Præterea quarto. Sicut aliæ formę dicuntur educi de potentia materiæ, ſic & ipſa quantitas. Si ergo cauſa quare aliæ formæ habeant extenſionem in materia eſt, quia educūtur de potentia materiæ: pari ratione quantitas habebit extenſionem à materia, quod falſum eſt: quia magis eſt è conuerſo; materia .n. ꝙ ſit extenſa, & habeat partem, & partē habet à quātitate, & nō è conuerſo.

Solutio rōnis oppoſitæ. Ad rationem adductam pro hac opinione dicendum eſt. Quod non oportet, quod pars formę educatur de parte materię, ſicut tota educitur de tota, niſi ſupponatur formā habere partes. Totalitas aūt multarū ē totalitas perfectionis, nō totalitas cui reſpōdeat partialitas. Et ad probationē maioris illius rōnis dicendum eſt, quod forma carens partibus ſic educitur tota de tota materia, ꝙ de vna parte tantum præciſè, ſic ꝙ non de alia, non educitur tota, nec pars eius quia partibus caret: ſed ſi habeat partes tota educitur de toto, & pars de parte, quia antequā actu ſit in materia, ita pōt eſſe in toto, & pars in parte, ſicut & poſtea eſt: educi aūt formā de potentia materię; nihil eſt aliud, vt prædictum eſt, niſi formam præexiſtentem in potentia materiæ per mutationem, vel motum fieri poſtea actu in ea.

A ¶ Quarta opinio eſt, quod omnes formæ inanimatorum ſunt quantę per accidens; & nulla alia, quod probant triplici ratione. Quarta opinio

Primo ſic. Quando receptum eſt ſupra naturā recipientis, recipiens non trahit receptum ad naturā ſuā, ſed è conuerſo receptum trahit recipiens. Sed cōiter dicitur, ꝙ inter oēs formas anima eſt forma ſupergrediens conditionē materiæ, non aūt aliæ formæ. Ergo aliæ formæ, quæ recipiūtur in materia extenſa, traherētur quaſi ad nāram materiæ, vt .ſ. extendantur ſecundū extenſionem ipſius, non autem anima. Probatio prima.

Præterea. Illa forma, quæ non æqualiter reſpicit totū & partē, & nō denominat partē ſicut totum, nō eſt quanta per accidēs, quia forma quanta per accidens æqualiter denominat partē, & totum, vt patet de albedine, & calore. Sed inter oēs formas ſola anima B non æqualiter denominat partē, & totū, cū in ſuo ꝑfectibili, ꝙ per ſe denominat requirat diuerſitatē partiū. Ergo &c. Quā rōnem ēt aliqui alij ſic formāt. Illud ꝙ eſt quantū per accidēs non requirit diuerſitatē in partibus, quia conditio oīs quanti eſt habere partes eiuſdem rōnis, ſed omnis anima requirit diuerſitatem partium in corpore, nō autem aliæ formæ. Ergo &c. Secunda.

Tertio, quia forma, quę non habet eaſdē operationes in toto, & in partibus oībus non eſt quanta per accidens. Sed talis eſt omnis anima, q̄ in diuerſis hēt diuerſas operationes; alię aūt formæ habēt eaſdē operationes in toto, & in oībus partibus ſuis. Ergo &c. Tertia.

¶ Sed hæc etiā opinio, poteſt improbari quadrupliciter. Primo, quia vt iā probatum eſt, animæ animalium, quæ deciſa viuunt, ſunt quantæ per accidens. Improbatio prima.

C Secundo, quia cum omnis anima ſupergrediatur materiā ēt ſuptā cum quantitate, deberet sm̄ hanc opinionem trahere ipſam materiā cum quantitate, ſumptā ad naturā ſuam, .ſ. indiuiſibilitatem, ſi anima sm̄ ſe caret extenſione, & ſic omne animatum extenſione careret. Secunda.

Tertio, quia ſi receptū ſuperans recipiens trahit ipſum sm̄ hanc opinionē, cum omnis forma ſubſtantialis ſuperet materiā, ēt cum quantitate, ſūptā, vtpote ea nobilior, & perfectior, ſicut oīs actus ſua potentia; ſequeretur, ꝙ omnis forma ſubſtantialis traheret materiam, ēt cum quantitate, ſumptam ad ſuam naturā, .ſ. indiuiſibilitatē, & ſic omne corporeum extenſione careret. Tertia.

Quarto, quia cōpoſitū ex materia, & forma ſubſtantiali ſuperat quantitatē quantū ad nobilitatē, & ꝑfectionē. Ergo trahet ipſā D ad naturā ſuæ indiuiſibilitatis; materia .n. & forma ſubſtantialis ex ſe carent extenſione, & ſic idem quod prius. Quarta.

¶ Ad primam ergo rōnem factam pro hac opinione dicendum, ꝙ ſemper quando aliquid recipitur in aliquo, recipitur in eo sm̄ Ad primā in oppoſitū allatæ opinionis.

sm̃ modũ recipiẽtis illo modo hoc intelligẽdo, sicut expositũ est in reprobatione secũdæ opinionis: non aũt oportet dicere, quod quando aliquid recipitur in aliquo, modus recepti fiat modus recipientis, vel è cõuerso siuè receptũ superegrediatur recipiens, siuè non, vt procedebat argumentum, quia ad hoc multa inconuenientia sequerentur, vt patet per tres rationes vltimas contra hanc opinionem adductas. Et præterea in illo argumento supponitur, quod nihil sit extẽsum, nisi quia recipitur in extenso, quod falsum est, sicut enim supra dictum est, sicut aliquid dicitur album ex hoc solum, quod est subiectum albedinis, absque hoc, quod recipiatur in albedine, ita aliquid põt dici extensum absq; hoc, quod recipiatur in extenso, ex hoc solum, quod est subiectum extensionis, dummodo extensio ad ipsum pertingat.

Ad secũdã. Ad secundam dicẽdũ per interemptionẽ minoris. Aliquę enim animæ .s. animalium imperfectorum requirũt diuersitatem modicam, vel nullam in partibus suis, vt de se patet. & quasi ęqualiter respiciunt, & denominant totum, & partem; propter quod videntur esse quantæ per accidens.

Ad tertiã. Et similiter ad tertiam dicendum per interemptionem minoris. Animæ enim taliũ animalium easdem operationes habent in toto, & in partibus suis. Patet ergo, quod non est dicendum, quod nulla forma substantialis est quanta per accidens, vt dicit prima opinio, nec quod omnis, vt dicit secunda, nec quod omnis, quæ educitur de potentia materiæ, vt dicit tertia, nec quod nulla anima, vt dicit quarta. Et hæc de tertio principali.

PVNCTVM IV.

Statuitur vera sententia Auctoris.

QVANTVM autem ad Quartum principale, his quatuor opinionibus dimissis, tenenda est quinta opinio, quæ est communior, quod .s. animæ animalium perfectorum, quæ decisa non viuũt non sunt quantæ per accidens: omnes autem alię animæ, & etiam generaliter omnes aliæ formæ substantiales sunt quantæ per accidens, & per consequens solæ tales animæ sunt totæ in qualibet parte corporis, seu materiæ. Quæ quidem opinio potest probari ad præsens tripliciter.

Probatio prima. Primo sic. Esse quantum per se, vel per accidens est imperfectionis, & contrarium est perfectionis, sicut & carere quantitate est maioris perfectionis, quam habere. Sed animæ animaliũ perfectorũ sunt pfectiores omnibus alijs substantialibus formis. Ergo magis congruum est dicere de eis, quam de quibuscunq; alijs, quod careãt extensione, A seu quod nullo modo sint quantæ; & per consequens sunt totæ .s. non secundum partem solam in qualibet partę corporis.

Secunda. Præterea. Nihil vnum numero diuiditur in plura numero eiusdem rationis cũ toto, nisi sit quantum per se, vel per accidens, vt supra probatum est: & per oppositum si quid in talia diuidi non potest, nullo modo potest dici quantum. Sed inter formas substantiales solæ animæ animalium perfectorum non videntur posse diuidi in plura eiusdem rationis cum toto. Ergo inter omnes formas substantiales, solæ tales animæ videntur extensione carere. Principium enim Philosophiæ naturalis est quod videtur sm̃ sensum vt dicitur 3. Cęli, & Mundi t.61.

Tertia. Præterea. Philosophus dicit 2. de Anima cap.2.tex.20. de animalibus, quæ decisa viuunt, vt supra etiam allegatum est, quod in eis est actu vna anima, potẽtia vero plu- B res, hoc autem non verificatur nisi de quãto per se, vel per accidens. Ergo animæ talium animalium sunt quantę saltẽ per accidens, & per oppositum animæ aliorum animalium, quæ decisa non viuunt, non sunt dicendę esse extensę, seu quantę etiam per accidens. Apparet ergo ex his quid dicendum sit ad quæstionem; animæ siquidẽ animalium perfectorum, quæ decisa non viuunt, sunt totę in qualibet parte corporis, totalitate perfectionis, cum sint formæ simplices indiuisibiles quantum ad rationem essentiæ, non autem sunt totę in qualibet parte corporis totalitate essentiali, vel quãtitatiua, non quidem quod habeant aliquã talem totalitatem, & secundum vnam partem sint in vna parte corporis, secundum aliam in alia, sed quia totalitate vtraq; carent: nec totalitate virtutis cum diuersę vir- C tutes seu potentiæ in diuersis partibus corporis appareant: reliquę autem animę, & etiam omnes aliæ formæ substantiales non sunt totę in qualibet parte suæ materiæ totalitate quantitatiua, quam habent per accidens, cum extendantur secundum extensionem materiæ, nec totalitate virtutis, vt infra patebit, nec totalitate essentiæ cum illa careant, sunt autem totę totalitate perfectionis speciei, cum sic sint indiuisibiles.

Notabile. Sciendum tamen est quod quædam animæ non sunt totæ in qualibet parte suę materiæ secundum totalitatem virtutis, quia secundum vnam virtutem, seu potentiam sunt in vna parte corporis, & secundum aliam in alia, vt patet maximè de illis animalibus, in quorum partibus sunt diuersæ potentiæ, vna .s. in vna, & alia in alia: quædam aliæ animæ dicuntur non esse totę hac D totalitate in qualibet parte suæ materiæ, quia quamuis secundum omnes virtutes, quas habent sint in qualibet parte, tamen quia illę etiam virtutes extensionem habẽt per accidens secundum extensionem suæ materiæ, sicut & formæ quarum sunt, maiores,

iores, s. in tota materia, quam in parte eius, cum omne totum sit maius sua parte, sicut est de albedine, quęlibet enim pars superficiei habet virtutem disgregatiuam, sed maiorem habet tota superficies, quam eius pars, & tales sunt formæ omnes animę animalium, quæ decisa viuunt, & omnes aliæ formæ substãtiales. Et hæc de quarto principali, & de toto.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD primum ergo factum in oppositum dicendum est, ꝙ animal propriè dicitur, quod constat ex anima, & corpore nõ quomodocunq; sed primo, & per se perfectibili ab anima, vnde & quęlibet pars animalis, quod decisum viuit, potest dici esse animal, sicut & quælibet pars ignis est ignis: tales enim formæ propter suã imperfectionem nõ requirunt in corpore, ꝙ primo, & per se perficiãt magnã diuersitatẽ partium, seu organorum, propter ꝙ indifferenter respiciunt, & per consequẽs denominant totũ & partem, sicut & albedo respectu superficiei: secus autem est de animalibus perfectis, quæ decisa non viuunt, quorum animę ꝓpter suã perfectionẽ requirunt in corpore primo & per se ab eis perfectibili magnam organorum diuersitatem, propter ꝙ aliter respiciunt totum corpus. s. vt primo, & per se ab eis perfectibile, & aliter eius partes, quas non perficiunt nisi secundario in ordine. s. ad totum: propter quod etiam sic denominant totum animal, quod eius pars animal dici non potest; animal enim, vt dictum est, dicitur quod constat ex anima, & corpore, primo & per se ab anima perfectibili, vnde non est simile de albedine, & de talibus animalibus.

AD II. Ad secundum dicendum est, quod quãuis anima tam animalis, quam plantæ, vt est forma substantialis sit immediatè in qualibet parte sui corporis, tamen vt est motor, seu principium operationis alicuius, potest esse in vna parte corporis tantum, à qua parte corporis motus seu operatio talis ad partes alias deriuatur, & sic loquitur Philosophus de anima in locis allegatis.

AD III. Ad tertium dicendum est, quod totalitas secundum quam, anima animalis perfecti dicitur esse tota in qualibet parte corporis, non est totalitas propriè dicta, quæ. s. dicatur respectu partium, sed est totalitas largè dicta, pro vt totum idem est, quod perfectũ, secundum quem modum dicimus, totum Deum, vel totum Angelum: non etiam secundum partem quantitatiuam est in vna parte corporis, & secundum aliam in alia, sicut aliæ formæ substantiales cum talibus partibus careant, & sic etiam talis forma dicitur esse tota in qualibet parte corporis, magis. s. hoc negatiuè, quam affirmatiuè exponendo, idest, non secundũ partes tales quantitatiuas.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod organa corporis animalis vt ad sensum apparent, A differunt secundum diuersas accidentales dispositiones, seu sm̃ diuersas elementorum, & qualitatum complexiones, seu cõiunctiones. Et ad illud per quod probabatur contrarium. Dicendum est, quod quãuis anima sit vna secundum essentiam, est tamen multiplex sm̃ virtutem, propter quod potest in diuersis partibus suæ materiæ esse principium diuersarum prædictarũ complexionum, seu dispositionum accidẽtalium, sicut etiam in diuersis partibus corporis est principium diuersarum potentiarum, ad quas prædictæ dispositiones accidẽtales sicut ad finẽ ordinantur, maximè quia anima adueniẽs corpori similes dispositiones in ipso causat illis, quas inuenit, ante autem aduentum animæ ad corpus talis diuersitas organorum quantum ad tales accidentales dispositiones existit.

AD V. B Ad quintum dicendũ est, quod omnes potentiæ animæ ab eius essentia immediatè oriuntur, vtpotè eius naturales proprietates; dicitur tamen aliquando vna potentia animæ oriri ex alia impropriè, referendo. s. hoc ad actus earum, vnius. n. actus depẽdet ab actu alterius, & similiter anima immediatè informat omnes partes corporis quãuis actus vnius partis corporis possit depẽdere ab actu alterius: dicitur etiã esse inter potentias animæ cõmuniter multiplex ordo. s. perfectionis, &c. qui etiam ordo posset inter diuersa organa, seu partes corporis assignari.

AD VI. Ad sextum dicendum est, quod anima intellectiua secundum suam essentiam, dũ est in corpore, est actus, & forma corporis, sicut & aliæ formæ substantiales, potentia C tamen intellectiua, cum ei nõ conueniat secundum quod est forma corporis, sed magis vt est quædam substãtia per se subsistẽs, nullius organi corporalis est actus, & sic loquitur ibi Philosophus.

AD VII. Ad septimum dicendum, quod indiuisibile priuatiuè, vt est punctum, & nunc, in diuersis partibus continui esse non potest idem numero, vtpotè habens determinatũ situm in cõtinuo, sed indiuisibile negatiuè, vt est Deus, & Angelus, & etiam anima, potest simul esse in diuersis, in omnibus. s. illis, quæ potest sua virtute contingere; cum non sit habens determinatum situm in cõtinuo: vnde anima eadem simul est in omnibus partibus corporis, ꝙ informat, maximè cum omnes partes illæ se habeant ad animam, vt vnum perfectibile ad ipsam, quantumcunq; videantur inter se diuersitatem habere. D

AD VIII. Ad octauum dicendum, quod quamuis anima sit tota in qualibet parte secundum totalitatem essentiæ, secundum tamen totalitatem virtutis non est tota in qualibet parte; diuersę enim virtutes eius requirunt diuer-

uersas dispositiones organorum, nec sunt actus solius animæ, sed magis totius coniũcti, & per consequens non consequuntur solam animæ essentiam, sed vnionem animæ cum diuersis organis, secundum diuersas dispositiones accidẽtales, distinctis, vnde quia in vno organo, vt puta, in oculo est ita vna dispositio accidentalis, quod non alia, non obstante, quod in eo est tota animæ essentia, non oportet, quod in ipso sint omnes eius potentiæ: quædam autem animæ potentiæ sunt, quæ nullius organi corporalis sunt actus, vnde secundum tales anima non est in aliqua parte corporis.

AD IX. Ad nonum dicendum, quod ex hoc, ꝙ anima tota est in qualibet parte corporis, B vt supra declaratum est, non oportet dicere A ꝙ si est tota in oculo, nihil animæ sit extra oculum, sed verum est, quod nihil animæ est extra animam, quæ est in oculo.

Ad vltimum dicendum, quod Motor Cęli non vnitur cęlo, vt forma, sed solum vt motor, propter quod in vna parte existẽs potest mouere alias; sed anima vnitur corpori non solum vt motor, sed etiam vt forma: vnde oportet, quod sit in omnibus partibus corporis immediatè, vt supra probatum est, quia vt supra dictum est, ipsa etiam vt est motor corporis, seu principium alicuius alterius operationis, nõ oportet, quod sit immediatè in omnibus partibus corporis, sed sufficit quod sit in vna tantum. AD X.

QVAESTIO XXIX

Vtrum potentia generatiua, vel spiratiua in diuinis significet essentiam, vel relationem.

Pro Parte Negatiua:

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod significet relationem. Quia eadem sunt principia essendi, & operandi, vt cõmuniter dicitur: idẽ ergo est principium quo aliquid est hoc, vt hic homo, & ꝙ est principiũ ꝓpriæ C operationis eius. Sed paternitas, vt est proprietas est quo pater est pater, seu hæc persona. Ergo paternitas est principium quo proprij actus patris, qui est generare, & per consequens est potentia generatiua; hoc enim intelligimus nomine potentiæ generatiuæ, s. id quo generãs generat, sicut illud est potentia calefactiua, quo calefaciens calefacit .s. calor.

PRÆT. Terminus generationis, & principium debent sibi mutuo correspondere secundum identitatem, & similitudinem. Sed sicut generatur hic homo, & non homo communis, sic hæc humana natura est terminus humanæ generationis, non humana natura specificè accepta; natura enim in ijs .s. vniuersalibus occultè operatur, vt dicitur in libro Sex Principiorũ c. 1. Ergo & principium generationis est hæc D humana natura, nõ humana natura in specie, & à simili in Deo principium quo generationis diuinæ est non essentia communis, sed paternitas, quæ conuenit soli patri.

III. PRÆT. Potentia productiua debet correspondere principio producenti. Sed producens principaliter est aliquid distinctum à producto, & secũdario aliquid vnũ cum eo: cum .n. actus sint singularium, vt dicit 1. Meta. c. 1. principaliter generat hic homo, & secundario homo. Ergo potentia generatiua patris est illud per quod pater distinguitur à filio .s. paternitas, nõ essentia diuina, quæ communis est.

Et confirmatur ratio per Philosophum 7. Metaph. t. 28. vbi dicit, ꝙ formæ vniuersales non possunt ad generationem, sed vt sunt in singularibus. Cõfirmatio

IV PRÆT. Principium actus, & actus ipse debet sibi mutuo correspondere; actus ergo ꝓprius est à ꝓpria forma, sicut actus ꝓprius Sortis est ꝓpria eius forma, sed sicut se habet hæc humanitas, quæ est ꝓpria forma Sortis ad Sortem, sic se habet paternitas ad patrem. Ergo &c.

V PRÆT. Omne agens agit sibi simile in principio quo actionis; illud ergo est principaliter principiũ quo actionis sm̃ ꝙ principalius similitudo attẽditur. Sed similitudo principalius attenditur inter similia, secundum illud in quo distinguuntur, quam secundum illud in quo sunt vnũ. Ergo principium quo generationis est illud, in quo genitum à generante distinguitur, & non illud in quo conuenit cum eo; & sic idẽ ꝙ prius. Maior per se patet Minor probatur. Quia cũ ad similitudinem duo concurrãt .s. distin-

distinctio, & vnitas, distinctio videtur esse in ea, quasi formale, & vnitas, materiale, quod videtur ex hoc, quod nihil est sibi ipsi simile.

VI. PRÆT. Actus, & potentia reducuntur ad idem genus. Sed generare in Deo dicit relationem, vt cõmuniter dicitur. Ergo & potentia generatiua.

VII. PRÆT. Essentia non importat ordinem nisi ad esse; potentia autem importat ordinem ad actum. Ergo potentia non significat essentiam, sed aliquid aliud, & in Deo nihil aliud significare potest, quam relationem.

VIII. PRÆT. Illud, quod in diuinis dicitur notionaliter, est relatio. Sed potẽtia generatiua est huiusmodi, cũ principium respectu personæ diuinę dicatur notionaliter; principium autẽ respectu creaturæ essentialiter. Ergo &c.

IX PRÆT. August. dicit lib. 7. de Trinitate c. 1. quod quicquid habet Pater, hẽt Filius, excepto relatiuo. Sed Filius non habet potentiam generatiuam, quam habet Pater. Ergo potentia generatiua, significat relationem.

X. PRÆT. Secundum Philosophum in lib. de Sõno, & Vigilia c. 1. cuius est actus, eius est potentia, & è conuerso. Sed generare est proprius actus patris. Ergo & potentia generatiua est patris solius, & per cõsequens est idem, quod paternitas, quæ est patris proprietas, & non est idem, ꝙ essentia diuina, quæ est communis.

XI. PRÆT. Secundum Philosophum in 5. Metaph. tex. 17. potentia actiua est principium transmutandi aliud, secundum quod aliud, quam diffinitionem ad potentiam generatiuam adaptando dicere possumus, quod potentia generatiua est principium generandi alium, secundum ꝙ alium, non autem aliud, quia filius sic est alius à patre, quod non est aliud. Sed filius est alius à patre in relatione, non in essentia. Ergo potentia generatiua in patre significat paternitatem, secundum quam pater est alius à filio; non essentiam diuinam, secundum quam non est alius.

XII. PRÆT. Principium in diuinis distinguitur ab eo, cuius est principium. Sed essentia diuina non distinguitur. Ergo non cõpetit ei ratio principij, & per consequens potentia, quia rationem principij includit, non significat essentiam.

XIII. PRÆT. Quod est proprium in diuinis, est relatiuum, & notionale, & quod est commune est absolutum, & essentiale; potentia autem generatiua nõ est communis patri, & filio, sed est propria patris. Ergo non significat essentiam communem, sed paternitatem, quæ est patris proprietas.

XIV. PRÆT. Illud, est potentia generatiua, secundum quod, pater potest generare. Sed hoc non est essentia, sed paternitas. Ergo &c. Probo minorem. Aut pater potest generare secundum quod Deus, & hoc nõ est verum, vt videtur, quia sic etiam Filius, qui est Deus, posset generare; reduplicatio enim omnis vniuersalitatem importat, vt Philosophus docet in 1. Posteriorum: aut secundum quod Pater, quæ reduplicatio paternitatem reduplicat. Ergo &c.

Pro Parte affirmante.

SED CONTRA EST. Quia secundum Augustinum 7. de Trin. c. 1. sicut se habet essentia ad esse, sic se habet potentia ad posse. Ergo à commutata proportione, sicut se habet esse ad posse, sic se habet essentia ad potentiam. Sed in perpetuis, non differt esse, & posse, vt dicitur 3. Physic. t. 33. Ergo nec essentia, & potentia; potentia ergo generatiua Dei, idem est, & significat, quod eius essentia.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis tria facienda sunt. Primo nãq; probandum est, quod in Deo est verè potentia generatiua, & spiratiua, quod in quæstione supponitur. Secundo, inquirendum est, quid talis potentia in Deo significet, quod principaliter in quæstione quæritur. Tertio propter responsiones ad aliqua argumenta, videndum est quomodo potentia generatiua sit in Filio, & quomodo non.

PVNCTVM I.

Ostenditur suppositum quæsiti.

QVANTVM ad primum horũ sciendum est, quod potentia generatiua includit rationem principij respectu duorum .s. generationis, & rei genitę, cuius ratio est. Quia sicut illud est albedo, quo aliquid est album, sic illud est potentia generatiua, quo aliquid est potens generare; eodem autem est aliquid potens generare, & generat, vt dicitur in libro de Somno, & vigilia c. 1. cuius est potentia, eius est actus, siue vt agentis, siue vt principij quo agendi. Potentia ergo generatiua est principium quo generationis, sed generatio terminatur ad generatum, & generatum per generationem producitur. Ergo potentia generatiua est principium non solum generationis, sed etiam generati. Generare autem in Deo idem est, quod Paternitas, nec differt nisi secundum modum significandi, cum secundum Boetium in libro suo de Trinitate, sola duo prædicamenta, scilicet substantiæ, & relationis secundum propriam

Notabile.

ratio-

rationem sint in Deo; generare autẽ quod est proprium patris, non potest dici, quod essentiam communem significet; paternitas autem non est ab alio, sicut à principio, nec aliquid, quod sit in patre, cum pater sit principium non de principio. Potentia ergo generatiua non potest poni in patre, quæ sit verè principium generationis, nisi secundũ modum nostrum intelligendi, & per consequens sm̃ modũ significandi nominis; sicut enim in Deo ratione simplicitatis ponimus nomen naturæ, & essentiæ, vt Deitatem, & ratione subsistentiæ nomen suppositi, vt Deum, & secundum nostrum modum intelligendi. Deitas est principium formale quo, Deus est Deus: sic cum omnis actio in creaturis procedat ab aliqua potentia actiua, vt à principio quo, generare, quod secundum modũ actionis significatur secũdum modum nostrum intelligendi; intelligitur procedere, vt à principio ab aliqua potentia generatiua; diuina enim non nisi secundum modum creatorum, nobis cõnaturalium possumus intelligere, sed genitum, quod est filius, est verè ab alio, vt à principio producente, & per consequens est ab aliquo, vt à principio quo; omne enim producens aliquo producit, siue se toto, siue aliquo sui, quia si nec se toto, nec aliquo sui produceret non magis deberet illud tale producere, quã alia res; si.n. ignis, nec se toto, nec aliquo sui calefaceret, nõ magis posset dici calefacere ignis, quam aqua.

Ratio pro supposito. Et ex prædictis potest formari talis ratio, vbi est verè producens, & productum, quod est ab alio, sicut à principio, & est vere productio, ibi est vere potentia productiua, quæ est verè principium quo, producti, & secundum nostrum modum intelligendi principium productionis; sed in Deo est verè generans, & genitum, & generatio, & simile de spiratione. Ergo in Deo est verè potentia productiua, quæ est principium vere personæ productæ, & secundum nostrum modum intelligẽdi ipsius productionis. Dico autem verè potentiam, non solum secundum quod potentia importat non repugnantiam terminorum, qui est vnus modus potentiæ, vt patet 5. Metaphysices, secundum quem modum in Deo, est etiam potentia respectu actus intelligendi, & volendi, cum neuter actus Deo repugnet, sed etiam secundum quod, potentia importat vere rationem principij, non quidem actus, sed personæ, vt expositum est.

Instãtia prima. Sed cõtra hoc, potest argui multipliciter. Primo, quia nihil imperfectionis est Deo attribuendum; potentia autem respectu actus est aliquid imperfectum.

Secunda. Secundo, quia habitus est aliquid perfectius, quam potentia, vtpotè eius perfectio, sed habitus non est in Deo. Ergo nec potentia.

Tertia. Tertio, quia, cum potentia dicatur respectu possibilis, sequeretur, quod filius, vel A eius generatio, esset aliquid possibile, & non necessarium.

Quarta. Quarto, quia, si hæc potentia est verè potentia, non metaphoricè, nec solũ nõ repugnantia terminorum, nec etiam potentia passiua. Ergo esset actiua, quod nõ videtur propter duo. Primo, quia sequeretur, quod filius esset aliquid actum, seu factũ. Secundo, quia 5. Metaph. t. 17. diffinitur talis potentia, quod est principium transmutãdi in alio, secundum quod aliud, quod de Deo, respectu Filij, dici non potest.

Quinta. Quinto, quia si potentia generandi, vel generatiua dicitur respectu actus generandi, vt patet ex nominis Etymologia; & potentia importat rationem principij; diuinæ autem generationis, vt prædictum est, non est verè principium, sed solum secũdũ nostrum modũ intelligendi. Ergo in Deo B non est vere potentia, sed solum sm̃ nostrũ modum intelligendi.

Ad primam instantiam. Et ad primam harum, dicendum est, quod maior eius est vera de potentia, quæ realiter differt ab actu, & perficitur per ipsum sicut per aliquid formalius; talis autem potentia non est in Deo: vnde sicut in Deo est vere essentia, non tamen perficitur per actũ essendi tanquam per aliquid formalius, differens realiter ab ipso, sic & in Deo est vere potentia generatiua, quæ tamen est idem quod generare.

Ad secundã. Ad secundam dicendum, quod potentia secundum se, vt probatum est, importat rationem principij, quod est perfectionis, nec importat aliquid imperfectũ respectu actus nisi cum realiter differt ab actu, sed habitus importat quandam habilitatem, quæ secũdum propriam rationem est aliquid imper- C fectum, & realiter differt ab actu, ad quem habilitat: vnde non est simile.

Ad tertiam. Ad tertiam dicendum est, quod possibile secũdum quod, opponitur necessario, est obiectũ potentiæ passiuæ, & potentiæ actiuæ, quæ non necessario, & naturaliter est principium actus, & effectus, qui per actũ producitur; potentia autem generatiua Dei non est passiua, & necessario, seu naturaliter, est principium quo generationis, & geniti; Pater enim naturaliter, & ex necessitate naturæ, non voluntate producit filium; vnde tali potentiæ respondet pro obiecto possibile, quod est necessarium, secundum quem modum possumus dicere, quod etiã filium generari, est possibile.

Ad quartam. Ad quartam dicendum, quod sicut filius non potest vere dici actus, seu factus, ita nec potentia generatiua debet dici actiua, vel D factiua, sed solum generatiua, sicut & filius dicitur generatus: vnde hic modus potentię est alius ab omnibus modis, quos ponit Philosophus, cui non fuerunt noti, nisi modi potentiarum actiuarum creatarum, sed secundum modum significandi, hic modus

reducitur ad modū potentiæ actiuę, & quia omne creatum agit cum motu, & trāsmutatione, vt probatur in lib. de Generatione; idcirco omnis potentia actiua creata est principium transmutandi in alio, secundum quod aliud, vt diffinit Philosophus, quæ potentia solum, vt prædictum est, fuit nota Philosophis propter quod non est mirum, si prædicta diffinitio potentiæ, non conuenit potentiæ generatiuæ diuinæ, quā Philosophus ignorauit; cum enim potentia dicatur ad actum, & ab eo denominetur, potentia quæ est principium transmutandi, est potentia transmutatiua; potentia autem, quæ est principiū generationis, quæ est sine motu geniti, debet dici potentia generatiua: vnde patet friuolum esse illud, quod quidā dicunt, volentes prædictum argumentum vitare .s. quod potētia actiua cōuenit Deo, quantum ad genus suum, quod est esse principium; non autem quantum ad speciem, quæ perficitur per hoc, quod additur transmutandi, &c. quia, vt probatum est, illa diffinitio non est potentiæ communiter dictę, sed solum potentiæ transmutatiuæ, seu potentiæ actiuæ creatæ, vel naturalis, quam solum cognouit Philosophus. Et præterea expresè contradicunt sibi ipsis; dicere enim, quod in aliquo sit vere albedo, & ꝙ in eo non sit nisi genus albedinis, est contradictio, quia verè albedo comprehendit genus, & differentiam: & similiter dicere, ꝙ in aliquo sit verè potentia, vt ipsi dicunt, & ꝙ in eo non sit nisi genus potentiæ, est contradictio.

Ad quintā. Ad quintam dicendum, quod sicut in Deo est verè existentia actualis, qua tamen essentia diuina formaliter existit solum secundum nostrum modum intelligendi, non secundum rem, cum sit idem realiter cum ea; sic & potentia generatiua est verè in Deo, quę est principium generationis non verè, sed solum secundum nostrum modum intelligendi, vt supra expositum est. Vel dicendum, quod potentia generatiua etiam secundum nominis Etymologiam dicitur non solum respectu generare, sed etiam respectu geniti, cuius est vere principium, & hoc sufficit ad saluandum esse in Deo verè potentiam generatiuam. Et hæc de primo principali.

PVNCTVM II.

Inquiritur quid significet talis potentia generatiua in Deo.

opinio quorundam. QVANTVM autem ad Secundum est sciendum, quod circa hoc, quod in quæstione quæritur, sunt duæ opiniones.

¶ Quidam enim dicunt, quod potentia generatiua non significat diuinam essentiam, vt talis essentia est, nec relationem, vt A relatio est, sed significat relationem diuinā, vt est proprietas. Modus autem positionis talis est. Dicunt enim, quod secundum Boetium, in Deo non sunt nisi tantum duo genera, scilicet substantia, & relatio, quantum ad proprias rationes generis, quæ sunt per se esse, & ad aliud esse, quamuis quantum ad modos significandi sint in ea multa alia genera, vt actio, &c. relatio autem potest dupliciter considerari, scilicet, vt relatio, & vt proprietas constitutiua Personæ. Si consideretur primo modo, sic sequitur secundum nostrum modum intelligendi, vt cōmuniter dicitur, actum notionalem, qui est generare, cum secūdum nostrum modum intelligendi super ipso fundetur, & multo magis consequatur potentiam generatiuā, quam potentiam secundum nostrum modum intelligendi, & ipse actus generandi B consequitur, sicut eius principium, vt expositum est; vnde relatio sic accepta non est potentia generatiua: alio modo potest accipi relatio Paternitatis, vt est proprietas constitutiua personæ Patris, vt hæc humanitas ipsius Sortis, & sic (vt dicunt) accepta est potentia generatiua Patris.

Quod quidem probant per quinque primas rationes factas in obijciendo. Quā etiā conclusionē Quidam alij consequenter volentes defendere, probant per tres alias rationes immediate positas post illas quinque in obijciendo, ad quas infra patebit responsio. Probatio

§

¶ Vnde ijs non obstantibus, quia non concludunt, vt infra patebit. Dicendum, quod potentia generatiua significat essentiā diuinam, sed connotat relationem dupliciter, s. vt est proprietas, & vt significatur C per modum actus. Sententia Auctoris.

¶ Quod quidē Quidā sic probant. Diuersorū suppositorū vnius speciei est vna essentia, sed differunt sm̄ esse: illud ergo pertinet ad essentiam, ꝙ est cōe diuersis suppositis, & illud pertinet ad esse, ꝙ distinguit inter ea, & hæc duo per multa declarāt, sed sicut supposita creata distinguuntur sm̄ esse, sic supposita diuina sm̄ relationes; illud ergo ꝙ ē cōe diuersis suppositis diuinis, pertinet ad essentiā: sed huiusmodi est potentia generatiua, cum sit principium conformitatis Filij ad Patrem. Ergo &c. Probatio secundū quorundam.

Sed hæc probatio est inconueniens ꝓpter tria. Primo, quia ambo, quæ supponit, sunt falsa; diuersorū.n. suppositorū vnius speciei, sicut est vna essentia nō singularis, vel realis, sed cōis, sic & est vnū esse cōe: & sicut est D diuersum esse reale, & singulare, sic & est diuersa essentia realis, & singularis. Et p̄terea. Potētiæ distinguuntur per actus, vt dicitur 2. de Anima: esse autem comparatur ad essentiā sm̄ eos, vt actus ad potentiam. Ergo falsum est, ꝙ in aliquibus sit diuersum esse, Prima improbatio rōnis prædictæ.

& vna essentia. Secunda etiam suppositio est falsa, quia hæc materia, & hæc forma pertinent ad essentiam Sortis, nec sunt alijs communia, esse etiam est inter omnia communissimum. Ergo non potest alia distinguere.

Secunda. Secundo, potest hæc probatio improbari quantum ad modum probationis, qui est incongruus; quia hæc ambo per multa declarãtur ad probãdum, quod illud, quod est commune tribus personis diuinis, pertinet ad essentiam; sed hæc frustra inducuntur ad hoc probandum, cum hoc ab omnibus in hac materia supponatur. Et præterea probare certum per falsa, vel saltem, per valde dubia, est inconueniens.

Tertia. Tertio. Potest hæc probatio improbari quantũ ad ipsam rõnem. Illi .n. qui sunt oppositæ opinionis, dicunt etiam, quod potentia generatiua est principium conformitatis filij ad patrem, & tamen non dicunt, quod potẽtia generatiua propter hoc significet aliquid commune patri, & filio, sed dicunt, quod significat proprietatem patris, secundum quam distinguitur pater à filio; vnde in tali probatione non videtur assumi minor sub maiore.

Aliorum probatio prima. ¶ Alij eandem conclusionem probant per duo. Primo, quia fundamentum relationis non potest esse relatio. Sed potentia generatiua est fundamentum relationis paternitatis, & vtrumq; probant. Ergo &c.

Secunda. Secundo, quia potentia generatiua est prior secundum rationem intelligendi, quã filius, & filiatio eius, & per consequens, quã paternitas, quæ simul cointelligitur cum filiatione. Sed posterius non est de ratione prioris. Ergo &c.

Improbatio. Sed istę rationes frustra inducuntur, nec secundum communem intentionem ponẽtium prædictam opinionem, cum ipsi expressè dicant, quod paternitas, non vt relatio, sed vt proprietas, est potentia generatiua, prædictæ autem rationes solum concludunt, quod paternitas, vt relatio, non est potentia generatiua.

Probatio secũdũ alios eiusdẽ conclusionis. Prima. Alij eandem conclusionem probant dupliciter. Primo, quia relatio non dicit perfectionem, alias cum non quælibet persona diuina habeat omnem relationem, non haberet omnem perfectionem. Sed potentia dicit perfectionem. Ergo &c.

Secunda. Secundo, quia quicquid perfectionis est in Deo, attribuendum est diuinæ essentiæ; generare autem pertinet ad perfectionem. Ergo attribuendum est diuinæ essentiæ, vt principio quo: sed in his dictis videtur implicari contradictio, quia cum in Deo quãtum ad proprias rationes, non sint nisi duo prædicamenta, generare quod non dicit essentiam, dicit relationem, & significat perfectionẽ, vt dicitur in secunda ratione. Ergo relatio dicit perfectionem, cuius contrariũ dicitur in prima ratione.

Tertia. A Et præterea. Si generare dicit perfectiõnẽ, vt ipse dicit, & non quælibet persona diuina habet generare. Ergo non quælibet persona diuina habet omnem perfectionem, vt ipse arguit de relatione.

Duo supposita statuũtur, & probantur. ¶ His ergo probationibus, tanquam insufficientibus dimissis, duo declaranda, & probanda sunt. Et primum est, quod potẽtia generatiua in Deo principaliter, & etiã totaliter significat diuinam essentiam. Secundum est, quod connotat, seu ex connotato importat, vel includit relationem significatam per modũ actus notionalis, qui est generare, & per modum proprietatis cõstitutiuæ personæ patris, non autem rẽlationẽ, vt relatio est. Primum istorum potest ad præsens probari per decem rationes.

Primũ supposĩtũ probatur multis rõnibus

Prima Rõ. Primo sic. Idem est principiũ quo essendi, vel existendi, & aliud producendi, vt etiã dicunt, qui sunt de opposita opinione; vt .n. B cõiter dicitur, eadem sunt principia essendi, & operandi, producere aũt aliud, quædam operatio est. Sed diuina essentia est rõ subsistendi personæ, proprietas autem non nisi vt est diuina essentia; sm̃ .n. quod cõiter dicitur, relatio vt relatio refertur, vt autẽ est proprietas distinguit, sed vt est diuina essentia, facit subsistere; subsistere .n. cum sit absolutum, sicut intelligere, & velle, &c. non cõpetit Personæ diuinæ, nisi ratione essentiæ, sicut ẽt intelligere, & velle, &c. Vnde persona diuina ꝙ subsistat, habet ab essentia, sed ꝙ distinguatur ab alia persona diuina, habet à relatione, vt est proprietas, quod autem referatur habet à relatione, vt est relatio. Ergo &c.

Secunda. Præterea secundo. In omni productione producens, & productũ cõueniũt in forma, cũ oẽ agens sm̃ ꝙ huiusmodi agat sibi simi- C le, & similitudo importet conuenientiam in forma; similitudo .n. vt cõiter dicitur, est diuersorum eadẽ forma, vel qualitas; non põt aũt dici, ꝙ conueniant in forma, quæ nõ est principium actionis, quia in tali forma aut non conueniunt, aut si conueniunt, hoc est per accidens, & secũdario, cum talis forma per accidens se habeat ad productionẽ; producens autem per se .i. per ipsã productionẽ, cõicat formã suã producto: producens ergo & productum conueniunt primo, & per se in forma, quæ est principium productionis; forma autẽ in qua cõicat in diuinis producens, & productum, est diuina essentia sola, sm̃ autẽ proprietates distinguuntur. Ergo essentia diuina, & non proprietas est principium quo vtriusq; productionis diuinæ, & per consequens est potentia generatiua, & spiratiua; hoc .n. importatur no- D mine potentiæ generatiuæ, & spiratiuæ, vt supra declaratum est.

Tertia. Præterea tertio. Omne agens (sm̃ ꝙ huiusmodi) agit sibi simile. Sed hæc reduplicatio sm̃ quod huiusmodi reduplicat principium quo actionis, quod per se habet ad actionem.

nem. Ergo illud est principium quo cuiuslibet productionis, secundum quod magis attenditur similitudo inter producens, & productum, hoc autem est magis illud, secundum quod conueniunt producens, & productum, quam illud secúdum quod ad inuicem distinguuntur, vt probabo. Ergo idem quod prius. Probatio minoris dupliciter. Primo, quia quanto est maior vnitas, tanto dicitur esse maior similitudo; non aút dicitur esse tanto maior similitudo, quanto est maior distinctio. Ergo principalior est de ratione similitudinis, vnitas quã distinctio, quamuis vtrúq; sit aliqualiter de eius ratione. Secundo, quia illud, quod est de ratione alicuius in recto, magis est de eius ratione, quam illud, quod est de ratione eius in obliquo. Sed vnitas est de ratione similitudinis in recto; distinctio autem in obliquo secundum enim Philosophum 5. Metaph. cap. de Ad aliquid, tam similitudo, quam æqualitas est quædam vnitas, quamuis disiunctorum. Ergo &c.

Quarta. Præterea quarto, in generatione vniuoca forma, quæ est principium quo generationis, & terminus, quamuis possit distingui numero, tamen oportet, quod sit idem specie. Sed hoc non potest dici de proprietatibus diuinarum Personarum, quæ distinguuntur & numero, & specie, cum sint proprietates oppositæ, vt patet de paternitate, & filiatione. Ergo relatio vt etiam est proprietas non potest poni principium quo generationis diuinæ.

Quinta. Præterea quinto, quanto principium quo productionis magis distat à termino, tanto productio est minus vniuoca, & magis analoga, vt facile patere posset per multa exempla; in vniuoca enim sunt idem saltem specie; in analoga autem sunt idem solo genere, vel analogia tantum: sed secundum rationes suas proprias plus distant paternitas, & filiatio in patre, & filio, quam duo calores in igne, & aqua, vel duæ humanitates patris, & filij, quæ differunt solo numero, vel per disparationem; prædicta autem distant per oppositum, siue accipiantur vt relationes, siue vt proprietates, quamuis forte ratione fundamenti, quod est diuina essentia, minus distent. Ergo &c.

Sexta. Præterea sexto, Patrem generare filium, est cum filio communicare diuinam essentiam: illud ergo est potentia generatiua in patre, ex quo habet pater, quod possit filio essentiam diuinam communicare, sicut illud est albedo, ex quo habet superficies, quod sit alba. Sed pater ex hoc, quod habet diuinam essentiam, est potens eam alteri communicare; nihil enim potest dare alteri, seu communicare quod non habet, & ex hoc quod habet potest illud communicare. Vnde & secundum Hilarium 8. de Trinitate, essentia diuina est donum, quod pater dat filio, quamuis pater non posset eam per generationem filio communicare A si haberet eam cú relatione, & proprietate opposita tali communicationi, vt cum filiatione, vel processione. Ergo essentia diuina, non vt est talis proprietas .s. paternitas, sed vt est cum tali proprietate, seu vt est in patre (ꝙ idem est) est potentia generatiua.

Septima. Præterea septimo. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod relatio, & essentia in Deo, cum dicant rationes omnino disparatas, quarum vna non includit alteram, non se habẽt sicut humanitas, & hęc humanitas, quæ dicunt rationes se includentes, sed potius se habẽt sicut humanitas, & illud à quo habet Sortes, quod sit hic, quicquid sit illud; relatio enim cum sit vt proprietas constitutiua, & distinctiua Personæ est illud vnde habet Persona diuina, quod sit hæc. Quo supposito arguitur sic. Principiũ quo cale- B factionis, quamuis possit dici esse singulare, vel hic calor, non tñ potest dici esse illud, à quo habet calor, quod sit hic, ꝙ est caloris materia, vel subiectum, idem aút est dictũ hic calor, & calor qui est in hoc subiecto, puta igne, & similiter est dicendum de alijs formis. Sed relatio vt proprietas, & essentia diuina sic se habent ad hanc personam, scilicet patris, sicut se habet forma, & illud vnde habet forma vt sit hæc ad hoc agens creatum in creaturis. Ergo principium quo generationis diuinæ non est paternitas, vt proprietas, à qua pater habet, vt sit hæc persona, & etiam essentia diuina, quod sit in hac persona, secundum nostrum modũ intelligendi, sed est principium diuina essentia, quæ est, vt in hac persona scilicet in patre.

Octaua. Præterea octauo. Omne absolutũ ex ge- C nere suo transit in diuinam substantiam. Sed potentia, quamuis sit relatiuum secundum dici, sicut scientia, voluntas, &c. tamen est absolutum, cum dicat rationem agendi, & patiendi, relatio aút, aut nihil pertinet ad actionem, & passionem, aut fundatur super actionem, & passionem, vel super rationem agendi, vel patiendi, vt patet 5. Metaphysices cap. de Ad aliquid; vnde impossibile est, quod solus respectus sit rõ agendi, & patiendi. Potentia ergo quæ verè ponitur esse in Deo, eius essentiam, & non relationem significat.

Nona. Pręterea nono. Sm̃ illos qui sunt de opposita opinione, duæ emanationes diuinæ distinguuntur, quia principium quo vnius est intellectus, & alterius est voluntas, sed neutrum potest dici esse relatio, vel proprietas, vel relatio, vt est proprietas, sed cum dicant D absolutum transeunt in diuinam substantiam, & secundum suas rationes, vt sunt in Deo significant diuinam essentiam. Ergo &c.

Decima. Præterea decimo, & vltimo, probatum est, quod principium quo generationis est

potentia generatiua, sed diuina essentia est principium quo generationis. Ergo &c. Probatio minoris. Dicit Damascenus in lib. 1. Fidei orth. c. 8. quod generatio est opus naturæ, non sicut generantis, sed sicut eius quo generans generat. & Hilarius dicit 2. de Trinitate. Non potuit natiuitas Dei eam, ex qua perfecta est, non tenere naturam, & Idem dicit in libro de Synodis. Naturam filio dedit ex impassibili, ac non nata substantia perfecta natiuitas; Augustinus etiam dicit in epist. ad Orosium, quod pater genuit filium natura; Magister etiam dicit 7. distinct. 1. Sentent. quod pater est potens generare filium natura. Patet ergo per has decem rationes, quod potentia generatiua in Deo significat propriè diuinam essentiam.

Secundum suppositū.

Secundū, quod debet declarari prædictorum duorum, est quod potentia generatiua connotat relationem, vt supra dictum est, dupliciter significatam .s. per modum proprietatis, & per modū actus notionalis, qui est generare. Ad cuius euidentiam duo intelligenda sunt, & primum est, quod differentia est inter significare, & connotare; connotare enim aliquid nō est propriè illud significare, sed ex modo significandi illud importare, seu includere ratione vnionis ad suum significatum, sicut album solam qualitatem, quæ est albedo significat, vt dicitur in Prædicamentis; abstractum enim, & concretum, vt communiter dicitur, idem significant, sed quia differunt in modo significādi; albedo enim significat simpliciter albedinem; album autem significat eā, vt est in subiecto; possumus dicere, quod album connotat subiectum, cui vnitur albedo. Secundo intelligendum est, quod cum potentia, tanquam relatiuū, sm̄ dici dicat ordinē ad actum, sicut scientia ad scire, voluntas ad velle, &c. vt puta alicuius actus principium, vel rō, sicut potentia naturalis creata actiua, q̄ est potentia trāsmutatiua, vt supra dictum est, est principium transmutandi aliud, vt dicitur 5. Metaph. t. 17. sic potentia generatiua diuina possumus dicere, ꝙ est principium generandi alium s. filium, alium à patre; generatio enim diuina non est secundum transmutationem, & genitus, non est aliud à generante.

Probatio

Quo supposito patet, quod sicut sapientia diuina significat diuinam essentiam, non simpliciter; sic enim importat ordinem solum ad esse, sed vt habet respectum ad scire, & scibile, & sic est etiam de voluntate, & de alijs; sic potentia generatiua significat diuinam essentiam non simpliciter, sed pro vt est habens ordinem, seu respectum principij ad generare, seu genitum; principium autem generationis, & geniti non est, nisi vt est in patre, & pater idem est, quod habens paternitatē. Ergo essentia diuina nō est potentia generatiua, nisi vt est cum paternitate, seu vt est secundum nostrum modum

A intelligendi vnita, vt ita dicam paternitati.

Patet ergo, quod potentia generatiua significat diuinam essentiam, sed ex modo significandi connotat relationem significatam per modum actus, vt generare, vtpotè ad quem habet potentia generatiua, secundum nostrum modum intelligendi ordinē, & respectum principij, & significatam, vt relationem personæ, vel proprietatem, vtpotè cui necessario est vnita, ita quod si deberet diffiniri, quid est potentia generatiua diuina, diceremus, quod est essentia diuina patris, vt est principium generationis filij. Nec intelligo per principium respectū principij, cum potentia non sit in genere relationis, sed illud, quod substernitur prædicto respectui; & hoc est, quod Quidam dicunt, quod potentia generatiua est essen-

B tia diuina, vt est natura secunda. Et hæc de Secundo principali.

PVNCTVM III.

Quomodo potentia generatiua includens rationem principij sit in filio, & quomodo non.

Resolutio puncti ex mente Auctoris.

QVANTVM autem ad Tertium principale est sciendum, quod potentia generatiua, quantum ad illud, quod significat, ꝙ est diuina essentia, est in filio, sed quantum ad illud, quod connotat, quod est paternitas, vel generare, non est in eo; vnde sicut eadem est essentia in patre, & in filio cum oppositis relationibus paternitatis, & filiationis: sic eadem potentia est

C in vtroque, sed in patre est cum paternitate, & generare; in filio autem cum filiatione, & generari, & sicut essentia patris est in filio, non tamen paternitas, sic & potentia generandi est in eo, non tamen generare.

Et hoc est, quod forte dicunt aliqui, ꝙ potentia generandi est in filio, secundum quod generandi est gerundium verbi passiui, quia est in eo potentia cum generari, & sm̄ quod est gerundium verbi impersonalis, quia in filio est illa potentia .s. diuina essentia, qua exercetur actus generationis, non autem secundum quod generandi est gerundium verbi actiui, quia non est in eo potentia cum generare; sic enim prædicta distinctio intellecta stare potest, aliàs videretur esse solum grammaticalis, & vocalis, & per consequens non perfectè satisfaceret

D intentioni quærentis, vtrum potentia generandi sit in filio, maximè quia si mutaretur modus loquendi, dicendo, vtrum in filio sit potentia generatiua, vel generās, vel aliquid huiusmodi, prædicta distinctio locum non haberet. Sed cōtra eā posset obijci dupliciter

Primo,

Instātia contra prædictā declarationem. Prima. Primo, quia si in filio est illa eadem potētia, quæ est in patre ad generare, sequitur quod vel filius possit generare, vel quod potētia eius sit impedita ne exeat in actum, quod est inconueniens.

Secunda. Secundo, quia si in filio est potentia generandi, quia potest generari, pari ratione in lapidibus est potētia videndi, quia potest videri, & in creatura est potentia creandi, quia potest creari.

Ad primam. Ad primam harum dicendum est, quod quamuis in filio sit illud, quod est potentia generandi .s. essentia diuina, seu sit potentia generandi quātum ad illud, quod significat, non tamen est in eo cum ordine, seu respectu ad generare, propter quod nec generare potest alium filium. Nec dicendum est, quod potentia generatiua sit in eo impedita, sed quod in eo, illud quod est potentia generandi, est cum respectu opposito ad generare, s. cum filiatione: propter quod generare non potest. Vnde sicut si curuitas separaretur à naso, esset talis curuitas illud, quod est essentia simitatis, quia nasus est extra eius essentiam; non tamen vera simitas propter carentiam nasi, qui est de eius ratione in obliquo, & ex cōnotato. Et sicut si Deus faceret quantitatem fluentem sine subiecto, vt in Sacramento altaris, talis quātitas esset illud, quod est essentia motus, seu esset motus, quantum ad illud, quod motus essentialiter significat, non tamen esset motus secundum perfectam rationem, propter carentiam subiecti, quod connotat, vt alibi declaratum est: sic in proposito possumus dicere, quod in filio est illud, quod est potentia generatiua, seu illud, quod potentia generatiua significat, quia tamen non est in eo illud, quod connotat, scilicet generare, & paternitas, sed eius oppositum; idcirco nec generare potest; nec est dicendum, quod in eo sua potentia sit impedita.

Ad secundā respōsio quorundam. Ad secundam dicunt Quidam, quod lapis non videtur, vel videri potest, nisi per potentiam, & actum, qui est in aliquo, & similiter creatura creatur per potentiam solius creantis, non per aliquam potentiam passiuam, quæ sit in lapide, vel creatura; idcirco non dicitur in lapidibus, vel creatura esse potentia videndi, vel creandi.

Impugnatio prima huius responsionis. Sed hoc nihil est, quia saltē in ligno diceretur esse potentia secandi, cum in eo sit mollities, quæ est in eo habilitas, qua secari potest, quod tamen non dicitur. Et in audiente discipulo diceretur esse potentia docendi, quia in eo est habilitas, qua docetur. Et in aere obscuro potentia illuminandi, quia in eo est diaphaneitas, qua illuminatur.

Secunda. Præterea, quamuis propriè dicatur in patre esse potentia, qua generat, quia hoc sonat perfectionem, non tamē videtur multum propriè dictum, quod in filio est potētia, qua generatur, cum hoc sonet imperfectionem, nisi potentia importet solum non A repugnantiam terminorum.

Tertia. Et præterea tertio, in creatura, vt communiter dicitur, est potentia obedientialis, vt creetur, quamuis talis potentia non præextiterit ante creationem, propter quod dicitur, quod antequam creatura crearetur, poterat creari per solam potentiam creantis .s. præexistentem creationi.

Respōsio Auctoris. Et ideo hac via dimissa, dicendum est, quod in filio dicitur esse potentia generādi, quia .s. illud, quod est in patre potentia generandi .s. essentia diuina est in filio, quāuis in patre sit cum generare, in filio autem cum generari; vel quia potentia generandi est in filio quantum ad significatum, non autem quantum ad connotatum, quod in idem redit, vt supra expositum est: & hoc non potest dici de potentia videndi, vel creādi respectu lapidis, vel creaturæ. Et hæc de B tertio principali, & de toto,

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD primum ergo factum in oppositum dicendum, quod illud vnde præcisè habet Sortes, quod sit hic homo, non est materia, vel quantitas, vel esse, vel respectus ad Deum vt ad efficiens (secundū illos, qui sunt oppositæ opinionis in hac quæstione) vel quicquid sit illud; vel singularitas ipsa nō est principium propriæ operationis Sortis: sed hæc humanitas à qua habet Sortes, quod sit homo, & quod sit hic, & non solū illud à quo habet præcisè, quod sit hic, est principium propriæ eius operationis. Idem autem est dictum hæc humanitas, & humanitas, vt est singularitas, seu vnita (vt ita dicam) singularitati. Et similiter in propo- C sito proprietas patris à qua habet, quod sit hæc persona, non est principium propriæ operationis eius, quæ est generare, sed natura diuina, vt est vnita tali proprietati, seu vt est in patre.

AD II. Ad secundum dicendum, quod terminus generationis humanæ, non est illud, vnde humana natura habet quod sit hæc, sed humana natura, vt est in hoc singulari Et similiter terminus diuinæ generationis non est proprietas filij, à qua habet filius, quod sit hęc persona, sed est terminus natura diuina, vt est in filio, seu vt est vnita proprietati filij. Et similiter principium generationis non est proprietas patris, sed essentia diuina, vt est in patre.

AD III. Ad tertium dicendū, quod producens Sortē non est tantum hic, sed est homo hic, idest. homo singularis, seu habens singularitatē: D & similiter principium quo productionis talis, non est illud vnde habet humana natura, quod sit hæc, sed humana natura, vt est vnita singularitati. Et similiter principium generationis diuinæ, est essentia diuina, vt est cum proprietate patris, seu vt est

est in patre, non proprietas patris.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod principiũ actus proprij Sortis non est illud, vnde Sortes habet, quod sit hic, sed humana natura, vt est cum Sortis indiuiduatione, seu cum eo à quo habet indiuiduationem, siue illud differat ab humana natura re, siue ratione. & similiter principium actus proprij patris, qui est generare, non est paternitas, sed essentia diuina vt est in patre, seu cum paternitate, & hæ quatuor responsiones ad hæc prima quatuor argumenta patent, per septimam rationem adductam ad principale.

AD V. Ad quintum dicendum, quod sicut patet ex tertia ratione adducta ad principale; quamuis similitudo vtrumq; includat, .s. distinctionem, & vnitatem: tamen principaliter includit vnitatem, & ex consequenti connotat distinctionem, sicut simitas nasum .s. ratione subiecti, sicut enim simitas est curuitas, non tamen nisi nasi; sic similitudo est eadem qualitas, non tamen nisi distinctorum. Ratio autem quæ probat contrarium, nihil cõcludit, sicut enim nihil est simile sibi ipsi, sic omnino distincta, & diuersa non sunt similia. Vnde per similem rationem posset concludi propositum, sicut concluditur oppositum: ad rationem enim similitudinis non sufficit vnitas sine distinctione, nec è conuerso. Et si dicatur, quod distinctio sit formale in similitudine, quia sine ea non sufficit vnitas: ita è conuerso sequitur, quod vnitas sit formale, quia sine ea non sufficit distinctio; vnde ratio ita concludit propositum, sicut oppositum, & per consequens interimit seipsam.

AD VI. Ad sextum dicendum, quod potentia non oportet, quod per se sit in genere actus, aliàs substantia esset in genere accidentis, & quantitas in genere qualitatis, & potentia actiua, & passiua naturalis, quæ est in secũda specie qualitatis, esset in genere actionis, & passionis: sed sufficit, quod sit in genere per reductionem, vel sicut aliquid imperfectum reducitur ad genus perfecti, quantũ ad potentiam passiuam; vel sicut principiũ generis reducitur ad genus, vt punctum reducitur ad genus quantitatis, quantum ad potentiam actiuam; & per hunc modum large posset dici, quod potentia generatiua, & generare sint in eodem genere.

AD VII. Ad septimum dicendum, quod sicut supra expositum est, essentia diuina est potẽtia generatiua non simpliciter, sed pro vt est principium diuinæ generationis, seu pro vt est natura fæcunda; vnde diuina essentia est potentia generatiua, vt habet ordinem ad actum generandi, non quia sit ipsa relatio ordinis, sed quia est fundamẽtum huius relationis.

AD VIII. Ad octauum dicendum, quod potentia generatiua dicitur notionaliter, non quia dicat ipsam notionem principij, quæ est relatio, & proprietas patris .s. ipsa paternitas, A sed quia est fundamentum prædictæ notionis, vt supra dictum est, & talis non est relatio, seu proprietas, sed aliquid absolutum, vt tamen est cum tali notione.

AD IX. Ad nonum dicendum, quod illud, quod est potentia generatiua, seu potentiam generatiuam (quantum ad suum significatũ, quod idem est) quam habet pater, habet & filius; sed potentiam generatiuam quantum ad suam perfectam rationem, idest quantũ ad significatum, & connotatum, quod est relatio paternitatis, habet pater, & nõ filius, vt supra declaratum est.

AD X. Ad decimum dicendum, quod sicut generare est actus solius patris, sic & potentia generatiua est etiam solius patris, quantum ad perfectam suam rationem, quãuis illud, quod est potentia generatiua, seu significatum potentiæ generatiuæ, sit etiam in filio B non solum in patre, idest essentia diuina.

AD XI. Ad vndecimũ dicendum, ꝙ potentia generatiua est essentia diuina, non simpliciter, sed vt est in patre tantũ, à quo patre est alius filius, vnde verè dicere possumus, ꝙ potẽtia generatiua est principium generandi aliũ, s. filium, qui est alius à patre, quamuis non ab essentia diuina, in quo patre existens, essentia diuina est potentia generatiua.

AD XII. Ad duodecimũ dicendũ, ꝙ principiũ generationis in diuinis distinguitur à genito .s. pater à filio, sicut & in omnibus alijs: sed principium quo generans generat est idem in generante, & genito, saltẽ specie in omni generatione vniuoca. Et quanto est magis vnitas talis principij, tãto magis generatio ẽ vniuoca, vt superius declaratũ est. Vnde cũ generatio diuina sit maximè vniuoca, oportet ꝙ sit maximè vnitas talis principij, idest C nõ solũ in specie, sed ẽt in numero: maximè quia in diuinis nihil põt esse idẽ specie, & diuersum numero; tale aũt principium est potentia generatiua .s. quo generãs generat; vnde potentia generatiua est essentia diuina.

AD XIII. Ad tertiumdecimum dicendum, ꝙ quãuis illud quod est potentia generatiua, seu significatum potentiæ generatiuæ sit commune; tamen potentia generatiua quantum ad perfectam suam rationem .s. quantũ ad significatum, & connotatum, ꝙ est paternitatis relatio, est propria patris, vt superius declaratum est.

AD XIV. Ad vltimum dicendum, quod illud secundum quod, pater est potens generare, est essentia diuina non simpliciter, sed secundũ quod est, cum relatione paternitatis in patre; vnde non est dicendum quod persona patris est potens generare, secundum quod D Deus simpliciter, vel secundum quod pater; sed dicendum est, quod est potens generare secundum quod est Deus pater; sicut & potentia generatiua vtrumque includit, quamuis vnum ex significato .s. essentiam, & aliud ex connotato .s. relationem.

QVÆ-

QVAESTIO XXX.

Vtrum distinctio realis diuinarum emanationum sit accipienda penes principia, vel penes aliquid aliud.

Pro Parte Affirmatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod diuinæ emanationes distinguantur penes principia. Quia emanationes verbi, & amoris distinguũtur penes principia, quæ sunt intellectus, & voluntas. Sed communiter dicitur, quod Filius procedit à Patre, vt Verbum, Spiritus autem sanctus procedit ab vtroq;, vt Amor. Ergo &c. A

II. PRÆT. Communiter dicitur, quod similitudo Trinitatis est in creaturis irrationalibus per modum vestigij, in creatura autem intellectuali per modũ imaginis. In creatura autem intellectuali inueniũtur duę emanationes ad intra, secundum duos actus manentes in agente .s. intelligere, & velle, quæ emanationes distinguũtur penes principia, quæ sunt intellectus, & voluntas. Ergo &c. B

III. PRÆT. Actiones distinguuntur penes principia; differt enim calefactio ab infrigidatione, quia principium vnius est calor, alterius est frigus. Sed emanationes diuinę videntur esse quædam actiones, vel saltem per modum actionis significatæ, vt generare, & spirare. Ergo videntur distingui penes principia, quæ sunt potentia generatiua, & spiratiua.

IV. PRÆT. Videtur, quod distinguantur seipsis, quia simplicia seipsis distinguũtur, vt dicitur in Metaphysicis. Sed emanationes diuinæ sunt quædam simplicissima. Ergo &c. C

Pro parte Opposita.

SED CONTRA. Videtur, quod nullo modo distinguantur, quia vna natura perfecta vnico modo cõmunicatur. Sed natura diuina est maximè vna, & perfectissima. Ergo &c.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. In hac quæstione sicut apparet, supponitur distinctio realis diuinarum emanationũ; & quæritur vnde sit accipienda. Vnde ad euidentiam huius quæstionis tria facienda sunt. Primo, quod in Deo est verè emanatio. Secundo, quod in eo est realis distinctio emanationũ, seu plures emanationes realiter distinctæ, quæ duo in quæstione supponuntur. Tertio, inquirendum est vnde sit accipienda hæc realis distinctio, quod principaliter in quęstione quæritur.

PVNCTVM I.

Quod in Deo sit vere emanatio.

QVANTVM ad Primum tria intelligenda sunt. Et primum est, quod in Deo est verè emanatio, supposito, quod in Deo sint verè tres Personæ .s. Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, quod supponitur in tota hac quæstione; nec demonstratiuè à nobis probari potest, sicut nec alia, quæ sunt purè fidei, vt alibi probatum est. Eius autem, quod dictum est ratio est, quia emanatio, seu origo, vel processio (quod idem est, quantum ad pręsens) nihil aliud significat, quàm esse vnum ab alio, sicut à principo. Sed hoc est in diuinis, de ratione enim Filij est quod sit verè à Patre, vt à principio. Ergo &c. Primum notandum.

¶ Secundo, intelligendum est, ꝙ emanatio vt Deo attribuitur, est idem non solum re, sed etiam ratione cum relatione, quod quidẽ potest probari dupliciter. Primo, ratione dicente quia: secundum enim Boetium de Trinitate, & etiam communiter dicitur de omnibus prædicamentis, solum duo quantum ad proprias rationes manent in diuinis .s. substantia, & relatio; quæ rationes sunt esse per se, & esse ad aliud; sic quod omnia cõmunia tribus Personis transeunt in diuinam substantiam, propria autem in relationes. Vnde dicit D August. 5. de Trin. c. 5. & 6. omne quod de Deo dicitur, aut dicitur secundum substantiam .s. si sit commune, aut secundum relationem .s. si sit proprium. Sed generare, & gi- Secundũ notandum.

& gigni, & procedere, quæ sunt nomina emanationum, sunt propria Personarum. A Ergo &c. Secundo, hoc patet ratione dicente propter quid; quia omne nomen, quod cõuenit creaturæ, & Deo attribuitur, attribuendum ei est quãtum ad illud, quod in eo est perfectionis, remota omni imperfectione, vt scientia quantum ad certam cognitionem, non in quantum accidens, vel qualitas, vel habitus. Sed in emanatione quacunq; vnius creaturæ ab alia (præter esse eius, quod emanat, quod fundamentaliter se habet ad ipsam emanationem, & habitudines principij, & eius quod est à principio) nihil aliud esse videtur, quàm quædã mutatio propter inceptionem, & nouitatẽ essendi eius quod emanat, & actio quædam & passio, quæ sunt idem realiter, quod motus, vel mutatio, vt patet 3. Physic. tex. 19. hæc autem important imperfectionem, .s. mutari, seu incipere esse, seu habere nouũ esse, & pati, vt de se patet, & per consequẽs agere propriè acceptum, quod non est sine pati, saluatur in alio. Ergo ijs subtractis, de ratione emanationis non remanent in Deo nisi habitudines prædictæ, sic quod emanatio actiuè significata importat relationem principij; passiue autem relationem eius quod est à principio, vnde Magister dicit 26. disũct. 1. Sentent. quod generatio, & natiuitas alijs nominibus dicuntur Paternitas, & Filiatio.

Tertiũ notãdum. ¶ Tertio. Intelligendum est, quod quãuis emanatio in Deo, quantum ad rem, & rationem sit idem quod relatio, tamen quãtum ad modum significandi ipsius vocabuli differunt. Cuius ratio est, quod modus significandi necessario consequitur modũ intelligendi, cum nomina significent ipsos conceptus intellectus, Deum autem non possumus intelligere nisi ex creaturis. In creaturis aũt aliud est emanatio, quæ est cũ actione quadam, & passione, & mutatione: & relatio, quæ ipsam emanationem consequitur. Igitur in Deo saltem differũt quantum ad modum significandi nominũ; emanatio siquidẽ significatur, vt actio, vel passio, quantum ad sonum nominis, quamuis in Deo non sit actio, & passio verè, vt dictum est. Aliud autem est significare per modum actionis, & passionis, & aliud per modum relationis: sicut ergo, vt communiter dicitur, creatio passiuè significata non importat aliquam veram mutationem, vel passionem, sed solum esse creaturæ fundamentaliter cum nouitate essendi, & respectu ad Deum, vt ad principium; & similiter creatio actiuè sumpta, solum importat essentiã diuinam cum respectu secundum rationem existentẽ in Deo, correspondente prædicto reali respectu creaturæ ad Deum, & tamen quantum ad modum significandi differt à relationibus pdictis: sic multo magis emanatio diuinæ personæ etiam secundum rationem significat solum relationem; & tamẽ differt quantum ad modum significandi ab ipsa; diuina enim emanatio magis est remota ab omni mutatione, quam creatio, nec est cum aliqua nouitate essendi. Nec est inconueniens dicere, quod aliqua sint idem secundum rem, & rationem, & differunt solum secundum modum significandi, quia etiam communiter dicitur, quod album, & albedo sunt idem, quantum ad significata, & per consequens quantum ad rationem significatam per nomen, & differunt solum quantum ad modum significandi. Et hæc de primo principali.

PVNCTVM II.

In Deo sunt emanationes realiter distinctæ.

B QVANTVM autem ad Secundum, quod in Deo sint emanationes realiter distinctæ, potest ad præsens probari tripliciter.

Probatio Prima. Primo, quia, vt dictum est, emanatio passiuè significata est idem re, & ratione, quod relatio eius, quod emanat. Sed huiusmodi relationes sunt plures, s. Filiatio, & Processio, sicut & sunt plures personæ emanantes, s. Filius, & Spiritus sanctus. Ergo &c.

Secunda. Secundo, quia, cum emanatio secundum modum significandi intelligatur, vt tendentia quædã ad aliud, quod emanat, vt ad terminum, impossibile est, quod per vnam emanationem emanẽt duo emanantes, sicut & impossibile est, quod vna mutatio tendat ad duos terminos. Sed in diuinis sunt duo emanantes, quod in tota hac quæstione C supponitur, .s. Filius, & Spiritus sanctus. Ergo &c.

Tertia. Tertio, quia impossibile est, quod vna, & eadem emanatio sit verè generatio, & nõ generatio, cum generatio sit nomẽ emanationis, sicut impossibile est, ꝙ idẽ animal numero sit homo, & non homo. Sed in diuinis est verè generatio aliqua emanatio, sicut & aliqua persona emanans est verè Filius, & aliqua emanatio est ibi, quæ verè nõ est generatio, sicut & est ibi persona emanãs, quę verè non est genita, vel Filius; secundũ illud Athanasij in Symbolo [Spiritus sanctus à Patre, & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.] Ergo &c. Et hæc de secundo principali.

PVNCTVM III.

D *Vnde accipiatur hæc realis distinctio emanationum.*

QVANTVM autem ad Tertium sciendum est, quod circa hanc quæstionem

stionem sunt multæ opiniones.

Prima opinio.

¶ Quidam enim dicunt, quod emanationes diuinæ distinguuntur se ipsis; cuius ratio est secundum eos. Quia prima aliqua distinguentia distinguuntur se ipsis, & dicuntur diuersa, & non differentia, vt Philos. docet 5. & 10. Metaphysices. Sed huiusmodi sunt emanationes respectu personarum, distinguuntur enim, vt dicunt, primo Pater, & Filius, quia hic generans, hic autem genitus: propter quod etiam, vt dicunt, distinguuntur quasi secundario, quia hic Pater, hic Filius, cum relationes tales fundentur super actione, & passione; & in Deo secundum nostrum modum intelligendi fundantur super generare, & gigni. Ergo &c.

Fundamentum huius opinionis.

Impugnatio opinionis quãtum ad eius fundamentum Primo.

Sed hæc opinio stare non potest nec in fundaméto suo, quod scilicet personæ principaliter distinguantur secundum emanationes; nec in se.

Primum patet tripliciter. Primo, quia impossibile est intelligere aliqua distincta, nisi vel se ipsis, vel per aliquid intrinsecum vtrique. Sed secundum modum significãdi, relatio significat aliquid intrinsecum personæ, non autem emanatio, sed magis significatur vt aliquid progrediens ab aliquo, vel tendentia quædam ad aliquid. Ergo prima distinguentia personas diuinas nõ sunt emanationes, sed magis relationes.

Secundo.

Secundo, quia sicut in creaturis idem est constitutiuum, & distinctiuum, vt Philos. docit de differentijs specificis, sicut & per idem est aliquid ens in se, & ab alijs distinctum; sic multo magis in diuinis personis, in quibus distinguentia, non solum sunt cõstituentia, sed etiam ipsæ personæ constitutæ. Sed emanatio secundum modum significandi non potest habere rationem constituentis personam; actiuè enim significata intelligitur, vt progrediens à persona subsistente iam constituta, passiuè autem, vt tendentia quædam, & via ad personam, & nondum vt eam constituens; secus autem est de relationibus, maximè si accipiantur vt proprietates. Ergo &c.

Tertio.

Tertio, quia id, quod præsupponit suppositum distinctum, & eius distinctiuum non potest habere rationem primi distinguentis. Sed huiusmodi est emanatio maximè actiuè significata; vt enim communiter dicitur, Paternitas, vt proprietas constitutiua, & distinctiua personæ Patris præsupponitur ipsi generare, quamuis vt relatio sequatur: actus .n. sunt suppositorũ, vt dicitur 1. Metaph. c. 2. Ergo paternitas, & non generare primo distinguunt personam Patris, & pari ratione filiatio, & non gigni personam Filij; suppositorum enim eiusdem naturæ eadem est ratio distinctionis. Et per hoc patet ad illud, per quod probabatur, ꝙ non relatio, sed emanatio distinguit; relatio enim diuina, quæ est paternitas, quamuis

A vt relatio supponat generare; tamen, vt proprietas supponitur ei secundum nostrum modum intelligendi.

Prędicta etiam Positio non potest stare in se propter tria. Primo, quia hic est quæstio non de distinctione reali diuinarum personarum, vel relationum, sed emanationum. Emanationes autem differunt à relationibus secundum solum modum significandi, vt supra dictum est, quia .s. significantur, vt quædam actiones, vel passiones. Loquimur ergo hic de distinctione diuinarum emanationum, vt secundum sonum vocis sic significantur. Sed nullæ actiones, & passiones se ipsis distinguuntur; sed cum sint idem, quod motus, vel mutatio, vt patet 3. Physicorum tex. 19. distinguuntur secundum terminos, sicut & motus, vt patet 5. Physicorum. Ergo &c.

Impugnatur opinio eadẽ in se. Primo.

Secundo, quia ab eodem aliquid specificatur, & ab alio specie distinguitur; & similiter, ab eodem aliquid indiuiduatur, & ab alio numeraliter distinguitur, cum ens, & vnum conuertantur, & vnum hoc importat, scilicet, esse in se indistinctum, & ab alijs distinctum. Sed actiones, & passiones specificantur, & indiuiduantur per terminos ad quos, & non per se ipsas; propter ꝙ diuersæ specie dicuntur, quæ sunt ad diuersos terminos specie, vt calefactio, & infrigidatio, & diuersæ genere, quæ sunt ad diuersos genere, vt alteratio, & generatio, vel calefactio, & illuminatio, & similiter est in diuersis numero. Ergo &c.

Secundo.

B

Tertio, quia, vt dicitur 2. de Anima. Potentiæ distinguuntur per actus, & actus per obiecta. Sed emanationes significantur modo actuum, vnde à Doctoribus actus notionales dicuntur. Ergo non se ipsis distinguuntur, sed per sua obiecta, quæ sunt genitus, & spiratus.

Tertio.

C

§

¶ Secunda opinio est, quod emanationes diuinæ distinguuntur secundum principia, quæ sunt potentia generatiua, & spiratiua.

Secũda opinio.

¶ Sed nec hæc opinio stare potest propter tria. Primo, quia vt dicitur 2. de Anima, & modo allegatum est, potentiæ distinguũtur per actus, &c. & non è conuerso; alias idem esset respectu eiusdem distinctum, & distinctiuum, & ratio dicti est, quia potentia de se importat habitudinem ad actum, seu illud, quo est habitudo ad actum.

Impugnatio dictæ opinionis. Primo.

Secundo, quia probatũ est in nostra alia quæstione ꝙ potentia generatiua, & spiratiua est ipsa essentia diuina quãtum ad significatum, non solum principale, sed etiam totum, quamuis cõnotet relationem: essentia autem vna est. Ergo impossibile est, ꝙ penes eam accipiatur realis distinctio diuinarum emanationũ. Nec potest dici, quod distinguantur penes connotata, quæ sunt paternitas, & communis spiratio; quia cum

Secundo.

D

 hæc

hæc distinguantur in Patre solum secudum rationem (nulla enim distinctio realis est in Deo, nisi personarum) impossibile est, quod penes ea solum accipiatur realis distinctio emanationum.

Tertiò. Tertio, quia, aut est eadem potentia realiter generatiua, spiratiua, & creatiua, aut alia. Non potest dici, quod alia; tum quia sequeretur, quod in Patre, in quo sunt omnes prædictæ tres potentiæ, essent aliqua distincta realiter; & per consequens esset compositus: tum quia sequeretur, quod in diuinis esset alia distinctio realis, quam personarum, quod est contra illud Damasceni, Omnia in diuinis sunt vnum, præter ingenerationem generationem, & processionem; tum quia tunc in Filio non esset potentia generandi, & per consequens non esset omnipotens; si qua enim distinctio realis esset inter prædictas potentias, maxime esset quantum ad supposita, sic quod aliqua potentia non esset in supposito, in quo esset alia. Vna ergo est realiter potentia generatiua, & spiratiua. Sed penes idem realiter non potest accipi distinctio realis aliquorum. Ergo &c.

lib. 1. Fide orth. c. 11.

Tertię opinionis Primũ dictum. ¶ Tertia opinio est. Quod emanationes diuinæ distinguuntur penes principia, quæ sunt intellectus, & voluntas, sic, quod intellectus, secundum istos, est principium emanationis Filij, voluntas autem emanationis Spiritus sancti. Et quia intellectus est principium actus intelligendi, & voluntas actus amandi, dicunt, quod istæ emanationes distinguuntur secundum distinctionem actuum prædictorum, qui distinguuntur quantum ad duo, vt ijdem dicunt alibi. Primo, quia Verbum procedit per impressionem in intellectu possibili; Amor autem per expressionem à voluntate, actus enim intellectus perficitur per hoc, quod res intellecta est in intellectu, actus autem voluntatis per hoc, quod voluntas per amorem tendit in rem amatam, sicut & flamma fit per expressionem, & exsufflationem quandã à carbone, & sic differunt hæ duæ emanationes; in cuius signum Christus insufflauit in discipulos suos, quando dedit eis Spiritum sanctum. Differunt etiam secundo, quia illud, quod procedit per actum voluntatis à voluntate, vt amor, procedit libere sine necessitate actum præueniente; non sic autem est de eo, quod procedit ab intellectu per actum intellectus, vt Verbũ; & similiter dicunt de emanationibus Filij, & Spiritus sancti.

Aliud dictũ

Vltimũ dictũ eiusdẽ opinionis.

Impugnatur primũ dictum multipliciter. ¶ Sed hæc opinio improbari potest quãtum ad multa, quæ dicit. Et primo quantum ad primum, quod dicit, s. quod emanationes diuinæ distinguuntur penes principia, quæ sunt intellectus, & voluntas; & hoc multipliciter.

A

Primò. Primo sic, Terminus, & principium in omni productione debent sibi correspõdere secundum similitudinem, cum omne agens secundum quod huiusmodi agat sibi simile, quæ reduplicatio secundum quod huiusmodi reduplicat illud, quod per se, se habet ad actionem, idest, quod est principium quo actionis, & in productione vnica cuiusmodi est productio diuina, oportet, quod principium quo, & terminus assimilentur saltem specie, sicut producens, & productum; sed terminus vtriusque productionis est essentia diuina, vt habens omnes diuinas perfectiones, scilicet, intellectum, voluntatem, &c. sic, quod Filio non magis, vel per prius communicatur intellectus, quam voluntas; nec etiam magis, vel per prius communicatur intellectus, quam Spiritui sancto, nec Spiritui sancto voluntas, magis, vel per prius, quam Filio. Ergo essentia diuina est principium quo vtriusque emanationis, vt est habens omnes diuinas perfectiones, & non magis intellectus, quam voluntas, vel è conuerso.

B

Secundò. Præterea secundo. Secundum emanationes, vt communiter dicitur, distinguuntur diuinæ personæ saltem secundario, vtpotè, quod vna est generans, alia genita, alia spirata: penes ergo illa non debet accipi distinctio emanationum, quæ sunt communia omnibus personis, & æquè principaliter omnibus conueniunt. Sed huiusmodi sunt intellectus, & voluntas, & intelligere, & velle. Ergo &c.

Tertiò. Præterea tertio. Aut productio Filij est vniuoca, aut non. Si non; ergo persona Filij nec esset Deus, nec Filius. Si sic; ergo natura, in qua communicant Pater, & Filius est principium emanationis Filij, & nõ solum intellectus, cum æquè principaliter, & per se Pater, & Filius communicent in essentia, & in alijs perfectionibus, sicut in intellectu.

C

Quartò. Præterea quarto. Isti idem dicunt alibi, quod principium emanationis diuinæ est essentia diuina, vt proprietas. Sed intellectus, & voluntas non sunt proprietates, sed absoluta communia. Ergo &c.

Quintò. Præterea quinto. Intellectus, & voluntas differunt solum ratione. Ergo & emanationes differunt solum ratione, si non differunt nisi solum penes prædicta principia.

Cõfirmatio. Et confirmatur ratio; quia quamuis possit esse maior distinctio principiatorum, quam principiorum, vt patet de arca, & filio ab eodem homine productis; tamen hoc est, quia filius, & arca distinguuntur aliter quàm penes principia, scilicet, penes subiecta; vel penes proprias naturas. Sed vbi tota distinctio aliquorum est penes principia, cum effectus, seu principiatum

D

non

non possit excedere suam causam, impossibile est, quod talia distinguantur re, & principia distinguantur sola ratione, si tota causa, & ratio distinctionis principiatorum est distinctio principiorum.

Impugnatio quãtum ad aliud dictum. Prima.

¶ Secundo. Potest prædicta opinio improbari quantum ad illud, quod dicit de expressione, & impressione.

Quia aut per expressionem, & impressionem intelligitur educi de potentia alicuius, & induci ab extra; aut intelligitur per exprimi præexistere in actu, vt aqua exprimitur de madefacto: & per imprimi nõ sic præexistere; aut intelligitur per expressionem, & impressionem esse ex aliquo effectiuè, & recipi in aliquo subiectiuè; & qualitercunque intelligatur, non magis actus intellectus, vel verbum imprimitur intellectui, quam amor voluntati; vel è conuerso amor exprimitur à voluntate quam verbum, vel actus intellectus ab intellectu, cum vtrumq; non præextiterit actu, & præextiterit in potentia, & sit ab aliquo effectiuè, seu elicitiuè. Dicitur tamen, quod intellectus perficitur per hoc, quod res intellecta est in intellectu; voluntas autem per hoc, quod volens tendit in volitum; nam sicut per actum intellectus res intellecta est in intellectu non realiter, sed intentionaliter; sic etiam per actum voluntatis res volita est tentionaliter in voluntate, & sicut per actum voluntatis voluntas fertur in volitum obiectiuè, sic & intellectus in obiectum suum. Sed quia intellectui sufficit secundum quod huiusmodi habere rem, vt intellectam; amor autem cum sit quædam inclinatio, & tendentia amantis in amatum; secundum illud Aug. in lib. 13. Confessionum cap. 11. [Amor meus pondus meum, eo feror, quocunq; feror,] non sufficit amanti habere rem vt amatam, sed per amorem vlterius inclinatur ad habendam ipsam realiter; sicut lapis per grauitatem inclinatur ad habendum locum deorsum, & quia species intelligibilis, vel actus intelligendi secundum alios est similitudo rei intellectæ; simile autem dicitur esse in suo simili, amor autem non est similitudo rei amatæ.

Secunda.

Præterea. Ipsa distinctio est incongrua, quam facit, quod scilicet aliquid fit per modum impressionis, aliquid autem per modum expressionis, cum omne quod fit naturaliter, fit ex aliquo agente, & educatur de potentia subiecti sui, & non præextiterit actu in subiecto. Et quod dicit, quod flamma ignis fit per expressionem, nihil est dictum; flamma enim ignis non exprimitur de carbone, vt dicunt, & imaginantur, sed ipsi fumo resoluto ex carbone flãma ignis imprimitur. Et similiter quod dicit de corpore rotundo interius, & exterius, quod figura circularis exterior exprimitur, interior autem imprimitur nihil est dictum, quia quamuis vna figura sit extra, & alia intra quantum ad situm; tamen vtraque est intra subiectiuè, & ab extra effectiuè, & ex aequo. Vnde æquiuocatio est dicere intra, & extra.

A

Tertia.

Præterea. Essentia diuina, & relatio sunt idem secundum rem, & differunt secundum rationem, non magis, vel minus in Filio, quam in Spiritu sancto, vel è conuerso. Ergo inconuenienter dicitur magis vna emanatio esse per modum impressionis, vel expressionis quam alia, vel è cõuerso.

Impugnatio quantũ ad vltimum dictum.

¶ Demum potest hæc opinio improbari quantum ad hoc, quod dicit de libertate, & necessitate; in neutra enim emanatione diuina est necessitas coactionis, vel finis; in vtraq; autem est necessitas, quæ opponitur contingentiæ, & non magis in vna, quam in alia; ita etiam necessario est determinata virtus generatiua ad generandum, sicut spiratiua ad spirandum, & è conuerso, nec magis vna, quam alia, & ita vna emanatio est libera, & voluntaria voluntate concomitante, sicut alia, nec magis. Ergo &c. Incongruè etiam valdè dicitur, quod persona diuina producitur de essentia sicut de materia, vel quod essentia diuina sit, sicut materia, quia quamuis, secundum nostrum modum intelligendi, essentia præexistat productioni personæ, non tamen præexistit in producto sicut in materia, sed in producente. Vnde in hac opinione multa incongruè, & multa falsa, & quasi fabulæ, vel truphæ dicuntur.

B

C

Quarta opinio. Suppositũ opinionis.

¶ Quarta opinio est, quod emanationes diuinæ distinguuntur secundum distinctionem suppositorum, in quibus sunt; dicit enim, quod emanationes sunt non solum secundum rem, sed etiam secundum rationem idem, quod relationes disparatæ. Relationes autem disparatę distinguuntur secundum ea, in quibus sunt, quæ vel sunt fundamenta relationum, vel subiecta. Quibus suppositis sic arguit. Sicut se habent diuersæ naturæ ad idem suppositum in creaturis, sic se habent diuersa supposita ad eandem naturam in diuinis. Sed in vno supposito creato sunt diuersæ relationes disparatæ propter diuersas naturas, quæ sunt in eo, vt æqualitas, & similitudo propter quantitatem, & qualitatem. Ergo in Deo sunt distinctæ relationes, & per consequens emanationes disparatæ propter distincta supposita vnius naturæ.

Deductio.

Conclusio eiusdẽ opinionis.

D

Impugnatur supposituum opinionis.

Sed hæc opinio deficit quantum ad tria. Primo, quantum ad suppositionem, quam facit, s. q; disparatæ relationes distinguuntur, vel secundum distinctionem naturarũ, vel suppositorum, vt expresse dicit; æqualitas

litas enim, & inæqualitas eiusdem respectu diuersorum constat, quod non sit eadem relatio, nec oppositæ, quia non sunt respectu eiusdem. Ergo sunt disparatæ, & tamen habent idem fundamentum, & idem subiectum: in homine etiam filio propter naturā humanam est ad patrem suum respectus filiationis, & similitudinis: distinguuntur ergo relationes disparatæ, cuiusmodi sunt istæ duæ, non ratione subiecti, vel fundamēti, sed propter distinctionē eorum, ad quæ referuntur.

Impugnatur deductio.

Secundo, hæc opinio deficit quantum ad deductionem, quam facit; communis .n. spiratio est in duobus suppositis, nec distinguitur realiter, sed est vna relatio; falsum est ergo quod dicit, quod .s. propter distinctionem realem suppositorum relationes distinguantur realiter.

Impugnatur conclusio eiusdē opinionis.

Tertio, deficit quantum ad conclusionem; cum enim sit quæstio de distinctione reali emanationum, non personarum, vel relationum; quæstio debet intelligi de emanationibus, secundum quod quantum ad modum significandi distinguuntur à relationibus, & non secundum quod sunt idem re, & ratione cum eis, vt ipse probat.

§

Opinio vera. Notandum

¶ Quinta opinio est, quam credo esse veram, quod emanationes diuinæ distinguuntur secundum distinctionem realem terminorum, idest personarum emanantium. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod possumus loqui de emanationibus diuinis tripliciter, .s. aut quantum ad illud, quod sunt secundum rem, videlicet, personæ emanantes; aut quantum ad illud, quod sunt secundum rem, & rationem, scilicet, relationes, aut quantum ad illud, quod sunt secundum modum significandi, quantum ad quod à prædictis distinguuntur. Si loquamur primo, aut secundo modo, sic dicendum est, quod distinguuntur sic, sicut diuinæ personæ, vel relationes, de quo nihil ad præsens, quia de hoc nō quærit quæstio, quamuis hoc etiam appareat aliqualiter per ea, quæ infra dicentur. Si loquamur tertio modo, aut loquimur de eis, vt significantur vt actiones, & sic non distinguuntur realiter, cum sint in eadem persona; vnde nec sic quærit quæstio; aut vt significantur, vt passiones, & sic realiter distinguuntur propter realem distinctionem personarum emanantium. Cuius ratio est, quia secundum Philosophum 5. Physicorum, mutationes distinguuntur secundum terminos, passiones autem omnes quædam mutationes sunt; communiter etiam dicitur, quod actiones distinguūtur secundum principia, passiones autem secundum terminos. Termini autem diuinarum emanationum sunt ipsæ personæ emanantes. Ergo &c. Personæ autem emanantes distinguūtur propter solum ordinem originis, qui est inter eas, quia .s. vna emanat ab alia.

A

Prima Rō pro opinione Auctoris.

Cuius triplex ratio est. Prima, quia sicut specierum vnius generis est eadem ratio distinctionis, .s. per differentias specificas, sic & suppositorum vnius naturæ, cuiusmodi sunt diuina supposita, est eadē ratio distinctionis. Sed Filius distinguitur à Patre per hoc solum, quod est à Patre. Ergo vna persona emanans per hoc solum distinguitur ab alia persona emanante, quod emanat ab ipsa.

Secunda.

Præterea Secundo. Personæ diuinæ cum communicent in aliquo .s. in essentia, per aliquid distinguuntur; hoc autem primum, per quod distinguuntur non est emanatio, vt supra probatum est. Nec etiam potest dici, quod sint prima distinctiua personarum relationes disparatæ, cum relationes disparatæ reperiantur etiam in Patre (qui est vna persona realiter) .s. paternitas, & communis spiratio. Ergo solæ relationes oppositæ distinguunt diuinas personas; & constat, quod non nisi relationes originis, quia aliæ nec fingi possent. Personæ ergo emanantes, per hoc solum ab inuicem distinguuntur, quod vna emanat ab alia.

B

Euasio.

Sed ad hoc dicunt Quidam, quod non oportet, quod sit tanta distinctio in principio, quanta est in principiatis, quamuis relationes disparatæ non distinguant realiter personam Patris, possent tamen realiter distinguere personas Filij, & Spiritus sancti, qui sunt à Patre, vt à principio.

Præclusio.

Sed ad hoc dicendum est, quod vbi est eadem ratio distinctionis principij, & principiatorum, vt in proposito, quod non distinguit principium, nec principiata, & quod distinguit principiata, distinguit & principium.

C

Tertia.

Præterea tertio. Aut inter personas emanantes, & earū emanationes est aliquis ordo, aut nullus. Non potest dici, quod nullus; tum quia vbi multitudo sine ordine ibi confusio, vt communiter dicitur; tum quia omnis multitudo perfecta, vt patet in creaturis est ordinata; secus est de multitudine materiali distincta solum numeraliter. Est ergo inter eas aliquis ordo; & constat, quod non nisi originis, quia nullus alius fingi posset, & talis ordo eas distinguit: quia tamē includit oppositionem, quæ est maior differentia, quàm disparatio; esto quod inter eas sit disparatio, magis dicendum est, quod eas distinguat oppositio, quàm disparatio.

D

Dicendum ergo, quod diuinæ emanationes distinguuntur propter solum ordinē originis, qui est inter eas, quia .s. emanans secundum vnam emanat ab emanāte secūdum aliam, propter scilicet distinctionem terminorum, qui sunt personæ emanantes.

Sed

Instātia quorundam.

Sed contra hoc aliqui sic arguunt. Productiones distinguuntur secundum distinctioné termini, qui est natura, nó sm distinctionem termini: qui est suppositum, vt patet de dealbatione, & denigratione, quæ ad diuersas naturas terminantur, quæ tamen possunt esse in eodem supposito; sed eadem natura diuina communicatur per vtramq; emanationem diuinam, quamuis sit diuersum suppositum Filij, & Spiritus sancti. Ergo non est dicendum, quod emanationes diuinæ distinguuntur sm terminos.

Solutio.

Sed ad hoc dicendum est, quod etiam, vt ipsi dicunt ibidem; sicut se habent diuersæ naturæ eiusdem suppositi in creaturis, sic se habent diuersa supposita eiusdem naturæ in diuinis. Sed secundum diuersas naturas eiusdem suppositi creati distinguuntur in creaturis diuersæ generationes substantiales, & accidentales, & inter se, & ad inuicé comparatæ, vt de se patet. Ergo in Deo emanationes distingui possunt, propter solam distinctionem suppositorum emanantium, non obstante vnitate naturæ; vnde patet per dicta eorum, quod argumentum ipsorum non concludit.

Quinq; modi respōdēdi q reducuntur ad hanc opinioné Auctoris.

¶ Et quia vero omnia consonant, vt dicitur 1. Ethic. c. 10. idcirco ad hanc opinionem, tanquam ad veriorem reducuntur quinq; alij modi distinguendi emanationes diuinas positi à diuersis Doctoribus in diuersis locis.

Primus modus.

Quorum primus est, quod distinguūtur, quia vna est per modum naturæ, propter q dicitur generatio: alia per modum voluntatis, propter quod non dicitur generatio.

Secūdus modus.

¶ Secundus est, quod vna est per modū intellectus, propter quod dicitur emanatio Verbi, alia per modum voluntatis, vnde vocatur emanatio Amoris.

Instātia aliorum. Prima.

Sed contra vtramq; Quidam dupliciter arguunt. Primo sic. Nam intellectus, & voluntas distinguuntur in Deo sola ratione; emanationes autem diuinæ distinguuntur realiter. Ergo incongruè dicitur, quod distinctio emanationum sit accipienda penes illa.

Secunda.

Præterea. Prædicta tria distinguerentur ratione, etiam si Spiritus sanctus non procederet à Filio. Sed hac suppositione facta Filius, & Spiritus sanctus non distinguerentur realiter, nec per consequens eorum emanationes, vt communius tenetur, & tenent illi, qui has distinctiones assignant inter emanationes diuinas. Ergo distinctio diuinarum emanationum non est accipienda penes illa tria.

Solutio.

Sed ad hæc ambo simul dicendum est, q vna emanatio dicitur esse per modum intellectus, & naturæ, & alia per modum voluntatis; non quia principium vnius sit natura, vel intellectus, & alterius, voluntas, vt procedunt argumenta, sed propter solú ordiné originis, qui est inter personas emanantes, & per consequens inter earū emanationes: modus enim emanationis naturæ, & intellectus est, quod non necessario aliā emanationem ante se præsupponat; & per oppositum emanatio voluntatis necessario præsupponit aliam emanationem, s. intellectus, nihil enim diligitur nisi cognitum; secundum autem hunc modum emanationes diuinæ non distinguerentur, si Spiritus sanctus non procederet à Filio. Vnde patet responsio ad vtrumq; argumentum.

A

Tertius modus.

¶ Tertius modus, quo aliqui distinguūt emanationes diuinas est, quod vna est ab vno, s. Filij à Patre; alia à pluribus s. Spiritus sancti ab vtroq; & hic etiam modus reducitur ad opinionem prædictam: non enim vna emanatio posset dici esse à pluribus, nisi quia emanans secundum vnam emanat ab emanante secundum aliam, .s. Spiritus sanctus à Filio.

B

Instātia quorundam.

Sed contra hunc modū Quidam sic arguunt. Spiritus sanctus procedit à Patre, & Filio, vt sunt vnum, & non vt sunt plures; sed nihil differt procedere à pluribus in quantúm sunt vnum, & procedere ab vno. Ergo incongruè sic distinguuntur, quod vna est ab vno, alia à pluribus.

Solutio.

Sed ad hoc dicendum est, quod quamuis Spiritus sanctus procedat à Patre, & Filio, vt sunt vnum, tamen Filius verè emanat à Patre, & per consequens est ordo originis inter has duas emanationes, sic quod emanans secundum vnam procedit ab emanante secundum aliam, & per cōsequens emanat à duobus. Vnde, quia emanare à duobus includit ordinem originis talis emanationis ad aliam emanationem, dicitur q hæ duæ emanationes distinguuntur, quia vna est ab vno, alia à pluribus, quamuis sit ab illis pluribus, vt sunt vnum in natura diuina, & in virtute spiratiua. Vel posset dici, quod Spiritus sanctus procedit à Patre, & Filio non solum in quantum sunt vnum in natura diuina, vel virtute spiratiua, sed etiam in quantum sunt plures quantum ad supposita, quia Spiritus sanctus à Filio non procederet, nisi Filius procederet à Patre, & per consequens à Patre distingueretur personaliter; & hoc fortè in idem redit cum primo.

C

Quartus modus.

¶ Quartus modus, quo Aliqui distinguunt has emanationes est, quia vna emanatio .s. Filij est ab ab habente potentiam productiuam à se .s. à Patre, qui est principium non de principio; alia autem .s. Spiritus sancti est ab habente potentiam productiuam ab alio, .s. à Filio, qui hoc ipsum, quod spirat Spiritum sanctum habet à Patre; & hic etiam modus ad prædictam opinionem reducitur; Filius enim nihil habet nisi natum, idest per generationem sibi cōmunicatum; vnde hæc distinctio ad illam reducitur, quæ supra dicta est, s. quod emanans sm vnā procedit ab emanante sm aliā.

D

Sed

Instātia quorundam.

Sed cōtra hunc modum Quidam sic arguunt. Aut isti, qui ponunt hanc distinctionem intendunt dicere, quod diuinæ emanationes distinguantur per habere à se, & non à se, vel habere ab alio, & non ab alio: & hoc, vt dicunt, non videtur posse dici, quia positiua nō distinguuntur per negationem, vel priuationem. Aut intēdunt dicere, quod distinguuntur per habere à se, & ab alio; & nec hoc etiam, vt videtur, potest dici, quia diuersi modi aliquid habendi nō distinguūt illud specie, sicut patet de primo homine creato, & alio generato, & de visu habito naturaliter, & de alio habito miraculosè.

Responsio.

Et ad hoc dicendum est, quod quamuis diuersi modi habendi humanam naturam, vel visum non distinguant ipsa specie, distinguunt tamen specie actiones, per quas talia producuntur, vt de se patet, & hoc sufficit quantum ad propositum. Vel dicendum, & melius, quod diuersi modi habendi quicquam non distinguunt aliquid specie, sed in Deo tales diuersi modi habendi potentiam productiuam distinguūt productiones, seu emanationes realiter propter ordinem originis, qui in hoc includitur, vt supra expositum est.

Quintus modus.

¶ Quintus modus, quo aliqui distinguunt diuinas emanationes, est quia vna est principium alterius, quod sic probant. Generatio est principium filij, & filius spirationis. Ergo & generatio spirationis; sicut enim quicquid est causa causæ est causa causati, sic illud, quod est principium principij est principium principiati, seu eius quod est à principio. Et hic etiam modus ad prædictam opinionem reducitur, cum ponat ordinem originis inter diuinas emanationes, & per hoc eas distinguat.

Instātia quorundam.

Sed contra hunc modum Quidam sic obijciunt. Generatio non est verè principium filij, cum sit idem realiter cum ipso. Et præterea. Suppositum, quod est principium productionis nō realiter distinguitur ab ipsa productione actiuè significata. Ergo &c.

Solutio.

Sed ad hoc dicendum est, quod vna emanatio dicitur esse principium alterius ratione emanantium, non secundum se, sed pro vt distinguuntur secundum modum significandi, à personis emanantibus; mutationis enim non est mutatio, vt probatur 5. Physicorum; & hoc solum probant prædicta duo argumenta facta contra hunc modum dicendi. Et sic in vniuersū sunt decem modi distinguendi diuinas emanationes, quatuor improbati, & sex approbati. Et hæc de tertio principali, & de toto.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I.

AD primum ergo factum in oppositum dicendum est, quod vna emanatio dicitur esse Verbi, & alia Amoris, non quia per vnam communicetur solum, vel magis, vel per prius illud, quod est intellectus, quàm illud, quod est voluntatis, vel è conuerso, cum per vtramq; æquè principaliter, & perfectè communicentur omnes diuinæ perfectiones. Contrarium enim dicere esset valdè absurdum, & secundum nostrū modum intelligendi per vtramq; principaliter communicatur diuina natura, & consequenter omnes aliæ diuinæ perfectiones. Nec etiam propter hoc, quod principium vnius sit intellectus, & alterius voluntas, vt procedit argumentum, cum principium vtriusq; sit diuina natura, vt comprehendēs omnes diuinas perfectiones, vt patet ex reprobatione tertiæ opinionis; sed quia sicut in intellectuali natura emanatio Amoris præsupponit emanationem Verbi; emanatio autem Verbi nullam emanationem aliā præsupponit; Amor enim procedit à Verbo, Verbum autem ab intelligente solo: sic & in diuinis personis emanatio Filij nullam aliam emanationē supponit, propter quod dicitur emanatio Verbi; emanatio autem Spiritus sancti præsupponit emanationem Filij, vt à quo procedit, propter quod dicitur emanatio Amoris, quamuis æquè perfectè, & principaliter habeat Filius quicquid pertinet ad voluntatem, sicut Spiritus sanctus; & è conuerso, quicquid pertinet ad intellectum, habet æquè perfectè, & principaliter Spiritus sanctus, sicut Filius.

Instantia.

Sed contra hoc posset obijci, quia secūdum hoc videretur, ꝙ Filius dicatur Verbum solum metaphoricè, & per quandam similitudinem & similiter Spiritus sanctus Amor.

Solutio.

Sed ad hoc dicendum est, quod Filius dicitur verè Verbum, & propriè, non quia verè, & propriè habeat solum, vel magis, vel principalius id, quod est intellectus, quā id, quod est voluntatis, sicut est de Verbo intellectus nostri: sed quia verè, & propriè habet id, quod inuenitur in Verbo intellectus nostri, quod .s. emanat secundū emanationem non præsupponentem aliam; & simile dicendum est de Spiritu sancto respectu Amoris. Vel dicendum, quod Filio conuenit esse Verbum propriè secundum quod propriè distinguitur contra metaphoricè, non autem secundum quod distinguitur contra appropriatè, vel communiter.

AD II.

Ad secundum dicendum eodem modo, quod similitudo Trinitatis per modum imaginis inuenitur in intellectuali natura, quia .s. in ea reperitur aliquid non emanās emanatione manente intra intellectualem naturam, & aliquid emanans à non emanāte .s. Verbum, & aliquid emanans ab emanante .s. Amor, sicut est de diuinis personis.

AD III.

Ad tertium dicendum est, quod emanationes diuinæ significatæ vt actiones non distinguuntur realiter, cum reperiantur in eadem

eadem persona, s. generare, & spirare, vt supra declaratum est; in vna enim persona nulla est distinctio realis, sed solum secundũ rationem; sed diuinæ emanationes significatæ, vt passiones distinguuntur realiter, & per consequens secundum distinctionem terminorum non principiorum, vt superius declaratum est.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod emanationes diuinæ sunt idem realiter, quod ipsæ personæ emanantes, nec differunt ab eis, nisi secundum rationem, vnde non est contra simplicitatem diuinarum emanationũ, si dicantur distingui secundum distinctionem personarum emanantium. Et præterea ∴ Simplicia dicuntur à Philosoph. seipsis distingui; & per consequens esse diuersa, & non differentia, quia scilicet distinguuntur non per aliqua, quæ sint eorum partes, sicut distinguuntur composita, & dicuntur non diuersa, sed differentia, quia per aliqua, quæ sunt partes eorum differunt, & hoc solum vult ibi Philosophus dicere; non autem intendit per hoc excludere, quin aliqua etiam non composita distingui possint per aliqua, quæ non sint eorum partes, maximè quando sunt talia, quæ secundum se important habitudinem, & tendentiam ad aliquid, sicut ipse dicit in secundo de Anima, quod potentiæ distinguuntur per actus, & actus per obiecta; potentia enim secundum se importat habitudinem ad actum, & actus ad obiectum, vnde non obstante, quod vtrumq; sit aliquid simplex non compositum, vtrumq; per aliquid aliud distinguitur: & similiter mutationes distinguuntur secundum terminos, vt ipse etiam docet 5. Physicorum, propter habitudinem, quam ad eos important. Relationes etiam, vt supra dictum est, distinguuntur secundum terminos; & quia emanationes secundum nostrum modum intelligendi important habitudinem quandam, & tendentiam ad personas emanantes, secundum etiam sonum vocabuli significantur, vt mutationes quædam; idcirco non obstante, quod sint quędam simplicissima debet dici, quod distinguũtur secundũ distinctionẽ personarum emanantium.

Solutio Argumenti sed contra.

A Ad Argumentum in oppositum potest dici per interemptionem maioris. Vna enim natura specie potest diuersimode communicari, vt supra dictum est de primo homine creato, & alio generato, & de visu habito naturaliter, & per miraculum, secundum etiam veriorem opinionem, quamuis Commentator dicat contrarium super octauo Physic. c. 46. idem animal specie, vt mus, &c. potest generari ex putrefactione, & per coitum, quod patet, tum propter identitatem figuræ vtriusq; muris, quæ est signum proprijssimum speciei, & identitatem omnium operationum naturalium, per quas de speciei quidditate, seu essentia iudicamus; tum quia mus generatus ex putrefactione postmodum, vt experientia docet, alium per coitum, & per consequens sibi similem in specie generat.

B Vel dicendum, quod sicut propter infinitatem perfectionis diuinæ essentiæ, eadem essentia numero est iustitia, sapientia, &c. quod est impossibile de quacunque creata essentia. Sed in creaturis omnibus realiter distinguuntur, sic & propter infinitatem diuinæ perfectionis, eadem essentia numero potest per diuersas emanationes cõmunicari, quod est impossibile de quacũq; natura creata.

Vel potest dici tertio, quod sicut supra dictum est, solus ordo originis diuinas personas, & diuinas emanationes distinguit; vnde sicut eadem essentia numero est verè Pater, & Filius, qui realiter distinguuntur per hoc solum, quod Filius est à Patre,

C sic eadem numero essentia diuina potest per plures emanationes communicari, quæ realiter distinguuntur propter ordinem originis, qui est inter eas, quia scilicet emanans secundum vnam, emanat ab emanante secundum aliam; & quia solus ordo talis non posset distinguere emanationes, & personas creatas, idcirco nulla natura creata eadem numero potest esse in diuersis suppositis, vel communicari per emanationes diuersas.

D

QVAESTIO XXXI

Vtrum veritas formaliter dicta se habeat ad intellectum subiectiuè, vel obiectiuè.

Pro Parte Negatiua

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod obiectiuè, quia communiter dicitur, ꝙ ens, & verum conuertuntur. Sed ens se habet obiectiuè ad intellectũ, secundum enim Auicénam in Metaph. sua c. 5. Primum, ꝙ cadit in conceptione intellectus est ens. Ergo, & verum se habet obiectiuè ad intellectum.

II. PRÆT. August. dicit in lib. 2. Soliloquiorum c. 5. [Verum est id, quod est.] Sed esse est subiectiuè in re extra, obiectiuè autem in intellectu. Ergo & veritas similiter. Nec potest dici, quod Augustinus loquitur de veritate impropriè dicta, quia qui diffinit, propriè loquitur, & diffinitio propriè conuenit diffinito.

III. PRÆT. Omne, quod est in anima, aut est figmentum purum, vt est chimœra, &c. aut est aliquid intentionale, vt vniuersale, aut est aliquid reale, vt potentia, passio, &c. Sed non potest dici, quod veritas sit figmentum, vel purè intentionale, quia veritas est finis realis scientiæ speculatiuæ, vt dicitur 2. Metaph. tex. 3. nec etiam potest dici, vt videtur, quod sit in anima sicut aliquid reale; omne enim tale, vt Philosoph. docet 2. Ethicorum, vel est potentia, quod nullus diceret de veritate, vel est passio, quæ cum sit in appetitu sensitiuo tantum, qui non est capax veritatis, veritas dici non potest; vel est habitus, qui etiam, vt videtur, veritas dici non potest; habitus enim generatur ex multis actibus, veritas autem pōt esse in vno tantum actu, vt de se patet. Ergo veritas non est in anima, sed in re extra.

IV PRÆT. Respectus non relinquit fundamentum suum, sed est in eodem subiecto cum ipso. Sed verum, vt communiter dicitur, addit supra ens respectum cognoscibilitatis, sicut bonum appetibilitatis. Ergo veritas est in ente subiectiuè, & non in intellectu.

V. PRÆT. Id, quod est obiecto ratio immutandi potentiam non est subiectiuè in potentia, sed in ipso obiecto. Sed veritas videtur esse ratio ipsi enti immutandi potentiam intellectiuam, cum, vt iam dictum est, verum videatur esse idem, quod ens intelligibile. Ergo veritas est in obiecto cognito subiectiuè, & non in intellectu cognoscente.

A PRÆT. Sicut se habet bonitas, & appetibilitas ad rem bonam, & appetitam, sic se habet veritas, & intelligibilitas ad rem veram, & intellectam. Sed bonitas, & appetibilitas est subiectiuè in re extra bonam. Ergo &c. VI.

PRÆT. Propter quod vnumquodq; & illud magis. Sed conceptus videtur esse verus propter veritatem rei; ex eo enim, quod res est, vel non est, oratio dicitur vera vel falsa, vt dicitur in Prædicamentis. Ergo veritas per prius, & magis est in re extra, quam in intellectu. VII.

B PRÆT. Si extrema sunt in aliquo, & medium videtur esse in eo; medium enim sapit naturam extremorum. Sed verum est medium inter ens, & bonum; primo .n. secundum ordinem intellectus est ens, secundo verum, tertio bonum; entitas autem & bonitas sunt in re extra; bonum enim, & malũ sunt in rebus, vt dicitur 6. Metaph. t. 8. Ergo & veritas est in re extra subiectiuè, & non in intellectu. VIII.

C PRÆT. Idem non potest se habere obiectiuè, & subiectiuè respectu eiusdem. Sed verum obiectiuè se habet ad intellectũ, est enim obiectum intellectus, vt communiter dicitur. Ergo non potest esse in intellectu subiectiuè. IX.

D PRÆT. Omnis relatio Dei ad creaturam est realiter in creatura, & secundum rationem in Deo. Sed veritas quandam relationem adæquationis importare videtur; est enim adæquatio rei, & intellectus. Ergo veritas, qua res naturales dicuntur veræ in ordine ad intellectum diuinum est realiter in rebus, & secundum rationem tantum in intellectu diuino, & pari ratione veritas, qua dicuntur veræ res artificiales, est realiter in rebus artificialibus, & secundum rationem tantum in intellectu nostro; sicut enim se habent res naturales ad intellectum diuinum, sic & res artificiales ad intellectũ nostrum. X

Cõfirmatio. nostrum. Et confirmatur ratio, quia relatio omnis dependentiam quandam importare videtur, res autem naturales dependẽt ab intellectu diuino, & non è conuerso: & similiter res artificiales ab intellectu nostro; omnis autem res, vel est naturalis, vel artificialis. Ergo generaliter veritas dicẽda est esse in rebus, non in intellectu.

Pro parte Opposita.

SED CONTRA EST. Quod Philos. dicit 6. Metaph. t. 8. ꝙ verum, & falsũ sunt in intellectu, bonum autem, & malum in rebus. Sed bonitas est subiectiuè in re bona. Ergo & veritas ẽ subiectiuè in intellectu.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis quatuor faciẽda sunt. Primo, ponendæ sunt tres opiniones, quæ sunt circa hanc quæstionem cum suis fundamentis, quas non credo esse veras, & improbandæ. Secundo, ponẽda est opinio, quã credo esse veram, & approbandam. Tertio, ex hoc concludam duas conclusiones, quæ sunt ad declarationem huius quæstionis. Quarto, respondebitur ad fundamenta triũ opinionum reprobatarum.

PVNCTVM I.

Variæ recensentur opiniones, & improbantur.

QVANTVM ad Primum horum sciendum est, quod circa hanc quæstionem sunt tres opiniones quas (vt dixi) non credo esse veras.

Prima opinio. ¶ Quidam enim dicunt, quod veritas simpliciter, & essẽtialiter est rei entitas quidditatiua, sm̃ quam fertur ad intellectũ obiectiuè; veritas autem, quæ est in intellectu est veritas diminuta; hoc aũt ꝓbant tripliciter.

Probatur Primo. Primo sic. Vnumquodq; sicut se habet ad entitatem, sic & ad veritatẽ, eadem .n. est dispositio rerũ in esse, & veritate, vt dicitur 2. Metaph. t. 4. Sed entitas rei extra ẽ entitas simpliciter respectu entitatis rei diminutæ, quæ est in anima subiectiuè. Ergo &c.

Secundo. Præterea. Perfectius est veritas in eo, ꝙ est verum, quam in signo veri, sed illud, ꝙ est in intellectu dicitur verũ, quia est signũ veritatis, quæ est in re extra. Ergo &c.

Tertio. Præterea. Vnumquodq; perfectius est in ente absoluto, quam in dependenti; sed veritas est in re, sicut in exemplari; in intellectu autem sicut in exemplato; exemplatum autem dependet ab exemplari, & non ẽ cõuerso. Ergo &c.

Impugnatur dicta opinio. Primo. Sed hæc opinio stare non potest propter tria. Primo, quia est contra Philos. 5. & 6.

A Metaphysicæ, vbi distinguit ens, quod significat entitatem rei ab eo, quod significat veritatẽ. Ergo differt entitas rei, & veritas; idem ẽt Philosophus dicit expressè 6. Metaph. t. 8. ꝙ bonũ, & malum sunt in rebus, verum autem, & falsum in mente. Nec potest responderi dicendo, quod verum, & falsum sunt in mente, seu in intellectu sicut obiecta, seu obiectiuè; sic enim sunt bonũ, & malum in appetitu, & per consequens in anima: nec etiam potest dici, quod Philos. loquitur de veritate signi, seu de veritate diminuta, cũ Phil. loquatur de vero in genere, sm̃ quod rõne distinguitur contra bonũ.

Secundo. Præterea secundo. Positiuum non potest esse subiectiuè in pura negatione, seu priuatione; sed veritas est aliquid positiuũ, sicut aũt verum est, ens esse; sic verum est nõ ens nõ esse: verum est ẽt, cęcitatẽ esse in oculo, & tenebram esse in aere; verum est ẽt rosam B esse pulcherrimum florẽ nulla rosa existẽte in rerum natura, sicut August. dicit 4. super Gen. ad lit. c. 7. ꝙ senarius numerus est verè numerus perfectus, ẽt nullis rebus numeratis in rerum natura existentibus; imò sm̃ cum ibi, ẽt ab æterno: omne autem verum aliqua veritate est verum. Ergo &c.

Cõfirmatio. Et confirmatur ratio. Quia eadem veritate est vera hęc ꝓpositio rosa est pulcherrimus flos rosã existente in rerum natura, & non existente.

Tertio. Præterea tertio. Communiter diffinitur veritas (& est diffinitio Isaac in lib. de Diffinitionibus) quod veritas est adęquatio rei, & intellectus; sed adæquatio est realiter, & subiectiuè in adæquato; sicut motio est in moto, vt dicitur 3. Physicorum t. 19. non in mouente; & sicut omnis relatio est realiter in dependente: intellectus autem saltẽ noster, vt cognoscitiuus est adæquatus rebus, C & res sunt adæquantes sibi intellectum nostrum; quia ex eo, quod res est, vel non est, vt iam allegatum est supra; oratio dicitur vera, vel falsa. Ergo &c. Ad argumenta facta pro hac opinione respondebitur infra.

Secunda opinio. ¶ Secunda opinio est, quod veritas nihil est aliud, quam conformitas rei ad suum exẽplar, seu prototypum, quod sm̃ Papiã * idem est, quod principium, seu principale: secundum autem interpretationem idẽ videtur esse, quod primum exemplar, seu figura; dicitur enim à protos, ꝙ est primum, & typus, quod est figura; hoc aũt probant per inductionẽ. Veritas .n. rei naturalis videtur esse in conformitate quadam ad ideã intellectus diuini, rei aũt artificialis ad ideã D intellectus artificis, veritas autẽ intellectus nostri videtur stare in conformitate ad rem extra, veritas autem orationis in conformitate ad conceptum nostrum, vnde secundum hãc opinionem, veritas nihil aliud est, quam entitas rei cum respectu cõformitatis

*Vocabulistam.

prædicato ad suum principium, & per consequens est subiectiuè non in intellectu tantum, sed etiam in ente quocunq; secundum hanc opinionem.

Probatur hæc opinio. Et videtur hæc opinio posse approbari per diffinitionem veritatis, quam Aug. ponit in libro de Vera Relig. c. 36. Veritas est sũma similitudo principij, quæ sine vlla dissimilitudine est; ex qua diffinitione videtur hæc opinio ortum habuisse.

Improbatur primo. Sed nec hæc opinio stare põt propter tria. Primo, quia veritas per prius, & perfectius dicitur de veritate diuini intellectus, & diuinæ essentiæ, quã de veritate creata quacunq; diuinus aũt intellectus, & diuina essentia, & generaliter omnia diuina carent prototypo, & exẽplari. Ergo rõ veritatis cõiter acceptę non consistit in conformitate ad suum prototypũ, seu principiũ. Instantia. Sed dicet forte aliquis, quod sicut veritas dicitur de creatura, vt de exẽplato, & principiato, sic dicitur de Deo, vt de exẽplari, & principio. Solutio. Sed hoc nihil ẽ, quia aut veritas propriè cõuenit Deo, & sic illa non est propria rõ veritatis, aut cõuenit ei solũ, vt exẽplari, & nõ propriè, & hoc est inconueniens dicere, quia sic veritas non verè diceretur de Deo, sicut nec lapideitas, quamuis in Deo sit exemplar lapidis.

Secundo. Præterea secundo. Veritas non minus inuenitur in intellectu Angeli, quã in nostro, imò magis, & in vtroq; inuenitur rõne conformitatis ad res intellectas, quia .s. res sic intelliguntur sicut sunt, vnde Philos. dicit 5. Metaph. t. 14. verũ est esse ꝙ est, & nõ esse ꝙ non est; sed res intellectæ non cõparantur ad intellectum Angelicũ, vt ad prototypum, & exẽplar, nec ẽ cõuerso. Ergo &c. Si dicatur ꝙ veritas intellectus Angelici cõsistit in cõformitate ad intellectũ diuinũ, qui est eius prototypus. Hoc nihil est, quia ẽt bonitas, & entitas Angeli, & omnis entis creati cõsistit in conformitate ad entitatem, & bonitatem diuinam, nec tñ illa est propria rõ bonitatis, & entitatis communiter acceptę, seu in quantum sunt talia, s. bonitas, & entitas; sed hoc conuenit eis in quãtum sunt quædam creata, & participata; & similiter dicendum est in proposito.

Confirmatio. Et confirmantur hæ ambæ rõnes. Quia cum verum, ꝙ conuenit rebus naturalibus, artificialibus, & intellectui (de quo loquitur hæc opinio) conuertatur cum ente, sicut ratio entis conuenit exemplari, & exẽplato, & ei, ꝙ respectu alicuius non est exemplar, nec exemplatum; sic & ratio veritatis conuenit etiam diuino intellectui, & Deo, vt principio, & intellectui nostro, cuius cognitio principiatur à rebus, & intellectui Angelico, qui nec est principium, nec principiatur à rebus. Vnde incongruę veritatis ratio dicitur esse in conformitate ad suum principium, seu exemplar. Ex quibus duabus rationibus patet, quod illud, quod dicunt Quidam (quod veritas est relatio mẽ-

A surati; vel ꝙ dicũt alij, ꝙ veritas est adæquatio passiuè accepta, seu habitudo intellectus ad rẽ intellectã, vt moti ad mouens) est imperfectè dictum, nec verificatur nisi de veritate intellectus nostri, non aũt de veritatè intellectus diuini, vel Angelici, vt de se patet, quæ est perfectior veritas, quam nostra: sed benę potest dici, vt patebit per ea, quæ infra dicentur, quod veritas est conformitas, & adæquatio intellectus ad rem, siue tñ intellectus sit adæquatus, & conformatus rebus ab ipsis, vt in nobis: siuè sit adæquans, & conformans sibi res, vt in Deo: siue sit neutrum; sed ambo, s. intellectus, & intelligibile sint adæquata, & conformata à tertio, vt in Angelo.

Tertio. Præterea tertio. Si veritas consistit in conformitate ad suum principium, & exẽplar, quæro de illo exemplari, & principio; aut est verum, & sic procederetur in infinitum in principijs, & exemplaribus; aut non

B est verum, & hoc est contra Philosophum 2. Metaph. tex. 4. vbi dicit, ꝙ sicut ignis, qui est alijs causa caloris, est calidissimus, sic principia veritatis aliorum debent esse verissima. Ad auctoritatem August. adductam pro hac opinione infra respõdebitur.

Tertia opinio cõtinẽs tria dicta. ¶ Tertia opinio est, quod veritas formaliter accepta est adæquatio, seu conformitas rei, vt est quędã res in se ad seipsam, vt intelligitur ab intellectu; sic quod res eadem bis accipitur. Vno modo secũ illud esse, quod habet in rerum natura. A modo secundum illud, quod de ea intelligitur: & quãdo inter hæc duo est cõformitas, sic quod res intelligitur, vt est; seu est, vt in-

C telligitur: tunc est veritas formaliter accepta, vt dicunt. Hoc autem sic probant. Philosophus 5. & 6. Metaph. distinguit ens secundum animam, quod dicit significare veritatem ab ente reali, quod diuiditur in decem genera, ex quo videtur relinqui, ꝙ veritas non dicat aliquid reale. Ergo non dicit aliquid realiter existens in anima, sed potius relationem quãdam rei ad se ipsam, vt est intellecta, quæ relatio uidetur esse ens rationis, & non reale, ut dicit hæc opinio.

Impugnatur opinio quãtum ad primum dictum. ¶ Sed hæc opinio improbari potest quantum ad tria, quæ dicit. Et primo, quantum ad hoc, quod ueritas non est in anima subiectiuè, sed obiectiuè tantum. Hoc enim uidetur esse contra Philosoph. 6. Metaph. t. 8. ubi docet, ꝙ bonum, & malum sunt in rebus, uerum autem, & falsum sunt in anima; bonitas autem est subiectiuè in

D re extra, quamuis sit obiectiuè in anima. Ergo veritas est subiectiuè in anima. Nec potest dici, quod Philosophus loquitur de veritate signi; cum loquatur de vero communiter accepto secundum quod distinguitur contra bonum.

Secun-

Im̄pbatur quātum ad ſecundū dictum.

Secundo, poteſt improbari quantum ad ad hoc, quod dicit, quod veritas non conſiſtit in conformitate rei, & intellectus, ſed in conformitate rei ad ſeipſam. Intelligere enim cum ſit actio manens in agente, vt dicitur 9. Metaph. tex. 16. nihil reale ponit in re intellecta; vnde & res intelligitur non per aliquem actum, qui ſit in ea, ſed ſolum in intelligente; idem ergo eſt dicere, quod veritas conſiſtit in conformitate rei, vt eſt quædam res in ſe ad eam, vt intelligitur ab intellectu, & dicere, quod conſiſtit in conformitate rei intellectæ ad intellectum intelligentem, ſeu adæquatione, non quidem, vt ipſe exponit, quod actus intelligendi ſit talis, vt res intellecta; ſed quia intellectus per actum intelligendi apprehendit rem talem eſſe, qualis eſt; & tamen hoc ſecundum dictum ipſe negat, & improbat; hoc enim eſt dicere, quod veritas eſt rectitudo actus intelligendi, ſeu commenſuratio intellectus ad rem intellectam: & vtrumq; dictum ipſe improbat.

Im̄pbatur quantū ad tertium dictum.

Tertio, poteſt hæc opinio improbari quātū ad hoc, ꝙ dicit, ꝙ veritas eſt nomē ſecūdæ intentionis, & non nomen rei; cōiter .n. dicitur, ꝙ ſicut bonum eſt quoddā verum, cum ſit quoddā particulare intelligibile, ſic verum eſt quoddā bonum, cū ſit quoddam particulare appetibile; bonum autē, & finis idē ſunt, vt dicitur 2. Phyſic. t. 31. Verum igitur eſt quoddam bonum, & quidā finis. ſ. intellectus; non enim poſſet fingi cuius alterius, & maximè quātū ad ſcientias Theoricas. Vnde dicit Philoſoph. 2. Metaph. t. 3. quod finis Theoricæ eſt verum, Practicæ autem opus; & Idem dicit in princ. Ethic. Omnis ars, & omnis doctrina bonū quoddam appetere videtur; ſed nomen ſecundæ intentionis non poteſt habere rationē finis, & boni reſpectu alicuius realis; vnde etiam ſecundum Philoſoph. in 3. Metaph. t. 4. Mathematica, quæ abſtrahunt à motu, abſtrahunt à ratione boni; vnde dicit quod in Mathematicis non eſt bonum. Ergo multo magis nomina ſecundarum intentionum non poſſunt habere rationem finis, & boni. Reſponſio autem ad argumentum factum pro hac opinione infra ponetur.

PVNCTVM II.

Statuitur vera ſententia.

QVANTVM autem ad Secundum, his opinionibus dimiſſis, videtur dicendum. Quod ſicut dicitur multipliciter eſſe ſanitas in aliquo, ſic & veritas. In aliquo enim dicitur eſſe ſanitas, vt cōmuniter dicitur, ſicut in cauſa, vt in medicina; in aliquo autem ſicut in ſigno, vt in vrina; in aliquo vero vt in effectu, ſicut in pulſu, ſeu motu proceſſiuo; in aliquo tandem vt in ſubiecto, vt in animali. Sic & veritas in aliquo eſt, vt
A in ſigno; & ſic eſt in oratione vocali, vel ſcripta; vox enim ſignificat interiorem conceptum præſentibus, ſcriptura autem tempore, vel loco abſentibus. Vnde dicitur oratio, vel ſcriptura vera, vel falſa, quæ verum, vel falſum conceptum ſignificat.

In aliquo autem eſt ſicut in cauſa, & ſic eſt in rebus naturalibus reſpectu intellectus noſtri; ex hoc enim, quod res eſt, vel non eſt, oratio etiam interius à nobis concepta dicitur vera, vel falſa, vt dicitur in Prædic. omnis enim res quantum ad entitatem ſuā nata eſt facere, quantum eſt ex ſe veram de ſe æſtimationem, & quātum ad hoc dicitur vera. Sed multæ res in quantum habent aliquam ſimilitudinem quantum ad aliqua exteriora accidentia cum alijs rebus, natæ ſunt facere falſam de ſe æſtimationem in intellectu noſtro, qui ab exterioribus accidē-
B tibus cognitionem accipit, & quantum ad hoc dicūtur falſæ ſicut aurichalcum dicitur falsū aurū, vnde 5. Metaph. t. 34. Phil. dicit quod falſa dicuntur, quæ nata ſunt apparere, aut quæ non ſunt, aut qualia non ſunt.

Tertio modo dicitur eſſe veritas in aliquo, vt in effectu; & quia omnis effectus ſecundum quod huiuſmodi imitatur cauſam ſuam, hæc veritas conſiſtit in imitatione quadam, & talis veritas dicitur eſſe in rebus artificialibus, in quantum imitantur veritatem artis artificis; & per oppoſitum dicitur eſſe falſitas in eis, in quantum eam non imitantur, vel in quantum imitantur falſam artem alicuius artificis. Et ſimiliter dicitur eſſe veritas in omnibus rebus naturalibus, in quantum imitantur veritatem ſecūdum ſuam ſpeciem, & entitatem ideę, ſiue artis diuini intellectus; & per oppoſitū
C dicit̄ eſſe vna res falſo alia, vt ſtannum falsū argentum, quod .ſ. non habet ſpeciem argenti ſecundum quam imitetur ideam argenti, quæ eſt in intellectu diuino.

Et de hac veritate loquendo poteſt verificari prima, & ſecunda opinio; hæc .n. veritas eſt quidditas, vel eſſentia rei, vt conſiſtit in imitatione prototypi, ſeu exemplaris ſui, ſiue illud exemplar ſit in intellectu noſtro quātum ad artificialia, ſiue in intellectu diuino quantum ad naturalia; & de hac veritate videt̄ loqui Aug. in lib. 2. Soliloq. cum dicit, quod verum eſt id, quod eſt; & in lib. de Vera Relig. c. 36. dicit idem, ꝙ veritas eſt ſumma ſimilitudo principij, quæ ſine vlla diſſimilitudine eſt. Et Auicenna dicit, quod veritas uniuſcuiuſq; rei eſt proprietas, ſiue eſſe, quod ſtabilitum eſt ei. Et Anſel-
D mus dicit in Dialog. de Veritate c. 12. quod ueritas eſt rectitudo ſola mēte perceptibilis; rectum enim eſt, quod concordat ſuo principio; quamuis prima diffinitio poſſit intelligi de veritate ſecundo modo dicta.

Quarto modo veritas eſt in aliquo formaliter, & ſic eſt tantum in intellectu quocunq;

cunq; .s. diuino, Angelico, & humano: & hæc veritas nihil est aliud, quam quædam A rectitudo. seu perfectio actus intelligendi, prout .s. intelligit res intellectus, sicut sunt, vt hominem esse ꝙ est &c. Et hoc expressè dicit Fr. Thomas super vltimo capitulo 6. Metaph.

Probatur veritatem esse in intellectu subiectiuè.

Quod autem veritas formaliter accepta non sit in re exteriori, sed solum in intellectu subiectiuè, potest probari tripliciter.

Probatio Prima.

Primo. Quia sicut bonū est quoddā verū, sic verū est quoddā bonum .s. intellectus, vt cōmuniter dicitur, & supra declaratum est; est enim quoddam particulare appetibile ab intellectu naturali appetitu; ex quo possumus duo concludere. Et primum est, ꝙ veritas est formaliter in intellectu, bonū autē est subiectiuè in eo, quod dicitur esse bonum; bonum enim, & malum sunt in rebus, vt dicitur 6. Metaph. Secundum B est, quod veritas est perfectio quædam intellectus; bonitas enim rei est eius perfectio, perfectio autem intellectus veritas dici non potest, nisi dicatur, quod est vel actus intelligendi, quod non est verum: quia contingit aliquid intelligere falsò; vel perfectio quædam actus intelligendi, & hoc est verum, sicut è contra falsitas est eius defectus.

Secunda.

Præterea secundo. Sicut illud est formaliter sanum in ordine ad quod, omnia alia dicuntur sana, sic illud est formaliter verū, in ordine ad quod, omnia dicuntur vera. Sed huiusmodi est intellectus, vt supra declaratum est. Oratio enim, vel scriptura dicitur vera, quia est signum huius veritatis, res autem naturalis, vel artificialis, quia tanquam effectus imitatur hanc veritatem: quædam autem dicuntur vera, quia nata sunt facere de se veram æstimationem. Ergo &c.

Confirmatio.

Et confirmatur ratio. Quia contrarium est de appetitu respectu boni, & de intellectu respectu veri: appetitus enim dicitur bonus, quia est de bono, vt de virtute, &c. & non è conuerso; nō enim virtus est bona, quia appetitur, vel quia est appetibilis à bono appetitu; sed secundum se, vt de se patet; sed è contra, intellectus dicitur verus, non propter veritatem rei; vnde nec Philosophus dicit, quod ex eo, quod res vera est, vel falsa, conceptus dicitur verus, vel falsus; sed ex eo, quod res est, vel non est; sed dicitur verus intellectus propter rectitudinem actus sui intelligendi, quia .s. res rectè intelligit, & per consequens dicitur verus secundum se formaliter; res autem dicūtur veræ, vel falsæ propter aliquem ordinem ad intellectum, vt supra dictum est.

Tertia.

Præterea tertio. Sicut bonum nominat illud, ad quod terminatur appetitus, sic verum illud, ad quod terminatur intellectus. Sed vt cōmuniter dicitur actus intellectus perficitur per hoc, quod intelligibile est in intellectu; actus autem appetitus per hoc, quod appetens tendit, & inclinatur in appetibile, cum appetitus sit quædam tendentia, & inclinatio appetentis in appetibile; quāuis enim, sicut intelligibile est in intellectu intentionaliter per actum intelligendi, sic appetibile sit in appetitu per actum appetēdi, & neutrum sit in neutro secundum suum esse reale; tamen processus intellectus sistit in cognoscente, & per consequens sistit in intellectu, & ibi perficitur; nec quantum est ex inclinatione intellectus tendit, vel inclinatur intelligens in rem extra in suo esse reali habendam. Sufficit enim intelligenti secundum quod huiusmodi habere rem, vt intellectam, seu ipsam intelligere, quod idē est; sed processus appetitus non sistit in ipso appetitu, quia actus appetitus est inclinatio quædam appetentis in appetibile in suo esse reali extra obtinendum; vnde sistit in re extra: non enim sufficit appetenti rem appetere, seu habere eam, vt appetitam, sed vlterius per ipsum appetere tendit, & inclinatur ad eam realiter obtinendam; sic quod primo intelligendum est, quod appetibile est in appetitu secundum quandam intentionalem existentiam, vt expositum est; & tandem appetens tendit per appetere in appetibile, secundum suum esse reale obtinēdum. Ergo verum est in intellectu, bonum autem in re extra, vt etiam dicitur 6. Metaphysices t. 8. Patet ergo, quod veritas importat formaliter rectitudinem, seu perfectionem actus intelligendi cuiuscunq; intellectus, .s. vel creati, vel increati, secundum quam actus intelligendi est conformis rei intellectæ, non quidem quantum ad esse reale, vt .s. sit talis actus intelligendi qualis est res; sed quantum ad hoc, quod per actū C intelligendi, res talis apprehenditur qualis est. Et hæc de secundo principali.

PVNCTVM III.

Tres conclusiones ex prædicta doctrina elicitæ.

QVANTVM autem ad Tertium, ex hac determinatione tres conclusiones possumus elicere.

¶ Et prima est, quod cum prædicta conformitas, adæquatio, perfectio, seu rectitudo actus cognoscendi, quæ est formaliter veritas, possit esse sensus ad sensibile, sicut intellectus ad intelligibile; sentimus enim sensibile, sicuti est; veritas etiam formaliter accepta est in sensu, sicut in intelle- D ctu, & in intellectu etiam ipsius quod quid est, seu in simplicium intelligentia eodem modo. Vnde Philosoph. dicit 3. de Anima, quod sicut sensus propriorum sensibilium semper sunt veri, sic & intellectus ipsius ꝙ quid est; sed quodā singulari modo veritas est in

Prima conclusio.

est in intellectu componente, & diuidente, .s. sicut cognitum in cognoscente; quando enim intellectus iudicat rem sic se habere, vt ipse cognoscit, seu apprehendit de ea, tunc primo cognoscit veritatem, & hoc est componere, & diuidere; hoc enim importat omnis oratio, quod .s. sic sit in re extra, sicut intellectus apprehendit, vt patet intuenti; conformitas ergo, seu rectitudo prædicta, quæ est veritas formaliter, potest esse subiectiuè in omni potentia cognoscitiua; sed vt apprehensa, seu obiectiuè, solum est in intellectu componente, & diuidente; & sic loquitur Philosoph. 3. de Anima, & 6. Metaph. vbi dicit, quod verum, & falsum est solum in intellectu componente, & diuidente.

Secunda conclusio.

¶ Secunda conclusio est, quasi quædam declaratio omnium prædictorum, .s. quid est veritas, & in quo. Veritas enim formaliter accepta est vel actus intelligendi cum perfectione quadam, seu rectitudine, quæ perfectio, & rectitudo consistit in adæquatione quadam, & conformitate ad rem intellectam, vt expositum est; vel ipse respectus cõformitatis, siue talis respectus sit realis propter realem dependentiam, vt in rebus, siue non, sed solum secundum rationẽ, vt in Deo, & in Angelo, quorũ intellectiones à rebus intellectis non dependent. Nihilominus hoc non obstante in intellectu Dei, vel Angeli est realis conformitas ad res intellectas, & per consequens veritas; sicut quamuis in Deo non sit realis respectus dominij, est tamen in eo reale dominium, magis autem videtur dicendum, quod veritas dicit ipsum actum intelligendi cum respectu prædicto, quam quod dicat solum ipsum respectum; tũ quia veritas non videtur esse nomẽ respectus, sed absoluti cũ respectu; tum quia cõmuniter dicitur simile de vero, prout dicitur de obiecto, quod .s. significat ens cum respectu cognoscibilitatis, non solum ipsum respectum.

Hæc autem conformitas, quæ est formaliter veritas est septem modis in aliquo. Primo modo, sicut in fundamento in actu cognoscendi quocunque. Secundo modo, sicut in subiecto in quacũq; potentia cognoscitiua. Tertio modo, sicut cognitum in cognoscente, & sic est solum in intellectu componente, & diuidente. Quarto modo, sicut in signo; & sic est in oratione, & scriptura. Quinto modo, sicut in causa respectu veritatis, quæ est in intellectu nostro; & sic est in rebus extra quantum .s. ad earum entitatem, quia ex eo, quod res est, vel non est, conceptus noster dicitur verus, vel falsus. Sexto modo, est in aliquo sicut in effectu; & sic est in rebus naturalibus respectu intellectus diuini, & in rebus artificialibus respectu intellectus nostri. Septimo modo, veritas est in aliquo solum secundum nostrum modum intelligendi, non secundum rem; & sic est in obiecto, quod verè intelligitur.

Ad cuius euidentiam sciendum est, quod cum respectus non relinquat suum fundamentum, sic imaginandum est de veritate, sicut de actu intelligendi; actus autem intelligendi quamuis secundum rei veritatem sit solum in cognoscẽte; est enim actio manens in agente, vt dicitur 9. Metaph. t. 16. tñ secundum nostrum modum intelligẽdi videtur esse in in obiecto extra. Et hoc propter duo. Primo, quia ex actionibus transeuntibus in exteriorem materiam, tanquã ex nobis magis notis, oportet, quod intelligamus actiones manentes in agente, tanquã minus notas nobis; res autem ad quam terminatur actio transiens est actionis subiectum, vt Philosoph. dicit 3. Physicorum. Et sm̃ quod Auctor Sex Princ. c. de Actione, Actio est secundum quam in id, quod subijcitur agere dicimur. Ergo & res intellecta, secundum quod huiusmodi, cum ad ipsam secundum quod huiusmodi, secũdum nostrum modum intelligendi, intelligatur terminari actus intelligendi, poterit dici secundum nostrum modum intelligẽdi subiectum actus prædicti. Secundo propter modum significandi, qui consequitur modum intelligendi; sicut .n. dicimus aerẽ illuminatum, & aquam calefactam passiuè, sic & rem intellectam; illuminatio autem, & calefactio sunt subiectiuè in aere, & in aqua. Ergo & actus intelligendi est in re intellecta, secundum quod huiusmodi secundum nostrum modum intelligendi. Veritas ergo, quæ est quædam perfectio actus intelligendi, quamuis realiter non sit formaliter nisi in cognoscente; tamen secundũ nostrum modum intelligendi est etiam in obiecto cognito.

Tertia conclusio.

¶ Tertia conclusio est. Quod ex hoc ẽt patet, quod non est verum, quod quidam dicunt, quod veritas est conformitas intellectus ad rẽ, & rei ad intellectum: sic, quod secundũ eos, veritas est formaliter vtrobiq; .s. in re, & in intellectu; quamuis enim conformitas sit realiter rei ad intellectum, sicut è conuerso; tamen, vt probatum est per tres rationes, solum conformitas intellectus ad rem est veritas formaliter dicta, & non cõformitas rei ad intellectum, & per consequens veritas est formaliter in intellectu tãtum, non autem in re extra.

Ratio oppositæ opinionis

Hanc tamen opinionem per vnam rationem sic probant. In ijs, quæ referuntur ad inuicem secundum relationem super veritatem fundatam, vtrumq; refertur ad aliud secundum idem nomen, & per consequens relatio talis est subiectiuè in vtroq; termino, vt patet de similitudine, & æqualitate. Sed veritas est huiusmodi relatio, cum dicat conformitatem intellectus, & rei. Ergo &c.

Responsio.

Sed ad hoc dicendum est, quod conformitas,

mitas, quæ est relatio fundata super veritate est realiter in vtroq; .s. in intellectu, & in re intellecta, & secundum idem nomen huius relationis vtrumq; refertur ad vtrúq; intellectus enim est cõformis rei intellectæ, & è conuerso. Sed non quælibet conformitas est veritas, vtpotè conformitas duorum lapidum; sed solum conformitas rei, & intellectus; nec etiam quælibet talis, sed solũ intellectus ad rem est veritas formaliter accepta; non autem conformitas rei ad intellectum, vt supra probatum est. Nec hoc est inconueniens dicere; quia enim relatio conformitatis habet aliud fundamentum in cognoscente, quàm in cognito, non est mirũ si ex fundamento habet speciale nomen, & specialem quandam rationem, secundũ quam non est in cognito: sicut æstimatiua naturalis habet speciale nomen in homine propter speciale subiectum, quod est anima rationalis; & dicitur ratio particularis, secũdum quod nomen non est in brutis, quamuis sit in eis æstimatiua naturalis, vt cõmuniter dicitur. Et sicut similitudo est realiter in exemplari, & imagine, & tamen in exẽplari dicitur exemplaritas, non autem in exemplato, sed solum imago, & è conuerso, in exemplato dicitur imago, non autem in exemplari.

Instantia. Et si dicatur, quod non est simile, quia nomen exemplaritatis præter respectum similitudinis dicit respectum causalitatis, qui non est in imagine; & è conuerso nomen imaginis dicit respectum causati, qui non est in exemplari.

Solutio. Dicendum, quod est per omnia simile; quia sicut in exemplari sunt quatuor, .s. subiectum, vt cuprum, lignum, &c. fundamẽtũ .s. figura, & duplex prædictus respectus; sic & veritas habet pro subiecto intellectũ, & pro fundamento actum cognoscendi, & duplicem respectum etiam includit; vnum quasi præsuppositiuè, qui .s. est actus cognoscendi ad cognitum; & alium significatiuè .s. conformitatis actus prędicti ad obiectum, & differt primus respectus à secundo, cum possit esse sine eo; contingit enim aliquid intelligere falso. Vnde si in obiecto non est actus intelligendi, qui est fundamẽtum, nec respectus qui est actus ad obiectũ, non est mirum si in eo non est veritas formaliter; quamuis sit in eo realiter conformitas.

Vel dicendum breuius, & fortè melius, quod vt supra probatum est, veritas non solum dicit respectum conformitatis, sed etiam actum cognoscendi cum tali respectu; hic autem actus non est verè in obiecto, propter quod non est in eo veritas formaliter, quamuis sit in eo formaliter conformitas ad intellectum. Et hæc de Tertio principali.

A

PVNCTVM IV.

Respondetur fundamentis oppositarum opinionum.

Ad fundamẽtum primæ opinionis.

QVANTVM autem ad quartum respondendum est ad argumenta facta pro opinionibus improbatis.

Ad primum.

Et ad primum factũ pro prima opinione dicendum, quod sicut vnumquodq; se habet ad entitatem, sic se habet ad veritatẽ causaliter, vel effectiuè dictam, non autem formaliter, vt per supradicta patet: hæc .n. veritas differt à rei entitate, & sic etiam exponendum est illud Philosophi, eadem est dispositio rerum in esse, & veritate, .s. de veritate, quæ est in rebus, non autem de veritate formaliter dicta.

B Vel potest dici, quod sicut supra declaratum est; sicut cognitio secundum rem est in cognoscente tantum, secundum autem nostrum modum intelligendi in cognoscibili, quia videtur secundum nostrum modum intelligendi ad cognoscibile terminari. Sic & veritas, quæ dicit rectitudinem cognitionis est realiter in cognoscente, sed secundũ nostrum modum intelligendi in cognoscibili; & sic veritas non est aliud, quàm entitas rei, vt est cognoscibilis, & conformabilis intellectui. Et quia sicut res se habet ad entitatem, sic se habet ad cognoscibilitatẽ, maximè enim entia sunt maximè cognoscibilia, & minima, minimè; & ea, quæ sũt medio modo, sunt medio modo cognoscibilia (eadem enim, vt communiter dicitur, sunt principia essendi, & cognoscendi, .s. passiuè, idest quibus quantum est ex se res C cognoscitur) idcirco dicitur, quod res sicut se habet ad esse, sic se habet ad veritatem, seu quod eadem est dispositio rerum in esse, & veritate; nõ autem intelligendum est hoc eo modo, quo dicebatur in arguendo.

Ad secundũ. Ad secundum factum pro eadem opinione dicendum, quod illud, quod est in intellectu est signum veri, quod dicitur verum causaliter, effectiuè, & obiectiuè, vt expositum est. Sed non est signum eius, quod est formaliter verum; imò illud, quod est in intellectu est verum formaliter, sed sic est signum veri oratio voce prolata, vel scripta.

Ad tertium. Ad tertium adductũ pro eadem opinione dicendum, quod veritas intellectus diuini, & Angelici non dependet, nec exemplatur à rebus, sed è conuerso res exemplãtur, & dependent ab intellectu diuino; veritas D autem Angelici intellectus à veritate intellectus diuini: veritas autem intellectus nostri non exemplatur, sed dependet sicut à causa analoga, & non principali, sed secundaria à rerum entitate, non ab earum veritate, Nec sequitur, quod propter hoc sit minus

minus formaliter, & perfectè veritas in intellectu nostro, quam in rebus, sicut nec sanitas est minus formaliter in animali, quã in medicina, quæ est causa analoga, & secundaria, non principalis sanitatis animalis.

Ad fundamẽtum secũdæ opinionis.

¶ Ad illud autem, quod adducebatur pro secunda opinione dicendum, quod illa inductio, per quam probat intentum suum, est insufficiens, quia non extendit se ad veritatem diuinam, & Angelicam, vt per duas rationes primas adductas contra illam opinionem supra declaratum est. Et ad auctoritatem Augustini, quæ pro eadem opinione adducebatur dicendum, quod Augustinus diffinit ibi veritatem, vt communiter dicitur, non simpliciter, sed secundum quod appropriatur Filio. Vel dicendum, quod Augustinus diffinit ibi veritatem non simpliciter, & formaliter, sed secundum quod attribuitur rebus naturalibus in ordine ad intellectum diuinum, qui est earum principium.

Ad fundamẽtum tertiæ opinionis.

¶ Ad illud autem, quod adducebatur pro tertia opinione, potest responderi tripliciter. Primo dicendo, quod sicut lapis dicitur habere esse reale extra animam, & in anima esse non reale; quia species lapidis, quæ est in anima, licet sit quædam res in se, aliàs esset nihil, non tamen est res, quæ est lapis; sic & Philosophus distinguit ens reale, quod diuiditur in decem Prædicamenta ab esse, quod significat veritatem, non quia veritas formaliter accepta non sit res alicuius generis; sed quia veritas, quæ est de re alicuius generis, puta substantiæ, non est illa res, nisi fortè per accidens, cum intellectus reflectitur ad cognoscendam rẽ illam, quæ est veritas, & tunc etiam differt non solum ratione, sed etiam realiter, sicut obiectum, & actus, seu actus conditio. Vel dicendum secundo, quod quia aliqua habent esse, quod significat veritatem, non autem dicunt rem alicuius generis, vt cęcitatem esse in oculo, tenebram in aere, &c. Idcirco distinguit Philosophus esse, quod significat verum, ab eo, quod diuiditur in decem genera; quamuis enim veritas talium, sit res alicuius generis; tamen talia, quæ dicuntur vera obiectiuè, non dicunt rem alicuius generis, cum dicant puram negationem, seu priuationem.

Vel dicendum tertio, quod veritas formaliter dicta est in anima res quædam alicuius generis; sed eadem veritas, vt est in obiecto secundum nostrum modum intelligendi non est res aliqua alicuius generis, secundum quod huiusmodi, cum non sit in eo realiter. Et hæc de quarto principali, & de toto.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD primum ergo factum in oppositum dicendum, quod ens, & verum causaliter effectiuè, & obiectiuè acceptum A conuertuntur, cum sint idem subiecto; verum autem formaliter acceptum, quod est in intellectu conuertitur cum ente, sicut manifestatum cum manifesto, vt communiter dicitur; & hoc totum supra declaratũ est.

AD II. Ad secundum dicendum eodem modo, quod Augustinus non intendit ibi diffinire verum formaliter dictum, sed causaliter, effectiuè, & obiectiuè dictum. Et vero sic accepto, illa diffinitio propriè conuenit, & non metaphoricè. Nec est inconueniens aliquid metaphoricè dictum propriè diffiniri; sicut si aliquis diceret, quod sanitas medicinæ est virtus causatiua sanitatis.

AD III. Ad tertium dicendum, quod veritas non est aliquid fictum, vel intentionale: sed est aliquid reale, vt supra probatum est, in anima existens; non quidem, quod sit animæ B potentia, habitus, vel passio, vt dicebatur in arguendo; sed est ipse actus cognoscendi cũ rectitudine, & conformitate ad cognoscibile, vel ipse respectus conformitatis ipsius actus ad obiectum, vt supra declaratum est. Philosophus autem in textu allegato, non intendit simpliciter enumerare omnia, quæ sunt in anima, cum præter illa tria, sit in ea sua essentia, actus intelligendi, & multa talia, sed intendit solum enumerare illa, quæ sunt principia in nobis alicuius operationis; & hæc sunt solum illa tria; aliquando enim homo agit ex passione, puta ex ira; aliquando ex habitu, sicut quando homo operatur ex arte; quandoq; vero ex nuda potentia, sicut quando homo incipit operari ante acquisitionem habitus.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod respectus cognoscibilitatis nõ relinquit suum funda- C mentum, quod est entitas rei, sed est in eodem subiecto cum ipso, s. in obiecto cognito: sed talis respectus non est veritas formaliter accepta, sed potius ipse actus cognoscendi cum respectu conformitatis ad cognoscibile, seu ipse respectus conformitatis actus ad obiectum, vt supra declaratum est. Illud autem dictum commune, quod verũ addit supra ens respectum cognoscibilitatis, intelligendum est de vero non formaliter dicto, sed de vero obiectiuè dicto, eo modo, quo veritas dicitur esse in aliquo, nõ sicut in subiecto, sed sicut in obiecto, vt supra declaratum est.

AD V. Ad quintum dicẽdum per interemptionem minoris. Veritas enim formaliter accepta, cum sit subiectiuè in intellectu, non est ratio ipsi obiecto immutandi cognoscitiuam potentiam; veritas etiam accepta D obiectiuè non est ratio ipsi obiecto immutandi potentiam; sed potius est quidam respectus; saltem secundum rationem, qui consequitur obiectum ex hoc, quod rectè cognoscitur à cognoscente. Ratio autem, quæ est obiecto immutandi potentiam sui ordi-

ordi-

ordinem intelligendi preintelligitur ipsi actui cognitionis. A

AD VI. Ad sextum dicẽdum, quod non est simile de bonitate formaliter accepta, & de veritate, cum bonitas sit in re extra, veritas aũt in intellectu, vt superius declaratum est. Veritas autem obiectiuè accepta sic se habet ad rem ueram, sicut bonitas formaliter accepta ad rem bonam. Vnde de tali veritate loquendo comparatio illa habet veritatem.

AD VII. Ad septimum dicendum, quod conceptus dicitur verus, vel falsus, non propter veritatem, vel falsitatem rei, sed propter eius entitatem, vel non entitatem, propter quod Philosophus non dicit, ex eo, quod res est vera, vel falsa, &c. sed ex eo, quod res est vel non est, vt superius declaratum est. B

AD VIII. Ad octauum dicendum per interemptionem maioris; possunt enim extrema esse in aliquo, vt albedo, & nigredo in superficie, absq; hoc, quod in eo sit medium. Et prætcrea quãuis sit quidam ordo inter hæc nomina, ens, verum, & bonum, non tamen verum debet dici propriè mediũ inter illa, nisi forte solum quantum ad talem ordinẽ; vnde non oportet dicere, quod sit subiectiuè in eo, in quo sunt illa duo, sicut nec quãtitas est subiectiue in Angelo, in quo est substantia, & qualitas; inter quæ duo secũdum ordinem prædicamentorum videtur esse media quantitas; & simile posset declarari per multa alia exempla. C

Ad nonum dicendum, quod verum formaliter acceptum se habet ad intellectum subiectiuè, & non obiectiuè, nisi fortè in actu reflexo, & hoc est per accidens. Vnde non est idem verum, quod subiectiuè se habet ad intellectum, & obiectiuè. Vel dicendum per interemptionem maioris; idẽ enim potest se habere ad intellectum subiectiuè, & obiectiuè, vt cum intellectus intelligit actum suum, seu speciem intelligibilem, seu verbum, seu aliquid huiusmodi. AD IX.

Ad decimum, & vltimum dicendum; quod quamuis relatio conformitatis rerũ naturalium ad intellectum diuinum, vel artificialium ad nostrum, sit realiter in rebus propter realem dependentiam ipsarum, & solum secundum rationem in intellectu diuino, vel nostro, quia à rebus talibus non dependet; tamen conformitas est realiter in intellectu nostro ad res artificiales, & etiam in intellectu diuino ad res naturales, sicut & in Deo est reale dominium respectu creaturæ, propter quod est realiter dominus, quamuis in eo sit solum secundum rationẽ respectus dominij, vt superius declaratum est. Et hæc conformitas est veritas formaliter accepta, non autem conformitas rerũ ad intellectum, vt superius dictum est; sed talis conformitas debet dici veritas effectiuè accepta, non formaliter. AD X.

QVAESTIO XXXII.

Vtrum æuum differat ab æternitate, & tempore.

Pro Parte Affirmatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod sit idem, quod tẽpus, quia Aug. 8. super Gen. ad lit. c. 20. dicit, quod Deus mouet creaturam spiritualem per tempus. Sed creatura spiritualis mensuratur æuo, vt communiter dicitur. Ergo &c.

II. PRÆT. Videtur, quod sit idem, quod æternitas, quia in libro de Causis dicitur, quod intelligentia parificatur æternitati. Sed intelligentia parificatur æuo, sicut mensuratũ suæ mensuræ. Ergo &c. D

III. PRÆT. Quia respondens dixerat, quod æuum est mensura esse intransmutabilis, quod compatitur transmutationem aliquã inhærentium, seu accidentium. Contra hoc arguitur, quia aut æuum conuenit æuiterno propter esse intransmutabile, & hoc non videtur, quia tunc multo magis conueniret Deo; aut propter transmutationem adiunctam inhærentium; & hoc etiam non videtur, quia eadem ratione eidem non conueniunt duæ mensuræ; sed ratione talis transmutationis conuenit ei mensura, quæ est tempus, vt communiter dicitur, & etiã respondens dixerat. Ergo &c.

IV PRÆT. ad idem. Cælum Empyrium non mensuratur tempore cum careat motu, cuius solius mensura est tempus, vt diciur 4. Physic. t. 114. nec æternitate, quia non est Deus, qui solus mensuratur æternitate, vt communiter dicitur, & respondens dixerat.

Ergo mensuratur æuo, nec tamen habet transmutationem aliquam adiunctam. Ergo &c.

V. PRÆT. ad idem. Omnis motus fundatur super aliquo immobili, quod est subiectum motus, & pro tanto dicitur mobile, quamuis secundum se sit immobile, & hoc patet per motus singulos discurrenti. Hoc supposito sic arguitur. Quarto Physicorũ dicitur, quod sicut se habet tempus ad motum, sic se habet nunc temporis ad mobile. Sed tempus est mensura motus, vt ibidem dicitur. Ergo nunc temporis est mensura mobilis, quod .s. secundum se est immobile, sed habet transmutationem adiunctam: ergo tale non mensuratur æuo, quod differt à nunc temporis: idem enim non mensuratur duabus mensuris.

VI. PRÆT. Quia respondens dixerat, quod tempus est mensura motus, & in hoc differt ab æuo. Contra hoc arguitur, quia si tempus est mensura motus. Ergo est per prius mensura illius motus, secundum quem subiectum maximè transmutatur, & vltimò eius, secundum quem minimum transmutatur. Sed secundum generationem, & corruptionem subiectum transmutatur quantum ad substantiam; secundum autem alterationem augmentum, & diminutionem quantum ad inhærentiam substantiæ; secundum autem motum localem rectum, subiectum mutatur quantum ad locum, qui est quoddam extrinsecum à subiecto, tamen mutatur secundum se totum de loco ad locum; secundum autem motum circularẽ subiectum mutatur quátum ad locum, non secundum se totum, sed solum sm̃ partes. Ergo tempus non esset mensura per prius primi motus localis circularis, sed magis generationis, & corruptionis, quod est contra doctrinam Philosophi 8. Physicorum.

VII. PRÆT. Quia respondens dixerat, quod æternitas est mensura esse intransmutabilis, & in hoc differt ab æuo. Contra hoc arguitur: quia ratio quam significat nomen est diffinitio, vt dicitur 4. Metaph. t.28. Sed æternitas dicitur quasi extra terminos. Ergo æternitas est mensura carens terminis, siue esse, quod mensuratur æternitate sit transmutabile, siue non, & intransmutabilitas per accidens se habet ad æternitatem.

VIII. PRÆT. Quia respondens dixerat, quod ista tria distinguuntur secundum distinctionem eorum, quæ ab eis mensurantur. Contra hoc arguitur. Quia mensurata sunt extra mensuras, & è conuerso. Ergo non possunt eas distinguere; omne enim, quod distinguitur ab aliquo, distinguitur vel se toto, vel aliquo sui.

IX. PRÆT. ad idem. Mensuræ notificant mensurata, & non è conuerso. Ergo magis distinctio mẽsuratorũ notificãda est per distinctionẽ mensurarum, quam è cõuerso.

A PRÆT. Quia respondens dixerat, quod Angelus quantum ad substantiam mensuratur æuo, sed quantum ad operationem tempore. Contra hoc arguitur. Quia in libro de causis dicitur, quod intelligentia est in æternitate quantum ad substantiam, & operationem, & loquitur de æternitate participata, quæ est æuum. Ergo operatio eius non mensuratur tempore, sed æuo. X.

PRÆT. ad idem. Quæ possunt æquiparari quantum ad durationem, habent vnã mensuram durationis. Sed statim quod fuit Angelus potuit intelligere, & intellexit, vt communiter dicitur, & per consequens intelligere eius æquiparatur eius substantię in duratione. Ergo substantia eius, & operatio habent vnam mensuram durationis. XI.

PRÆT. Philosophus dicit in 4. Physicorum, quod idem nunc est in toto tempo-
B re. Sed hoc est etiã in æternitate, & videtur constituere rationem æternitatis. Ergo tẽpus, & æternitas sunt idem, & multo magis æuum est idem cum vtroq; eorum, quod videtur esse medium inter ea. XII.

PRÆT. Mensuratum dependet à mẽsura secundum quod huiusmodi. Sed Deus nullo modo dependet ab aliquo. Ergo non mensuratur æternitate, vt dicebat respõdẽs. XIII.

PRÆT. Quia respondens dixerat, quod æuum differt à tẽpore, quia est totũ simul. Contra hoc arguitur. Quia æuum est infinitum à parte post ad minus. Ergo esset aliquod creatum actu infinitum. XIV.

PRÆT. ad idem. Vnum æuiternum fit post aliud, vt patet de animabus humanis. Sed quælibet earum mensuratur æuo. Ergo in æuo est successio. XV.

PRÆT. Omnia, quæ sunt in aliquo
C genere mensurantur primo illius generis. Ergo omnia entia mẽsurantur esse diuino, & per consequens æternitate, quæ est mensura esse diuini, & non tempore, vel æuo, vt respondens dixerat. XVI.

PRÆT. Intellectio, qua Angelus intelligit se, & Deum caret successione. Ergo non mensuratur tempore, quod est mensura solum successiuorum, sed æuo, quod successione caret; quod est contra dictum respondentis. XVII.

PRÆT. Augustinus dicit 12. Confessionum, quod Angelus factus fuit in principio temporis. Sed quod fit in tempore videtur mensurari tempore; ergo Angelus mensuratur tempore, & mensuratur æuo, vt dicebat respondens. Ergo eadem mensura est æuum, & tempus. XVIII.

PRÆT. Sicut se habet mensura cor-
D ruptibilium ad corruptionem, sic se habet mensura successiuorum ad successionem. Sed mensura corruptibilium, quæ est tempus, est incorruptibilis, saltem secundum possibilem positionem, si motus cæli nunquam deficeret. Ergo & mensura succes- XIX.

Inuorum, s. tempus caret successione; & per consequens per hoc non differt ab æuo, vt dicebat respondens.

XX. PRÆT. Illud, quod semper est in principio, & in fine mensuratur æternitate. Sed tempus est huiusmodi secundum opinionem Philosophi, & secundum possibilem positionem. Ergo tempus mensuratur æternitate, & per consequens tempus, & æternitas non videntur esse duæ mensuræ.

Pro parte Opposita.

SED CONTRA EST. Quia Ecclesiastici 1. dicitur, quod sapientia æterna est ante æuũ. Et Boetius dicit in lib. 3. de Consolat. met. 9. Deum alloquens, Qui tempus ab æuo ire iubes. Ergo æuum differt ab vtroque, scilicet à tempore, & ab æternitate.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Dicendum est, quod differentia inter aliqua sciri non potest, nisi sciatur quid sit vnumquodque illorum. Vnde ad euidentiam huius quæstionis quinque facienda sunt. Primo, videndum est, quid hæc tria communiter important. Secundo, videndum est, quid est tempus. Tertio, quid est æuum. Quarto quid est æternitas. Quinto, ex his apparebit, quæ differentia est inter hæc tria, tempus, æuum, & æternitatem.

PVNCTVM I.

Declarantur termini quæstionis.

QVANTVM ad primum horum sciendum est, quod omnes in hac materia loquentes per hæc tria intelligunt mensuras durationum, seu durationes quasdam: mensura autem est, per quam cognoscitur quantitas rei, vt dicitur 10. Metaph. tex. 3. siue sit quantitas propriè dicta, vnum scilicet de decem generibus, siue non, pro vt dicitur 10. Metaph. tex. 2. q primum in vnoquoque genere, quocunque scilicet, est mensura omnium illorum, quæ sunt in illo genere. Dico autem hæc tria esse mensuras durationum, quia aliquid est mensura perfectionis, vt primum ens omnis entis; in tantum enim omne creatum est perfectum, quantum primo appropinquat; & per hunc modum, primum in vnoquoque genere dicitur esse mensura omnium illorum, quæ sunt in illo genere; quia per appropinquationem, vel elongationem à tali primo, vnum A quodque, quod est in illo genere, plus, vel minus participat de perfectione, & natura illius generis, vt patet de albedine respectu aliorum colorum, & sic de alijs: aliquid autem est mensura extensionis, vt quantitas continua: aliquid multiplicationis, vt quantitas discreta: aliquid autem est mensura durationis, vt tempus, æuum, & æternitas. Et hæc de primo principali.

PVNCTVM II.

Quid sit tempus.

QVANTVM autem ad Secundum sciendum est, quod Quidam tria dicunt de tempore, quorum vnumquodque benè intellectum continet veri- B tatem; sed si intelligantur secundum sonum vocabulorum continent falsitatem. — *Prima opinio cõtinẽs tria dicta.*

¶ Et primum est, quod tempus non habet esse reale extra animam, sed esse formale, & completum habet ab anima; hoc autem probant tripliciter. — *Primum dictum.*

Primo, quia indiuisibile, & carens mora non videtur posse esse causa diuisibilis, & habentis moram; sed de tempore nihil est in rerum natura, nisi nunc, quod est indiuisibile, & carens mora. Ergo existentia ipsius nunc in rerum natura, non potest esse causa, quod sit tempus, quod est diuisibile, & habens moram. — *Probatur Primo.*

Præterea. Illud totum, cuius partes non sunt in rerum natura, nec ipsum est in rerum natura. Sed partes temporis, quæ sunt præteritum, & futurum, non sunt in rerum natura, de præsenti etiam non est in C rerum natura, nisi nunc, quod non est pars temporis, sicut nec punctum est pars lineæ. Ergo tempus non habet esse in rerum natura extra animam. — *Secundo.*

Præterea tertio. Probant, quod tempus habet esse formale, & completum ab anima, quia tempus est numerus motus, vt dicitur 4. Physic. t. 108. numeratio autem dependet à numerante; numerans autem est anima, seu intellectus quicunque. Ergo &c. — *Tertio.*

¶. Sed hæc opinio potest reprobari tripliciter. Primo, quia secundum Philosophum 5. & 6. Metaphysicæ, ens secundum animam distinguitur contra ens, quod diuiditur in x genera, sic, quod illa, quæ habent esse solum secundum apprehensionem animæ, vt priuationes, vniuersalia, & cætera, secundum quod huiusmodi, non ha- D bent esse in aliquo prædicamento; sed tempus (secundum Philosophum in Prædicamentis) est in genere quantitatis, sicut quantitatis determinata species. Et si dicatur contra, quia absolutum non potest esse subiectiuè in respectu. Ergo nec quantitas in — *Improbatur hæc opinio. Primo.*

motu

motu locali, qui non videtur esse aliud, quã vbi. Dicendum, quod forte talis quantitas non est absolutum, sicut nec subiectum eius. Ergo &c.

Secundo. Præterea secundo. Secundum Philosophum in 4. Physic. c. vlt. Tempus comparatur ad alios motus, vt mensura tantum, ad primum autem motum, vt mensura, & vt accidens; ens autem secundum rationem non est accidens, seu inhærens subiectiuè alicui; quod patet exemplo, & ratione. Vniuersale enim, quod est ens secundum rationem, non est in aliquo subiectiuè, nec in intellectu, nec extra in re, nisi secundum opinionem Platonis; sed obiectiue tantum est in intellectu. Priuatio etiam, quæ est ens secundum rationem, cum nihil positiuum dicat non est accidens alicui. Hoc etiam patet ratione. Quia omne accidens, cum sit inhærens alicui reali est aliquid reale, & non est ens secundum rationem tantum. Ergo tempus habet esse reale extra animam, & non est ens secundum rationem tantum.

Tertio. Præterea tertio. Subtracto omni intellectu, & posito, quod cælum moueatur, aut Sol simul esset in Oriente, & Occidente; & hoc est impossibile dicere, idem enim non potest simul esse in oppositis sitibus, aut non esset simul, & sic motus successionem haberet, & non simultatem subtracto omni intellectu; successio autem motus est tempus, cum tempus sit prius, & posterius numerata in motu, vt dicitur 4. Physic. t. 110. Ergo subtracto omni intellectu tempus habet esse reale extra animam.

Sententia vera Authoris. Ex quibus rationibus patere potest, quid est tempus. Est enim quantitas, seu extensio motus re differens à motu; sicut etiam in permanentibus extensio differt realiter à substantia extensi, vt hominis, ligni, &c.

Licet autem quilibet motus sit quantus, & extensus, tamen quantitas primi motus solum quicunque sit ille, etiam si primus motus esset motus molæ in aere est tempus; cuius ratio est, quia tempus est mensura, mensura autem in vnoquoque genere est primum in illo genere, vt dicitur 10. Metaph. tex. 2. nihil ergo deest extensioni alterius motus, quod non sit tempus, nisi quia ille motus non est primus. Vnde sicut quantitas vlnæ est mensura intrinseca ipsius vlnæ, & accidens eius, aliorum autem, vt panni, tentorij, &c. est mensura extrinseca (quamuis vnumquodque illorum habeat quantitatem) & extensionem suam sibi realiter inhærentem; sic & quantitas, seu extensio primi motus est accidens, & mensura eius intrinseca, aliorum autem motuum extrinseca est mensura, quæ extensio dicitur tempus, & tamen quilibet motus habet quantitatem, & extensionem suam, quæ à quantitate, & extensione primi motus realiter mensuratur; ratione cuius mensurationis dicitur etiam mensurari quilibet motus, in quo talis extensio est subiectiuè à tempore, quod est quantitas, & extensio primi motus. Et quia in omni quantitate, & extensione est pars extra partem eiusdem naturæ, & rationis cum toto, & in successiuis pars est prior parte; idcirco dicitur 4. Physic. t. 110. quod tempus est numerus prioris, & posterioris in motu, vel prius, & posterius numerata in motu, idest tempus est quantitas, seu extensio motus, ratione cuius possunt signari in motu plura se habentia, vt prius & posterius. Et per hoc patet quid est tempus continuum.

Tempus autem discretum potest distingui à continuo dupliciter, Vno modo sicut aliquid eiusdem naturæ cum ipso distinctũ ab eo, solum sicut plura ab vno, discretum à cõtinuo, seu distinctum ab indistincto, sicut differt numerus linearum à linea continua in permanentibus, & simile de superficie, vel de corpore. Et hoc tempus dicitur in Prædicamentis à Philosopho oratio, exponendo scilicet mensurata pro mensura; oratio enim mente concepta, est in prima specie qualitatis, voce autem prolata in tertia, scripta autem in quarta quantum ad figuras, vel in genere substantiæ quantum ad materiam. Sed quia oratio voce prolata est aliquid compositum ex discontinuis dictionibus, syllabis, &c. mensuratur tempore, quod est discontinuum, non quidem in se, sed in quantum est eius mensura, quod tempus Philosophus intelligit per orationem; per quod patet distinctio specierum quantitatis. Quantitas enim aut est successiui, aut permanentis; si successiui, vel est continua, & dicitur tempus, vel discontinua, & dicitur oratio. Si est permanentis, vel est discontinua, & dicitur numerus; vel est continua, & tunc est subdistinguendum, quia, vel est mensura extrinseca, & dicitur locus, vel intrinseca, & dicitur linea, longitudo, superficies, latitudo, & profunditas, corpus.

Vel potest distingui tempus discretum à tempore continuo, sicut aliquid alterius naturæ ab ipso compositum, scilicet, ex nunc stantibus, quorum vnumquodq; necessario, coexistit alicui tempori nostro, & hoc est tempus, quod mensurat successionem cogitatuum, & affectionum in Angelo, de quo tempore dicit Augustinus 8. super Genesim ad literam cap. 20. quod Deus mouet creaturam spiritualem per tempus.

Hoc autem tempus dico esse alterius naturæ à nostro tẽpore propter duo. Primo, quia tempus nostrum non componitur ex nunc, sicut illud, & nunc temporis nostri est indiuisibile priuatiuè, nunc autem illius

tēporis est indiuisibile negatiuè necessariò coexistens alicui tempori nostro, & impossibile coexistere solum vno nunc temporis nostri. Secundo, quia tempus nostrum est accidens primi motus cæli; cogitatus autē, & affectus Angelici sunt alterius naturæ à motu cæli, & supra ipsum; & quia cogitatus, & affectus prædicti sunt plures sibi succedentes, idcirco dicitur talis successio tēpore mensurari; tempus enim est mensura successiuorum; quia autem sunt distincti, & discontinui, tale tempus dicitur tempus discretum.

Quod autem tale nunc necessario existat alicui tempori nostro, & impossibile est, quod coexistat solum vni nunc indiuisibili temporis nostri, potest probari dupliciter.

Primo, quia si duo instantia duarum operationum Angelicarum immediatè se consequentium coexisterent solum duobus instantibus temporis nostri, cum inter quęlibet duo instantia temporis nostri, mediet tempus, sequeretur quod Angelus in illo tempore medio, omni operatione careret, quod est inconueniens, & impossibile.

Secundo, quia impossibile est, quod aliquid sit in solo vno instanti tēporis nostri, aut sicut in mensura, aut sicut in coexistente, cuius ratio est, quia tale, aut corrumperetur in eodem instanti, & hoc est impossibile, quia sequeretur, quod in eodem instāti res esset, & non esset; res enim quando corrumpitur primo non est: aut corrumperetur in alio instanti; & quia inter quælibet duo instantia nostri temporis est medium tempus, illa res in illo tēpore nec esset, neq; non esset; aut corrumperetur in tempore, & hoc est impossibile, nō enim potest corrumpi in tempore, nisi quod habet esse in tempore; corrumpi enim prout significat primo non esse rei, est in instanti, sicut & primo esse rei; secūdum autem quod significat alterationem ad tale nunc est in tempore, & toto illo tempore res est.

Deductio eorum, quę dicta sunt.

Apparet ergo ex his, quæ dicta sunt quid est tempus continuum, & quid tempus discretum, & quid nunc temporis continui, & quid nunc temporis discreti, & quod tēpus habet esse reale extra animam.

Notanda p solutione argumētorum primi dicti. Primum.

Ad euidentiam autem argumentorum, quæ fuerunt facta in oppositum, duo intelligenda sunt. Et primum est, quod non omnia habent eundem modum essendi; vnde probare aliqua non habere esse extra animam, quia non habent modum essendi quorundam non est conueniens probatio; sicut si aliquis vellet probare materiam nō habere esse extra animam, per hoc quod non est actus, sicut forma, vel quia non habet esse in actu, sicut compositum.

Secundum.

Secundo, sciendū, quod aliqua possunt dici habere esse extra animam dupliciter, .s. aut quia secundum se tota habent simul esse extra animam, vt permanētia, aut quia secundum omne, quod est in eis, aliquando A sunt extra animam, & si non secundum se tota simul, vt successiua, vt motus, & tēpus, quod est quantitas eius, vel accidens: tempus ergo habet esse extra animam pōt dupliciter intelligi, .s. vel secundum se totū simul, & sic non habet esse extra animam, sed solum in animæ apprehensione, quæ simul potest ferri in omnes partes eius, & sic intellecta hæc opinio habet veritatem. Vel quia secundum omne, quod est in eo aliquando, & si non simul, habet esse extra animam, & sic dicendum est, quod tempus totum habet esse extra animam, sicut & motus, cujus tempus est quantitas, & sic intellecta prædicta opinio non habet veritatem.

Soluuntur argumenta primi dicti. Ad primū.

His suppositis. Ad primū, per ꝙ probabatur, ꝙ tēpus non hēt esse reale extra animā. Dicendum, ꝙ indiuisibile in nullo ge- B nere causæ est causa temporis, causa .n. eius efficiens est mouens; causa autem materialis est motus; causa formalis nulla, cum ipsū tempus sit quædam quantitas, & per consequens dicat aliquid formale, formæ autem non est forma; causa autem finalis eius est quies, vel aliquid huiusmodi; nihilominus existentia nunc in rerum natura, est causa quod tempus sit extra animam in rerum natura; quia quamuis de tempore simul nō sit nisi vnum nunc indiuisibile; tamen tempus secundum omne, ꝙ est in eo, aliquādo & si non simul est extra animam.

Ad secūdū.

Et ad secundum, per quod probabatur idem dicendum, quod quamuis præteritū, & futurum nō sint nunc præsentia in rerum natura, tamen aliquando habent esse extra animam; & hoc sufficit ad hoc, quod tempus totum possit dici habere esse suo modo C extra animam, vt supra declaratum est.

Ad tertium

Ad tertium, per quod probabatur, quod tempus habet esse ab anima solum, dicendum, quod numeratio dependet ab intellectu numerante, non autem numerus, sed à distinctione reali aliquorum; nullo enim intellectu existente, nihilominus esset numerus piscium, & lapillorum in mari si distincti pisces, & lapilli essent in mari.

Secūdū dictū opinionis allatæ.

¶ Secundum, quod dicunt aliqui de tēpore est, quod sicut se habet tēpus ad motum, sic se habet nunc temporis ad mobile; quod etiam videtur esse verbū Philosophi 4. Physicorum; vnde dicunt, quod sicut tempus mensurat motum, sic nunc temporis mensurat mobile,

Quod etiā potest benè, & malè intelligi, si .n. per mobile intelligatur nō subiectum motus, sed res, quæ per motum fluit, vt al- D bedo in motu dealbationis, &c. veritatem habet illud dictum; sicut enim tota dealbatio mensuratur toto tempore, sic albedo sub vno gradu accepta, mensuratur vno nunc solo illius temporis, & non pluribus, vel aliquo tempore, quia si subiectū per aliquod tem-

tempus, vel per plura instantia, quod idem est, esset sub vno gradu albedinis quiesceret, & non continuè moueretur: illud enim dicitur quiescere, quod eodem modo se habet nunc, & prius, seu in duobus instantibus, quod idem est.

Si autem intelligatur per mobile subiectum motus, vt nomen sonat, & etiam ipsi exprimunt, sic falsum est illud dictum, & proportio, seu similitudo esset nulla, & esset cótra intentionem Philosophi, quod potest probari tripliciter.

Improbatur dictum allegatum. Primo.

Primo, quia mensuræ fluentis impossibile est, quod sit nunc stans. Sed tempus est mensura fluens; illud autem, quod mensurat substantiam subiecti motus secundum se, est aliquid stans, & non fluens, sicut & ipsa substantia mobilis secúdum se accepta est aliquid stans, quamuis substernatur fluxui aliquorum sibi inhærentium, vel locorum, mensura enim, & mensuratum mutuo sibi correspondent quantum ad stabilitatem, & fluxum. Vnde & secundum Philosophum in 4. Physicorum, prius & posterius in tempore est à priori, & posteriori in motu. Ergo inconueniens est dicere, quod nunc temporis fluentis sit mensura substantiæ mobilis.

Secundo.

Præterea. Eiusdem mensuræ non possunt esse diuersa nunc diuersarum rationu. Sed in tempore nostro est nunc fluens, vt probabatur. Ergo impossibile est, quod in eodem tempore, sit nunc quod est mensura substantiæ mobilis, quod vt per præcedentem rationem patet, est núc stans, & per consequens alterius rationis a nunc fluente. Probatio minoris, vnú indiuisibile motus, quod à Philosoph. in Physicis vocatur mutatum esse, constat quod non mensuratur tempore discreto, vel continuo, cum sit indiuisibile carens omni successione; tempus autem omne est mensura successiuorum. Nec potest dici, quod mensuretur mensura quacunq; stante, vt æuo, æternitate, vel núc æui, cum non habeat esse stabile, sed statim desinens: prædicta autem sunt mensuræ habentes esse stabile. Ergo oportet dicere, quod tale mutatum esse mensuretur nunc fluente, sic quod sicut totum tempus mensurat totum motum, sic nunc indiuisibile temporis mensuret tale mutatum esse.

Tertio.

Præterea tertio. Sicut se habet linea ad punctum, sic tempus ad nunc, vt dicitur 4. Physicorum. Sed in omni linea possunt signari infinita puncta, & impossibile esset dare lineam in qua esset solum vnum punctum. Ergo & simile est de tempore respectu ipsorum nunc. Sed si nunc mensurat substantiam mobilem, sicut in quolibet tépore est dare infinitá nunc, sic in quolibet tempore oporteret dare infinita mobilia, quæ mensurarentur ab ipsis nunc infinitis. Hoc est inconueniens dicere. Ergo illud ex quo hoc sequitur.

A ¶ Tertium, quod dicunt Quidam de tempore, est, quod sicut in toto tempore mobile est vnum, & idem secundum rem differens ratione tantum, prout est in alia, & alia dispositione, ita & nunc temporis est idem, & vnum secundum rem in toto tempore differens tamen secundum rationem, secundum quod est in diuersis partibus temporis.

Tertium dictum eiusdé opinionis.

Quod etiam potest bene, & male intelligi. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod aliud est dicere esse aliqua realiter diuersá, & esse aliqua realiter separata: materia .n. & forma compositi, sunt realiter diuersa dum sunt in composito, nonauté tunc sunt realiter separata, sed magis túc sunt vnita in composito. Et similiter dicendum, quod in tempore continuo sunt plura nunc realiter diuersa, actu siquidem duo, principium .s. & finis temporis, potentia autem infinita, quæ sunt in medio: B supposita tamen temporis continuitate, non sunt in tempore plura nunc realiter separata, vnde quantú ad hoc, hoc dictum habet veritatem, non autem primo modo, idest, si intelligatur, quod in tempore non sunt plura núc realiter diuersa; quod potest ad præsens probari tripliciter.

Impugnatur dictú præcedens. Primo.

Primo, quia secundum Philosophum in 4. Physicorum, sicut se habet punctum ad lineam, itá nunc ad tépus: sed in diuersis partibus lineæ, impossibile est esse vnum punctum realiter, vt apparet ad sensum. Ergo &c.

Secundo.

Secundo, quia vt supra declaratum est, sicut se habet mutatum esse ad motum, sic se habet nunc ad tempus: sed in vno toto motu impossibile é mobile esse in vno mutato esse, aliter non moueretur, sed quiesceret: C in vna enim dealbatione mobile est sub diuersis gradibus albedinis, quorum vnusquisq; habet rationem vnius mutati esse, & simile est de alijs motibus. Ergo in vno tempore sunt plura nunc realiter diuersa, duo quidem in actu, quæ scilicet sunt principium, & finis temporis, infinita autem in potentia, quæ scilicet sunt in medio.

Tertio.

Tertio, quia si in toto tempore esset solú vnum nunc realiter sequeretur, quod tempus esset realiter indiuisibile, & diuisibile solum sm rationem, quomodo est diuisibile etiam punctum, quod idem re est principium, & finis respectú diuersorum. E Hæc de secundo principali.

PVNCTVM III.

Quid est æuum.

D

Opinio quorundam.

QVANTVM ad Tertium .s. quid est æuum, sciendum est, quod Quidã dicunt quod æuum est mensura habens prius,

prius, & posterius, in quo vt dicũt differt ab æternitate, habẽs tñ hoc sine innouatione, & inueteratione, in quo, vt dicunt, differt à tempore, & vtrumq; istorum probant. Quod enim in æuo non sit innouatio, & inueteratio videtur per hoc, quia in æuiternis, vt in substantijs separatis, & corporibus cælestibus nulla innouatio apparet, nec inueteratio, vt ẽt de corporibus cælestibus probatur primo de cælo: mensuratum autem, & mẽsura videntur sibi mutuo correspondere, necessario quantum ad innouationem, & inueterationem, maxime loquendo de mensura intrinseca. Quod autem in æuo sit prius, & posterius probant per hoc, quia solum primum esse, videtur esse omnino stabile, & per consequens sola eius mensura, quæ est æternitas, vt enim iam dictum est mensura, & mensuratum eodem modo se habent quantum ad stabilitatem, & fluxum; omne autem aliud esse creatum est in continuo fluxu, & fieri, quod probant primo per dictum Boetij lib. 5. de Consolatione prosa sexta, vbi dicit, quod nullum esse creatum potest totum suum esse simul a Deo recipere, sed recipit eum per partes. Et Idem dicit in 3. de Consolat. met. 9. de Deo loques, ꝙ immobilis manens dat cuncta moueri. Et per dictum August. 8. super Genes. ad literam cap. 12. vbi dicit [Aer præsente lumine nõ factus est lucidus, sed fit, quia si factus esset non fieret, sed etiã absente lumine lucidus maneret,] & sic, vt subdit ibi Augustinus, est de esse creatura respectu esse diuini. Ergo &c. *Probatio*

Hoc autem declarãt etiam per exemplũ; fluxus enim, vt dicunt fluminis est cum continua innouatione, & inueteratione, fluxus autem radij solaris in aere, est sine innouatione, & inueteratione; & similiter dicunt ipsi, quod est prius, & posterius, seu fluxus in esse æuiterni, & per consequens in æuo sine tamen innouatione, & inueteratione.

¶ Hæc autem opinio potest improbari tripliciter, quantum .s. ad tria, quæ dicit. *Improbatur hæc opinio. Primo.*

Et primo, quantum ad hoc, quod dicit, quod in æuo est prius, & posterius propter fluxum, seu fieri continuum æuiterni, si .n. esse æuiterni est in continuo fluxu, & fieri, aut est vnum, & idem in toto tempore, aut semper est aliud, & aliud.

Non potest dici primum, fluxus enim & variatio, seu fieri circa idem numero intelligi non potest esse, nisi dupliciter, scilicet vel per motum intensionis, vt est de esse albedinis in motu dealbationis, quod dici non potest de esse substãtiali æuiterni, cuius ratio in indiuisibili consistit, nec per consequens recipit magis, & minus: vel per motum extensionis, vt scilicet intelligatur fieri pars post partem, vt est de motu augmenti, quod fit per additionem quanti ad quantũ, quod etiam de esse substãtiali æuiterni dici

A non potest, cum non habeat partem, & partem, cum sit simplex; cuius ratio in indiuisibili consistit, quod quamuis aliqui negẽt, tamẽ nullus dicit, esto quod partes habeat, quod vna pars eius, fiat post aliam.

Secundum etiam membrum principale dici non potest, quia si non est idem, & vnũ esse æuiterni in tota sua duratione, hoc non potest esse, nisi vno triũ modorum scilicet. Aut quia esse præcedens corrumpitur adueniente sequente, & hoc est impossibile dicere de esse æuiterni, quod est naturaliter incorruptibile, & quia sequeretur, quod in duobus instantibus quibuscunq; res æuiterna non esset eadem numero; vtpote res habens aliud, & aliud esse, quod esset redire ad opinionem antiquorum (que reprobatur 4. Metaphys.) dicentium, quod sicut non contingit eãdem aquam fluuij bis tangere, sic nec in duobus instantibus res quęcunq; est in eadem dispositione. Aut secun- B do, quia esse sequens simul esset cum esse præcedenti realiter distinctum ab ipso, & hoc est impossibile dicere, quia cum vnum ens simpliciter dicatur, in quo est vnum esse substantiale, quod est esse simpliciter res æuiterna, in qua essent plura esse substãtialia realiter distincta; esset plura entia simpliciter realiter distincta, & non vnum, imo esset quælibet infinita entia simpliciter, propter infinita esse substantialia, quæ oporteret in ipsa ponere, si esset sic in continuo fluxu; nec in duobus instantibus haberet idem esse substantiale, quod est absurdum. Aut tertio oporteret ponere, ꝙ ex duobus esse, s. pręcedente, & sequente fieret vnum, quod etiam est impossibile dicere, quia ex duobus existentibus in actu, non potest fieri per se vnum: sed existens in C actu dicitur ab esse in actu, Ergo ex duobus esse substantialibus, non potest fieri per se vnum, & per consequens res æuiterna nõ esset per se vna.

Secundo, potest hæc opinio improbari quãtum ad hoc, quod dicit, quod in æuo est prius, & posterius sine tñ innouatione, & inueteratione, aut enim dicunt, ꝙ innouatio & inueteratio non est in ipso æuo, ꝙ dicunt habere prius, & posterius, aut quod non est in esse æuiterni. Primum dici non potest, quia in omni duratione habente prius, & posterius impossibile est, quod pars posterior de nouo adueniat, nisi priori parte recedente, eo quod prius, & posterius eiusdem durationis simul esse non possunt. Est igitur in tali duratione cõtinua inueteratio prioris, & renouatio posterioris. Non potest etiam dici secundum, ex hoc enim res, D quæcunq; inueteratur tempore, quod habet esse transmutabile, & ex transmutatione mẽsurati, est prius, & posterius in mensura, vt patet 4. Phys. t. 120. Si ergo res æuiterna non est innouabilis, & inueterabilis, nec per consequens transmutabilis mensura *Secundo.*

eius,

eius, quæ est æuum, non habebit prius, & posterius.

Tertio, pót hæc opinio improbari quantum ad exemplum, quod adducit incongruum de radio Solis; Sol enim est in continuo motu, vnde non est mirum, si radius eius est in continuo fluxu, nec est idem numero nunc & prius; effectus enim non potest esse potior, & permanentior sua causa: nec accidens transmigrat de subiecto in subiectum: sed si Sol staret, & non moueretur, idem radius esset in toto illo tépore in aere absq; omni fluxu, & fieri, Deus autem, qui est causa esse æuiterni, est omnino immutabilis, vnde non est simile.

Ad probatio nem in contrarium.

Ad argumentum ergo, per quod probatur, quod in æuo est prius, & posterius. Dicendum, quod solum primum ens est omnino stabile, quantum .s. ad essentiam suam, & omne quod est in ipso, omne auté aliud creatum mutabilitatem aliquam habet, quantum ad aliqua inhærentia saltem, vel quantum ad locum, & quátum ad hoc, verificatur illud dictum Boetij, Immobilis manens, &c. & illud aliud, quod etiam ponebatur in arguendo, quod nullum creatum habet totum suum esse simul; sed recipit eum per partes, intelligendum .s. hoc de esse accidentali non substantiali. Et ad auctoritatem Augustini dicendum, quod loquitur de fieri, & de facto esse, non propriè, sed largè. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod res permanens, quantum ad fieri suum dependet à sua causa efficiente, non autem quantum ad suum esse, vt ad sensum apparet de domo respectu ædificatoris, & in omnibus alijs. Fieri ergo propriè acceptum importat nouitatem quandam essendi cum dependentia tali; & per oppositum factum esse importat carentiam vtriusque, .s. nouitatis prædictæ, & dependentiæ; & sic non loquitur Augustinus de fieri, & facto esse, sed largè, per fieri tale potest intelligi omne, quod habet esse tale cum dependétia à sua causa efficiente, quod est imperfectionis, & per oppositum per factum esse tale, potest intelligi quod est tale absq; tali dependentia, quod est perfectionis, sicut & in permanentibus, res quando fit, est imperfecta; perfecta autem est, quando facta est, & quia esse lucis in aere est cum continua dependentia à Sole, & similiter omnis creatura habet esse cum continua dependentia à Deo, sicut à causa efficiente; idcirco Augustinus dicit, quod aer præsente lumine nó factus est lucidus, sed fit, simile esse dicens de esse creaturę respectu Dei, loquens .s. de fieri, & facto esse largè, illo modo, quo expositum est, non strictè. Et hoc expresse sonant verba sua; nam subiungens rationé eius, quod dixit, dicit si factus esset lucidus, non autem fieret, idest, si haberet lucem perfectè, & sine dependentia à Sole, etiam absente Sole lucidus esset. Dicendum est

A ergo secundum prædicta, quod æuum est duratio carens extensione, siue priori, & posteriori, sicut & esse æuiterni est carens omni successione, non autem æuum est duratio cuiuscunque talis esse, scilicet, carentis successione, sed solum esse creati, vt omnes confitentur, & intelligunt per hoc nomen æuum.

¶ Ex quibus verbis possumus tres conclusiones elicere, & prima est, quod æuum est mensura omnis esse creati stabilis secúdum quod huiusmodi, siue Angeli, siue corporis cælestis, siue esse generabiliú, & corruptibilium, hoc siquidem esse, vt est subiectú generationis, & corruptionis, seu cuiusuis trásmutationis, mensuratur tempore; vt autem habet aliquando stabilitatem mensuratur æuo per se, & non tempore. Cuius ratio est, quia tempus est duratio habens extensionem, & successionem, & non sta-

Vera sententia per tres cóclusiones corollarias ex prædicta doctrina.

Prima conclusio.

B bilitatem, & est solum per se mensura motus per consequens, vt etiam patet ex 4. Physicorum: vnde nihil stabile, secundum quod huiusmodi, mensuratur tempore per se: sed per accidens potest dici tale esse generabilium, & corruptibilium mensurari tempore, quod per accidens mensurat quietem, vt dicitur 4. Physic. t. 118. Et quia ét cogitatus, & affectio Angeli habet quodam esse stabile, quia est totus simul, non per partes, & vt probatum est, necessario est in aliquo tépore nostro, non sicut in mésura, sed sicut in coexistente: idcirco ipse ét quantum ad veritatem mensuratur æuo; nunc enim stans, quo dicitur mensurari secundum veritatem est æuum, tamen ratione successionis vnius cogitatus ad alium, (quæ successio non est per accidens, sed per se) dicitur vnus cogitatus talis mensurari

C ipso nunc, cui secundum se natum est succedere aliud nunc, & successio ipsa cogitatuum dicitur mensurari tépore discreto, quæ componitur ex nunc stantibus.

¶ Secunda conclusio est, quod æuum non differt realiter ab esse æuiterni, quod apparet dupliciter.

Secunda cóclusio.

Primo, quia æuum in Græco sonat æternitatem in Latino; vnde æuum nil aliud esse videtur, vt etiam communiter dicitur, quá quędam participata æternitas; æternitas autem, vt oés dicút, non differt realiter ab esse æterni.

Primo.

Secundo, quia sicut extésio ligni, vel hominis est aliquid realiter differens à substantia extensi; carentia autem extensionis, seu indiuisibilitas negatiuè sumpta Angeli non differt realiter ab eius substantia; sic & indurationibus duratio extensi, vt motus,

Secundo.

D quæ est motus extensio, vt supra declaratú est, differt realiter ab ipso motu, seu à motus substantia; duratio autem carens extensione, vt Angeli, quæ est æuum, quæ nihil aliud esse videtur per oppositum ad tempus quam carentia extensionis, seu successionis

talis

talis esse, est idem realiter cum esse Angeli sola ratione differens ab ipso: esse enim Angeli est esse, quia eo est Angelus. Dicitur autem æuum ratione simultatis, quia .s. non est fluens, vt motus, & quia mensura differt realiter à mensurato, patet ꝙ æuum non est mensura realiter æuiterni, sed solũ secundum rationem, vt ẽt communiter dicitur de æternitate.

Tertia conclusio.

¶ Tertia conclusio est, quod nunc æui est idem, quod æuum, nec differt ab eo, sicut indiuisibile à diuisibili, sicut differt nũc temporis à tempore, sicut etiam communiter dicitur de æternitate. Et iam dictum est, quod æuum est quædam participata æternitas, sed fortè idem re dicitur æuum, quia est duratio coexistens tempori nostro, nunc autem æui dicitur ratione suæ indiuisibilitatis. Vnde nec plura nunc accipi possunt in æuo, sicut accipiuntur in tempore. Et hæc de tertio principali.

PVNCTVM IV.

Quid est æternitas.

Opinio quorundam.

QVANTVM autem ad Quartum principale .s. quid est æternitas, sciendum est, quod Quidam dicunt, quod æternitas est duratio carens principio, & fine, & hoc solum, vt dicũt, sufficit ad rationem æternitatis.

Probatio.

Quod videtur posse probari ex nominis Etymologia; dicitur enim æternitas quasi extra terminos, qui sunt principium, & finis: ratio autem quam significat nomen est diffinitio, vt dicitur 4. Metaph. tex. 28.

Improbatur hæc opinio.

¶ Sed hæc opinio potest improbari tripliciter.

Primo.

Primo, quia si æternitas per hoc solum differt ab æuo, & tempore, sequeretur, ꝙ non differret ab eis specificè, sicut nec linea infinita differt realiter, & specificè à finita: imò finita est pars infinitæ, & sic etiam esset de æuo, & tempore respectu æternitatis.

Secundo.

Secundo, quia, vt Boetius dicit 5. de Consolatione, etiã si motus semper fuisset, & semper duraret, æternitas differret à tẽpore, & tamen tempus, hac suppositione facta, careret principio, & fine.

Tertio.

Tertio, quia si æuum caret extensione, vt supra probatum est, multo magis æternitas, quæ est nobilior duratio, & nobilioris rationis, & per consequens ad rationem æternitatis pertinet non solum carere principio, & fine, quod potest etiam conuenire tempori: sed multo magis carentia extensionis, seu simultatis; vnde hoc dictum est imperfectum.

Vera sententia.

Propter quod, hoc dimisso, sciendum est, quod æternum dicitur, secundum Etymologiam nominis, quasi extra terminos, seu carens terminis, .s. principio, & fine: hoc autem potest esse tripliciter.

A Primo modo ratione suæ totalitatis tantum, ex aliqua suppositione facta, & talis fuisset æternitas motus cæli, si semper fuisset, & semper duraret.

Secundo modo, quantum ad suam totalitatem, & quantum ad omne, quod est in eo, quia .s. est indiuisibile negatiuè, & carens extensione, principium autem, & finis signari nõ possunt, nisi in habente extensionem, & tale æternum est æuum.

Tertio modo, quia hæc duo habet, & cũ hoc non potest coexistere solum alicui habenti terminos, sicut potest æuum, ꝙ potest incipere, & desinere, & per consequens põt coexistere solum habenti terminos .s. tempori finito, & talis est diuina æternitas, & huiusmodi est perfectè æternum, extra .s. terminos omnes, & secundum se totum, & secundum omne, quod est in eo, & extra

B terminos intrinsecos, & extrinsecos, quia non potest incipere, & terminari in tempore, sicut in coexistente, sicut potest æuum. Et hæc de quarto principali.

PVNCTVM V.

Quæ differentia est inter tempus, æuum, et æternitatem.

QVANTVM autem ad Quintum, ex his, quæ dicta sunt cõcludere possumus, in quo prædicta tria differunt, æuũ enim, & æternitas differunt à tempore in duobus, tempus enim habet extensionẽ, & aliquid addit realiter supra illud, ꝙ mensurat, & per consequens est mensura propriè dicta, quorum vtroq; carent æuũ, & æternitas; cõueniunt autem in his duobus, æternitas, & æuum; sed differunt dupliciter in

C genere, .s. & quantũ ad illud, ꝙ sunt realiter, quia æternitas est esse diuinũ, æuum aũt esse creatum æuiterni, & quantum ad rationem durationis; & hoc tripliciter.

Differũt prædicta tria. Primo.

Primo, quia æuum potest coexistere habenti terminos, & sic potest habere terminos quasi extrinsecè, non autem æternitas.

Secundo.

Secundo, quia sicut se habet mensuratũ ad mensuratum, sic se habet mensura ad mensuram. Sed esse diuinum est magis separatum a fluxu, quam esse æuiterni; esse enim diuinum est separatum à fluxu intrinsece, sicut esse æuiterni, & extrinsece, vtpotè non compatiens secum fluxum accidentium, sicut compatitur æuiternum, sicut & magis est separatum à materia, ꝙ non habet materiam partem sui, nec vnitur materiæ, vt forma, sicut Angelus, quã quod habet

D primum sine secundo, vt anima humana. Ergo æternitas magis est separata à ratione temporis, quam æuum, & per consequẽs altiorẽ gradum tenet inter durationes.

Tertio.

Tertio, quia esse æuiterni potest succedere ipsi non esse, & e cõtra saltem per potentiam,

tentiam, quæ est in alio, non autem esse Dei. Ergo esse Dei est magis separatum à successione, quæ proprie mensuratur tempore, quam esse æuiterni, vtpotè quod nec in se habet successionem, nec alteri potest succedere, vel aliud sibi, & per consequens æternitas magis est separata à tempore, quam æuum, & hæc tertia via fundatur super eisdem principijs cum secunda. Et hæc de quinto principali, & de toto.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD primum ergo factum in oppositum dicendum, quod creatura spiritualis dicitur moueri, secundum quod in ea vna cogitatio, vel affectio succedit alteri, & talis motio, seu successio mensuratur tempore discreto, quod est alterius naturæ ab isto tempore, & sic de substātia spirituali loquitur Augustinus in illa auctoritate: non autem loquitur de ipsa quantum ad suum esse substantiale, & hoc totum supra declaratum est,

AD II. Ad secundum dicendum, quod auctoritas libri de Causis loquitur de æternitate participata, quæ est æuum; non autem de æternitate diuina, quæ est æternitas simpliciter. Vnde ibidem dicitur, quod causa prima est ante æternitatem, s. participatam, quæ est æuum.

AD III. Ad tertium dicendum, quod æuum conuenit æuiterno propter esse intransmutabile, non quodcunque, sed tale, quod scilicet secum compatitur transmutationem localem, seu aliquorum inhærentium, propter quod tale esse est minus separatum à transmutatione, & fluxu, quam esse diuinum, & per consequens alia mensura mensuratur ab esse diuino, vt supra declaratum est.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod quamuis Cælum Empyrium, non compatiatur secū transmutationem aliquam localem, seu inhærentium, potuit tamen habere, & habuit esse post non esse, & potest habere non esse post esse, & per consequens esse eius non est sic separatum ab omni successione, sicut esse diuinum, vnde nec æternitate mensuratur, sed æuo.

Vel potest dici, quod quamuis Cælum Empyrium sit intransmutabile localiter, secundum quod est locus congruens felicitati Sanctorum, secundum tamen quod est corpus, non videtur, quod ei motus localis repugnet, vnde posset dici, quod forte secundum quod est corpus, est transmutabile secundum locum.

AD V. Ad Quintum dicendum, quod Philosophus in illo textu 4. Physicorū, per mobile non intelligit subiectum motus, vt sonat vocabulum: A sed rem circa quam est fluxus ipse, qui est motus, vt est sub vno gradu indiuisibili, vt in motu dealbationis albedo sub vno gradu, talis enim res sic accepta, cū habeat rōnē vnius mutati esse, mensuratur nunc temporis, sicut totus motus toto tempore, vt Philosophus dicit, & hoc supra declaratum est.

Ad sextum dicendum, quod sicut supra probatum est, tempus est primo mensura intrinseca, scilicet primi motus, primus autem motus est non secundum quem maximè, sed secundum quem minimè mobile transmutatur, secundum enim sententiam Dionysij, suprema inferiorum attingunt infima supremorum, vtpotè ordine naturæ immediatè existentia post ipsa; vnde cum immobilia sint naturaliter superiora mobilibus rebus, primus motus debet dici sm̄ B quem mobile minimum mouetur, vtpotè quasi attingens ad similitudinem immobilium, quamuis enim in genere perfectorum sit primum, quod maximè participat naturam perfecti, tamen in genere imperfectorum primum gradum tenet, quod est maximè separatum ab imperfectione: sicut in genere immaterialium primū est, quod est maximè separatum à materia, Deus scilicet; in genere autem materialium primum est, non quod plus habet de materia, sed quod est magis à materia separatum, vt anima humana, quæ est forma materiæ, non tamen dependens à materia, vel habens materiam partem sui; moueri autem est imperfectionis, & esse immobile est perfectionis. Ergo primus motus est secundum quod mobile minimum mouetur, AD VI.

C Ad septimum dicendū, q̄ perfectè extra terminos debet dici, quod caret principio, & fine, & secundum se totum, & secundum omnes partes suas, quia scilicet est carens extensione, & est indiuisibile negatiuè: & quod non potest coexistere solum habenti terminos, scilicet principium, & finem, quia scilicet non potest incipere, nec desinere. Hæc autem omnia conuenire non possunt tempori infinito, vel æuo, vt supra declaratum est, vndè solum esse diuinum potest dici æternum perfectè, secundum nominis etiam interpretationem. AD VII.

Ad octauum dicendum, quod quamuis omnis res essentialiter, & intrinsecè distinguatur ab alia re se tota, vel aliqua parte sui, tamen si quę res secundū se importat habitudinem ad aliquid aliud extrinsecum, non est inconueniens, quod per illud aliud extrinsecum à rebus alijs maxi- D mè sui generis distinguatur, sicut Philosophus dicit secundo de Anima, quod potentiæ distinguuntur per actus, ad quos scilicet habent essentialem habitudinem, & actus per obiecta, ad quæ vt ad terminos AD VIII.

habent essentialem habitudinem. Et per hunc modum mensuræ distingui possunt secundum distinctionem mensuratorum, cum mensura vel sit idem realiter, quod mensuratum, vt de æternitate, & æuo supra dictum est, vel habeat naturalem dependentiam à mensurato, vtpotè eius quantitas, vt est de tempore respectu motus.

AD IX. Ad nonum dicendum, quod mensura notificat mensuratum, secundum quod ipsum mensurat, & non aliter; hæc autem tria, scilicet, tempus, æuum, & æternitas sunt mensuræ durationum. Notitia ergo distinctionis quantum ad durationem temporalium æuiternorum, & æternorum accipienda est à distinctione prædictarum trium mensurarum: sed cum æuum, & æternitas sint idem quantum ad esse æuiterni, & æterni, tempus autem sit quantitas motus; non est inconueniens distinctionem istarum mensurarum quantum ad illud, quod sunt essentialiter accipere à distinctione mensuratorum. Sic ergo dicendum est breuiter, quod istæ tres mensuræ notificant mensurata quantum ad durationem; sed è conuerso mensurata notificant ipsas quantum ad essentias, & naturas ipsarum.

AD X. Ad decimum dicendum, quod auctoritas libri de Causis loquitur de substantijs separatis secundum opinionem Philosophorum quorundam, qui posuerunt earũ operationes esse idem realiter cum suis essentijs, & per consequens oportebat eos ponere operationem earum mensurari æuo sicut & substantiam.

Vel dicendum, quod, sicut supra dictum est, quamuis successio cogitatuum, & affectionum Angeli mensuretur tempore: tamen vnus cogitatus eius, vel vna affectio mensuratur nunc temporis discreti, quod secundum veritatem est æuum, vt supra declaratum est.

Vel potest dici, quod aliqua operatio est in Angelo, vt intellectio essentiæ suæ, quæ est in eo continua, & indeficiens: & quia talis operatio est tota simul, successione carens, mensuratur æuo, sicut & eius substantia. Et de tali operatione loquitur fortè Auctor ille, & non de alijs, quæ in eis interpollantur, & non sunt continuæ.

AD XI. Ad vndecimum dicendum per interemptionem maioris. Possent enim aliqua æquiparari quantum ad durationem, vt si motus Cæli, & Angeli semper fuissent, & tamen non haberent vnam mensuram, cum motus cæli tempore mensuretur, Angelus autem æuo: & è contra aliqua possunt mensurari vna mensura, quorum tamen vnum præcedit aliud quantum ad durationem, vt patet de vna re temporali respectu alterius, & de vno æuiterno respectu alterius, vna enim anima intellectiua fit post aliam.

A Vel dicendum, quod successio vnius intellectionis Angeli ad aliam mensuratur tempore, sed vna eius intellectio maximè illa, quæ est in eo continua, & indeficiens, & quæ fuit in ipso instanti quo fuit creatus, intellectio scilicet essentiæ suæ mēsuratur æuo, vt supra dictum est.

Ad duodecimum dicendum, quod in tota æternitate est idem nunc simpliciter, scilicet, & ratione, & actu, & potentia, cum æternitas sit indiuisibilis negatiuè. Sed si tempus, secundum opinionem Philosophi, caret principio, & fine in toto tempore non sunt plura nunc, actu scilicet, & realiter separata, cum tempus sit continuum, sunt tamen in eo infinita in potentia; sicut & in vna linea sunt infinita puncta; si tamen linea esset infinita, & B continua, nulla duo puncta essent in ipsa actu realiter separata, cum per punctum actu designatum in linea, linea discontinuetur; vnde non sunt idem, sed differunt tempus, & æternitas. AD XII.

Ad tertiumdecimum dicendum, quod æternitas non est mensura Dei secundum veritatem, cum Deus sit immensus, sed solum secundum nostrum modum intelligendi, ideo Deus à nullo dependet, nec mensuratur. Non est etiam concedendum, quod mensuratum à mensura dependeat, cum vel sit idem realiter cum ipsa, vt dictum est de æternitate, & æuo; vel sit eius subiectum, vt dictum est de tempore; magis autem accidens dependet à subiecto, quam è contra; verum est tamen quod quãtum ad illud in quo mensura notificat mensuratum, mensuratum à mensu- C ra dependet. AD XIII.

Ad quartumdecimum dicendum, quod sicut communiter dicitur, non est inconueniens aliquid creatum esse infinitum secundum quid, quia scilicet non finitur aliquo alio, sicut dicitur in libro de Causis, quod intelligentia est infinita inferius, quia scilicet non finitur per materiam, & eodem modo æuum potest dici esse infinitum secundum quid, quia scilicet non finitur per tempus, sicut ea, quæ sunt temporalia: simpliciter tamen æuum est aliquid finitum, cum sit quid creatum. AD XIV.

Ad quintumdecimum dicendum, quod vnum æuiternum fit post aliud, non quia in æuo sit aliqua successio, vel prius, & posterius, sed quia vna pars temporis est prior alia in quibus partibus tēporis, sicut in coexistētibus, nō sicut in mēsuris, sicut talia æui- D terna, vnde talis prioritas, & posterioritas referenda est ad tempus solum, nō ad æuũ, quod est simplex, & indiuisibile existens, & omni carens extensione potest coexistere magno, vel paruo tempori nostro, & ex hoc, quod coexistit magno dicitur æui- AD XV.

ternum

ternum fieri prius, & ex hoc autem quod coexiſtit paruo, dicitur æuiternum fieri poſterius.

AD XVI. Ad ſextumdecimum dicendum, quod omnia entia creata menſurantur à primo ente quantum ad perfectionem eſſendi, & nihilominus menſurari poſſunt à tempore, & æuo quantum ad durationem, vt ſuperius declaratum eſt, & per conſequens quátum ad durationem non menſurantur ęternitate.

Ad XVII. Ad decimumſeptimum dicédum, quod vna intellectio Angeli menſuratur non tépore, ſed nunc temporis diſcreti, quod vt ſuperius declaratum eſt, eſt quoddam æuum, ſed ſucceſſio vnius intellectionis ad aliam menſuratur tempore, quod eſt alterius naturæ à tempore noſtro.

Ad XVIII Ad decimumoctauum dicendum, quod Angelus factus eſt in principio temporis, vt Auguſtinus dicit, non ſicut in menſura, ſed ſicut in coexiſtente; ſicut & Deus eſt in iſta die, non ſicut in menſura ſui eſſe, ſed ſicut in coexiſtente ſimul cum ipſo.

AD XIX. Ad decimumnonum dicendum, quod tempus primo menſurat ſicut ſcilicet méſura intrinſeca motum primi cæli, qui ſe habet per correſpondentiam ad tempus, ſicut quantum ad ſucceſſionem, ſic A quantum ad corruptionem; vt ſicut motus talis totus ſecundum fidem quandoque deficiet, & ſecundum opinionem Philoſophi, & poſſibilem poſitionem nunquam incepit, nec deſinet ſecundum ſe totum; & tamen ſecundum quamlibet partem ſuam incepit, & deſinet, ſic & tempus: accidens enim non poteſt eſſe permanentius ſuo ſubiecto; ad alia autem, quæ menſurat tempus, ſe habet, vt menſura extrinſeca, propter quod non oportet, quod ei correſpondeat quantum ad corruptionem, ſeu deſitionem, quibuſcunque enim deſinentibus, tempus non deſinit remanente motu in quo tempus eſt, ſicut in ſubiecto, ſed quantum ad ſucceſſioné tépus oportet, ꝙ omnibus méſuratis per ſe ab ipſo correſpondeat, cum, vt ſupra probatum eſt, tépus non ſit menſura, niſi ſucceſſiuorum. B Vnde non eſt ſimile de corruptione, & ſucceſſione.

Ad vigeſimum, & vltimum dicendum quod eſto, quod tempus nunquam incepiſſet, & deſineret, tamen differret ab æternitate propriè dicta, nec menſuraretur ęternitate, vt ſuperius declaratum eſt. AD XX.

QVAESTIO XXXIII.

Vtrum ſacramenta nouæ legis ſint cauſa gratię.

Pro Parte Negatiua

ARG. I. ET PRIMO videtur, C quod non. Idem enim, vt videtur, nó poteſt eſſe ſignum, & cauſa, quia ratio ſigni videtur magis effectui, quam cauſæ cópetere. Sed ſacramétum omne eſt ſignum gratiæ. Ergo non poteſt eſſe cauſa gratiæ.

II. PRÆT. Secundum Auguſtinum 12. ſuper Gen. ad literam c. 16. & Philoſophum 3. de Anima, agens eſt præſtantius patiente. Sed res ſpiritualis eſt præſtantior, & actualior re corporali: Sacramentum autem omne eſt res corporalis. Ergo non poteſt eſſe cauſa gratiæ in anima, quæ eſt res ſpiritualis.

III. PRÆT. Dependere eſt imperfectionis, & per conſequens à pluribus dependere eſt minoris perfectionis, quam dependere à paucioribus, ſed ſtatus nouæ legis eſt perfectior, quam ſtatus veteris, in vetere autem lege conferebatur gratia à ſolo Deo non per aliqua ſacramenta corporalia. Ergo multo magis hoc dicendum eſt eſſe in noua lege.

PRÆT. Omnis cauſa inſtrumentalis agit educendo de potentia materiæ, vt videtur, cum nullum agens creatum poſſit creare, & illud, quod non educitur de potentia materiæ, videtur eſſe per crea- IV. D tionem. Sed gratia non educitur de potentia materiæ: ſed (vt communiter dicitur) eſt per creationem. Ergo nullum ſacramentum poteſt eſſe cauſa inſtrumentalis gratiæ.

Nn PRÆT.

V. PRÆT. Aut Sacramentu (si est causa gratiæ) causat gratiam educendo eam de A potentia materiæ, & hoc dici non potest, quia gratia est per creationem, aut causat eam influendo, & hoc etiam, vt videtur, dici non potest, quia sequeretur, quod esset causa principalis gratiæ.

VI. PRÆT. Ignis infernalis communiter dicitur, quod non habet actionem realem in animam damnati, quia anima cum sit res spiritualis, nō est susceptiua actionis rei corporalis. Ergo pari ratione Sacramentum, quod est res corporalis, non habet actionē realem in animam, quæ est quædā res spiritualis. Sed gratia est quædam res spiritualis. Ergo Sacramenta ēt nouæ legis non sunt causa gratiæ.

VII. PRÆT Quanto aliquid est perfectius, tanto per pauciora media indiget operari. Sed Deus est agens perfectissimum. Ergo per nullum medium operatur, & sic causat B gratiam in animam, absq; omni medio.

VIII. PRÆT. Cum instrumentum sit quasi medium inter agens principale, & passum, prius videtur effectus recipi in instrumento, quam in passo. Sed Sacramentum cum sit res corporalis non est susceptiuum gratiæ. Ergo non potest esse causa instrumentalis gratiæ.

IX. PRÆT. Materiale non potest causare formale, cum omne agens sit formalius effectu suo. Sed gratia est aliquid formale respectu Sacramenti, & e contra Sacramētum est quoddam corporale, & materiale respectu gratiæ. Ergo Sacramentum non potest causare gratiam.

X. PRÆT. Aut aqua causat gratiam in anima, in quantum aqua, & hoc dici non potest, quia sic sequeretur, quod omnis aqua hoc causaret, aut causat, in quantum C hæc aqua .s. Sacramentalis, & hoc etiam dici non potest, quia nihil dat alteri, quod non habet: aqua autem non habet in se gratiam, etiam vt est Sacramentalis. Ergo non potest gratiam causare.

Pro parte Opposita.

SED CONTRA EST. Quod Augustinus dicit super Ioan. tract. 80. ꝙ aqua baptismalis corpus tāgit, & cor abluit. Sed cor non abluitur nisi per gratiam. Ergo Sacramentum baptismi causat gratiam, & pari ratione alia Sacramenta.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis tria facienda sunt. D Primo recitandæ sunt quædam opiniones, quæ sunt circa hanc quæstionem, quas non credo esse veras, & improbandæ. Secundo, declaranda est opinio, quam credo esse veram, & approbandam. Tertio, mouendæ sunt quædam difficultates contra illam opinionem, & soluendæ.

PVNCTVM I.

Recensentur variæ opiniones.

QVANTVM ad primum sciendū est, quod circa hanc quæstionem sunt duæ opiniones, quas, vt dictum est, non credo esse veras.

¶ Et prima est quorundam antiquorū, qui dixerunt, quod Sacramenta nouæ legis non sunt causa gratiæ, causa .s. propriè dicta effectiua, vel productiua gratiæ, sed solū causa sine qua non, in quantum ex diuino quodam pacto ei, qui supponit se Sacramētis, gratia confertur à Deo, vt à causa gratię: sicut fluuius Iordanis fuit causa mundationis Naaman à lepra, vt legitur 4. Reg. 5. qui tamen fluuius nihil operatus est ad eius emundationem; sed mundatus fuit miraculose à Deo, qui tamen mundatus nō fuisset, nisi precepto Prophetę obediens in aqua huiusmodi se lauisset. Et sicut sigillum Regis, vel scriptura est causa acceptionis pecuniæ, non quidem quod aliquid operetur ad huiusmodi acceptionem, sed quia ex quadā Regis ordinatione est, quod pecuniam non accipiat, nisi habens huiusmodi signum, vel scriptum, & hi maximè innituntur quibusdam verbis S. Bernardi, qui dicit, in quodā sermone de Cęna Domini, Sicut inuestitur Canonicus per librum, Abbas per baculū, Episcopus per annulū, sic diuisiones gratiarum diuersis sunt traditæ Sacramentis. Prima opinio.

Sed hęc opinio improbari potest tripliciter. Primo, quia est contra auctoritatem sacrę Scripturæ, nā Io. 20. dictum est Apostolis [Quorum remiseritis peccata remittuntur eis] Matth. 18. [Quęcunq; alligaueritis super terram, &c.] Constat autem quod Apostoli non remittebant peccata, nec à peccatis soluebant, nisi applicādo Sacramenta, nec peccata remittuntur nisi per infusionem gratię. Ergo Sacramenta sunt causa effectiua gratię. Improbatur hęc opinio. Primo.

Et confirmatur ratio, per formas Sacramentales, quibus Ecclesia vtitur, & à prędictis verbis Christi sumuntur; nam in Sacramento baptismi sacerdos dicit; Ego te baptizo, &c. & in Sacramento pœnitentię, Ego te absoluo, &c. minister autem non baptizat, nec absoluit, nisi applicando Sacramentum baptismi, & pœnitentię: absolui autem, & baptizari ex aqua, & spiritu nō potest aliquis nisi per gratię infusionem. Ergo prędicta Sacramenta, & pari ratione alia causant gratiam. Nec potest dici, quod sint causa solum sine qua nō, quia talis causa nihil efficit, seu causat. Ergo minister nō potest dici verè absoluere, & baptizare. Cōfirmatio.

Pręterea secundo, hęc opinio est contra dicta Secundo.

dicta Sanctorum, .s. Augustini super Ioannem, & iam allegatum est, Bedæ in quadã homilia, dicentis, quod Dominus tactu suę mundissimę carnis vim regeneratiuã contulit aquis; in eo autem, quod est solum causa sine qua non, nulla virtus, seu vis est causatiua effectus propriè loquendo, quod etiam ipsi concedunt, Magister etiam 4. Sẽtentiarum distinct. 1. Sacramentũ diffiniẽs dicit Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma, vt eius imaginẽ gerat, & causa existat, nihil autẽ impropriè, & metaphoricè dictum debet poni in diffinitione alicuius, vt Philosophus docet 6. Topic. causa autem sine qua non est impropriè causa, & nihil efficit.

Tertio. Pręterea tertio. Communiter dicitur, q in hoc differunt Sacramenta nouę legis, à Sacramentis legis veteris, quia illa solum figurabant, hęc autem efficiunt quod figurant, propter quod etiam huiusmodi dicũtur proprijssimè Sacramenta, quia non solum sunt signa sacrę rei, sed etiam sacrum efficiunt, secundum autem hanc opinionẽ nulla talis præminentia esset horum Sacramentorum ad illa veteris legis, maximè ad circumcisionem, quę erat signum applicationis ad cultum Dei, & per consequens ex pacto quodam absq; omni deuotione suscipientis, vt in paruulis conferebatur gratia, quamuis baptismus sit maioris vtilitatis, & communitatis, quia quoad omnes, & maior in ipso gratia conferatur; sed hoc non faceret ipsũ à circumcisione differre, sicut causam à non causa, sed solum sicut communiorem, & efficaciorem causam.

§

Secunda opinio continẽs tria dicta. ¶ Secunda opinio est, quod Sacramenta nouę legis non sunt causa gratię per aliquam virtutem eis inhęrentem, sed solum per Dei virtutem eis assistentem: licet enim vt dicunt, Deus sit in omnibus per essentiã, pręsentiam, & potentiam, tamen in Sacramentis est per quãdam specialem assistentiã sicut, & diuinitas assistebat humanitati Christi, per quam ad eius tactum mundabat leprosos: & similiter propter existentiam Dei in Sacramentis dicitur Deus causare gratiã, non solum existens in Sacramentis, sed etiã de Sacramentis. Vnde dicunt, quod Sacramenta nouę legis dicuntur causa gratię pręsentis, cuius sunt signum, in hoc, quod sunt contentiua eius, quod est per se causa gratię; sic Deus vt existens in Sacramentis de ipsis ad tactum eorum, illis, quibus administrantur confert gratiam causando eam in ipsis. In Sacramentis vero veteris legis, aut non dabatur regulariter gratia, sicut in alijs Sacramentis à circumcisione; aut si dabatur hoc nõ erat instrumentaliter ex parte illius tactus, sed ex deuotione tangentis, vt in circumcisione, & ita dabatur gratia à Deo, nõ

A vt erat in illo Sacramento; sed vt erat in corde deuoti. Quod aũt nullo modo Sacramẽta nouę legis per aliquam suam virtutem eis inhęrentem attingant ad causandam gratiã. Probant dupliciter.

Prima Rõ huius opinionis. Primo, quia omne instrumentum pter actionem, quam habet vt instrumentum, habet aliquam aliam propriam per naturã suam in illud, in quo effectus introducitur. Sed Sacramentum cum sit res corporalis nullam actionem propriam naturalem habere potest in animam, quę est res spiritualis. Ergo &c.

2. Ratio. Secundo, quia omne instrumentum attingit saltem dispositiuè effectum principalis agentis; sed gratia cum creetur non potest attingi ab aliquo creato, quia purum non ens, quale est omne creabile à nullo alio potest attingi, quam à creante. Ergo &c.

Impugnatio quantum ad primum dictum. ¶ Sed hæc opinio potest improbari quã-B tum ad tria, quæ dicit.

Et primum est, quod per nullam virtutem eis inhærentem Sacramenta nouæ legis sint causæ gratiæ, quod potest improbari tripliciter.

Primo. Primo, per omnia, quæ dicta sunt contra primam opinionem, si enim sola Dei virtus quæ est Deus, gratiam causaret, & per cõsequens sola ipsa peccata remitteret, & absolueret falso fuisset dictũ Apostolis, quęcumque solueritis, &c. & quorum remiseritis, &c. & formæ substantiales falsum significarent, quibus sacerdos dicit, ego baptizo, vel absoluo: nec posset dici, vt Augustinus dicit virtus aliqua esse aquæ ad spiritualiter abluendũ, vel vt Beda dicit Christum vim regeneratiuam contulisse aquis, virtus enim Sacramento assistens est Dei, & non aquæ. Diffinitio etiam Magistri prædi-C cta de Sacramento falsa esset, omnis enim causa, vel est principalis, vel instrumentalis, & vtraq; habet aliquam virtutem sibi inhærentem, & dicere aliquid esse causam, & carere omni virtute causalitatis est dicere contraria, omnis enim actio præsupponit virtutem aliquam actiuam, & per cõsequẽs nulla præminentia quantum ad veritatem esset Sacramentorum nouæ legis ad Sacramenta veteris, secundum hanc opinionem, sicut nec secundum primam.

Secundo. Præterea secundo. Plus potest aliquid vt instrumentum Dei, quam agens naturale: sed aliquod agens naturale, vt semen potest per virtutem suam naturalem cooperari Deo in creatione animæ, non quidem ex parte Dei creantis, sed ex parte subiecti recipientis ipsum, .s. disponendo. Ergo multo magis Sacramentum potest similiter ex D parte recipientis cooperari Deo, quantum ad creationem gratiæ, propter quod solum hoc ab istis negatur.

Tertio. Præterea tertio. Augustinus dicit, sicut communiter allegatur, qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te; sed iustificatio est

est per gratiam ad quam homo absq; alio præcedente habituali dono se potest dispo- nere, quamuis non sine diuina motione. Ergo multo magis Sacramentum per virtutem supernaturalem infusam, potest dispositiuè Deo cooperari ad infusionem gratiæ.

Improbatur secundum dictũ. ¶ Secundum, q dicit hæc opinio est, q Deus, qui est causa gratiæ est in Sacramentis nouæ legis, per quendam specialem modum assistentiæ, quod etiam potest improbari tripliciter.

Primo. Primo, quia aut diuina virtus assistit Sacramentis alio modo post institutionem, quam ante, aut non: si non; ergo non habebuut alium effectum post, quam antea: si sic, cum Deus non dicatur nouo modo esse in creatura, nisi per nouum effectum, quem facit, aut sicut signatum in signo: vel aliquis nouus effectus est nunc in Sacramẽtis nouæ legis, qui non posset fingi esse, nisi aliqua supernaturalis virtus, vel hæc Sacramenta sunt solum signa, sicut illa veteris.

Secundo. Præterea secundo. Si aliquid est in aliquo distinctum secundum suppositum ab eo, ex hoc, q vnum agit, non dicitur aliud agere; quod patet per oppositum, quia solũ in his, quæ sunt idem supposito, quod dicitur de vno, dicitur de alio, secundum regulam, quæ communiter dicitur, vt patet de albo, & domificatore, & de Christo Deo, & homine. Sed Deus est supposito distinctus à Sacramento, ergo ex hoc, quod Deus dicitur assistere Sacramento, & q Deus causet gratia, non poterit dici Sacramentum gratiã causare. Et ex hoc patet incógruẽtia exemplorum, quæ ponunt de tactu humanitatis Christi, & de Eucharistia; manus.n. Christi erat idem supposito cum Deo leprosum mundante, propter quod manus Christi poterat etiam dici leprosum mundare; in Sacramento etiam Eucharistiæ est ex vi Sacramenti corpus Christi, quod est idẽ supposito cum Deo, propter quod, vt communiter dicitur, Deus etiam est in Sacramento Eucharistiæ per naturalem concomitantiam.

Tertio. Præterea tertio. Aut Sacramenta non habent aliquam specialem habitudinem ad causandum gratiam, & tunc non esset dicendum, quod plus facerent ad sanctificationem hominis, quam aliæ res: aut habent aliquam specialem habitudinem, & tunc quærendum est de ista habitudine, cum enim sit relatio fundatur super aliquo absoluto, quod vel est aliquid naturale, & túc non plus agerent ad sanctificationem hominis Sacramẽta, quam aliæ res naturales: vel est aliquid supernaturale, quod fingi nõ posset, nisi aliqua virtus supernaturalis collata esset Sacramentis.

Impugnatur tertium dictum. ¶ Tertium, quod ponit hæc opinio est, quod propter talem assistentiã dicitur Deus facere gratiam de Sacramentis. Contra

A quod potest sic argui. Aut hæc ꝓpositio De dicit causalitatem, vt cum dicitur filius est de patre, vel cultellus de ferro, aut situalitatem producentis, vt cum dicimus talis de domo proiecit lapidem, aut situm eius, q producitur, vt si diceremus Deus pluit de cælo, .s. aereo aquam .s. ibidem generatam. Si dicatur primum, sequitur, quod Sacramenta habeant causalitatem aliquam respectu gratiæ, quod est contra eos: secundum autem, & tertium dici non potest, cũ Deus nusquã sit situaliter, sed dicitur esse in aliquo speciali modo solum, vt supra dictum est, propter specialem effectum, vel sicut signatum in signo; Sacramentum etiam non potest esse subiectum gratiæ.

Ad argumenta facta pro hac opinione infra respondebitur. Et hæc de primo principali.

B

PVNCTVM II.

Declaratur vera sententia, quam Auctor approbat.

QVANTVM autem ad secundum principale quadruplex diuisio præmittenda est. Et prima est, quod duplex est agens, .s. principale, & tale agens non põt esse aliqua creatura causa gratiæ; gratia enim est per creationem, solius autem Dei est creare, & est agens secundarium, siue instrumentale. — *Præmittuntur plures diuisiones agentis, & instrumẽti. Prima diuisio.*

Secunda diuisio est, quod tale agens instrumentale est duplex, .s. necessitatis, & congruitatis. — *Secũda diuisio.*

C Primo modo non potest dici Sacramentum causa gratiæ instrumentalis respectu Dei principalis agẽtis. Quod patet tum ratione, quia causa prima potest in effectum causæ secundæ sine causa secunda, vt dicitur prima propositione de causis, & si hoc est verum de effectibus naturalibus, multo magis verificatur de effectibus supernaturalibus, inter quos ꝓcipuus est gratia. Quod etiam patet exemplo, in veteri enim testamento dabatur gratia sine his sacramentis nouæ legis; Deus enim non alligauit virtutẽ suam sacramentis. — *Primum dictum. Probatur.*

Secundo autem modo, scilicet per modum congruitatis sacramentum potest poni causa instrumentalis gratiæ, secundum enim doctrinam Dionyisij, ad diuinam prouidentiam pertinet, vt vnicuiq; rei prouideat secundum naturam, & modum suæ conditionis, naturale autem est homini D per corporalia, & sensibilia in spiritualia, & intelligibilia deuenire, & ideo congruè spiritualis hominis mundatio per aliqua signa corporalia, & sensibilia homini proponitur, quæ signa dicuntur sacramẽta, & quã tum ad sacramenta nouæ legis talia signa non — *Secũdũ dictum.*

non solum sunt signa gratiæ, sed etiam causæ, vt infra patebit.

Tertia diuisio. Tertia diuisio est, quod duplex est instrumentum, scilicet attingens ad effectum principalis agentis, & non attingens. Quod apparet, tam in naturalibus, quam in artificialibus, semen enim hominis non attingit ad animam rationalem, quæ secundum Augustinum infundendo creatur, & creando infunditur, cum enim creare sit agere nullo præsupposito, omne autem creatum agat præsupponens actionem primi agentis, illud quod producitur à quocunque agente creato non creatur; vnde Philosoph. dicit in lib. 3 de Anima t. 7. & 20. ꝙ solus intellectus est ab extra. Calor autẽ naturalis, & qualitates actiuæ elementorũ pertingunt instrumentaliter vsq; ad formas substantiales, non solum vsq; ad dispositiones earũ; alias si solum disponerent materiam, & forma substantialis generantis introduceret formam substantialem, sequeretur ꝙ forma substantialis esset immediatũ principiũ alicuius operationis, seu effectus, & esset per consequens sua potentia. In artificialibus etiam apparet, quod cessante operatione serræ, & martelli magister introducit in materiam formam domus, & scamni. Sed martellus cooperatur fabro vsq; ad introductionem formæ cultelli in ferro.

Exemplum.

Primũ dictũ. Primo modo, Sacramentum non est instrumentum, sed secundo, attingens scilicet ad characterẽ, vel ornatum, qui est dispositio ad gratiam, non autem attingens ad ipsã gratiam, & hoc expresse dicit Frater Thomas in 4. Sent. dist. 1. a. 4. vnde ad huius euidentiã duo probanda sunt. Et primum est, quod sacramentum non attingit effectiuè ad gratiam, quod potest ad præsens probari multipliciter.

Probatur

Primo. Primo, quia, vt omnes dicunt, gratia est per creationem, seu infusionem; probatum est autem, quod illud, quod effectiuè attingitur ab agente creato non creatur. Ergo &c.

Cõfirmatio. Et confirmatur ratio, quia recreatio, quę est per gratiam, debet correspondere creationi naturæ. Sed anima hominis à solo Deo creatur. Ergo &c.

Secundo. Secundo, quia secundum Augustinum in libro Octuaginta trium quæstionũ q. 53. duplex est actio Dei, vna .s. quam facit per alia: & alia, quam facit per se immediatè, vt illuminare animas. Gratia autem est quoddam lumen spirituale animæ. Ergo gratia est à solo Deo immediatè.

Cõfirmatio. Et confirmatur ratio, quia non minoris perfectionis est lumen gratiæ, quam naturæ, vt lumen intellectus agentis. Sed hoc est à solo Deo, secundum illud Psalm. 4. [Signatum est super nos lumen &c.] & Ioan. 1. [Illuminat oẽm hominẽ &c.] Ergo &c.

Nec põt dici, quod August. intelligat, ꝙ solus Deus, vt principale agẽs animas illuminet, sic enim ipse omnia facit, & tamen Beatus Augustinus distinguit hanc actionẽ Dei, ab alijs Dei actionibus, per hoc, quod est Dei immediatè.

A

Tertio. Præterea tertio. Aug. dicit 15. de Trinit. c. 26. quod nulla creatura potest dare Spiritum sanctum, ne spes ponatur in ea. Sed Spiritus sanctus datur per gratiam solam, secundum illud Apost. ad Rom. 5. [Charitas Dei diffusa est, &c.] charitas autem, vel est idem, quod gratia vt sonat in Græco, vel saltem non potest esse sine gratia secundum alios. Ergo &c.

Quarto. Præterea quarto. Hoc patet exemplo; nullus enim potest gratiam alicuius dare, nisi ille cuius est, cum igitur Deus non sit minoris liberalitatis quam homo, nec aliquid, quod sit in creatura de necessitate velit, sed solum gratuitò, & libere, nullus potest dare gratiam Dei, nisi Deus.

B

Secundũ dictũ continẽs duas partes. Sed probãdum est, quod quamuis sacramentum non causet gratiam directè, est tamẽ causa characteris, vel ornatus, qui est dispositio ad gratiam, quod primo probandũ est esse possibile, secundo, probandum est hoc sic esse.

Probatur prima pars huius dicti. Primum patet sic. Si hoc esset impossibile, aut hoc esset, quia corporale non potest agere in spirituale, & hoc non impedit, phantasma enim agit in intellectum possibilem speciem intelligibilem, vel actum intelligendi, vt instrumentum intellectus agentis, vt Commentator dicit 3 de Anima instrumentum enim potest esse ignobilius effectu, quamuis non principale agens. Aut quia character est aliquid supernaturale, & nec hoc impedit, ignis enim infernalis, vt instrumentum diuinæ iustitiæ detinet spiritualiter animam. Aut quia creatura non potest cooperari productioni gratiæ, quæ est creatio: nec hoc impedit, quia semen disponit ad introductionẽ animæ rationalis, quæ est à Deo per creationem.

C

Probatur secunda pars huius dicti. Secundo, probandum est hoc sic esse. Quod potest probari dupliciter.

Probatur Primo. Primo, per commune dictum, quo dicitur, quod Sacramẽta imprimunt characterem, vel ornatum.

Secundo. Secundo, quia, vt in probatione duarum opinionum supra probatum est Sacramenta nouæ legis sunt causa gratiæ, non autem sunt causæ perficientes, vt modo probatum est; ergo sunt saltem causæ dispositiuæ, secundum enim Auicennam, omnis causa, vel est perficiens, vel disponens.

Quarta diuisio. Quarta diuisio est, quod duplex est instrumentum, scilicet, habens virtutem instrumentalem à principali agente, vt si serra fieret à secante, & non habens, vt serra, quæ non fit ab eo.

D

Primũ dictũ. Primo modo, Sacramentum est instrumentum, hanc enim virtutem imprimendi characterem, vel ornatum nõ hẽt à natura sua, sed supernaturaliter à Deo, sicut ignis infer-

inferni virtutem detinendi animam, vel dę-monem, vt communiter dicitur, habet à Deo.

Epilogatio sententię Auctoris. Apparet ergo, quod Sacramenta nouæ legis sunt causa gratiæ, non principalis, sed instrumentalis, non necessitatis, sed cōgruitatis, non attingentes ad productionem gratiæ, sed ad impressionem characteris, vel ornatus, qui est dispositio ad gratiam, vnde possunt dici causæ gratiæ, non perficientes, sed disponentes, habentes prædictam virtutem imprimendi characterem, vel ornatū, non à natura, sed supernaturaliter à Deo.

Obiectio 1. contra prædicta. Sed contra hoc potest obijci dupliciter. Primo, quia mollificans ceram, non dicitur sigillare, & tamen mollities ceræ est dispositio ad sigillationem. Ergo si Sacramenta sunt causæ solius dispositionis ad gratiam, non propter hoc poterunt dici causare gratiam.

Obiectio 2. cōtinēs duo membra. Secundo, quia character, vel ornatus nō B videtur esse dispositio ad gratiā, cum vtrūq; aliquando imprimatur absq; hoc, ꝙ imprimatur gratia, vt patet in ficto accedente ad Sacramentum: & è conuerso. adulto, antequam accedat ad Sacramentum, à Deo cōfertur gratia absq; hoc, quod ei imprimatur character aliquis, vel ornatus.

Solutio primæ. Et ad primam harum dicendum est, ꝙ etiam mollificans ceram, potest dici causa sigillationis, non quidem perficiens, sed disponens, sicut Philosophus dicit in 2. Physicorum t.26. quod homo generat hominē, qui tamen homo per semen à se emissum, solū disponit materiā fętus ad introductionē animæ rationalis, quæ à solo Deo creando infunditur, & infundendo creatur.

Solutio secundæ quantū ad primū membrum. Ad secundam dicendum, quod neutrū prædictorum obstat, quin character, vel ornatus possit dici dispositio ad gratiam, vide- C mus enim quod raritas, seu diaphaneitas, quæ est dispositio ad lucem, potest esse in aere sine luce propter aliquod obstaculum positum inter Solem, & aerem, speciale autem obstaculum diuinæ gratiæ est fictio, vndè non est mirum, si alicui ficto imprimitur character, vel ornatus, & non infunditur gratia, & hæc quantum ad primum.

Solutio secūdę quātū ad secundū mēbrum. Quantum ad secundum dicendum est, quod sicut supra dictum est, de Sacramentis nouæ legis, quod non sunt causæ instrumētalis necessitatis, sed congruitatis, Deus enim non alligauit virtutem suam Sacramentis, sic etiam dicendum est de dispositione ad gratiam prædictam, quæ est effectus ipsorum, quod est dispositio non necessitatis, sed congruitatis; quod patet ex hoc, quod Deus in veteri lege conferebat gratiā absq; tali dispositione. Vel dicendum, quod D sicut communiter dicitur, Sacramentum efficit gratiam susceptum, vel realiter, vel in voto, sic & character potest dici dispositio, vel realiter impssus, vel in voto habitus, habens enim in voto Sacramentum, habet A in voto implicite omnes effectus eius, & sic in Sacramentis nouæ legis semper infunditur gratia præuia dispositione in re, vel in voto, quod est character, vel ornatus.

Secū dæ opinionis soluūtur argum. Ad primum. ¶ Ad primum argumentum factum pro opinione secunda dicendum per interemptionem maioris, quod sicut ignis inferni virtutem, & actionem detinendi animam non habet à natura sua, sed à Deo supernaturaliter, sic & Sacramentum virtutē imprimendi characterem. Vel dicendum, quod aqua, & cætera Sacramenta habent actiones suas proprias, quæ sunt abluere, &c. quę corporaliter quidem pertingunt ad corpus, ex quo & anima est vnus homo: spiritualiter autem pertingunt vsq; ad animam, à qua sentiuntur, & intellectu percipiuntur maximè ab adultis, vt signum spiritualis mundationis.

Ad secundū. ¶ Ad secundum dicendum, quod productioni eius, quod creatur, & in nullo subiecto recipitur, vt sunt Angelus, cælū, &c. nihil creatum cooperari potest etiā dispositiuè. Productioni autem illorum, quę creātur & in aliquo subiecto recipiūtur, vt sunt anima rationalis, gratia, &c. nihil cooperari potest ex ea parte, qua creantur; sed ex ea parte, qua in subiecto recipiuntur, potest aliquid cooperari disponendo subiectum illud, vt supra probatum est de semine hominis, & de libero arbitrio, quod disponitur ad gratiam, & sic Sacramentum cooperatur ad infusionem gratiæ. Et hęc de secundo principali.

PVNCTVM III.

Nonnullæ difficultates mouentur, & soluuntur.

QVANTVM autem ad Tertium principale sciendum est, quod contra hæc, quæ dicta sunt, possunt quatuor difficultates moueri, ad quas respondendum est.

Prima difficultas. Et prima est. Quia si Sacramentum causat gratiam, aut agit ex electione, aut naturaliter. Primum dici non potest, quia agere ex electione est proprium habentis intellectum. Nec etiam potest dici secundum, quia agens naturale indifferenter agit in quacunq; occurrentia; Sacramentum autem non causat in ficto gratiam. Ergo &c.

Secunda. Præterea. Nulla virtus, & perfectio spiritualis potest esse in re corporali, cū subiectum, & illud, quod recipitur in subiecto, debeant proportionari ad inuicē, sicut materia, & forma. Sed virtus causatiua gratię ē virtus spiritualis, sicut & gratia, & substātia intellectualis, in qua est gratia, sicut in subiecto, ē aliquid spirituale. Ergo talis virtus nō pōt esse in Sacramēto, ꝙ ē res corporalis.

Præ-

Tertia. Præterea. Aut character, vel ornatus, qui dictus est imprimi in animã à Sacramento, educitur de potentia materiæ, seu de potentia subiecti in quo est, & hoc, vt videtur, dici non põt, quia sequeretur, quod fieret naturaliter. Aut non educitur de potentia subiecti, sed creatur, & tunc dici non poterit, quod causetur ab aliquo creato, sed à solo Deo, vt enim supra dictum est, nihil quod causatur à quocunq; agente creato potest dici creari.

Quarta. Præterea. Si aliqua virtus spiritualis est in Sacramento ad causandum gratiam, aut talis virtus est in eo in tempore, aut in instãti. Primum dici non potest, quia vt communiter dicitur ante finẽ prolationis verborum, vel etiam post, Sacramenta suum effectum non habent: finis autem prolationis verborum videtur esse in instãti. Ergo si talis virtus esset in Sacramento non in solo instanti, sed in tempore, frustra ibi esset, Deus autem & natura nihil frustra faciunt. Nec etiã põt dici, quod sit in eo in solo vno instanti, quia vel in eodem instanti desineret esse, & tunc simul esset, & non esset, res enim quando desinit primo non est. Vel desineret esse in aliquo alio instanti, & in tẽpore medio inter hæc duo instantia, talis virtus nec esset, nec non esset: vel desineret esse in tempore, & hoc etiam est impossibile dicere, nihil enim desinit in tempore, nisi quod habet esse in tẽpore, desinere enim primo, quod est primum non esse alicuius rei, non est in tempore, sed in instanti, sicut & primum esse rei, desinere autem, quod importat totam alterationem præcedentem corruptionẽ ꝓpriè dictam, est in tempore, & toto illo tempore res est. Ergo &c.

Soluitur prima difficultas. ¶ Sed ad primum horum dicendum est, ꝙ agere naturaliter, vel ex electione ꝓpriè conuenit agenti principali, non agenti instrumentali; martellus .n. propriè loquẽdo nõ agit naturaliter, nec ex electione sua, sed est instrumentum fabri per electionẽ agentis, dictum est autem, quod Sacramentũ est causa instrumentalis gratiæ: est .n. instrumentum Dei per electionem agentis, ꝓpter quod non est mirum, si fictus effectum gratiæ non assequitur. Vel potest dici, ꝙ quamuis Sacramentum non sit agens naturale, agit tamen per modũ agentis naturalis per virtutem .s. illam supernaturalem sibi collatam à Deo, agens autem naturale nõ agit in quodcunque, sed solum in subiectum dispositum, secundum illud Philosoph. 2. de Anima t. 24. actus actiuorũ fiunt in patiente & disposito. Fictus aũt est subiectum indispositum ad recipiendum gratiam, propter quod stante fictione effectum gratiæ non potest recipere.

Soluitur secunda. Ad secundum dicendum, quod perfectio spiritualis, quantum ad subiectum, quæ .s. nõ nisi in subiecto spirituali esse potest, sicut est intelligere velle, &c. in re corporali subiectiuè esse nõ põt; Sed perfectio, seu virtus spiritualis quantum ad effectum potest A esse subiectiuè in re corporali: res .n. corporalis potest esse causa saltem instrumentalis alicuius perfectionis spiritualis, & per consequens põt habere virtutẽ causatiuam instrumentalẽ respectu talis perfectionis, sicut phantasma est instrumẽtum intellectus agentis ad reducendũ intellectum possibilẽ de potentia in actu intelligendi, vt Comm. docet 3. de Anima: & sicut ignis infernalis est instrumentum Dei punientis ęternaliter animam, vel dęmonem.

Ad tertium dicendũ, ꝙ sicut alibi declaratum est, & probatum, educi aliquã formã de potentia materię, vel subiecti alicuius, est eam in potentia naturali subiecti præxistẽtẽ fieri actu in subiecto per agens naturale, vnde cum in anima nõ sit potentia naturalis respectu characteris, vel ornatus; nec ẽt Sa- Soluitur tertia. B cramentum sit agens naturale respectu talis effectus, non est dicendum, ꝙ Sacramentũ agat in animam aliquid, educendo illud de potentia subiecti; nec ẽt creando, vt probabatur in arguendo. Sed est dicendum, quod agit in animã, vt agens creatũ supernaturale tantũ; vnde respondendũ est per interẽptionẽ maioris. Vel põt dici, sicut multi dicunt de gratia, & similibus, quod educuntur de potentia animę non quidẽ naturali, sed obedientiali, quæ potentia videtur esse in creatura respectu omnis eius, quod fit in ea supernaturaliter à Deo.

Soluitur quarta. Ad quartum dicendũ, ꝙ prædicta virtus spiritualis, quæ est in Sacramento, non est in solo vno instanti, vt demonstratiuè videtur probari in argumẽto; sed est in ipso in quodã tempore modicissimo, quasi à nobis imperceptibili, in quo .s. profertur vltima syl- C laba, seu litera cõplens significatum verborum, quę nõ est dicẽda proferri in solo vno instanti, sed in aliquo tẽpore imperceptibili. Vel posset dici, quod cũ formale in Sacramento sint omnia verba sacramentalia, non solum vltima litera, vel syllaba, prædicta autem virtus sit subiectiuè in Sacramento (accidens autem non est in alio tempore, quam subiectum suum) est toto tempore prolationis verborum; quamuis habeant effectum suum in solo vltimo instanti prolationis verborum, quia tunc solum est Sacramentum perfectum. Et hæc de toto.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD primum ergo factum in arguendo. Dicẽdũ, ꝙ quando causa ẽ minus nota alicui, quã eius effectus, sicut communiter D est in naturalibus, tunc effectus habet magis rationem signi, quam causæ. Sed si causa esset alicui notior, quam effectus, tunc idem esset causa & signum, maximè respectu talis, sicut ei, qui esset in Sole, & videret interpositionem Lunæ huiusmodi in-

terpositio esset ei signum eclipsis Solis, cuius ēt est causa: Sacramentum autem, ꝙ est res corporalis, est nobis magis notum, quā eius effectus, idcirco est effectus sui spiritualis, quem facit in anima, signum & causa.

AD II. Ad secundū dicendum, quod agens principale semper est præstãtius, & nobilius suo effectu, non aūt agens instrumentale, sicut apparet in naturalibus, de calore naturali respectu formæ substantialis carnis, & de semine respectu eius, quod per semen producitur, & tale agens est Sacramentum.

AD III. Ad tertium dicendum, quod status nouæ legis est perfectior, quā status veteris, quia in eo gratia est communior, & copiosior, & per gratiam, quæ habetur in via peruenitur ad gratiam cōsummatam, quę est in patria, quamuis gratiam nullus nisi per Sacramēta, vel in re, vel in voto habita assequatur, vt enim Philosophus docet 2. cæli, & mundi, perfectius est, quod per plura potest ad aliquid perfectum pertingere, quam quod per pauca non pertingit ad illud, hoc ipsum enim, quod in statu nouæ legis per Sacramenta nobis confertur diuina gratia non est ad imperfectionem nouæ legis. Illud autem, quod conuenit alicui secundum modum, & conditionem suæ naturæ, non pertinet ad eius imperfectionem, naturale autem est homini per sensibilia manu duci ad supernaturalia, & intelligibilia, vt superius dictum est, vnde congruè per diuinam prouidentiam gratia, quæ est quædam perfectio spiritualis, per ista sensibilia corporalia homini à Deo confertur.

AD IV. Ad quartum dicendum, ꝙ sicut supra declaratum est, instrumentum, ꝙ agit per virtutē naturalem, & effectum aliquē naturalem, agit educendo de potentia subiecti: sic Sacramētū agit per virtutē supernaturalē, nec effectum naturalē; vnde non est dicēdū, quod agat educendo de potentia subiecti.

AD V. Et sic etiam respondendū est ad quintū. Non .n. dicendum est, ꝙ Sacramentū agat in animā educendo de eius potentia, nec ēt infundendo maximè si per infusionē intelligatur creatio. Sed dicendum est, ꝙ agat vt instrumentum Dei principalis agentis per virtutem supernaturalē sibi à Deo collatā, imprimendo characterem, vel ornatum, qui est dispositio ad gratiam.

AD VI. Ad sextum dicendum, ꝙ ens, & res conuertuntur, vnde nihil est, ꝙ res propriè dici non possit, ēt color, qui est in pupilla, vel in aere, quod .n. nulla res est, est nihil, sed pro tanto color in aere, vel pupilla, dicitur non habere esse reale, quia .s. in aere, vel pupilla non est illa res, quæ est color, quod patet ex hoc, ꝙ neutrum nominat coloratum, impossibile est autem in aliquo esse rem, quæ est color, & illud nō esse coloratum. Sed res

A talis, quæ est in aere, vel pupilla dicitur intētio coloris, seu color habere esse in vtroq; intētionale, aut quia illud, quod est in aere, vel pupilla est aliquid imperfectum respectu coloris, sicut & esse intentionale sonat aliquid imperfectū respectu esse realis, aut quia talia videntur habere esse solum quasi tendens in aliud, sicut in finē, vtpotè ad visionem, vel ad aliquid huiusmodi. Et similiter dicendum est, ꝙ actio, qua ignis infernalis agit in animā, nō est dicenda actio realis, quia non est talis actio corporalis, vt calefactio, combustio, vel aliqua huiusmodi, qualis est actio ignis in ꝙcūq; aliud, est esse tñ actio realis verè, quia omnis actio, quæ est in rerum natura actio realis dicenda est esse. Et similiter in proposito dici potest, ꝙ actio, qua aqua baptismalis agit in animam non est talis actio realis, qualis est aqua in alia, vt ablutio corporalis, humectatio, vel

B aliquid huiusmodi, & tñ actio Sacramenti baptismi in animam est verè actio realis, cū per talem actionem imprimatur character in animam, vel ornatus, qui est aliqua res, vtpotè dispositio ad gratiam.

AD VII Ad septimum dicendum, ꝙ Deus multa agit per media, quæ posset facere sine medio, non própter aliquam indigentiā, sed vt communiter dicitur, vt perfectionem causalitatis creaturis communicet, sicut communicauit eis alias suas perfectiones.

AD VIII. Ad octauum dicendum, quod perfectio, quæ in effectu recipitur, nō oportet ꝙ sit in causa formaliter, sed sufficit ꝙ sit virtualiter, quæ nihil est aliud in causa, quā virtus causæ ad causandum talē perfectionē, non .n. omnia, quæ producuntur à Sole sunt in Sole formaliter; & si hoc est verum de causa principali, multo magis hoc intelligendū

C est de causa instrumentali, nō enim in serra est formaliter forma scāni, & similiter non oportet dicere, quod in Sacramento sit formaliter gratia, sed sufficit dicere, quod in ipso est virtus instrumentalis ad causandum gratiam illo modo, quo expositum est.

AD IX. Ad nonum dicendum, ꝙ, sicut supra dictum est, materiale non potest causare formale, seu se formalius, vt agens principale, sed benè hoc potest, vt agens instrumentale.

AD X. Ad vltimum dicendum, quod aqua baptismalis agit animam non in quantū aqua simpliciter, sed in quantum talis aqua .s. Sacramentalis. Et ad illud quod contra hoc dicebatur, dicendum, quod, sicut iam dictum est, ad hoc, quod aliqua res possit causare aliquid, non oportet quod in se habeat illud formaliter, sed sufficit, quod habeat virtualiter, & sic est in proposito de

D Sacramentis nouæ legis respectu gratiæ. Et hoc totum superius declaratum est.

QVAESTIO XXXIV.

Vtrum persona diuina potuerit assumere naturam creatam in vnitatem suppositi.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod non. Quia si potuit assumere naturam creatam, potuit sibi vnire naturam creatam, & per consequens è cōuerso, ipsa vniri naturæ creatæ, quia omnis assumptio est quædam vnio, quamuis non è conuerso. Sed persona diuina non potest vniri alicui naturæ creatæ. Ergo &c. Probatio minoris. Omne possibile ad vnionem si debet reduci in actum, oportet, quod reducatur ab aliquo superiori agente, vel mouente. Sed diuina persona nihil est superius, quod posset habere rationem agentis respectu eius. Ergo &c.

II. PRÆT. Plus distant Deus, & creatura, quam duo contraria, cum duo cōtraria sint in eodem genere, Deus autem sit extra omne genus. Sed duo cōtraria non possunt simul vniri in eodem subiecto. Ergo &c.

III. PRÆT. Quicquid conuenit Deo ex tempore, conuenit ei per mutationem sui, vel creaturæ, quia non est nouitas sine mutatione. Sed assumptio, seu vnio non potest personæ diuinæ conuenire per mutationem sui, vt de se patet, secundum illud Malach. 3. [Ego enim Dominus, & non mutor,] nec per mutationem creaturæ. Ergo &c. Probatio minoris. Si assumptio conueniret personæ diuinæ per mutationem creaturæ, illa mutatio, vel esset secundum locum, vel secundum formam, sed non secundum locum, quia talis mutatio est ad distans secundum locum, quod non potest dici de Deo respectu creaturæ, non enim est longè ab vnoquoq; nostrum, vt dicitur Actuum 17. Nec secundum formam, quia natura creata assumpta, vel non assumpta, nihil plus, vel minus haberet. Ergo &c.

IV. PRÆT. Vndequaq; perfectum non potest alteri vniri, quia non potest habere rationem partis; omnis autem vnio videtur esse quædam compositio; compositio autē non est, nisi partium in toto. Sed persona diuina est vndequaq; perfecta. Ergo &c.

A PRÆT. Res spiritualis non potest vniri corporali, nisi vel per modum formæ, vel per modum mouentis. Sed persona diuina non potest alicui vniri per modum formæ, vt de se patet; vnio autem, quæ est per modum mouentis, non sufficit ad assumptionē, quia sic omnis creatura esset assumpta. Ergo &c. V.

PRÆT. Plus distat natura creata, quæcunque à persona diuina, quam natura Angelica. Sed natura Angelica non est assumpta à persona diuina, nec vt videtur potest assumi, quia non est reparabilis; & assumptio videtur esse, sicut propter B finem propter reparationem naturę assumptæ. Ergo multo minus quæcunq; alia natura creata, etiam humana potest assumi à persona diuina. VI.

PRÆT. Sicut se habet vna natura ad vnum suppositum, sic se habent plures naturæ ad plura supposita. Ergo per locum à commutata proportione, sicut se habet vna natura ad plura supposita, sic se habent plures naturæ ad vnum suppositum. Sed vna natura nō potest esse in pluribus suppositis absolutis. Ergo nec plures naturæ absolutæ s. diuina, & creata possunt esse in vno supposito. VII.

C PRÆT. Deus non potest esse in creaturis, nisi per essentiam, præsentiam, & potentiam. Sed nullus istorum modorum sufficit, nec omnes simul ad assumptionem naturæ creatæ. Ergo &c. VIII.

Probatio maioris. Deus non potest esse præsens creaturæ, nisi vel secundum se, quod est eum esse præsentem per essentiam, vel secundum operationem intra manētē, sicut est intelligere, quod est Deus esse in creatura per præsētiā, eo modo, quo dicimus ea, quę sunt in prospectu nostro, esse nobis pͤsentia, & nos ipsis; aut sm̄ operationē transeuntem ad extra, quod est Deū esse in creatura per po- D tentiā: nec est alius modus præter istos tres. Ergo &c. Minor declaratur, quia Deus est in omni creatura istis tribus modis; nec tñ propter hoc dicitur omnem creaturam assumere. Ergo &c.

PRÆT. Si persona diuina potest assu- IX.

mere naturam creatam, aut iſta poſſibilitas eſt ex parte perſonæ diuinæ, aut ex parte naturæ creatæ. Non ex parte perſonæ diuinæ, vt videtur, quia perſona diuina eſt purus actus carens omni poſſibilitate, ſeu potentialitate. Nec ex parte naturæ creatæ, cum aſſumptio ad vnitatẽ ſuppoſiti diuini videatur excedere facultatem, ſeu potentiam totius naturæ creatæ. Ergo &c.

X. PRÆT. Omne, quod eſt in potentia ad aliud, & carens illo, videtur eſſe imperfectum. Sed aſſumens aliud ante aſſumptionem eſt carens illo, & in potentia ad illud aſſumendum. Ergo omne aſſumẽs aliud eſt imperfectum. Sed perſona diuina eſt vndequaq; perfecta. Ergo &c.

XI. PRÆT. Quæ nõ poſſunt vniri in natura, non poſſunt vniri in perſona, niſi differát realiter natura, & perſona, quia differentia rationis, vt videtur, non ſufficit ad hoc, ꝙ ſit realis vnio in vno, & non in alio. Sed perſona, & natura diuina nõ differunt realiter, quicquid ſit in creaturis. Perſona autem diuina non poteſt aſſumere naturam creatam vniendo eam ſibi in natura. Ergo nec vniendo eam ſibi in perſona.

XII. PRÆT. Plus diſtat perſona diuina à quacunq; natura creata, quam ſuppoſitum quodcunq; creatum à quacunq; natura ſubſtantiali creata ſibi extranea. Sed ſuppoſitum creatum non poteſt aſſumere quãcunq; naturam creatam ſubſtantialem ſibi extraneam. Ergo nec perſona diuina poteſt aſſumere quamcunq; naturam creatam.

XIII. PRÆT. Suppoſitum creatum non poteſt aſſumi à perſona diuina. Ergo nec natura creata. Antecedens de ſe patet, quia Deus non poteſt facere, quod implicat contradictionem: duo autem ſuppoſita remanentia diſtincta, per aſſumptionem fieri vnũ ſuppoſitum, implicat contradictionem. Ergo &c.

Conſequentia probatur. Quia ſuppoſitum in creaturis, non videtur addere ſupra naturam, niſi eſſe; natura autem non videtur poſſe aſſumi ſine eſſe, cum eſſe intimius conſequatur eſſentiam, quam quæcunque proprietas ſubiectum ſuum, quæ per quancunq; potentiam, vt videtur, eſt inſeparabilis à ſubiecto ſuo. Ergo &c.

XIV. PRÆT. Natura creata aſſumi non poteſt à diuina perſona in vnitatem ſuppoſiti, niſi propria ſuppoſitatione carendo. Sed propria ſuppoſitatione carere non poteſt. Ergo &c. Probatio minoris, quãto eſt maior vnitas, vel intraneitas alicuius ad aliud, tanto videtur minus poſſibilis ſeparatio eorundem; ſed maior eſt intraneitas naturę ad propriã ſuppoſitationem, quam accidentis ad ſubiectum: aliquod autem accidens eſt, ꝙ Deus nõ poteſt facere in altero ſubiecto relicto ꝓprio ſubiecto, vt ſciẽtiã in corpore, vel colorem in Angelo. Ergo multo minus poterit facere naturam creatã carere ꝓprio

A ſuppoſito, & eſſe in diuino ſuppoſito, maximè cũ plus diſtet ſuppoſitũ diuinum à ſuppoſito creato, quam diſtent corpus, & Angelus.

PRÆT. Humana natura Chriſti, ſi non erat ſuppoſitum, hoc erat ſolum, quia innitebatur ſuppoſito alterius naturæ .ſ. diuinæ, ſeu habebat eſſe in eodem ſuppoſito, vel dependebat quantum ad eſſe ſuum ab eo, quod idem eſt. Sed nulla dependentia humanæ naturæ à diuino ſuppoſito eſt, niſi ſicut ab efficiente, vel fine, vel forma exemplari: reliquę enim cauſæ ſunt intrinſecæ, & partiales, ſic autem dependet omnis natura creata à Deo. Et ſimiliter humana natura nõ erat in ſuppoſito diuino, niſi ſicut in efficiente, vt videtur, vel effectiuè ſubſtẽtante, vel ſicut in fine, vel ſicut in principio exteriori, quibus modis omnis creatura eſt in Deo. Sed propter tales modos depen- XV.

B dentiæ, vel inexiſtentiæ nõ dicuntur naturæ creatę, non eſſe ſuppoſita. Ergo nec ꝓpter talem dependentiam, vel inexiſtentiam in diuino ſuppoſito, debet dici humana natura non eſſe ſuppoſitum.

PRÆT. Quod importat nomen ſingularis indiuidui, ſeu particularis in omni genere, importat nomen hypoſtaſis, vel ſuppoſiti in genere ſubſtantiæ. Omnis ergo ſubſtantia particularis eſt ſuppoſitum. Sed humana natura Chriſti erat ſubſtantia particularis. Ergo erat ſuppoſitum. XVI.

Et confirmatur ratio. Quia eadem diuiſio ſubſtantiæ, videtur eſſe in ſuppoſitum, & naturam, quæ habetur 5. Metaph. t. 15. & in ſubſtantiam primam, & ſecundam, quæ habetur in Prædicam. Subſtantia ergo prima eſt ſuppoſitum. Sed humana natura Cõfirmatio.

C Chriſti eſt ſubſtantia prima. Ergo eſt ſuppoſitum.

PRÆT. Sicut actio ſic, & paſſio eſt ſuppoſiti, ſed aſſumere dicit actionem, aſſumi autem dicit paſſionem; natura autem diuina non aſſumpsit (alias omnis perſona diuina aſſumpsiſſet.) ſed perſona. Ergo nec natura humana fuit aſſumpta, ſed perſona, & ſic idem quod prius. XVII.

PRÆT. Damaſ. dicit lib. 3. Fid. orth. c. 6. ꝙ illud, ꝙ eſt inaſſũptibile, ẽ incurabile. Sed ſuppoſitum fuit curatum, non natura tantũ, ſicut ſuppoſitum eſt ſubiectum ſpiritualis morbi. Ergo &c. XVIII.

PRÆT. Natura ſubſtantialis, non innixa ſuppoſito alterius naturæ, ſeu non dependens quantum ad eſſe ſuum à ſuppoſito alterius naturæ, eſt ſuppoſitum. Sed talis eſt natura creata Chriſti. Ergo &c. Proba- XIX.

D tio minoris. Natura humana Chriſti fuit perfectiſſima, ſaltem perfectior, quam aliorum hominum, vel æquè perfecta. Sed dependere, & non habere eſſe per ſe, ſed in ſuppoſito alterius naturę, ẽ imperfectionis ſimpliciter, quod patet, quia oppoſita ſunt per-

perfectionis simpliciter. Vnde conueniunt naturæ diuinæ. Ergo &c.

Cófirmatio. Et confirmatur ratio. Quia maioris perfectiònis est anima Christi, quant anima Iudæ, vt etiam dicit articulus Parisien. Ergo dabat perfectius esse, & perfectiori modo. Sed triplex est modus essendi .s. per se, in alio, & ad aliud, quorum primus est perfectior cæteris, vtpotè conueniens substãtiæ, quantum est ex natura sua. Ergo tale esse dabat anima Christi suo corpori.

XX. PRÆT. Maioris perfectionis est ꝓpria suppositatio, quæ pertinet ad perfectionem primam, quã propria scientia, vel operatio, quæ pertinet ad perfectionem secundam. Sed Christus habuit propriam scientiam, & operationem humanam præter diuinã. Ergo habuit etiam propriam humanam suppositationem,

XXI. PRÆT. In ordinatis per se sublato primo remouentur alia, vel facta variatione circa primum, fit circa alia. Sed suppositatio est prior omnibus accidentibus, quæ nó habent esse per se, sed in alio .s. per se existente, quod etiam denominant. Ergo si Christus non habebat propriam suppositationem humanam, non habebat etiam propria accidentia hominis, quod falsum est.

Cófirmatio. Et confirmatur ratio. Quia in per se ordinatis plus depédet secundum à primo, quam primum à secundo. Sed in Christo non erat qualitas sine quantitate. Ergo nec erat quãtitas sine proprio supposito creato.

XXII. PRÆT. Actiones sunt suppositorũ, vt dicitur 1. Metaph. c. 1. Ergo ꝓpria actio, vel passio est proprij suppositi: sed in humana natura Christi erat propria actio, & passio creata. Ergo habebat etiam proprium suppositum creatum.

Pro parte Opposita.

SED CONTRA EST. Quód ad Philippens. 2. dicitur de Filio Dei, qui exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Sed huiusmodi forma serui est natura creata humana. Ergo persona Filij Dei potuit assumere, & assumpsit de facto naturam creatam, supposito, quod naturã creatam assumi à diuina persona in vnitatẽ suppositi, sit naturam creatam vniri diuinæ personæ, sic quod careat propria suppositatione, & supponitetur suppositatione personæ diuinæ.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis quatuor facienda sunt principaliter. Primo agendum est de principali quæsito. Secundo, probabitur fuisse conueniens personã diuinã assumere naturam creatam. Tertio, quod natura creata de facto fuit assumpta à persona A diuina. Quarto, inquiretur, vtrum per talẽ assumptionem sint veræ huiusmodi propositiones, Deus est homo, &c.

PVNCTVM I.

Agit de principali quæsito.

INtelligendum ergo est, quod quantum ad conclusionem principaliter quæsitam concordant omnes Catholici, & hoc rationabiliter propter duo. Conclusio in qua oẽs Catholici conueniunt.

Primo, quia secundum fidem supponitur, quod persona diuina assumpsit naturã creatam. Ergo potuit assumere ipsam, nihil enim fit de facto, nisi, quod potest fieri; & quod impossibile est fieri, nunquam fit. Primo.

Secundo, quia eiusdem rationis est plures B personas esse in vna natura .s. diuina, & plures naturas esse in vna persona: sed primum supponitur secundum fidem. Ergo & secundum non est impossibile ponere: sed in modo probandi hanc conclusionem est differentia, & difficultas. Secundo. Differũt aũt in modo probandi.

¶ Quidam enim probant eam dupliciter. Probatio quorundam.

Primo sic. Sicut natura substantiæ completæ est cõstituere proprium suppositum, ita natura accidentis est existere in alieno supposito. Sed virtute diuina in Sacramento altaris fit, quod accidens salua sua natura, & essentia non existat in alieno supposito, sed in se. Ergo similiter virtute diuina fieri potest, quod substantia completa, vt natura humana proprium suppositum non constituat, sed in alieno existat. Prima.

Secundo sic, prius virtute diuina potest C absolui à posteriori, sed singularitas naturæ humanæ est prior suppositatione sua; singularitas enim est communis omni generi entis: nec requiritur ad hoc, quod aliquid sit singulare, nisi quod sit hoc aliquid & vnũ numero: suppositatio autem inuenitur solũ in genere substantiæ; & ad hoc, q aliquid sit suppositum non sufficit, quod sit hoc aliquid, & vnum numero, sed super hoc requiritur, quod sit ens per se, & in se, & non in alio. Quod autem est communius, est prius, vt patet per Philosophum in Prædicamentis; & quod, se habet per additionem ad aliquid aliud, est posterius illo. Ergo pót natura humana remanere singularis absq; hoc, quod sit in proprio supposito, sed sit in alieno. Secunda.

Sed contra has ambas rationes potest argui. Et primo, contra primam, ad cuius D euidentiã duo præintelligenda sunt. Et primum est, quod aliquid potest esse certum dupliciter, vt communiter dicitur, scilicet certitudine euidentiæ, vt prima principia, quæ intellectus videt in se, & conclusiones ex his necessario deductę, quas intellectus videt. Impugnatio dictarũ rõnũ

videt in primis principijs; & certitudine adhæsionis, vt ea, quæ sunt fidei, quibus intellectus motus à voluntate liberè assentit, & firmiter sine hæsitatione. Secundo, est intelligendum, quod quamuis communis doctrina habeat, quod in Sacramento altaris est accidens sine subiecto, non tamen directè hoc cadit sub fide, cum alijs modis saluari possit illud, quod circa hoc tenet fides, s. corpus Christi esse in Sacramento altaris, vtpotè dicendo, quod talia accidentia sint in aere, vt in subiecto, vel per aliquē alium modum. Quibus suppositis, sic

Lege Canum de locis lib. 12. c. 7. præceptione 7.

Prima impugnatio contra primā rationem dictā

Arguo contra primam rationem de prędictis duabus. Magis certum inconueniēter probatur per minus certum, nūquam enim effectus est potior sua causa. Sed personam diuinā assumere naturam creatam, quāuis non sit certum certitudine euidentię, est tamen certum certitudine adhæsionis, vtpotè directè cadens sub fide, tanquam specialis articulus fidei; accidens autem esse sine subiecto in Sacramento altaris neutra certitudine est certum, quia nec certitudine euidentiæ, vt de se patet, nec certitudine adhæsionis, cum hoc non directè cadat sub fide, vt patet ex prædictis, quamuis hoc cōiter ab omnibus * probabiliter teneatur. Ergo personam diuinam posse assumere naturā creatam inconuenienter probatur per hoc, quod in Sacramento altaris accidēs est sine subiecto.

* Post tēpora Auctoris hoc definitū ē de fide in Concil. Cōstant. sess. 8. contra Vvicleff.

Secūda impugnatio cōtra secūdam rōnē, & primo cōtra maiorē illius.

Contra etiam secūdam rationem potest argui multipliciter. Et primo contra maiorem, quia absolutum est prius respectiuo. Sed Deus non potest facere absolutum quodcunque sine respectu dependentiæ ad ipsum. Ergo non est verum, quod Deus possit omne prius absoluere à suo posteriori.

Secundo.

Præterea. Quantitas est prior figura, cum figura sit qualitas circa quantitatem. Sed Deus non potest facere quantitatem sine figura, supposito sm̄ cōmunem doctrinam, quod non possit facere corpus infinitum, figura enim est, quæ termino, vel terminis comprehenditur, vnde omne corpus figuratum est corpus terminatum, & è contra. Ergo idem quod prius.

Tertio.

Præterea. Magis commune est prius omni minus communi suo inferiori. Sed Deus non potest facere magis commune sine omni suo inferiori. Ergo idem quod prius.

Quarto.

Præterea. Species Angeli habet rationem prioris respectu sui indiuidui. Sed secundū communiorem opinionem, & etiam opinionem illius, cuius sunt duæ rationes prædictæ, species Angeli non potest fieri sine suo indiuiduo, quia in Angelis non potest esse, nisi vnum indiuiduum sub vna specie. Ergo idem quod prius.

Minor eiusdē secundæ rōnis impugnatur.

Secundo, potest argui contra minorem eiusdem rationis. Quia quando aliqua se habent, vt magis commune, & minus cō-

A mune, plurificato minus communi realiter, plurificatur magis commune, vt apparet de animali, & homine, colore, & albedine, & huiusmodi: plures enim homines sunt plura animalia, & similiter plures albedines sunt plures colores. Sed plurificata realiter suppositatione, si humana natura relinqueretur sibi, non plurificaretur humanæ naturæ singularitas secundum eum, quia humana natura assumpta sibi derelicta, quamuis esset aliud suppositum, tamen esset eadem singularitate, qua prius fuerat singularis. Ergo singularitas, non est dicendum simpliciter, quod habeat rationem prioris respectu suppositationis, sicut magis commune respectu minus communis.

Cōtra eādē rōnē, tertia Impugnatio q̄ multiplex est.

Tertio, potest argui contra rationē ipsam multipliciter.

Primo.

Primo sic. Aut prius potest absolui à posteriori secundum eum eodem numero re-

B manente, vtpotè, quod idem homo numero, remanens idem numero, desinat esse homo, & remaneat animal, & hoc est falsum, & impossibile, quia sequeretur, quod idem numero esset successiuè sub duabus speciebus eiusdem generis: aut in alio, & hoc non est ad propositum, quia per hoc non plus haberetur, nisi quod singularitas potest inueniri in aliquo, vtpotè in accidente sine propria suppositatione.

Secundo.

Præterea ad idem. Sicut esse singulare est commune ad esse suppositum, & non suppositum, sic etiam est commune ad esse substantiam, & accidens. Sed non obstante communitate singularis ad substantiam, Deus non potest facere, quod natura humana remanens singularis non sit substantia. Ergo communitas singularitatis ad suppositationem non erit causa, quod humana

C natura remaneat singularis, & non suppositum.

Tertio.

Præterea ad idem. Per hanc rationem æquè probatur naturam humanam posse assumi à supposito creato virtute diuina, sicut & à supposito diuino, vt de se patet. Sed hoc est falsum, & contra communem doctrinam; cōmuniter enim dicitur, quod hoc est proprium suppositi diuini. s. posse assumere naturam substantialem extraneā ad identitatem hypostaticam. Ergo &c.

§

Principalis cōclusio aliter probatur ab Auctore.

¶ His ergo rationibus dimissis, principalis conclusio probanda est tripliciter.

Ad euidentiam primæ rationis est intelligendum, quod posse assumi ad suppositū extraneum est conditio in creaturis entis

D possibilis imperfecti, & dependentis, idest accidentis, & per oppositum assumere, seu posse substentare extraneam naturam in proprio supposito est conditio entis habentis oppositas conditiones, idest entis substātialis perfecti, & indepēdentis. s. substantiæ.

Quo

Probatio. Prima. Quo supposito arguitur sic ad principale. Si simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, & maxime ad maximè; quanto ergo aliqua natura habet magis rationem possibilis, seu potentialis imperfecti, & dependētis respectu alterius naturæ, tanto magis pot assumi à supposito illius naturæ. Sed natura substantialis creata quæcunq; magis habet ratione potentialis imperfecti, & dependentis respectu naturæ diuinæ, quam natura accidentalis respectu naturæ substantialis. Ergo multo magis natura creata substantialis quæcunque potest assumi à supposito naturæ diuinæ, quam natura accidentalis possit vniri supposito naturæ substantialis.

Secunda. Præterea, quod est perfectionis simpliciter est maximè diuino supposito attribuendum. Sed posse sustentare naturam extraneam in proprio supposito est perfectionis simpliciter, cum hoc conueniat etiam creaturæ in quantum est ens actuale perfectum, & independens, vt patet per supradicta. Ergo potest conuenire personæ diuinæ, vt .s. sustentet in suo supposito naturam creatā quod est diuinum suppositum assumere naturam creatam.

Tertia. Præterea. Perfectiones sparsæ in creaturis vniuntur in Deo, vt cōiter dicitur, remotis omnibus imperfectionibus. Sed in anima rōnali est perfectionis, sic in seipsa subsistere, quod possit esse suum alteri communicare: quamuis sit in ea imperfectionis esse partem speciei, & non suppositum perfectum: in substantia autem separata est perfectionis non esse formam inhærentem, seu partem speciei, cum sit suppositum perfectam habens speciem, imperfectionis autem est in ipsa, quod non potest esse suum alteri communicare. Ergo suppositum diuinum existens vndequaq; perfectum absq; hoc, quod sit forma inhærēs, vel pars speciei alicuius poterit esse suum extraneæ naturæ communicare ipsam ad vnitatem sui suppositi assumendo. Ex quibus apparet, quod quamuis nulla vnio in creaturis reperta sit vndequaq; similis vnioni diuinarum naturarum, s. diuinæ, & humanæ in vna persona Christi, inter omnes tamen vniones maximè similis ei esse videtur vnio accidentis, & subiecti, & vnio corporis, & animæ rationalis, sicut enim substantiæ vnitur suppositaliter accidens, sic quod post vnionem sunt duæ naturæ distinctæ, substātiæ, & accidentis, & vnum suppositum, ita & natura creata vnita cum supposito diuinæ naturæ, sic quod post vnionem in vno supposito verbi remanēt duæ naturæ distinctæ .s. creata, & diuina.

Quarta. Præterea. Sicut accidens aduenit substātiæ post eius esse perfectum, sic & natura humana aduenit supposito, vel naturæ diuinæ. Nec videtur esse differentia inter has duas vniones, nisi q accidens vnitur substantiæ per inhærentiam, non autem natura humana diuinæ, vnde, & Apost. ad Philip. A 2. videtur assimilare hanc vnionem vnioni habitus cum habente, qui habitus est vnū de nouem generibus accidentium, dicens de Filio Dei, quod exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo; & sicut anima rationalis per seipsam subsistens esse suum communicat corpori, sic quod corpus cedit in idem suppositum cum ea; ita suppositum dininum cōmunicat esse suum naturæ creatæ, quæ assumitur ad vnitatem ipsius suppositi, vnde & in symbolo Athanasij dicitur, quod sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita Deus, & homo vnus est Christus, quamuis sit differentia inter has vniones, quia anima rationalis est forma corporis, & per consequens pars speciei, & non perfecta species, non autem suppositum diuinum, & vnio animæ, & corporis est non solum B in supposito, sed etiam in natura; natura autem humana quamuis cedat in idem suppositum cum diuina, tamen non efficitur vna natura ex his duabus, sicut ex anima rationali, & corpore efficitur vna humana natura.

. PVNCTVM II.

Fuit conueniens personam diuinam assumere naturam creatam.

Conclusio. SECVNDO principaliter est probādum, quod fuit conueniens personam diuinam assumere naturam creatam, quod potest sic probari, quod decet diuinam bonitatem, est Deo cōueniens, seu diuinæ personæ, quæ est ipsa essentia bonitatis, seu ipsa C bonitas, sed hoc decuit diuinam bonitatē. Ergo &c. Maior est per se manifesta. Minor probatur, quia cum bonum sit diffusiuum sui, vt patet per Dionysium 4. cap. de Diuinis nominibus, quod pertinet ad communicationem, seu diffusionem diuinæ bonitatis, illud decet diuinam bonitatem. Sed hoc est huiusmodi. Ergo &c. Maior huius prosyllogismi declarata est. Sed minor declaratur, ad cuius euidentiam sciendum est, quod diuina bonitas potest communicari alicui tripliciter.

Primo, effectiuè, sicut causa communicat se effectui communicando ei suam participatam similitudinem, quomodo Deus communicat se omni creaturæ.

Secundo, obiectiuè, sicut amicus communicat se amico, exhibendo se ei præsentē, secundum quem modum Deus commu- D nicat se Sanctis viris aliqualiter quidem in præsenti, sed perfectè in futuro.

Tertio modo hypostatice, sicut anima cōicat esse suum corpori, & substantia accidenti, & hoc modo persona diuina se cōicat naturæ creatæ.

PVN-

PVNCTVM III.

Natura creata de facto fuit assumpta a persona diuina.

Conclusio. TERTIO principaliter est probandum, quod natura creata de facto fuit assumpta à persona diuina.

Ad cuius euidétiam sciendum est, quod hoc non potest probari per rationem sumptam ex apparentibus, vel euidétibus, cum hoc tamquam specialis articulus fidei, sola fide teneatur, quæ secundum Apostolum ad Hebræos 11. est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium.

Nec oportet hoc hic probare per auctoritatem noui testamenti, quod totum plenũ est de hoc, vt apparet Ioan. 1. [Verbum caro factum est, &c.] & ad Rom. 1. [Factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.] & ad Philippenses 2. [Exinaniuit semetipsum &c.] Sed hoc ad præsens probabitur per auctoritatem veteris testamenti, & specialiter per prophetiam, quæ habetur Danielis 9. vbi sic dicitur [Ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Hierusalem, vsq; ad Christum ducem, hebdomades septem, hebdomades sexaginta duæ erunt] idest sexaginta nouem, more enim Hebraico minor numerus maiori præponitur, vt dicit Magister historiarum hæc verba exponens: non loquitur ibi de hebdomadibus dierum, sed de hebdomadibus annorum, vt omnes exponunt; septem .s. annos dierum vni hebdomadæ assignando, secundum illud, quod dictum est Ezechieli, Ezech. 4. cap. diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi. Exitus autem sermonis, vt ędificaretur iterum Hierusalé, idest, licentia de Ciuitate Hierusalem reædificanda post Babylonicam captiuitatem fuit vigesimo anno Artaxersis Regis, vt patet Nehemiæ 1. à quo anno vsq; ad quintũ decimũ annũ Tiberij Cæsaris, fuerunt anni quadringenti octoginta septem, sicut colligitur à Doctoribus diuersis, & specialiter à Beda, discurrendo per Historias Romanorum Imperatorum, & aliorum præcedentium, sibi inuicem succedentium. Qui anni coniuncti faciunt hebdomadas sexaginta nouem annorum; & restant quatuor anni, qui sunt quasi media hebdomada: medium autem non ponitur in numero secundum communem consuetudinem, & secundum Arithmeticos, quia vnitas est indiuisibilis in genere numerorum. His ergo quatuor annis exclusis à prædicto tempore, vsq; ad quintumdecimum annum Tiberij Cęsaris, quo tépore Christus primo cœpit esse dux populi, .s. prædicãdo, & miracula faciendo, vt dicitur Lucæ 3. [Et Iesus erat incipiens quasi annorũ triginta] fuerunt hebdomadæ sexaginta noué annorũ, .s. Lunariũ, quæ .s. breuiores sunt annis Solaribus, vndecim diebus, propter quod in textu prædicto dicuntur abbreuiatæ hebdomadæ supradictę. A Ex adimpletione ergo temporis, quod in prædicta prophetia Danielis ponitur apparet, quod natura creata .s. humana, assumpta est de facto in persona filij Dei.

Probatio conclusionis.

PVNCTVM IV.

Vtrum per talem assumptionem sint veræ hæ propositiones, Deus est homo, &c.

QVARTO principaliter est inquirendum, vtrum per talẽ assumptionẽ huiusmodi propositiones sint veræ, & propriæ, .s. Deus est homo, & huiusmodi. Et dicunt Quidam, quod tales propositiones non sunt propriæ, quod probant tribus rationibus. Opinio quorundam.

Primo sic. De quocunq; prædicatur homo, prædicatur in quid, cum nomen hominis nõ sit nomen denominatiuũ; sed homo non potest proprie de Deo prædicari in quid; ergo ista propositio non est propria Deus est homo. Probatio minoris, illud nõ prædicatur proprie de aliquo in quid, quod non proprie respondetur ad interrogationẽ factam per quid, sed ad interrogationem factam, quid est Deus, non propriè respondetur homo; quia quid quærit de essentia, sicut quale de qualitate, & quantum de quantitate. Eadem autem essentia non importatur per hæc nomina Deus, & homo, licet sit idẽ suppositum habens vtraq; essentiam. Ergo &c. Probatur. Primo. B

Secundo sic. Proprietas prædicationis denominatiuæ non stat cum proprietate prædicationis in quid, nec é conuerso, vnde non proprie dicitur Sortes est humanatus, quia propriè dicitur Sortes est homo, sed secundum Damascenũ, ista est propria, Deus est humanatus. Ergo istá non est omnino propria, Deus est homo. Secundo. C

Tertio sic. Diuersæ naturæ existentes in eodem supposito non prædicantur de se inuicem, nisi vtraq; sumantur denominatiuè, vt dicédo album est musicum, vel saltẽ altera, vt dicendo Sortes est albus; cuius rõ est, quia duæ naturæ eiusdem suppositi se habent aliquo modo, vt partes illius suppositi, pars autem non prædicatur de toto, vel de alia parte, nisi denominatiuè. Igitur diuina natura, & humana in Christo, cum sint aliquo modo quasi partes vnius suppositi subsistentis in vtraq; natura (vnde Damascenus dicit, personam verbi post incarnationem compositam) videtur, quod vna non possit prædicari de altera, nisi vtraque, vel saltem altera summatur denominatiuè; D vt dicẽdo Deus est humanatus; vel aliquid huiusmodi: dicendo autem Deus est homo, vel homo est Deus neutra denominatiuè sumitur, quamquam ambæ concretè sumantur, non est autem idem concretum, & denominatiuum. Ergo &c. Tertio.

Sed

Impugnatio. ¶ Sed his non obstantibus, quia non de necessitate concludunt, vt infra per ipsorum solutionem patebit. Dicedum est, Secunda sententia é vera quá Auctor sequitur. ꝙ hæ propositiones sunt veræ, & ꝓpriæ, sm̄ cónem doctriná, vt patet per Damas. lib. 3. fid. orth. c. 12. per totum, & vt expresse dicit VENERABILIS DOCTOR F. THOMAS 3 part. Sum. quæst. 16. art. 1. & 2.

Notáda ad explicátionem veræ sentent æ. Ad cuius euidentiam quatuor præintelligenda sunt. Et primum est, quod propositiones per accidens sunt veræ, & propriæ, sicut propositiones per se, sicut. n. hæc est

Not. 1. vera, & propria homo est animal, sic & ista album ædificat; quamuis igitur tales propositiones Deus est homo, vel Filius Virginis, & huiusmodi sint veræ per accidens, quia talia prædicata non conueniunt Deo sm̄ diuinam naturam, sed solum sm̄ naturá humanam assumptam, non minus tñ sunt dicendæ veræ, & propriæ, sicut infra probabitur.

Not. 2. Secundum est, ꝙ in substantijs differunt nomen abstractum, cõcretũ, & denominatiuũ, quia nomen abstractũ est nomé significans aliquá naturá præcisè, vt humanitas, nomen aũt concretũ est nomen significans naturá per modum habiti, ꝙ prædicatur in quid, & significat naturá non realiter differenté à supposito habente ipsam, vt homo, cappa, vestis, & huiusmodi; nomen aũt denominatiuũ est, ꝙ non prædicatur in quid, nec natura per ipsũ importata est essentialis ei, de quo prædicatur, vtpotè realiter ab eo differens, non solum sicut pars à toto, sed sicut vnum totum ab alio, vt est nomen cappati, vestiti, & huiusmodi.

Not. 3. Tertio, est prǽintelligendum, ꝙ quamuis natura humana sit eiusdem rationis specificè in supposito Verbi, & in alijs suppositis, tamen in suppositis alijs est indifferens ab eis, & eis essentialis, & per consequens nomé hominis de eis prædicatur in quid. sed supposito Verbi est quasi accidentalis, vt pote ei adueniens post eius esse actuale perfectũ, & realiter ab eo differt sm̄ se totá, & ꝑ consequés nomé hominis ꝑdicatur de eo, ad modũ nõis denominatiui, vt albũ de Sorte. Põt ẽt dici aliquid vniri alteri accidentaliter tripliciter, s. per inhærentiam, sicut accidés subiecto, & per assistétiá, sicut corpus locatũ loco, & vestis vestito absq; hoc, ꝙ ad idé suppositũ assumatur, & per inexistétiá sicut in proposito, vt humana natura vnitur verbo, quæ est assumpta ad idé esse hypostaticũ cum verbo, sed Doctores negant humaná naturá vniri accidentaliter Verbo ꝓpter vitandum errorem Nestorij, qui ponebat eam vniri accidentaliter secundo modo; cum hæreticis enim nec in vocabulis est communicandum, quia non vnitur ei accidentaliter, sicut in creaturis vna substantia vnitur accidentaliter alteri, vt vestis vestito; quamuis secundum rei veritatem vniatur ei accidentaliter, idest post esse completum

A ei adueniat.

Not. 4. Quarto, est intelligendum, ꝙ cum nomina significent perfectiones aliquas ad modũ quo tales perfectiones sũt in creaturis, quas primo naturaliter intelligimus, & per cõsequens nominamus; non oportet ad hoc, ꝙ aliquod nomé ꝓpriè dicatur de Deo, quod ei cõueniat eo modo, quo cõuenit creaturę, vel ꝙ de eo prædicetur eo modo, quo prædicatur de creatura, alias nec nomé sapiẽtis, vel sapientiæ propriè diceretur de Deo, cũ de eo nõ prædicetur in quale, sicut de creatura: sed sufficit, ꝙ naturalis perfectio, per nomen importata sit vere in Deo, quamuis aliter, quam in creatura. Quibus suppositis probo, quod prædictæ propositiones sint veræ, & propriæ.

Prima probatio dictæ sententiæ. Quando duæ naturæ vniuntur in eodem supposito, vna concretiuè sumpta prædicatur de alia verè, & propriè, sicut cum dicimus musicum est album, & album est musicũ, & huiusmodi. Sed in vno Christi supposito sunt duæ naturæ diuina, & humana. Ergo vna potest de altera prædicari verè, & propriè concretiuè accepta, vtpotè dicendo Deus est homo, & homo est Deus.

B

Euasio. Sed respondetur ad hanc rationem dicẽdo, ꝙ maior huius rationis vera est, dummodo concretio vtriusque, vel alterius naturę sit denominatiua, alias non verè de se inuicem prædicantur tales naturæ vnius suppositi, nisi cum aliqua improprietate. homo autem prædicatur in quid, & non denominatiuè. Ergo &c.

Instantia. Sed hæc responsio nulla est, & per cõsequens stat argumentum, quia, vt patet per prædicta, nomen hominis, quamuis de alijs prædicetur in quid ad modum nominis cõcreti, non denominatiui, tamen de supposito Verbi, seu de Christo prædicatur quasi in quale, & quasi ad modum nominis denominatiui, vt per secundá suppositionem dictum est.

C

Secunda probatio. Præterea. Homo nihil aliud dicit, nisi suppositum habẽs humanitatem qualitercũq; sicut sapiens est habẽs sapientiam qualitercunque, vel per realem identitatem sicut Deus, vel per inhærentiam accidentalem, sicut creatura. Sed hæc propositio est vera, & propria, Deus est suppositum habens humanitatem. Ergo &c.

Euasio. Nec valet, quod dicitur ad hanc rationé, quod homo dicit suppositum habens humanitatem realiter indifferentem à supposito habente. Quia homo prædicatur in

Instantia. quid: Deus autem non dicit tale suppositionem, quod sit indifferens ab humanitate, quia sicut sapiens dicitur habens sapientiam qualitercunque, scilicet realiter differentem, vel indifferentem à supposito habente, sic & homo propriè dici potest omne suppositum habens humanitatem, siue humanitas habita differat realiter à sup

D

posito habente, siue non, & siue homo prędicetur in quid, & essentialiter, siue prædicetur ad modum nominis denominatiui, & quasi prædicati accidentalis, vt supra dictũ est, & declaratum.

Tertia. Probatio. Præterea de quocũq; prędicantur ꝓprietates humanæ naturæ verè, & propriè, illud pôt dici verè, & propriè homo, quia ꝓprietas nũquã derelinquit subiectũ suũ. Sed de Deo prædicantur verè, & propriè proprietates humanæ naturæ: dicimus .n. ꝙ Deus est natus, passus, mortuus, & huiusmodi. Ergo verè, & ꝓpriè pôt dici Deus ẽ homo.

Euasio. Et si dicatur, ꝙ nõ est simile, quia natus, passus, & huiusmodi prædicantur denominatiue, homo autem prædicatur in quid.

Instantia. Patet per supradicta, quod hoc nõ excludit rationem, quia quicquid sit de alijs suppositis humanæ naturæ, de supposito tamẽ Christi nomen hominis verè, & propriè prædicatur, tamen ad modum nominis denominatiui, & quasi prædicati accidentalis, vt supra declaratum est.

Quarta. Probatio. Præterea. Pro hac opinione sunt multæ auctoritates expresse, nam ad Romanos 9. dicitur [Ex quibus (scilicet antiquis Patribus) est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula] Sed Christus secundum carnem est homo. Ergo hęc est vera, & ꝓpria, homo est Deus. Et ad Philippenses 2. dicitur [Qui cum in forma Dei esset exinaniuit semetipsum formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo] & sic ille, qui est in forma Dei, est homo. Sed ille, qui est in forma Dei, est Deus; ergo hæc est vera, & propria Deus est homo. Et Isaiæ 9. dicitur [Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius, Admirabilis, Cõsiliarius, Deus fortis, &c.] Sed paruulus natus est homo. Ergo homo verè, & propriè potest vocari Deus.

Euasio. Nec potest ad has auctoritates responderi dicendo, ꝙ tales propositiones sunt quidẽ

Preclusio. veræ, sed impropriæ. Quia non videtur sanè, & cautè dictum dicere, quod sacra Scriptura in tali, & tanta materia loquens, in tot locis impropriè loquatur.

Ad primũ ꝓbationẽ opinionis oppositæ. ¶ Ad primum ergo factum pro alia opinione dicendum per interemptionem maioris, sicut enim nomen sapientis dicitur propriè de Deo, & creaturis, & tamen de creaturis dicitur in quale, non autem de Deo, in quo est idem esse, & sapientem esse, secundum August. 6. de Trin. c. 4. sapientia enim importata nomine sapientis est qualitas in creaturis, in Deo autem eius essentia, sic cũ humana natura sit suppositis creatis essentialis, non autem supposito Verbi, de alijs prædicatur in quid, de supposito autem Verbi denominatiuè.

Ad secũdã. Ad secundum dicendum eodem modo, homo .n. prædicatur de supposito verbi denominatiuè, non in quid, dicitur etiã Deus humanatus, idest homo factus, sicut Sortes verè, & propriè dicitur albus, & dealbatus, necessarium .n. est ꝙ omne dealbatum sit aliquando album, & similiter humanatus homo, vndè falsum supponit, scilicet, quod homo, & humanatus dicta de Deo differãt, sicut prædicata in quid, & denominatiuum (alias posset dici ẽ conuerso, propriè ille homo deificatus contra cõmunẽ doctrinã & veritatem; vnde Damasc. 3. lib. fid. orth. c. 2. [Nõ hominem deificatum dicimus, sed Deum humanatum.] Quære 3. par. q. 16. art. 3. in solutione secundi argumenti) sed differunt album, & dealbatum; quorum primum dicit habens albedinem simpliciter, secundum autem habens eam de nouo sibi acquisitam.

A

Ad tertium. Ad tertium dicendum sicut ad primum, homo enim prædicatur de supposito Verbi non in quid, sed denominatiue, sicut probat argumentum, vnde concedendus est totus processus argumenti. Nũc vltimo respondendum est ad argumenta facta in obijciendo.

B

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD primum ergo dicendum, quod diuina persona potuit vniri naturæ assumptæ, non per potentiam passiuã existẽtẽ in diuina persona, quã oporteret reduci ad actum ab aliquo superiori agente, sed per potentiam passiuam existentem solum in natura assumpta, quæ est reducta ad actum à tota Trinitate, quæ fuit causa efficiens incarnationis Filij Dei, vnio enim nihil reale ponit in diuina persona vnita, sed solũ relationem rationis, quia omnis relatio Dei ad creaturas est relatio rõnis ex parte Dei, ex parte aũt creaturæ realis, sm̃ cõẽ doctrinã.

C

AD II. Ad secundum dicendũ, ꝙ duo contraria non possunt esse simul in eodem sm̃ idem, sed sm̃ diuersa sic: & similiter in proposito, idem suppositum est Deus, & homo, non tamen secundum eandem, sed secundum diuersas naturas.

Vel dicendum, ꝙ aliqua plus distant sm̃ naturã suam, quã alia, quæ tñ simul possunt esse in eodem supposito citius quã illa; sicut apparet de rebus diuersorum generum, .s. substantia, qualitate, quãtitate, & huiusmodi, quæ simul sunt in eodem subiecto, non autem duo contraria eiusdem generis, quia talia esse simul in eodẽ subiecto contradictionẽ implicat, non aũt esse simul in eodẽ subiecto res diuersorũ generum: & similiter quãuis Deus, & creatura magis distent, quã duo contraria, quia tñ nullã contradictionẽ implicat idẽ suppositum esse Deũ, & creaturã sm̃ diuersas naturas, sicut implicat duo contraria esse simul in eodẽ sm̃ idẽ; primũ est possibile, non autem secundum.

D

Ad

AD III. Ad tertium dicendum, quod assumptio, seu vnio conuenit diuinæ personæ, non per aliquam mutationem sui, vel per aliquam mutationem naturæ assumptæ ad locum, vel ad formam aliquam absolutam ei inhærentem, sed per mutationē naturę assumptę ad nouū modū essendi, natura .n. humana sibi derelicta est in supposito proprio, sed vnita, vel assumpta est in supposito alieno; quamuis enim mutatio, quæ est actio creaturæ, terminetur solum ad formam absolutam, vel ad locum, tamen actio Dei, quæ potest super totum, quod est in re, pōt terminari ad solum modum essendi.

Vel dicendum, quod sicut per motum localem nihil absolutū inhærens acquiritur mobili, sed solum absolutum extrinsecus assistens, scilicet locus, & respectus quidam locati ad locum, qui dicitur vbi, sic & per incarnationem, seu vnionē, vel assumptionem naturæ creatæ non acquiritur naturæ assumptæ aliquid absolutum inhærens, sed solum esse suppositale verbi, quasi extrinsecus existens, vtpotè per quod supposita-tur absq; omni inhærentia ad ipsum, & habitudo dependentiæ ad ipsam personam verbi.

AD IV. Ad quartum dicendum, ꝙ vndequaq; perfectum non potest alteri vniri, vt forma, vel pars, secundum quem modum nec persona Verbi vnita est naturę creatę in assumptione. Et ad illud per ꝙ probabatur oppositum. Dicendum per interemptionem, huiusmodi enim vnio non est compositio, quia illud in quo vniuntur est simplicissimum post vnionem, summa autem simplicitas opponitur compositioni.

AD V. Ad quintum dicendum per interemptionem maioris, quamuis enim communiter, & regulariter res spiritualis non vniatur rei corporali, nisi per modum formæ, vel mouentis, tamen potentia Dei absoluta non arctatur ad hos duos modos vnionis, quia persona diuina potuit vniri, & fuit vnita de facto rei corporali, .s. naturæ humanæ, quędam tertio modo singulari, .s. per assumptionem ad esse suum hypostaticum absq; hoc, quod esset forma ipsius.

AD VI. Ad sextum dicendum, quod non omne magis simile, seu minus distans est magis vnibile, vt apparet de materia, quæ est pura potentia, & forma, quæ est actus, & de subiecto, & accidente, quæ magis distant, & minus conueniunt, quam duo contraria, quæ sunt in eodem genere, & tamen simul vniuntur, non autem duo contraria, vt supra dictum est.

Vel dicendum, quod quamuis natura Angelica sit magis vnibilis personæ diuinæ, D quā natura humana, pēsata ꝓportione vnitorū, est tamen minus vnibilis pensato fine vnitionis, seu assumptionis, qui ē reparatio naturæ assumptæ, qui maximè pensandus est; quia ratio eorum, quę sunt ad finem, est sumenda à fine, & Deus, & natura nihil A frustra faciunt, frustra autem fit, quod non fit propter aliquem finem vtilem.

AD VII. Ad septimum dicendum, quod illa ratio peccat in commutando proportionem, cōbinando .s. primum quarto, & secundum tertio, vt de se patet; in commutata enim proportione, secundum debitum ordinem, debet combinari primum tertio, & secundum quarto. Vel dicendum, ꝙ concludendo cōformiter pręmissa deberet concludi in argumento, vt patet intuenti, ꝙ plures naturæ non possunt esse in vno supposito absoluto, quod quamuis sit falsum, non tamē est contra propositum. Vel potest tertio interimi minor, quam assumit, s. quod eadem natura absoluta non potest esse in pluribus suppositis absolutis; eadem enim materia prima est in generato, & corrupto; & idem accidens potest virtute Dei esse suc- B cessiuè in duobus subiectis: idem autem absolutum non potest esse simul in duobus suppositis absolutis, quia implicat contradictionem, supposita enim absoluta distinguuntur absolutis. Ergo non habent idem absolutum. Et præterea tale absolutum erit quid creatum, quia absolutum increatum est in pluribus suppositis relatiuis, & per consequens non esset aliquid infinitum, propter quod non posset esse simul in duobus suppositis absolutis, cum essentiæ diuinæ propter suam infinitatem conueniat, ꝙ eadem sit in pluribus suppositis, esse autem plures naturas absolutas in vno supposito non implicat aliquam contradictionem, vnde non est simile.

AD VIII. Ad octauum dicendum per interēptionē minoris, pter enim illos tres modos, quibus Deus est cōmuniter in omnibus rebus, di- C citur esse in Sanctis per gratiam, secundum illud 1. Ioan. 4. [Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo,] & in Christo homine singulariter per assumptam naturam, secundum illud Apostoli 2. ad Corinthios 5. [Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians.] Et ad probationem eius. Dicendum, quod Deus potest esse secundum se præsens creaturæ; aut sicut causa effectui, quod est eum esse pręsentem per essentiam, aut sicut amicus amico, seu sicut obiectum alicuius operationis, vt cognitionis, vel dilectionis dicitur esse præsens saltē obiectiuè ei, cuius est operatio, quod est eum esse præsentem per gratiam; aut sicut illud, ꝙ est idem supposito cum aliquo, dicitur esse præsens illi, quod est Deum esse in aliquo per assumptionem illius.

AD IX. Ad nonum dicendum, quod diuina persona potuit assumere naturam creatā possibilitate, seu potentia actiua ex parte assūmentis, quæ puro actui non repugnat, imò maximè naturam eius consequitur, qua possibilitate, seu potentia dicitur etiam potuisse mundum creare; & possibilitate, seu

 poten-

potentiā passiua non naturali, sed obedientiali naturæ assumptæ, quæ nihil est aliud, quā ipsa creatura, vt de ea possit Deus facere quicquid vult; quam potentiam per consequens non excedit quicquid in creatura, vel de creatura Deus facit.

AD X. Ad decimum dicendum, quod illud, ꝙ est in potentia passiua ad aliquid, seu receptiua, & est carens eo, est imperfectum, non autem si est in potētia actiua ad aliquid, per quod sibi nihil perfectionis accrescit; alias Deus fuisset imperfectus ante mundi creationem, qui poterat mundum creare, & nō creauerat; secūdum autem potentiam actiuam diuinæ personæ, dicitur diuina persona potuisse assumere naturam creatam, per quā nihil ei perfectionis accrescebat, vnde per hoc nulla imperfectio ponitur in diuina persona.

AD XI. Ad vndecimum dicendum, quod sicut natura creata fuit vnita personæ diuinæ, sic & naturæ diuinæ; dicitur tamen vnio facta in persona, & non in natura, quia post vnionem non fuit vna natura diuina, & humana, fuit tamen vna persona habens vtramq; naturam; sicut in creaturis natura accidentalis dicitur vniri naturæ substātiali in eodem supposito, absq; hoc, quod cedat in eandem naturam cum ea.

AD XII. Ad duodecimum dicendum, quod quāuis persona diuina plus distet à natura creata, quam suppositum creatum à natura substantiali sibi extranea: tamen suppositū creatum nō est infinitæ perfectionis in suppositando, vt sic suppositare possit naturam sibi extraneam, sicut diuinum suppositum; vt enim supra dictum est, aliqua plus distātia citius possunt concurrere ad idem suppositum, quam alia minus distantia.

AD XIII. Ad tertiumdecimum dicendum, quod suppositum in creaturis supra naturam non solum addit esse, sed etiam modum essendi, suppositum enim in creaturis est habēs naturam de genere substantiæ, & esse ei correspondens alteri supposito non innixa, humana autem natura Christi, & esse creatū ei correspondens innitebantur quantum ad suam realitatem supposito Verbi, & idcirco persona diuina assumpsit naturam humanam, & non suppositum.

AD XIV. Ad quartumdecimum dicendum, quod aliꝙ magis intraneū alteri citius pōt ab illo separari, sicut forma, quæ immediatè vnitur materiæ, vt patet in principio 2. de Anima, est separabilis à materia ingenerabilibus, & corruptibilibus: Figura autem, quæ inest homini, vel alteri animali mediātè quantitate, ab eo separari non potest; nigredo etiam non potest separari à substantia corui, quæ inest ei mediante superficie, potest tamen separari à superficie hominis, cui immediate inest. Et similiter in proposito, quamuis sit maior intraneitas propriæ suppositationis ad naturam, quam sit accidentis ad subiectum, potest tamen natura

A substantialis creata, vt humana carere propria suppositatione, & inniti supposito alterius, scilicet diuinæ, quia hoc nullam contradictionem implicat; non autem pōt esse color in Angelo relicto proprio subiecto, vel scientia in corpore, quia hoc contradictionem implicat; coloris enim non est capax, nisi quantum superficiatum, nec scientiæ, nisi substantia immaterialis.

Ad quintumdecimum dicendum, quod creaturæ omnes dependent à Deo, sicut à causa efficiente quodam modo communi, scilicet sicut à dante, & conseruante in eis esse, & omnem perfectionem: sed humana natura Christi dependebat à supposito Verbi, non solum modo communi, sed etiam quodam modo speciali; scilicet, sicut ab eo, cuius suppositatione suppositabatur carens propria suppositatione: quia B erat idem supposito cum natura diuina, quod non est verum de alijs creaturis respectu Dei, seu diuini suppositi. **AD XV.**

Ad sextumdecimum dicendum, quod substantia particularis, singularis, seu indiuidua est hypostasis, vel suppositum, si non sit supposito alterius naturæ innixa; humana autem natura Christi erat innixa supposito diuinæ naturæ; vnde licet esset substantia particularis, non tamen erat suppositum. **AD XVI.**

Et ad confirmationem Argumenti dicendum per interemptionem, quia non est eadem diuisio substantiæ, quæ habetur in Prædicamentis, & in 5. Metaph. substātia enim, quæ est natura, non est substantia secunda, seu vniuersalis, cum possit accipi natura in particulari, vtpotè hæc humanitas; & similiter quamuis omne suppositum C sit substantia prima, substantia tamen prima si sit supposito alterius naturæ innixa, vt est humana natura Christi, non est suppositum. **Ad cōfirmationē.**

Ad decimumseptimum dicendum, quod sicut vnire nihil sibi potest aliud, nisi per se existens, & suppositum; vniri tamen potest quod non est suppositum, vtpotè accidens subiecto; sic & assumere naturam extraneam non potest nisi suppositum, seu persona, assumi tamen potest sola natura; actiones enim propriè acceptæ sunt suppositorum tantum: sed passio specialiter accepta secundum modum significandi tantum, cuiusmodi est vniri, & assumi, potest esse ēt non suppositi; agere enim est maioris perfectionis, quam pati, & idcirco non est mirum si per se requirit maiorem perfectionem in agente actio, quam passio in D passo. **Ad XVII.**

Ad decimumoctauum dicendum, quod illud, quod est inassumptibile, est incurabile si sit ad perfectionem naturæ pertinens, secundum intentionem Damasceni, sicut est anima, corpus, & huiusmodi; suppositatio **Ad XVIII**

tio

tio autem est extra humanæ naturæ perfectionem; vnde quamuis suppositum humanum fuerit curatum non tamen fuit assumptum.

AD XIX. Ad decimumnonum dicendum, quod dependere ab aliquo nobiliori, sicut ab eo in quo subsistit, est imperfectionis respectu eius à quo dependet, sed est perfectionis respectu alterius eiusdem generis; sicut enim nobilius est sensitiuum hominis, quod subsistit in rationali, quam sensitiuum bruti, quod subsistit per se, sic & nobilior est humana natura Christi, quæ subsistit in supposito verbi, quam humana natura alterius hominis, quæ subsistit per se, vniri enim perfectiori ad perfectionem pertinet, non ad imperfectionem.

Ad cõfirmationẽ. Per quod etiã patet responsio ad confirmationem Argumenti.

AD XX. Ad vigesimum dicendum, quod propria scientia, vel operatio naturæ creatæ non repugnant assumptioni ipsius ad diuinam personam: sed propria suppositatio repugnat, quia naturam creatã assumi à diuina persona in vnitatẽ suppositi, ẽ ipsam carere propria suppositatione, & suppositari suppositatione diuinæ personæ: esse enim duo supposita realiter distincta vnum, seu idem suppositum, implicat contradictionem; nõ autem vnum suppositum secundum diuersas naturas habere diuersas sciẽtias, & operationes.

AD XXI. Ad vigesimumprimum dicẽdum, quod quamuis suppositatio communiter accepta naturæ humanæ habeat in ipsa rationem primi respectu accidentium ipsius, non tamen suppositatio propria; potest enim humana natura carere propria suppositatione, & habere propria accidentia, dummodo tam ipsa, quam eius accidentia suppositentur suppositatione quacunque.

Ad cõfirmationẽ. Per quod ẽt patet responsio ad argumenti confirmationem.

AD XXII. Ad vltimum dicendum, quod actio non est suppositi, nisi secundum aliquam naturam, potest ergo vnum suppositum secundum plures naturas, propriam, & extraneã habere plures actiones, propriam, & extraneam; sicut etiam in creaturis suppositum hominis secundum naturam propriam, habet intelligere, & secundum calorem superuenientem habet calefacere; & talis actio extranea põt dici aliqualiter esse suppositi proprij, quia est suppositi, cui innititur natura propria.

QVAESTIO XXXV

Vtrum vna persona diuina sine alia potuerit assumere naturam creatam ad vnitatem suppositi.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod non. Quia secundum August. in Enchirid. c. 38. indiuisa sũt opera Trinitatis; sicut enim triũ Personarum est vna essentia, ita vna operatio. Sed assumere est operatio quædam. Ergo non potest conuenire vni personæ, quin conueniat alteri.

II. PRÆT. Quorum est idem posse, velle, & intelligere, eorum est idem agere. Sed diuinarum personarum est idem posse, velle, & intelligere. Ergo earum est idem agere. Et sic idem quod prius. Minor est de se manifesta. Maior etiam patet, quia ad actionem non requiruntur nisi prædicta tria, scilicet, posse, velle, & agere, quæ etiam in prædictis tribus conueniunt, habẽt necessario eandem actionem.

III. PRÆT. Quod conuenit vni personę, vt non distinguitur ab alia, idest, ratione diuinæ essentiæ, quæ est in tribus personis, conuenit omnibus personis. Sed assumere conuenit ratione diuinæ essentiæ cuicunq; personæ diuinæ. Ergo &c. Probatio minoris. Per illud habet suppositum diuinum rationem eius, in quo aliud existit, per quod habet, vt per se existat, nihil enim sustentat inexistens, nisi per se existens, & vt sic, vt apparet de substantia respectu accidentis. Sed persona diuina non habet per se existere, nisi ab essentia, quod apparet, quia per se existere est absolutum, omnia autem absoluta secundum Sanctos transeunt in diuinam essentiam. Ergo persona diuina à sola essentia habet, quod sustentet naturam assumptam. Sed per assumptionem habet persona diuina hoc solum, .s. sustentare naturam assumptam. Ergo &c.

PRÆT.

IV. PRÆT. Ad hoc, quod persona diuina possit assumere, nihil plus requiritur, nisi vt sit infinitæ virtutis, vt possit hoc facere, & infinitæ perfectionis in supponitando, vt possit alienam naturam suppositare. Sed vtrumq; istorum competit personæ diuinæ ratione essentiæ, cum relatio non dicat perfectionem, & virtus Dei sit idem cum essentia. Ergo idem, quod prius.

V. PRÆT. Sicut dicimus personam filij incarnatam, ita & naturam diuinam; tota enim natura diuina incarnata est, vt dicit Damasc. in lib. 3. fid. orth. c. 6. Sed natura diuina est communis tribus personis. Ergo & assumptio.

VI. PRÆT. Omnis causalitas diuinę personæ respectu creaturæ est communis tribus personis, sicut & actualitas ratione cuius conuenit Deo, quod sit primum efficiẽs & bonitas, ratione cuius conuenit ei, quod sit vltimus finis. Sed persona non dicitur assumere naturam creatam, nisi quia sm̃ aliquod genus causalitatis eam sustentat. Ergo assumere vnius personæ conuenit alijs personis.

VII. PRÆT. Actus reciproci idẽ est principium, & terminus, cum sint ab eodem in idem. Sed assumere ẽ actus reciprocus, est .n. assumere aliud ad se sumere; q̃libet autem persona est principium talis actus, qui est assumptio, quia indiuisa est operatio Trinitatis, & virtus, & essentia, vt supra dictum est. Ergo assumptio terminata est ad quamlibet diuinam personam.

VIII. PRÆT. Sicut humana natura in Christo est assumpta à Deo, ita & homines per gratiam assumuntur ab ipso, secundum illud ad Rom. 14. [Deus .n. illũ assumpsit.] Sed hæc assumptio pertinet ad omnes personas. Ergo & prima.

IX. PRÆT. Sicut se habet actus essentialis ad terminum essentialem, sic actus notionalis ad terminum notionalem. Ergo à commutata proportione, sicut notionalis ad essentialem, sic essentialis ad notionalem. Sed nullus actus notionalis terminatur ad terminum essentialem. Ergo nec essentialis ad notionalem; sed incarnatio est actus essentialis, cum sit Dei respectu creaturæ; ergo non terminatur ad personam: sed ad essentiam, quæ est communis tribus personis. Ergo &c.

X. PRÆT. Per idem conuenit diuinæ personæ posse incarnari, & incarnari. Sed posse incarnari conuenit personæ filij per essentiam, qua est cõmunis tribus. Ergo & incarnari conuenit ei ratione essentiæ, quæ est communis tribus, & per consequẽs conuenit omnibus tribus personis. Maior videtur manifesta. Minor probatur. Quia quod conuenit aliquibus particularibus, conuenit eis per aliquid commune omnibus. Sed posse incarnari conuenit omnibus diuinis personis. Ergo conuenit eis per aliquod commune omnibus, hoc non est nisi essentia, vel aliquid ad essentiam pertinens. Ergo &c.

A

PRÆT. Sm̃ Damasc. lib. 1. fid. orth. c. 11. in diuinis omnia sunt cõia p̃ter ingenerationẽ, generationẽ, & processionem. Sed incarnatio nihil est istorum trium. Ergo est cõmunis omnibus diuinis personis. XI.

PRÆT. Actio absoluta requirit terminum absolutum. Sed incarnatio, seu assumptio est actio absoluta. Ergo requirit terminum absolutum, non est ergo terminata ad suppositum diuinum, quod est relatiuum; sed ad essentiam, quæ est aliquid absolutum. XII.

PRÆT. Non potest esse maioris perfectionis sustentatum, quam sustentans Sed natura creata sustentata per incarnationem est aliquid absolutum, .s. humana natura. Ergo & sustentans est aliquid absolutum; non est ergo persona diuina, quæ est persona relatiua; sed essentia, quæ est aliquid absolutum, & communis tribus; non potest ergo vna sola persona incarnari sine alia. XIII.

B

PRÆT. Actus maximæ potentiæ est attribuendus Patri, cui attribuitur potentia. Sed assumptio naturæ creatæ est actus maximæ potentię. Ergo est specialiter attribuendus Patri; non potest ergo sola persona Filij assumere naturam creatam sine persona patris. XIV.

PRÆT. Natura humana dicitur magis assumptibilis, quam natura irrationalis, quia est ad imaginem Dei. Sed non est magis ad imaginem Filij, quam Patris, vel Spiritus sancti. Ergo non fuit magis assumpta à persona Filij, quam à persona Patris, vel Spiritus sancti. XV.

PRÆT. Secundum communem doctrinam Sanctorum, diuinę personæ in omnibus conueniunt, in quibus non repugnat inter eas relationis oppositio. Sed relationes oppositæ quibus personę distinguuntur non repugnant incarnationi. Ergo conueniunt incarnationi, nec vna potest incarnari sine alia. XVI.

C

Pro parte Opposita.

SED CONTRA EST. Quod de solo Filio Dei dicitur ad Philip. 2. quod exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Sola ergo persona Filij assumpsit naturam creatam ad vnitatem sui suppositi.

Responsio ad Quæstionem.

D

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis quatuor facienda sunt principaliter. Primo ostendendum est in quo differunt assumptio, & vnio. Secundo, videndum est de principali quæsito. Tertio, quod vna persona tantũ assumpsit nau-

naturam creatam. Quarto, vtrum Christus habens duas naturas in vno supposito, debeat dici vnum tantum.

PVNCTVM I.

In quo differunt assumptio, & vnio.

VBI sciendum est, quod vnitio, & vnio differunt inter se, sicut actio, & terminus actionis, vt dealbatio, & albũ. vnitio enim est actio per quam aliqua vniuntur; vnio autem est relatio duorum vnitorum inter se. Ex quo sequitur, quod aliquid est vniens, & nõ vnitum; illud .s. quod est causa vnionis aliquorum, sic quod non est aliquod illorum, vt cælum respectu elementorum. Aliquid est vnitum, & non vniens, quod .s. sic est alteri vnitum, quod non est causa vnionis sui ad illud, vel è côuerso, illius ad se, vt forma respectu materiæ, vel vnum elementorum respectu alterius. Aliquid est vniens, & vnitum, quod .s. sic vnitur alteri, quod est causa vnionis sui ad illud, & è côuerso, illius ad se, vt Deus vnit sibi hominẽ per gratiam, & homo vnit sibi aliquem in amicum, cui etiam vt amicus vnitur. Assumptio autem est quædam vnitio, qua scilicet aliquid vnit aliud sibi. Vnde omnis assumptio est vnitio, sed non è conuerso; omne ergo assumens est vniens, & vnitum, & omne assumptum est vnitum, sed non è conuerso.

PVNCTVM II.

Examinatur principale quæsitum.

Quædam notanda præmittuntur.

SECVNDO principaliter videndum est de principali quæsito. Ad cuius euidentiam quatuor intelligenda sunt.

Primum notandum.

Et primum est. Quod cum suppositum diuinum sit per se existens, siue subsistens in se indiuisum, & ab alijs diuisum; est enim substantia indiuidua; substantia autem est idem, quod per se existens; indiuiduum autem est in se indiuisum, & ab alijs diuisũ. Primum istorum scilicet per se existere habet suppositum diuinum ab essentia diuina. Secundum autem à relatione, scilicet indistinctionem in se, & distinctionem ab alijs suppositis diuinis.

Quod autem persona diuina habeat per se existere à diuina essentia. Probatur tripliciter.

Probatur. Primo.

Primo, quia omne absolutum in diuinis transit in essentiam, cum in diuinis secundum Sanctos, non sint, nisi duo genera, quantum ad proprias rationes, scilicet, substantiæ in quam transeunt omnia absoluta: & relationis ad quam pertinent omnia propria personarum. Sed per se existere

A est absolutum, cum dicat esse substantiæ, quæ est ens maximè absolutum, quamuis esse communiter acceptum sit commune ad absolutum, & relatiuum, sicut & ens. Ergo &c.

Secundo.

Secundo, quia omnis perfectio simpliciter pertinet ad essentiam in Deo. alias nõ oĩs persona haberet omnem perfectionẽ, quia non habet omnem relationem; sed per se existere dicit perfectionem simpliciter. Ergo &c. Probatio minoris. Illud dicit perfectionem simpliciter, secundum communem doctrinam, quod habens est melius omni non habente. Sed omne per se existẽs est melius omni non per se existente. Ergo per se existere dicit perfectionem simpliciter; esse enim per se, vt cõmuniter dicitur, est perfectissimus modus essendi, non autẽ esse communiter acceptum, quod est cõmune ad esse per se, quod est perfectionis, &

B ad esse in alio, seu ad aliud, quod est imperfectionis, maximè in creaturis, in quibus esse ad aliud est cum dependentia.

Tertio.

Tertio, quia ad constitutionem personæ diuinæ concurrũt solum duo, scilicet essentia, & relatio. Sed à relatione habet persona diuina solum esse ad aliud, & per consequens non per se. Ergo &c. Hoc ẽt expresse dicit August. 7. de Trin. c. 4. Si Deus relatiuè subsistit, sicut relatiuè gignit, & relatiuè dominatur, iam substãtia non erit substantia, quia relatiuũ erit. Sicut .n. ab eo, q est esse appellatur essentia; ita ab eo, quod est subsistere, substantiam dicimus; absurdum est autem, vt substantia relatiuè dicatur. Omnis ergo res ad se ipsam subsistit, quanto magis Deus.

Secundum autem prædictorum duorũ, scilicet indiuisionem in se, & diuisionem

C ab alijs diuinis personis habet persona diuina à relatione. Quod etiam potest probari dupliciter.

Probatur Primo.

Primo, quia à relatione habet persona diuina illud, quod includitur in ratione relationis. Sed hoc est oppositio, & distinctio. Ad aliquid enim sunt, quorum esse est ad aliud se habere, vt dicitur in Prædicamentis c. de Ad aliquid. Ergo &c.

Secundo.

Secundo, quia ab essentia non habet hoc persona diuina, quia essentia est communis tribus personis. Ergo relinquitur, quod hoc habeat à relatione, quia vt supra dictũ est, ad constitutionem personæ concurrunt solum duo, scilicet essentia, & relatio.

Secundũ notandum.

¶ Secundò est intelligendum, quod ad assumptionem naturæ creatæ à persona diuina necessario requiritur vnio naturæ creatæ cum natura diuina, & cum relatione

D personæ. Quod potest probari tripliciter.

Probatur Primo.

Primo, quia, vt supra dictum est, assumptio est vnitio, qua assumens vnit aliquid sibi. Sed ad rationem personæ concurrunt duo vt supra dictum est, & probatum, .s. essentia à qua habet per se existere, & rela-

tio,

tio, à qua habet indistinctionem in se, & distinctionem ab alijs, quod est formale complementum personæ; vnde, & dicuntur personæ relatiuæ. Ergo &c.

Secundo. Secundo, quia, vt patet ex præcedenti quæstione, vnio naturæ creatæ cum persona est similis vnioni accidentis cum subiecto, quia sicut accidens manens in natura sua distinctum à natura substantiæ cedit in idẽ supposito cum eo: sic & natura creata in assumptione manens distincta à natura diuina cedit in idem supposito cum ipsa; Nec est differentia, nisi quantum ad inhærere, & non inhærere. Sed accidens non vnitur soli materiæ, vel soli formæ, sed toti composito, & est impossibile aliquid vniri alicui eorũ in supposito, quin vniatur alteri. Ergo &c.

Tertio. Tertio, quia per assumptionem suppositum factum est habens duas naturas, scilicet propriam, & extraneam. Sed præter propriam naturam habuit ab æterno relationẽ. Ergo idem suppositum post assumptionem est habens essentiam diuinam, & relationem, & naturam creatam assumptã. Sed hoc non posset esse, nisi in eodem supposito natura creata vniretur tam naturæ, quam relationi diuinę. Ergo &c.

Notandũ tertium. ¶ Tertio, est intelligendum, quod possibilis est vnio naturæ creatæ cum vna diuina relatione, & non cum alia. Ad cuius euidentiam sciendum est; quod relationes diuinæ possunt dupliciter considerari. Vno modo, quantum ad habitudinem, quam habent inter se, hoc est distinctionis, & oppositionis, quæ magis facit ad hoc, quod illud, quod vnitur vni, non vniatur alteri, quam ad oppositum. Non enim oportet, vt de se patet, quod vnitur vni oppositorum realiter inter se distinctorum, vniri alteri. Alio modo quantum ad habitudinem, quã habent ad essentiam diuinam, quæ est identitatis realis, & suppositalis; & hoc videtur impedire, quod aliquid vniatur in supposito vni relationi, & non alteri. Quia ꝙ vnitur in supposito essentiæ diuinæ, quæ est eadem realiter, & suppositaliter cum omnibus relationibus diuinis, videtur vniri per consequens omnibus diuinis relationibus.

Sed hoc non obstante. Dicendum, quod natura creata potest vniri cum vna diuina relatione, & non cum alia potest probari quadrupliciter.

Probatur Primo. Primo, quia maior est vnitas paternitatis cum essentia diuina, quæ est realis, & suppositalis (sunt enim vnum supposito, & vna res quamuis secũdum aliquos distinguatur formaliter, & ex natura rei) quam sit vnitas naturæ creatæ cum eadem essentia diuina; quæ est suppositalis tantum; sed non obstãte prima vnitate, essentia diuina est idem realiter, & suppositaliter cum filiatione, cum qua neutro modo est vnum Paternitas. Ergo non obstante vnitate suppositali naturæ diuinæ cum natura creata, natura diuina poterit esse idem suppositaliter, & realiter cum Paternitate, cum qua natura creata neutro modo erit vnum.

Secundo. Præterea secundo. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod quædam sunt idem realiter adęquatè, vt diffinitio, & diffinitum, & in talibus, quicquid vnitur vni, vnitur alteri, & è conuerso, & de quocunq; prædicatur vnum, prædicatur & alterum, & è conuerso. Quædam autem sunt idem non adæquatè, vt magis, & minus commune, vt species, & indiuiduum, & in talibus non oportet illud, ꝙ vnitur vni, vniri alteri, vel de quo prædicatur vnum, prædicari alterũ. Potest enim albedo vniri homini, & non Sorti, & per consequens homo esset albus, & non Sortes. Et hæc sit maior rationis. Sed essentia diuina est idem realiter relationi suæ, vtpotè Paternitati, sed non adæquatè; aliqua enim res, vtpotè filiatio, & processio est essentia diuina; quæ non est Paternitas. Ergo aliquod potest vniri essentiæ diuinæ, & non paternitati, vel processioni.

Tertio. Præterea tertio. Magis sunt vnum attributa, vel ideæ, quæ sunt idem realiter inter se, & cum essentia diuina, quam sint idem relationes diuinæ, quæ sunt idem realiter cum essentia diuina, sed non inter se. Sed essentia diuina potest se communicare sub ratione vnius attributi, vel ideę alicui creaturę, & non sub ratione alterius, vt de se patet, & per consequens vnire se alicui creaturæ, sicut causa effectui sub ratione vnius attributi, vel ideæ, & non sub ratione alterius. Ergo essentia diuina potest vniri vnione hypostatica alicui naturæ creatæ, in quantum est idem cum vna relatione, & non in quantum est idem cum alia.

Quarto. Præterea quarto. Nulla vnio naturę creatæ est cum essentia diuina, & filiatione, nisi in supposito. Sed paternitas distinguitur supposito à filiatione, & ab essentia diuina, vt est in supposito Filij cum filiatione. Ergo &c.

Quartũ notandũ, ꝙ est totius quęsiti resolutio. ¶ Ex prædictis, quarto concludendum est principale quæsitum, s. quod potest vna persona assumere naturam creatam sine alia, sic.

Probatio. Ad suppositationem personalem naturæ creatæ à diuina persona requiritur vnio naturæ creatæ cum essentia diuina, & cum personæ relatiua proprietate, vt patet ex secundo prædictorum trium. Sed natura creata potest vniri essentiæ diuinæ, & relationi vnius personæ, & nõ relationi alterius, vt patet ex tertio. Ergo &c.

PVN-

PVNCTVM III.

Vna persona tantum assumpsit naturam creatam.

Conclusio. TERTIO principaliter est ostendẽdum, quod de facto vna persona tantum assumpsit naturam creatam.

Vbi sciendum est, ꝙ sicut ẽt dicebatur in præcedẽti quæstione immediate. Istud probari non põt per rõnem sumptã ex apparẽtibus, cum sit articulus fidei, quæ, vt dicitur ad Hebr. 11. est argumentũ non apparentium; vnde sufficiat hoc probare per auctoritatem sacri Canonis, ꝙ sic probari potest.

Probatio. Per assumptionẽ natura creata in cõcreto accepta, & eius ꝓprietates dicuntur de persona assumente, vel simpliciter, vel cũ determinatione participij factus: & è cõuerso, Deus, & eius proprietates dicuntur de homine, & hoc patet per præcedentem quæstionẽ immediate. Sed in sacro Canone de solo filio prędicatur homo, & eius proprietates, vel simpliciter, vel cũ determinatione participij factus, & è conuerso, solus filius, & eius proprietates dicuntur de homine. Ergo &c.

Probatio minoris. Io. 1. dicitur, [Verbũ caro factum est] Verbũ aũt est solus filius, sm̃ illud 1. Io. 5. [Tres sunt, qui testimoniũ dant in cęlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus.] Multę alię auctoritates ad hoc ipsum possent adduci, quæ propter breuitatem dimittantur, quia de his, quasi totum testamentum nouum est plenum.

PVNCTVM IV.

An Christus habens duas naturas in vno supposito, debeat dici vnum, an duo.

QVARTO principaliter est inquirẽdum supposito ex præcedenti quæstione, quod persona diuina assumpsit naturã creatã, & non suppositum, & ex ista, ꝙ vna tantũ persona naturã creatã assumpsit. Vtrum Christus habens duas naturas in vno supposito, debeat dici duo, vel vnum.

Vbi sciendum est, ꝙ circa hoc sunt tres modi dicẽdi, qui videntur non solũ diuersi, sed ẽt oppositi, & tñ benè intellecti possunt ad inuicem concordari.

Primus modus dicẽdi. Probatio. Quidam enim dicunt, quod Christus nõ debet dici duo, quod sic probant. Christus non potest dici esse illa duo, quæ non prædicantur de ipso. Sed humana natura in abstracto accepta non prædicatur de Christo; non .n. dicimus, Christus est humana natura. Ergo &c.

Secundus modus di- Alij dicunt, ꝙ Christus potest dici duo sm̃ quid, sed non simpliciter, quæ duo probant. Et primum est, ꝙ Christus põt dici

A duo sic. Suppositum habens duas naturas põt dici duo, vt patet de subiecto habente in se vnum, vel duo accidẽtia. Sed Christus, est huiusmodi, s. in vno supposito habens duas naturas. Ergo &c. — cendi continens duo dicta. Primi dicti probatio.

Probatio secũdi dicti. Secundũ est, ꝙ Christus debet dici simpliciter vnum, secundum quid autem duo, sic. Quod est tale sm̃ totum, debet dici simpliciter tale, & quod est tale secundũ partẽ, debet dici tale secundum quid, si posset denominari tale à toto, sicut dicitur nix alba simpliciter, Æthiops autem secundum quid. Sed natura se habet ad suppositum, vt pars ad totum, & specialiter, si suppositum habet plures naturas, propter quod etiam non prædicatur de ipso. Ergo, quod est vnũ supposito, & habet multas naturas, est vnum simpliciter, & multa sm̃ quid. Sed Christus est huiusmodi. Ergo &c.

B Tertij dicunt, quod Christus debet dici duo simpliciter, quod probant tripliciter. Primo sic. Sicut humanitas non prædicatur de Christo, sic nec albedo, nec humanitas de homine albo. Sed hoc non obstante homo albus dicitur à Philosop. 5. Metaphys. plura non vnum. Ergo etiã non obstante, ꝙ humanitas nõ prædicetur de Christo in abstracto, Christus debet dici plura. — Tertius modus dicẽdi. Probatur. Primo.

Secundo. Præterea. Sicut se habet forma accidentalis ad esse sm̃ quid, sic substantialis ad esse simpliciter; ens autem & vnum conuertũtur. Ergo sicut pluralitas naturæ substantialis, & accidentalis, vel pluralitas naturæ accidentalis se habet ad faciendum plura secundum quid, sic pluralitas naturæ substãtialis se habet ad faciendũ plura simpliciter. Sed illud in quo sunt plures naturæ accidẽtales, vel plures naturæ vna substantialis, &

C alia accidentalis propter talem pluralitatẽ dicitur plura sm̃ quid, vt patet per Philos. in 5. Metaphysic. Ergo Christus, in quo sunt plures naturę substantiales debet dici plura simpliciter, quia cum actus distinguat, vt dicitur 7. Metaphysic. sicut actus accidentalis distinguit sm̃ quid, sic substantialis distinguit simpliciter.

Tertio. Præterea. Personæ diuinæ propter vnitatem naturæ dicuntur simpliciter vnum naturaliter non obstãte pluralitate suppositorum. Ergo per oppositum Christus debet dici duo simpliciter naturaliter ꝓpter duas naturas, non obstante vnitatę suppositi.

Cõfirmatio. Et confirm. hæc cõclusio per Aug. in lib. cõtra Felicianũ c. 11. vbi sic dicit. Post partũ Virginis non alius filius Dei, alius hominis, sed idẽ Christus filius Dei, & hoĩs: sed aliud fuit Dei, aliud hoĩs; aliud quidẽ sm̃ discretio

D nem substantiæ, non aliud propter vnitatẽ personæ: sed vbi est aliud, & aliud illud põt dici duo naturaliter. Ergo &c.

Prædictarũ opinionum iudicium. Sed omnes istæ opiniones si benè intelligantur sunt veræ, nec inter se discordant. Ad cuius euidentiam est intelligendum, quod

quod in Christo est vnum suppositum; & duæ naturæ substantiales, vt supponimus secundum fidem; quæ duæ naturæ præcisè significantur nominibus abstractis, deitatis, & humanitatis, non autem præcisè nominibus concretis, Dei, & hominis; nomen .n. abstractum quantum ad significatum, & modum significandi importat solam naturam; nomen autem concretum, quamuis quantum ad significatum importet solam naturam, tñ quantum ad modū significandi importat ēt suppositū, vt cōiter dicitur significat .n. habens naturam, quod est suppositum.

Sententia Auctoris continens tria dicta, Primum dictum.

Quibus suppositis dicēdū est, ꝙ Christus nō debet dici duo, .i. duæ naturæ, vt significantur in abstracto; natura .n. in abstracto significata, maximè humana nō prędicatur de Christo; & quantum ad hoc verificatur, quod dicunt Primi de prima opinione. Hoc .n. solum probat rō, quam adducūt; potest tñ Christus dici duo, idest duæ naturæ, vt significantur in concreto, sicut homo albus dicitur duo; & quantum ad hoc verificatur dictum illorum de secuda opinione, & hoc ēt solum probat ratio, quam adducunt.

Vlterius sciendum, quod esse sm̄ quid, & simpliciter, potest intelligi dupliciter. Vno modo prout esse substantiam dicitur esse simpliciter; esse aūt accidēs esse sm̄ quid, & sic cū duæ naturæ in Christo sint verè substantiales, non accidentia; sic exponendo simpliciter, & secundum quid, Christus debet dici duo simpliciter propter duas naturas, & vnum simpliciter propter vnū suppositum; & quantum ad hoc verificatur dictum illorum de tertia opinione, quod non solum illi de secunda opinione non negāt, sed ēt exprimunt, dicentes, ꝙ vnū, & multa sm̄ substantiam, est vnum, & multa simpliciter, secundum accidens aūt secundū quid, verba eorum sunt.

Secundum dictum.

Alio modo potest accipi simpliciter, & secundum quid, idest secundum totum, & secundum partem, & quantum ad hoc verificatur dictum illorum de secunda opinione, sic enim accipiendo, Christus debet dici vnum simpliciter, propter vnum suppositum, & duo secundum quid, propter duas naturas, quæ sunt quasi partes vnius suppositi habentis duas naturas, & hoc solū probat ratio illorum de secunda opinione. Et sic patet, quod oēs tres opiniones sunt aliqualiter veræ, nec inter se discordant.

Tertium dictum.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD primum ergo factum in oppositū. Dicendum, ꝙ assumptio duo importat, s. operationem quandam assumentis, & hæc est in diuinis cōis tribus personis, & vnionē eius, ꝙ assumitur cum essentia, & proprietate relatiua personæ assumentis, & hoc potuit esse, & fuit de facto cum ꝓprie-

A tate relatiua vnius personæ, & non alterius; & idcirco vna persona potuit assumere, & assumpsit naturam creatam, & non alia, & hoc totum supra declaratum est.

Per quod ēt patet responsio ad secundū. AD II.

Ad tertium dicendum, ꝙ assumere conuenit personæ diuinæ non solū rōne essentię diuinæ, per quā habet per se existere, & per consequens naturā creatā sustentare, quæ ē cōis tribus personis; sed ēt ratione proprietatis relatiuæ, cū qua vnitur natura assumpta, per quā proprietatē relatiuā, vna persona distinguitur ab alia. Ad assumptionē .n. non solū requiritur sustentatio naturæ asśūptæ à persona assumente, sed ēt requiritur vnio naturæ assumptæ cum oībus, quæ sūt in persona assumente; quæ vnio possibilis ē esse cū proprietate relatiua vnius personæ, & non alterius; & idcirco potest vna persona assumere naturam creatam, & non alia. AD III.

B Ad quartū dicendum per interēptionem maioris. Ad hoc .n. quod persona diuina assumat naturā creatā, non solum requirūtur illa duo, quæ ponuntur in argumento; sed ēt vlterius requiritur vnio naturæ asśūptæ cum omnibus, quæ sunt in persona, quę possibilis est esse, vt frequenter dictum est, cum relatione vnius personę, & nō alterius, & idcirco quāuis infinita virtus ad faciēdū. & infinita perfectio ad suppositandum sit cōis omnibus personis diuinis, quia tñ relatio vnius personæ non est in alia, potest vna persona assumere naturam creatam, & non alia. AD IV.

Ad quintum dicendum, ꝙ tota natura diuina dicitur à Damasceno incarnata, non quia sit incarnata in omnibus personis diuinis, sed quia nihil de perfectione diuinę naturæ deest personæ filij incarnatæ. AD V

C Ad sextum dicendum, quod ad hoc, quod persona dicatur assumere naturam creatam, non solum requiritur, quod secundum aliquod genus causalitatis eam sustentet, quod est commune omnibus tribus personis, sed etiam requiritur, quod natura assumpta vniatur cum proprietate relatiua personæ asśumentis, secundum quam proprietatem vna persona distinguitur ab alia, propter quod vna persona pōt assumere naturam creatam sine alia. AD VI.

Ad septimum dicendum, quod in omni actu reciproco oportet, quod aliquid vnū, & idem sit principium actus, & terminus; potest tamen aliquid esse principium actus, ꝙ non est terminus, sicut cum multi trahunt nauim, ad vnum solum de ipsis talis actus est reciprocus, quia ille vnus est principium actus, & terminus: reliqui tamen D sunt principium talis actus, & non terminus; & similiter in proposito, omnes personæ simul trahunt quasi naturam humanam ad personalitatem solius filij, respectu cuius talis actus est reciprocus, & dicitur assumptio, quia filius est talis AD VII.

actus

actus principium, & terminus. Pater autem, & Spiritus sanctus sunt istius actus principium, & non terminus, & idcirco respectu eorum talis actus nó est reciprocus; nec debet dici respectu ipsorum assumptio.

AD VIII. Ad octauum dicendum, quod per gratiam habitualem homo vnitur vnione assimilationis, & participationis diuinæ bonitatis, non solum vni personæ, sed omnibus: sed per incarnationem natura assumpta vnita est vnione hypostatica, seu personali, proprietati relatiuæ vnius tantum personæ, & per consequens vni soli personæ; & idcirco assumptio hominis per gratiam est communis tribus personis: assumptio autem ad vnionem hypostaticam conuenit tantum vni personæ.

AD IX. Ad nonum dicendum, quod assumptio, vt supra dictum est, non solum dicit actum, seu operationem assumentis, quæ est essentialis, & communis tribus; sed etiã dicit vnionem assumpti cum proprietate relatiua assumentis, quæ conuenit tantum personæ assumenti, & non alteri; & idcirco, licet actus essentialis importatus nomine assumptionis, sit communis tribus personis, assumptio tamen, quæ cum hoc actu importat vnionem prædictam, potest conuenire vni tantum personæ. Vel dicendum, & melius, quod actus essentialis importatus nomine assumptionis non terminatur propriè loquendo ad personam, sed ad vnionem naturæ assumptæ cum persona, quæ est possibilis esse cum vna persona, & non cum alia, vt supra declaratum est.

AD X. Ad decimum dicendum, quod diuinæ personæ conuenit posse incarnari tam per essentiam, quæ est communis tribus, quam per proprietatem relatiuam, in qua communiter accepta omnes diuinæ personæ conueniunt. In omni enim persona diuina est aliqua proprietas relatiua, cum qua potest vniri natura assumpta, sed in ea accepta singulariter personæ distinguuntur. Aliqua enim proprietas relatiua est in vna persona, quæ non est in alia, cum qua solum potest natura creata vniri absq; hoc, quod vniatur cum proprietate relatiua alia; & idcirco quamuis posse incarnari sit commune tribus personis, potuit tamen de facto vna persona esse incarnata, & non alia.

AD XI. Ad vndecimum dicendum, quod quãuis incarnatio non sit idem, quod generatio, tamen includit aliqualiter generationem passiuè acceptam, quia includit vnionem naturæ creatæ cum proprietate relatiua geniti, quæ est filiatio, quæ idem est re, & ratione cum generatione passiuè accepta, & idcirco sicut generatio passiuè accepta conuenit tantum personæ filij, & non est communis tribus, sic & incarnatio.

AD XII. Ad duodecimum dicendum, quod actio absoluta, quæ est incarnatio, est terminata ad terminum absolutum, idest ad naturam assumptam, quæ est aliquid absolutum, non tamen simpliciter, sed vt vnitam verbo; quod licet sit suppositum relatiuum, habet tamen in se essentiam diuinam, quæ est aliquid absolutum, sicut & actio, qua aliquid mouet aliud localiter terminatur ad existentiam mobilis, quod est aliquid absolutum in loco, qui est etiam aliquid absolutum. Vel dicendum, quod cum actio denominetur à termino; terminus autem incarnationis, seu assumptionis sit vnio naturæ creatæ cum persona assumente, quæ vnio est quędam relatio, talis actio dicenda est magis relatiua, quam absoluta.

AD XIII. Ad tertiumdecimum dicendum, quod persona filij sustentans naturam humanam per incarnationem, quamuis dicatur suppositum relatiuum propter relationem, quæ est formale completiuum ipsius, tamen habet in se etiam diuinam essentiam, quę est ens maximè absolutum, ratione cuius potest sustentare naturam creatam.

AD XIV. Ad quartumdecimum dicendum, quod in Patre non est maior potentia, quã in Filio, quamuis ei approprietur, seu attribuatur potentia; natura tamen creata vnita fuit cum proprietate Filij, & non Patris; & idcirco, quamuis incarnatio tamquam principio effectiuo attribuenda sit omnibus tribus personis; soli tamen personę Filij attribuitur, sicut incarnatę.

AD XV. Ad quintumdecimum dicendum, quod quamuis natura humana sit ad imaginem omnium trium personarum ex ęquo, propter quod est assumptibilis à qualibet diuina persona; potuit tamen assumi ab vna persona, & non ab alia, quia potuit vniri cum proprietate relatiua vnius personę, & non alterius.

Ad XVI. Ad vltimum dicendum, quod incarnatio includit vnionem naturę assumptę cum proprietate relatiua filij, quę est filiatio, secundum quam filius patri opponitur, & cum relatione filij, quę est spiratio actiua, secundum quam filius opponitur Spiritui sancto, & idcirco in incarnatione non sunt vnum, seu conueniunt omnes diuinę personę, sed sola persona filij fuit incarnata.

QVAESTIO XXXVI.

Vtrum persona diuina possit assumere naturam irrationalem.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod non. Quia natura, quæ non est reparabilis, non est assumptibilis, cú finis assumptionis sit reparatio naturæ asśuptæ. Sed natura irrationalis non est capax reparationis, sicut nec spiritualis carnis. Ergo &c.

II. PRÆT. Natura, quæ non est capax personalitatis, non est capax assumptionis, quæ terminatur ad vnitatem in persona. Sed natura irrationalis non est capax personalitatis, vt patet per diffinitionem personæ, quam ponit Boetius in libro de duabus naturis, & vna persona Christi. Persona est rationalis naturæ indiuidua substantia. Ergo &c.

III. PRÆT. Infima creatura non est capax supremi doni, cum inter donum, & recipientem ipsum debeat esse proportio. Sed supremum donum naturę creatæ communicatum, vel etiam communicabile videtur esse assumptio ad esse hypostaticú diuinæ personæ. Ergo infima creatura, .s. irrationalis non est assumptibilis à diuina persona.

IV. PRÆT. Si creatura irrationalis assumeretur a persona diuina perfectius ei vniretur, quàm natura humana. Hoc videtur esse inconueniens. Ergo &c. Probatio consequentiæ. Per assumptionem naturæ humanæ sic esse Deum probatur de homine, quod non probatur de eius partibus. Non enim est verum dicere, pes Christi, vel manus est Deus. Sed si assumeretur natura lapidis, verum esset dicere de qualibet parte lapidis assumpti, quod esset Deus, quia qualibet pars lapidis est lapis, & lapis est Deus, facta supradicta suppositione. Ergo &c.

V. PRÆT. In perpetuis non differt esse, & posse. Sed persona diuina ęterna non assumpsit naturam irrationalem. Ergo nec potuit assumere.

VI. PRÆT. Quia respondens dicebat, quod persona diuina potest assumere naturam irrationalem, quia est infinitæ perfectionis in suppositando. Cótra hoc arguitur. Quia sicut persona diuina est infinitæ perfectionis respectu naturæ irrationalis bruti, ita etiam est infinitæ perfectionis respectu materiæ primæ, & qualitatis, & relationis, & huiusmodi. Sed ista talia non potest assumere. Ergo perfectio in suppositando, non est diuinæ personæ ratio, quod possit naturam irrationalem assumere.

PRÆT. Nulla perfectio vnius personæ deest alteri personæ, cum qualibet persona diuina habeat in se omnem perfectionem. Sed suppositatio vnius personæ non est in alia persona, cum suppositationes diuinorum suppositorum inter se distinguatur realiter, sicut & ipsa diuina supposita. Ergo incóuenienter dicitur, & malè, quod persona diuina est infinitę perfectionis in suppositando. VII.

PRÆT. Secundum Philosophum in 1. de Generatione. Ad actionem tria requiruntur, .s. potentia actiua ex parte agētis, & potentia passiua ex parte passi, & debita appropinquatio vnius ad aliud. Sed assumptio est quædam actio, seu factio. Ergo ad hoc, quod natura aliqua possit assumi, non sufficit sola potentia personæ assumentis, & per consequens insufficienter probatur, quod natura irrationalis possit assumi per hoc solum, quod diuina persona est infinitæ perfectionis in suppositando. VIII.

PRÆT. Deus non potest facere, quod implicat contradictionem. Sed naturam irrationalem assumi ad vnitaté diuinæ personæ implicat contradictionem; .s. idem suppositum diuinum esse rationale, & irrationale, personam, & non personam. Ergo &c. IX.

PRÆT. Secundum Sanctos minimú inconueniens est Deo impossibile. Sed naturam irrationalem assumi à diuina persona est inconueniens Deo propter operationes brutales, quæ diuinæ personæ attribuerentur, si talis natura assumeretur. Ergo talem naturam assumi est Deo impossibile. X.

PRÆT. Maior est vnio assumpti cum assuméte per assumptionem, quàm sit cogniti cum cognoscente per cognitionem. Sed secundum Philosoph. in 12 Metaphysicę, XI.

ſic ç t. 15. Quædam melius eſt neſcire, quā ſcire, ſ. vilia. Ergo melius eſt vilem naturam, ſ. irrationalem non aſſumere, quam aſſumere, & per conſequens, vt videtur talis natura aſſumi non poteſt, ſine inconuenienti diuinæ bonitatis.

XII. PRÆT. Gratia vnionis includit gratiam fruitionis, vt apparet in Chriſto, cuius natura humana, quę erat vnita Verbo, fruebatur. Sed naturæ irrationali non poteſt conferri gratia fruitionis. Ergo nec gratia vnionis, quæ eſt aſſumptio à diuina pſona.

XIII. PRÆT. Deus, & natura nihil fruſtra faciunt, nec poſſunt facere. Sed natura irrationalis fruſtra aſſumeretur. Ergo non poteſt aſſumi à diuina perſona. Probatio minoris. Perſona diuina, ſi aſſumeret naturam irrationalem, non aſſumeret eam propter ſe, cum nihil perfectionis per quā cunq; aſſumptionem diuinæ perſonę poſſit accreſcere; nec aſſumeret eā propter beatitudinem naturæ aſſumptæ, cum beatitudinis natura irrationalis non ſit capax; nec propter quamcunq; eiuſdem naturæ meliorationem, cum propter aſſumptionem natura aſſumpta videatur habere deteriorem, ſeu imperfectiorem modum eſſendi, vtpotè cum dependentia à ſuppoſito alterius naturæ. Ergo &c.

XIV. PRÆT. Cui non poteſt communicari, quod minus eſt, nec quod maius. Sed naturæ irrationali non poteſt communicari actus intelligendi, quod eſt minus, quam aſſumi à diuina perſona. Ergo nec poterit ei communicari aſſumi à diuina perſona.

XV. PRÆT. Nulla amicitia poteſt eſſe Dei ad bruta. Sed perſonę aſſumentis ad naturam aſſumptam debet eſſe amicitia quedam. Ergo &c.

Pro parte Oppoſita.

SED CONTRA EST. Quod Auguſt. dicit in libro de Vera Relig. c.16. quod Chriſtus nō aſſumpſit corpus, vt oſtenderet ſe viſibilem; ſed aſſumpſit verum corpus hominis propter alium finē, quia illud, ſ. oſtendere ſe viſibilē, potuiſſet facere in corpore aereo aſſumendo illud; ſed aer eſt creatura irrationalis, quam tamen innuit Auguſt. poſſe aſſumi, & lib.26. cōtra Fauſtū c.7, dicit [Si filius Dei de cęleſti, vel aerea, vel humida creatura corpus aſſumptum vellet commutare in humanę carnis veriſſimam qualitatem, in qua, & viuere vt mortalis homo poſſet, & mori, hoc eum potuiſſe facere, quis omnipotentē omnipotentis filiū negare auderet?] Ergo &c.

Reſponſio ad Quæſtionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæſtionis tria facienda ſunt. Primo probandum eſt, quod non poteſt per ſe aſſumi à diuina perſona id, quod non A poteſt per ſe exiſtere, vt materia prima, qualitas, reſpectus, & huiuſmodi. Secundū videndum eſt de principali quæſito. Tertio quod non decuit diuinam perſonam Angelicam naturam aſſumere.

PVNCTVM I.

Quod non poteſt per ſe exiſtere, non poterit aſſumi à diuina Perſona.

PROBATVR primo. Quia ſicut ſe habet poſſe exiſtere, ad poſſe per ſe exiſtere; ſic ſe habet poſſe aſſumi ad poſſe per ſe aſſumi; ſed quod non poteſt exiſtere, non poteſt aſſumi. Ergo, quod non poteſt per ſe exiſtere, non poteſt per ſe aſſumi. Probatio. Prima.

Præterea. Quod non poteſt per ſe fieri, Tertia.
B non poteſt per ſe aſſumi, quod patet. tum quia aſſumptio eſt quædam factio, vtpotè actio Dei ad extra; tum quia nihil aſſumitur, niſi factum, & factibile. Sed quod non poteſt per ſe eſſe, non poteſt per ſe fieri, cū fieri ſit quaſi quædā via ad eſſe. Ergo &c.

Præterea. Vna natura creata non poteſt Secunda.
vniri ſuppoſito alterius naturæ creatæ, niſi concurrente eo, quod neceſſario coexigit; vt figura nō poteſt vniri ſubſtantię corporeæ, niſi mediante quantitate, quam neceſſario figura coexigit. Ergo pari ratione reſpectus non poteſt vniri, vel aſſumi à ſuppoſito diuino, niſi coaſſumpto fundamento ſuo, quod neceſſario coexigit; nec materia prima, niſi coaſſumpta forma ſubſtantiali; nec qualitas, vtpotè color, niſi aſſumpta quantitate.

C

PVNCTVM II.

Diſcutitur principale quæſitum.

SECVNDO principaliter videndum eſt de principali quæſito. Vbi ſciendum eſt, quod Quidam dicunt, quod natura irrationalis non poteſt aſſumi à diuina perſona, quod probant quatuor rationibus. Opinio quorundam negatiua.

Prima ſic. Sicut ſe habet eſſe naturale ad poſſe naturale, ſic ſe habet eſſe ſupernaturale ad poſſe ſupernaturale. Sed nulli poteſt concedi eſſe naturale, cui non poteſt concedi poſſe naturale. Ergo nulli poteſt concedi eſſe ſupernaturale, ſcilicet, eſſe hypoſtaticum perſonæ diuinæ, cui non poteſt concedi poſſe ſupernaturale, ſcilicet in operationes ſupernaturales, quæ ſunt viſio Dei, D & fruitio. Sed tale poſſe non poteſt communicari brutis, vt de ſe patet. Ergo nec eſſe ſupernaturale, ſcilicet eſſe hypoſtaticum Perſonæ diuinæ ei communicari poteſt. Probatur. Primo.

Præterea. Cui non poteſt communicari, Secundo.
quod

quod minus est, nec quod maius. Sed eleuabilitas potentiarum ad operationes prædictas supernaturales est aliquid minus,quã eleuabilitas essentię ad esse supernaturale, scilicet hypostaticum personę diuinę, & brutis communicari non potest. Ergo idẽ quod prius. Maior supponitur tanquam vera, & minor etiam quantum ad vnam partem, scilicet, quantum ad hoc, ꝙ prędicta eleuabilitas potentiarum brutis communicari non possit. Sed quantum ad aliam partem, scilicet, quantum ad hoc,quod talis eleuabilitas potentiarum sit aliquid minus, quam eleuabilitas prędictę essentiae. Probatur per Aug. tract. 2. super Ioannem super illud: Et Verbum caro factum est; vbi dicit, quod quia Euangelista praemiserat, quod Deus dedit hominibus potestatem filios Dei fieri, ne homo hoc miraretur, & discrederet; subiunxit,quod est maius, & Verbum caro factum est; ex quo videtur esse de intentione Augustini, quod maius sit, naturam creatam eleuari ad vnitatem suppositi diuini, quam potentias eleuari ad operationes supernaturales.

Tertia. Praeterea. Eiusdem rationis est, naturam irrationalem assumi à diuina persona, cuius potentiae ad operationes supernaturales eleuari non possunt, & naturam rationalem assumi sine actuali eleuatione suarum potẽtiarum ad operationes praedictas. Sed secundum Deus non potest. Ergo nec primum. Probatio minoris. Quia si natura rationalis posset eleuari ad esse personale diuini suppositi absq; eleuatione potentiarum suarum ad operationes supernaturales, talis natura existeret in puris naturalibus, & per consequens posset peccare, & damnari. Sed naturam iunctam personae diuinae peccare, & damnari est magnũ inconueniens, & per consequens Deo impossibile, quia minimum inconueniens est Deo impossibile. Ergo &c.

Quarta. Praeterea. Non minus, quod est essentiae redundat in potentias, quam è conuerso, quod est potentiae redundat in essentiã, cum potentiae fluant ab essentia, non autẽ è conuerso essentia à potentijs. Sed eleuabilitas potentiarum ad operationes supernaturales in beatis necessario redundat in eleuabilitatem essentiae ad esse supernaturale, scilicet gloriosum, & etiam in eleuabilitatem corporis, quantum ad quatuor dotes corporis gloriosi. Ergo multo magis eleuatio essentiae ad esse supernaturale personae diuinae necessario redundat in eleuationem potentiarum ad operationes supernaturales,& per consequens natura irrationalis à persona diuina assumi non potest, cuius potentiae eleuari non possunt ad operationes supernaturales.

§

Sententia, & prima cõclusio Auctoris. ¶ Sed his non obstantibus, quia non ex necessitate concludunt, vt infra patebit per solutionem ipsarum. Dicendum est, A quod de potentia absoluta potest diuina persona assumere omnem naturam creatã, quæ potest per se existere etiam naturam irrationalem; quod potest ad praesens multipliciter probari.

Probatur Primo. Primo sic. Essentia potest eleuari ad esse hypostaticũ diuinae personae, cuius nulla potentia eleuatur ad operationem supernaturalem. Ergo natura irrationalis potest assumi. Consequentia patet per tenentes oppositam opinionem. Antecedens probatur. Quia potentiae possunt eleuari ad operationes supernaturales, & eleuãtur de facto in Beatis sine eleuatione essentiae ad esse personale diuinum. Ergo multo magis è conuerso essentia potest eleuari ad esse personae diuinae sine eleuatione potentiarum ad operationes supernaturales, quod erat antecedens. Minus enim dependet B prius à posteriori, quam è conuerso,& per consequens magis potest esse prius sine posteriori, quam è conuerso, posterius sine priori; & si de quo minus videtur inesse, & id de quo magis.

Secunda. Praeterea. Naturae eleuatae ad esse supernaturale personae diuinae, s. naturae humanae aliquae potentiae non eleuantur ad operationes supernaturales, vt vegetatiuae, & sensitiuae. Ergo potest aliqua natura eleuari ad esse supernaturale personae diuinae,cuius nulla potentia eleuatur ad operationes supernaturales. Antecedens manifestum est. Consequentia probatur dupliciter. Primo, quia oẽs potentiae aequè immediatè fluunt ab essentia, tanquam eius naturales proprietates, quamuis inter eas sit ordo dignitatis, & dependẽtiae,quãtum ad actus. Ergo eleuatio essentiae re- C dundat in omnes potentias aequaliter, & per cõsequens si eleuata essentia posset aliqua potentia non eleuari, pari ratione poterit eleuari essentia,cuius nulla potentia eleuatur. Secundo, quia esse naturale concomitatur non tantũ posse vnius potentiae, sed omnium potentiarum. Ergo secundum proportionem tenentium oppositum, esse supernaturale concomitatur posse supernaturale omnium potentiarum, & per consequens si non est necessè posse supernaturale vnius potentiae concomitari esse supernaturale; non est necesse concomitari etiam posse supernaturale aliarum potentiarum; vnde poterit essentia eleuari, cuius nulla potentia eleuatur.

Tertia. Praeterea. Corpus Christi mortuum fuit naturae irrationalis,& fuit vnitum personae diuinae. Ergo natura irrationalis potest D vniri personae diuinae hypostaticè, seu suppositaliter.

Euasio. Sed respondetur ad hanc rationem. Dicendo, quod corpus Christi mortuum, quamuis esset naturæ irrationalis sm̃ se, tñ erat pars naturae rationalis humanae.

Sed

Instantia. Prima.

Sed hæc responsio non excludit rationē, propter quatuor. Primo, quia corpus Christi mortuum non erat actu pars humanæ naturæ, sed potentia tantum, per quem modum est etiam pars humanæ naturæ, omnis materia prima sub quacunq; forma existens, & per cōsequens omnis talis materia esset assumptibilis absq; hoc, ꝙ esset actu pars humanæ naturæ, non autem esset assumptibilis sine forma, vt iam probatum est. Ergo esset assumptibilis simul cum forma, qua tunc informaretur.

Secunda.

Secundo. Quia si natura creata necessario exigit rationalitatem, vt assumatur, impossibile est assumi actu, nisi sit actu rationalis naturæ, sicut figura, quæ necessario coexigit quantitatem vt vniatur substantiæ, non potest ei actu vniri, nisi actu vnita sit quantitati.

Tertia.

Tertio. Quia corpus Christi potuit cōburi de potentia absoluta diuina, sicut & fuit crucifixum, & ignis fieri per cōsequēs; & sic esset ignis vnitus personæ diuinæ.

Quarta.

Quarto. Quia saltem natura corporis Christi erat actu eleuata ad esse supernaturale personæ diuinæ, cuius nulla potentia erat eleuata ad operationes supernaturales.

Quarto.

Præterea ad principale. Maioris perfectionis est persona diuina respectu naturæ creatæ, quam sit suppositum naturæ creatæ respectu alterius naturæ creatæ extraneæ sibi. Sed animæ rationali vnitur quantum ad esse rationale materia prima absq; hoc, quod eius potentia eleuetur ad operationē intelligendi, & similiter homini vnitur suppositaliter quantitas, & albedo, præter hoc, ꝙ earum potentiæ eleuentur ad posse intelligere; nec propter talem vnionem oportet, nisi quod materia prima, quantitas, & albedo sint habentis potentiam, & actum intelligendi. Ergo pari ratione propter eleuationem essentiæ ad esse supernaturale personæ diuinæ non oportet, quod eius potentiæ eleuentur ad operationes supernaturales, sed sufficit, quod tales potentiæ sint naturæ habentis esse supernaturale personæ diuinæ.

Quinto.

Quinto. Si persona diuina non potest assumere naturam irrationalem, aut hoc est, quia non potest suppositare ipsam, aut quia natura irrationalis non potest carere propria suppositatione; aut quia non potest suppositari suppositatione diuinæ personæ.

Non potest dici primum. Quia cum persona diuina sit infinitæ perfectionis in suppositando, qua ratione potest suppositare vnam naturam, eadem ratione aliam, vtpotè habens in se rationem subsistentiæ, seu suppositationis omnis creati suppositi.

Nec potest dici secundum. Quia ea, quæ sunt perfectionis, si possunt separari à rationali creatura, quæ est perfectior, multo magis possunt separari à creatura irrationali. Sed per se existere, seu propria suppositatio est perfectionis, & separatur à natura rationali in Christo. Ergo potest etiam separari à natura irrationali.

A

Nec potest dici tertium. Quia sicut se hēt assumere ad assumi, sic se habet posse assumere ad posse assumi. Sed omne assumere habet assumi sibi correspondens, & dicere, quod sit aliquod assumere, per ꝙ nihil assumatur, est implicare oppositum in adiecto. Ergo & omne posse assumere habet posse assumi sibi correspondens, & est implicare oppositum in adiecto dicere, quod persona diuina possit assumere omnē naturam creatam potentem per se existere, & quod aliqua talis natura non possit assumi. Sed diuina persona, vt dictum est in primo membro, potest talem naturam etiam irrationalem assumere. Ergo omnis talis natura etiam irrationalis potest assumi à diuina persona.

B

§

Soluūtur rōnes opinionis oppositæ. Ad primam.

¶ Ad primā ergo rōnem adductam pro opposita opinione. Dicendum, quod esse supernaturale potest accipi dupliciter, .s. inhærenter formaliter, seu intrinsecè, vt esse gratū, & esse gloriosum, & huiusmodi: & extrinsecè hypostaticè, vel suppositaliter, vt esse Deum, esse Dei filium, & huiusmodi, prout prædicantur de homine ratione vnionis duarum naturarum in vno supposito; & similiter posse supernaturale pōt accipi dupliciter, .s. inhærenter formaliter, & intrinsecè, vt posse in operationem supernaturalem, quæ est perfectio inhærens potentiæ, & ei, cuius est potentia: & extrinsecè hypostaticè, vel suppositaliter, vt posse diuinæ personæ, prout attribuitur humanæ naturæ in concreto acceptæ, propter vnionem ad diuinum suppositum, sicut posse creare, & huiusmodi, prout prædicantur de homine.

C

Quo supposito dicendum est ad rationē, quod maior est vera, accipiendo esse supernaturale, & posse supernaturale conformiter, nec ex tali maiori aliquid sequitur contra propositum; non autem est vera accipiendo difformiter, prout sumuntur in argumento, scilicet accipiendo esse supernaturale, esse hypostaticum personæ diuinæ, & posse supernaturale posse in operationes supernaturales.

Ad secūdam

Ad secundam dicendum. Quod cui non potest communicari, quod minus est, non potest communicari, quod maius est, quādo magis, & minus sunt eiusdem rationis, & minus includitur in maiori. sicut qui nō potest ire duo stadia, quod est minus, non potest ire decē, quod est maius; sed si magis, & minus non sunt eiusdem rationis, nec minus includitur in maiori, alicui potest communicari maius, cui non potest

D

com-

communicari minus, sicut homo potest intelligere, qui non potest volare, & tamen intelligere est aliquid maius, quam volare; & homo potest generare hominem, non autem potest generare bouem; & generare hominẽ est maioris perfectionis, quã generare bouẽ. Eleuatio autem essentiæ ad esse personæ diuinæ, & eleuatio potentiarum ad operationes supernaturales, esto, quod se habeant vt magis, & minus, non tamen sunt vnius rationis, nec vna eleuatio includit aliam, vt de se patet, & idcirco non est inconueniens, quod alicui possit communicari prima, cui non potest communicari secunda.

Vel potest dici secundo per interemptionem minoris. Quod sicut melius est Deum mente concipere, quam carne, si hæc ad inuicem separentur, vt dicitur in libro de Sancta Virginitate; sic melius est simpliciter videre Deum per essentiam, & ipso frui, quam vniri hypostaticè diuinæ personæ, si hæc ad inuicem separentur. Et ad auctoritatem Augustini dicendum. Quod dictum Augustini non est sic accipiendum, quasi melius, & dignius sit assumi, quam filium Dei fieri; sed quia maior dignatio ostensa est in vno, quam in alio. Et primo dato, debet haberi fiducia de secundo.

Vel potest dici tertio, quod dato, quod in natura rationali, quæ est capax vtriusque eleuationis prædictæ, minus sit eius potentias eleuari ad operationes supernaturales, quam eius essentiam eleuari ad esse personæ diuinæ, in quo casu loquitur Augustinus; tamen in natura irrationali quæ non est capax operationum supernaturalium, non est minus eius potẽtias eleuari ad operationes supernaturales, quam essentiam ad esse personæ diuinæ, quia primum implicat contradictionem, non autem secundum; sicut in boue, minus est moueri de loco ad locum, quam generare bouem, nõ autem in homine, quia generare bouem repugnat naturæ hominis, non autem moueri de loco ad locum.

Ad tertiam. Ad tertiam dicendum dupliciter secundum duas opiniones. Quidam enim dicũt, quod humana natura vnita Verbo, etiam in puris naturalibus existens peccare non posset, quod probant tripliciter. **Responsio quorundam.**

Primo, quia in Christo non est, nisi vnũ suppositum, scilicet diuinum, cui omnis actio secundum quamcunq; naturam debet attribui supposito, quia actiones sunt suppositorum. Sed suppositum diuinum non potest exorbitare in aliqua actione. Ergo non potest secundum quamcunque naturam in ipso existentem peccare, cum peccare sit exorbitare in actione à rectitudine rationis.

Secũdo, quia actio plus attribuitur principali agenti, quam instrumento. Sed humanitas in Christo fuit instrumentum Deitatis, vt dicit Damasc. lib. 3. fid. orth. c. 15. A & patet per rationem, quia vbi natura, quæ est principium actionis, non constituit suppositum, nec ei inhæret (vt est de humana natura in Christo) oportet, quod suppositum dicatur agere per eam, vt per instrumentum. Sed actio peccati non potest attribui supposito diuino. Ergo &c.

Tertio, quia secundum Anselmum. Minimum inconueniens est Deo impossibile. Sed Deum peccare, non solum est minimum, sed maximum inconueniens. Ergo &c. Secundum istos esset dicendum ad argumentum, quod esto, quod natura humana assumeretur à Verbo sine eleuatione potentiarum ad operationes supernaturales, tamen peccare non posset, nec per consequens damnari propter rationes iam dictas.

B Alij dicunt, quod natura humana assumpta à Verbo in puris naturalibus existens posset peccare, & per consequens damnari, quod sic probant. Quia illa natura, quæ non est perfectior quantum ad actum primum, qui est esse, nec est etiam perfectior quantum ad actum secundum, qui est operari. Sed natura humana assumpta in puris naturalibus non esset perfectior, quantum ad actum primum, qui est esse, quam si sibi esset derelicta. Ergo nec etiam quãtum ad operari; sed sibi derelicta posset peccare. Ergo & Verbo vnita. Secundum hos dicendum esset ad argumentũ; quod sicut non est inconueniens Deum posse mori, vel comburi secundum naturam extraneam vnitam sibi, sic nec posse peccare, vel damnari secundum eandem naturam, quia cũ damnatio sonet poenam, non magis est inconueniens dicere, Deum damnatum, C quam Deum mortuum, vel passum. Nec videtur impossibile diuinæ personæ de potentia absoluta posse assumere naturam hominis peccatoris, & damnati. * **Aliorum responsio ad eã dem tertiam rationem.**

*sed melior est pcedens responsio.

Ad quartam dicendum, quod eleuatio formalis, & intrinseca potentiarum redundat in Beatis in eleuationem formalem, & intrinsecam essentiæ, secundum quam tota eleuatur anima ad quoddam esse supernaturale, scilicet gloriosum; non autem prædicta eleuatio potentiarum redundat in essentiam, quantum ad hoc, quod essentia eleuetur eleuatione extrinseca, seu hypostatica ad esse personale diuinum; & similiter eleuatio essentiæ intrinseca, & formalis, vt potè ad esse gloriosum, seu beatificum redundat in potentias, quantum ad eleuationem ipsarum intrinsecam, & formalem ad operationes supernaturales beatificas. D Non autem oportet, quod eleuatio essentiæ ad esse personale diuinæ personæ redundet in potentias, quantum ad ipsarum eleuationẽ ad operationes supernaturales; sed sufficit, quod redundet in eas, quantum ad consimilem eleuationem, vt scilicet eleuata **Ad quartam.**

data prædictô modo essentia, potentię eleuentur, quantum ad hoc, quod possint dici esse diuini suppositi.

¶

Conclusio secunda. Quamuis autem de potentia absoluta, Deus potuerit naturam irrationalem assumere, vt supra probatum est; tamen de potentia ordinata nō decuit, quod assumeretur; quod potest ad præsens probari dupliciter.

Probatur Primo. Primo, quia secundum Damascenum in 3. lib. fid. orth. c. 6. quod est incurabile, est inassumptibile, cū finis assumptionis sit curatio naturæ assumptæ, vt patet per Scripturam vbicunq; de hac materia loquitur. Frustra aūt est illud, ꝙ est ad finé, si finem nō pōt attingere. Sed natura irrationalis nō est susceptiua spiritualis curationis, sicut nec spiritualis morbi, qui ē peccatū. Ergo &c.

Secundo. Secundo, quia si diuina persona talem naturam assumeret, in ea nō posset satisfacere, mereri, & per consequens ipsam frustra assumeret: hoc est inconueniens. Ergo &c. Probatio consequentiæ. Nihil est meritoriū, vel satisfactoriū, nisi voluntariū voluntate creata, cuius est mereri. Sed natura irrationalis caret voluntate, sicut & intellectu. Ergo &c.

PVNCTVM III.

Personam diuinam non decuit assumere Angelicam naturam.

Conclusio. TERTIO principaliter est probādū, ꝙ non decuit diuinam personam Angelicam naturā assumere, ꝙ pōt sic ꝓbari. Natura, quæ non est curabilis, seu reparabilis post casum, nō est assumptibilis, vt patet ex ꝑdictis. Sed talis est natura Angelica. Ergo &c. Maior supra aliqualiter declarata est. Ad euidentiā aūt minoris est intelligendū, ꝙ Angelum non esse reparabilé post culpā, pōt intelligi tripliciter. Vno modo, quia ex puris naturalibus non pōt de statu culpæ resurgere ad statū gratię, & hoc est cōe tam homini, quā Angelo, cum gratia sit aliquid supernaturale. Alio modo, quia Deus de potētia absoluta non posset sibi culpā remittere, & gratiā conferre, & hoc est falsum, vt credo, cum natura Angelica post culpā ex hoc ipso, ꝙ est ad imaginem Dei, sit capax gratiæ, maximè cōparata ad Dei potentiam absolutā. Tertio modo, quia sm̄ conditionem naturę suę, cuicunq; adhæret, vt fini inordinato immobiliter adhæret, & sic de primo actu peccati, sm̄ conditionem naturæ suę, pęnitere non potest, nec per cōsequens se disponere ad culpæ remissioné, & gratiæ infusioné, nec per consequens pōt vlterius mereri vltimū finem; & sic natura

A Angeli est irreparabilis post culpā, non auté natura hominis, quādiu est in vita præsenti, cuius principalis rō videtur mihi, quod sit. Quia nullus potest mereri beatitudiné, nec Angelus, nec homo, nisi in duratione à Deo sibi statuta ad merendum. Sed hæc duratio homini statuta est vsq; ad mortem, Angelo autem vsq; ad casum, quia secundum Damascenum, quod est in hominibus mors, hoc est in Angelis casus. Vnde sicut homo post morté non potest redire de statu culpę ad statum gratię, sic nec Angelus post casu. Ergo natura Angeli post culpā est irreparabilis, seu incurabilis, modo exposito.

Dubitatio. Quare autem Deus Angelo statuerit, ꝙ post vnicum actum meriti, vel demeriti, statim præmiaretur, vel puniretur, non aūt homo? Nescio si aliqua efficax ratio ab homine posset adduci, posset tn̄ hoc triplici ratione probabili persuaderi.

B Solutio 1. Primo, quia, sicut esse acquiritur rei per actionem agentis, sic finis per actionem propriam. Sed per vnam actionem Dei agentis, quæ est creatio, Angelus attingit esse indeficiens. Ergo per vnam solam operationem meritoriam, vel demeritoriā attingit præmium, vel poenam indeficiété. Et è conuerso, anima rationalis, quia nunquam extra corpus creatur, imò secundum Augustinum infundendo creatur, & creādo infunditur (quam infusionem præcedūt multę transmutationes agentium naturaliū, propter quod possumus dicere aliqualiter, quod attingit esse suum multis actionibus præcedentibus, quod esse indeficiens est, & incorruptibile) per multas operationes bonas, vel malas attinget præmium, vel poenam indeficientem.

Solutio 2. Secundo, quia cum voluntas naturaliter C sequatur intellectū; sicut intellectus se hēt in apprehendendo, sic voluntas se habet in eligendo. Sed intellectus Angeli, vt communiter dicitur, quicquid apprehendit, immobiliter apprehendit (sicut & intellectus noster prima principia) non autem intellectus humanus. Ergo voluntas Angeli, cui adhæret per electionem, immobiliter adhæret, siue bono fini, siue malo, non auté voluntas hominis.

Solutio 3. Tertio, quia vt Philosoph docet 2. Cæli, & Mūdi t. 64 In primo gradu se habet ad aliquem finem, quod attingit ipsum, sine omni actu. In secundo autem, quod per vnicum actum. In tertio, quod per plures. In vltimo, quod per nullos potest ad ipsum attingere. Ergo sm̄ hanc regulā Deus habet beatitudiné absq; omni actu meritorio. Angelus aūt, qui est in secundo gradu, meretur D eā vnico actu; homo autem pluribus, carétia autem ratione per nullum actum poterunt ad talem finem pertingere. Sic igitur si Angelus secundum conditionem naturæ suæ vnico actu debet attingere vltimum finem, & ab illo actu deficit, sicut dæmones

nes defecerunt, vlterius illum finem mereri non poterunt.

Apparet igitur, quod natura Angeli post casum non est curabilis, seu reparabilis, nec per consequens assumptibilis de potentia ordinata, sicut nec natura irrationalis; de potentia tamen absoluta Dei omnis natura, quæ per se potest existere, etiam natura irrationalis à diuina persona potest assumi.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD primum ergo argumentum factu in contrarium. Dicendum, quod natura irrationalis, quia non est capax reparationis, non est assumptibilis de potentia ordinata, vt supra declaratum est. Non autem per hoc sequitur, quod non sit assumptibilis à diuina persona de potentia absoluta.

AD II. Ad secundum dicendum, quod natura irrationalis nõ est capax personalitatis propriæ, quod solum probat argumentum; est tamẽ capax personalitatis extraneæ, seu est personabilis ꝑsonalitate aliena, per assumptionem à persona diuina.

AD III. Ad tertium dicendum, quod infima natura non est capax supremi doni inhærẽtis, quód se habet ad recipientem, vt forma ad materiá, seu subiectum, quia non oĩs forma in omni subiecto recipi põt. Sed donũ assũptionis non est donum inhærẽs, sed importat habitudinem dependentiæ in natura assumpta à persona assumente, quæ habitudo, seu depẽdẽtia põt indifferẽter cõpetere, tam naturæ infimæ, quã supremę. Vel dicẽdum, quod sicut supra declaratum est, assumi à diuina persona non est supremum donum, quod potest à Deo naturæ creatæ communicari. Sed maius donum est beatitudo creata, cuius irrationalis natura non est capax.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod si natura lapidis esset vnita personæ diuinæ, Deus prædicaretur de toto lapide, & de partibus eius, non autem nunc prædicatur Deus de partibus humanæ naturæ; non propter maiorem vnionem naturæ lapidis cum persona diuina, quam naturæ hominis, vt dicebatur in arguendo. Sed quia lapis est homogeneus, cuius nomen naturæ prædicatur de partibus suis, non autem homo.

Vel dicendum, quod facta prædicta hypothesi, Deus non prædicaretur de qualibet parte lapidis. Et ad argumentum, per quod probabatur contrarium. Dicendum, quod in illo argumento committitur fallacia accidentis, quia mutatur ibi medium, quia cum dicitur in maiori, facta prædicta hypothesi, lapis est Deus, lapis tenet se pro supposito habente naturam lapidis sub hoc sensu, suppositum habens naturam lapidis est Deus: cum autem dicitur in minori, qualibet pars lapidis est lapis, lapis tenet se pro natura; est enim sensus, qualibet A pars lapidis habet naturam lapidis. Vnde medium variatur, nec per consequens cõclusio sequitur, scilicet, quod qualibet pars lapidis sit Deus.

AD V. Ad quintum dicendum, quod in perpetuis secundum quod perpetua sunt, non differt esse, & posse, quia perpetua, vt perpetua sunt, habent esse coniunctum cum posse, & è conuerso. Persona autem diuina, quamuis in se sit perpetua, non tamen perpetuo assumpsit naturam rationalem, & idcirco potuit aliquam naturam assumere, s. irrationalem, quam de facto non assumpsit.

AD VI. Ad sextum dicendum, quod ad assumptionẽ naturæ creatæ non solum requiritur infinita perfectio in suppositãdo in persona assumẽte, sed ẽt, quod natura assumptibilis possit per se existere; quod quia deest materiæ B primæ, qualitati, relationi, & huiusmodi; idcirco talia à persona diuina assumi nõ possunt, vt supra declaratum est; quamuis diuina persona sit infinitæ virtutis, & perfectionis respectu ipsorum.

AD VII. Ad septimum dicendum, quod suppositatio diuinæ personæ duo dicit, scilicet, per se existere (quod est perfectionis simpliciter & hoc est idem numero omnium trium, cum hoc conueniat diuinis personis rõne essentiæ) & indistinctionem in se, & distinctionem ab alijs, quæ conuenit diuinæ personæ per relationem, & hoc saltem secundum vnam opinionem non dicit aliquam perfectionem simpliciter.

AD VIII. Ad octauum dicendum, quod non solũ diuina persona est infinitæ perfectionis in suppositando; sed etiam natura irrationalis est talis, quod suppositari põt suppositatio-C ne diuinæ personæ, & per hæc duo supra probatum est, quod natura irrationalis põt assumi à diuina persona.

AD IX. Ad nonum dicendum, quod cum contradictio sit eiusdem per idem, sicut absque omni cõtradictione idem suppositũ Christi est mortale, & immortale secundũ diuersas naturas, humanam, & diuinam; ita si natura irrationalis assumeretur à diuina persona, idem suppositum secundum duas naturas diuinam, & irrationalem absq; omni contradictione esset rationale, & irrationale, persona, & non persona.

AD X. Ad decimum dicẽdum, quod sicut actiones, & passiones humanas, vt comedere, fatigari, crucifigi, & huiusmodi Deo attribuere sm̃ naturam diuinam est inconueniens; cõueniens aũt sm̃ naturam humanam; sic etiã inconueniens esset Deo, si assũpsisset naturã D irrationalẽ, attribuere operationes brutales sm̃ naturam diuinam, non autem sm̃ naturam irrationalem assumptam.

AD XI. Ad vndecimum dicendum, quod quáuis homini vilia melius sit nescire, quam scire; tum quia per considerationem vilium impedi-

peditur à consideratione meliorum, eo ꝙ intellectus humanus non pōt multa simul (A) intelligere; tum quia ad talem cōsiderationem potest sequi inordinata affectio ad ipsa vilia, quia apprehensum per intellectum, mouet voluntatem, vt patet per Philosoph. in fine 3. de Anima: tamen Deo simpliciter melius est omnia scire, quā quædā nescire, cum ei nulla perfectio simpliciter desit, & scire etiam quæcunq; vilia pertinet ad perfectionem simpliciter, & intellectus eius nō impediatur à cōsideratione quorumcunq; per considerationem aliorum, cum omnia simul intelligat; nec volūtas eius infici possit. Vel dicendum, quod, quia melius est naturam irrationalem non assumere, quam assumere, idcirco eā nō assumpsit de facto, non tamen sequitur, quin eam de potentia absoluta possit assumere.

AD XII. Ad duodecimum dicendum, ꝙ quāuis in Christo de facto fuerit simul gratia vnio- (B) nis cum gratia fruitionis, tamē prima gratia non necessario includit secundā, & pōt esse de potentia absoluta Dei sine ea, vt supra declaratum est.

AD XIII. Ad tertiumdecimum dicendum, quod si natura irrationalis assumeretur, quamuis non haberet esse per se, tamen haberet esse nobilius, scilicet personæ diuinæ; sicut enim nobilius est sensitiuum hominis, quod subsistit in rationali, quam sensitiuum bruti, ꝙ subsistit per se, sic & nobilius esset esse talis naturæ in persona diuina, quam si esset per se in supposito proprio creato; vniri enim perfectiori, ad perfectionem pertinet, non ad imperfectionem.

Vel dicendum, quod si Deus naturam irrationalem assumeret, dato quod nō assumeret eā propter meliorationem aliquam personæ assumentis, vel naturæ assumptæ; potest tamen dici, quod eā assumeret propter ostēsionem suæ potentiæ absolutæ, vel propter aliquem alium finem vtilem, nobis ignotum. Vel dicendum, quod quamuis quicquid Deus potest facere de potentia ordinata faciat propter aliquid melius; non tamen oportet hoc dicere de omni eo, quod potest facere de potentia absoluta.

AD XIV. Ad quartumdecimum. Patet responsio per prædicta in responsione principali soluendo secundā rationem, quam adducunt tenentes opinionem oppositam.

AD XV. Ad quintumdecimum, & vltimum. Dicendum, quod personæ assumentis ad naturam assumptam de facto est amicitia; aliqua tamen natura potest assumi à diuina persona, vt brutalis, ad quam nec est, nec potest esse amicitia propriè dicta.

QVAESTIO XXXVII.

Vtrum in Angelis sit compositio generis, & differentiæ.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, (C) quod non. Quia genus sumitur à materia, differentia à forma, vt communiter dicitur, & sumitur à perfectiori. Sed in Angelis non est compositio materiæ, & formæ, vt ad præsens supponitur. Ergo nec generis, & differētiæ.

II. PRÆT. Angelus est simplicior, quam anima humana. Sed anima non est cōposita ex genere, & differentia. Ergo nec Angelus. Probatio minoris. Differētia adueniens generi constituit speciem perfectam. Sed anima non est species perfecta, sed pars speciei. Ergo &c.

III. PRÆT. Forma ē simplici, & inuariabili essētia cōsistēs, vt dicit Auctor 6. princ. c. 1. Sed Angeli sunt formæ à mãria separatæ, cū sint actus quidā, nec sint cōpositi ex materia, & forma. Ergo hēnt essētias simplices, nec per consequens eorū essentiæ sunt cōpositæ ex genere, & differentia.

IV. PRÆT. Cōpositio generis, & differētiæ, aut est realis, sicut duarū rerum, aut est rōnis tantū, sicut duorū conceptuū de eadē re, quorum vnus est determinatus, & alius indeterminatus. Si est realis cōpositio, tunc non est in Angelis, quorū essentiæ sunt simplices, vt iam dictum est. Si autem est rōnis prædicto modo, tunc cum de Deo possint duo conceptus formari, quorum vnus est determinatus, alius indeterminatus, sequeretur, quod in Deo esset compositio gene- (D) ris, & differentiæ, quod falsum est, & cōtra commune dictum omnium.

V. PRÆT. Aut genus, & differentia significāt idem realiter, aut aliud, & aliud; si idem

si idem realiter, tunc genus prædicaretur de differentia, quia, secundum Boetium, nulla est verior prædicatio, quam illa, in qua idem prædicatur de seipso, & hoc est etiam contra doctrinam Philosophi in 4. Topicorum, sic enim differentia nõ differret à specie, de qua etiã prædicatur genus; si autem significent aliud, & aliud, tunc nõ sunt in essentia Angeli, quæ ẽ totaliter simplex, vt iam dictum est.

VI. PRÆT. Differentia est distinctiua generis, & actualis respectu eius; Compositio ergo generis, & differentiæ est compositio potentialis, & actualis, & distincti, & distinctiui. Sed in essentia Angeli, qui est actus tãtum, nonpotest poni talis distinctio actualis, seu distincti, & potentialis, seu distinctiui. Ergo &c.

VII. PRÆT. Illud, cuius essentia est actus tantum, non habet potentiam essentialem. Sed essentia Angeli est actus tantum; genus autem cum sit de essentia rei, & contineat sub se potestate differentias, videtur dicere potentiam essentialem. Ergo essentia Angeli non habet genus, & per consequens nõ est composita ex genere, & differentia.

VIII. PRÆT. Quia respondens dicebat, ꝙ Angeli non sunt compositi ex materia, & forma. Contra hoc arguitur, quia sicut potẽtia videtur esse de essentia ratione materiæ, ita actus est de essentia, ratione formæ; vbi ergo est potentia, & actus, ibi videtur esse materia, & forma. Sed Angeli sunt compositi ex potentia, & actu, quia nec sunt pura potentia, vt materia prima, nec sunt actus purus, vt Deus. Ergo sunt compositi ex materia, & forma.

IX. PRÆT. Omne animal est compositum ex corpore, & anima, & per cõsequẽs ex materia, & forma. Sed secundum Gregorium in quadam Hom. Angelus est animal rationale. Ergo idem, quod prius. *Hom. 10. in Matth.*

X. PRÆT. De extremo ad extremum non peruenitur, nisi per medium. sed inter purum non esse, & esse actu est media materia prima, quæ secundum Augustinũ 12. Confess. cap. 7. est propè nihil. Ergo omne, quod deducitur de non esse ad esse habet materiã. Sed Angelus est deductus per creationem de non esse ad esse. Ergo idem quod prius.

XI. PRÆT. Quia respondens dicebat, ꝙ genus sumitur ab essentia rei indeterminatè accepta. Contra hoc arguitur, quia inter omnia ens videtur esse maximè indeterminatum. Sed ens non est genus, vt probatur 4. Metaphysices. Ergo ab essentia rei indeterminatè accepta nõ est accipiendũ genus.

XII. PRÆT. Posito vno contrariorum remouetur aliud. Sed simplicitas, & compositio contrariantur: Angeli autem dicũtur communiter substantiæ simplices. Ergo in eis non est ponenda compositio generis, & differentiæ.

A

Pro parte Opposita.

SED CONTRA. Ens sufficienter diuiditur per decem genera; omne ergo ens maximè creatum est in aliquo genere; Sed Angelus est ens creatum. Ergo est in genere; sed non sicut genus, cum sit ens reale, nec sicut differentia, cum non sit dare speciem, quam constituat. Ergo sicut indiuiduum sub aliqua specie contentum; & sic per consequens erit compositus ex genere, & differentia.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis duo facienda sunt principaliter. Primo, videndum est de principali quæsito. Vtrum .s. Angeli sint compositi ex genere, & differentia. Secundo, dato, quod sic, inquirendũm est, vnde in eis sint sumenda genus, & differentia.

B

PVNCTVM I.

Discutitur principale quæsitum.

QVANTVM ad primum sciendum est, quod Quidam dicunt, quod Angeli non sunt compositi ex genere, & differentia, quod probant multipliciter. **opinio quorundam.**

Primo sic. De eo, quod est compositum ex genere, & differentia possunt formari duo conceptus, vnus indeterminatus, qui respondet generi, & alius determinatus, qui respondet differentiæ, vel speciei. Sed de Angelis non possunt duo tales conceptus formari, cum secundum Philosophum 7. Metaphys. vel totaliter sciantur, vel totaliter ignorentur. Ergo &c. **Probatur Primo.**

C

Secundo sic. Omne compositum ex genere, & differentia est compositum ex potentia, & actu, quia genus dicit quandã potentiam respectu differentiæ, & è cõuerso, differentia dicit formam, & actum respectu generis, propter quod, nec Deus, qui est purus actus, nec materia prima, quę est pura potentia est composita ex genere, & differentia. Sed Angeli cum sint simplices non sunt compositi ex potentia, & actu. Ergo nec ex genere, & differentia. **Secundo.**

Tertio sic. Compositum ex genere, & differentia, quantò est compositius, tãto est perfectius, cum differentia importet perfectionem, & actualitatem, sicut mistum est perfectius, quam elementum, & planta, quam mistum inanimatum, & animal, quã planta, & homo, quam animal irrationale. Sed in Angelis est è conuerso, quia quanto cõpositior, tãto imperfectior. Ergo Angeli non sunt cõpositi ex genere, & differentia. **Tertio.**

D

Quarto

Quartò. Quarto sic. Differentia prædicatur de specie in quale, vt patet per Porphyrium in Prædicabilibus capit. de Differentia. Sed illud, quod dicit totam essentiam rei, non prædicatur in quale, sed solū in quid. Ergo differentia non dicit totam rei essentiam; sed dicit aliquid essentiæ, cum sit de essentia rei; ergo significat partem essentiæ; sed essentia Angeli, cum sit simplex, non habet partem, & partem; ergo non est cōposita ex genere, & differentia.

Quintò. Quinto sic. Quando conceptus aliqui sunt eiusdem rei simpliciter, & æquè determinati sub indeterminato conceptu generis, qua ratione vnus est conceptus speciei, eadem ratione, & alius, postquam non est differentia nec ex parte rei, nec ex parte determinationis. Sed in Angelis conceptus speciei, & differentiæ constituentis speciē, si qua esset, essent omnino eiusdem rei, nec differrent, vt totum, & pars, essent etiam æquè determinati, quia vltima, s. differentia, & species conuertuntur. Ergo qua ratione vnus esset conceptus speciei, eadem ratione, & alius, & ita differentia non esset differentia, sed species. Ergo &c.

Sextò. Sexto sic. Illud, quod habet genus, & differentiam, habet veram, & perfectam diffinitionem sine additamento, vt patet per Philosophum 7. Metaphysices. Sed formę simplices, vt accidentia, diffiniuntur per additamentum, vt patet per eundem ibidem; ergo non sunt composita ex genere, & differentia. Dicunt tamen isti, quod quamuis Angeli non sint compositi ex genere, & differentia, sunt tamen in genere; quod sic probant. Quod est limitatum re, & ratione, est in genere; sed Angeli sunt limitati re, & ratione; ergo sunt in genere. Minor est de se manifesta. Constat enim, quod substantię separatæ sunt limitatæ realiter, cum habeant limitatas perfectiones reales; sunt etiam limitatę ratione, cum sint entia realia; nec de omnibus, vel pluribus prædicentur, vt ens, res, bonum, & huiusmodi transcendentia. Sed maior probatur. Quia cum genera entium sint realiter distincta, & per consequens significent perfectiones realiter distinctas, quarum vna non est alia, illud, quod est in genere oportet, quod includat solum perfectiones illius generis, & per consequens non habeat perfectiones alterius generis, nisi per aliquid superadditū pertinens ad illud genus, alioquin si per vnum, & idem haberet perfectionem multorum generum, qua ratione esset in vno genere, eadē esset in alio. Illud igitur, quod est illimitatum re, vt Deus, vel ratione, vt ens, & cætera transcendentia, non est in genere aliquo determinatè. Ergo per oppositum, quod est re, & ratione limitatum, est in genere, & hæc erat maior.

Improbatur hæc opinio. ¶ Sed contra hanc opinionem, quantū ad hoc, quod dicit, quod substantiæ separatæ non sunt compositæ ex genere, & differentia. Potest argui tripliciter.

1. Ratio. Et ad euidentiam primæ rationis est intelligendum, quod dupliciter potest aliquid esse in genere, s. in recta linea, tanquam recipiens prædicationem generis, per quem modum est in genere, species, & indiuiduū: & indirectè, seu collateraliter, per quem modum est in genere, differentia, & partes, vt materia, & forma, quo supposito, sic arguitur.

Primo. Illud, quod est in genere per se, sic quod recipit prædicationem generis, quod dico propter differentiam, de qua non p̄dicatur genus, vt patet per Philosophum in 4. Topicorum, & sic etiam, quod non habet rationē partis, vt materia, & forma, quæ sunt partes essentiæ, vel manus, & pes, & huiusmodi, quæ sunt partes quantitatiuæ, illud tale est compositum ex genere, & differentia, quia vel est species, vel indiuiduum, in quo saluatur ratio speciei, quæ constituitur ex aduentu differentiæ ad genus, differentia enim aduenien[s] generi cōstituit speciem, vt communiter dicitur, & sumitur ex dictis Porphyrij, & ex dictis Philosophi in 4. Topicorum, sed substantiæ separatæ, etiā secundum illos de opposita opinione, sunt in genere substantiæ, & constat, quod non sicut differentiæ, vel partes. Ergo &c.

Secundo. Præterea. Et est quasi confirmatio huius. Quod est perfectionis in rebus creatis est maximè ponendum in substantijs separatis; sed esse cōpositum ex genere, & differentia est perfectionis in rebus creatis, cum solæ partes non sint sic compositæ. Ergo &c.

Tertio. Præterea. Si substantiæ separatæ non sunt compositæ ex genere, & differentia, hoc est solum propter earum simplicitatē; sed earū simplicitas hoc non impedit. Ergo &c. Maior supponitur per dicta tenentium oppositam opinionem. Minor declaratur. Omnis enim forma accidentalis est simplici, & inuariabili essentia consistens, vt dicit Auctor sex principiorum c. 1. sed in generibus accidentium est dare indiuidua species, differentias, & genera, sicut & in genere substantiæ, cum sint ordinata prædicata, sicut & prædicamentum substantiæ, & per consequens est dare in eis compositionem ex genere, & differentia ad constitutionem specierum, vt patet etiā per Philosophum in Prædicamentis, & in multis locis 4. Topicorum. Ergo formę accidentales non obstante earum reali simplicitate sunt compositæ ex genere, & differētia, que est cōpositio rōnis, & eadē ratione hoc dicendum est de substantijs separatis.

5

Soluuntur rónes opinionis allatæ. Ad primã.

¶ Ad primum ergo argumentũ factũ pro oppoſita opinione. Dicendum eſt, ꝙ Philoſophus loquitur de totalitate reali, quia cum in ſimplicibus non ſit dare partẽ, & partem realem, ſecundum ſe tota ſciuntur, vel ignorantur, non autem loquitur de totalitate rationis, cum poſſint ſciri, & ſciãtur de facto, vt experientia docet, ſecundũ conceptum communem, ſeu indeterminatum, vt quod ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ à materia, intellectuales, & huiuſmodi: & ignorentur ſecundum cõceptum determinatum, & ſpecificum, quod eſt quaſi ſcire eas ſecundum vnam partem ſuæ rationis, .ſ. ſecundum genus, & ignorare ſecundum aliam partem, ſ. differentiam.

Ad ſecũdã.

Ad ſecundum dicendum, quod illud, ꝙ eſt compoſitum ex genere, & differentia, non oportet, quod ſit compoſitum ex potentia, & actu, tanquam ex duabus partibus realibus ſuæ eſſentiæ; cum etiam accidẽtia, quorum eſſentiæ ſunt ſimplices, ſint ſic cõpoſitæ, vt ſupra probatum eſt; ſed ſufficit, quod non ſit pura potentia, vt eſt materia prima, quæ non eſt in genere per ſe in recta linea, nec purus actus includens per cõſequens in ſe omnem perfectionẽ, vt Deus; & quod de eo poſſint formari duo conceptus, ſcilicet indeterminatus, & determinatus, quorum primus eſt potentialis reſpectu ſecundi, & ſecundus actualis reſpectu primi.

Ad tertiam

Ad tertium dicendum, quod compoſitũ ex genere, & differentia, quanto eſt compoſitius compoſitione rationis, ideſt plures in ſe differentias habens cum genere, tanto eſt perfectius, & hoc eſt verum tam in Angelis, quam in rebus materialibus. Vnde Deus, qui omnes perfectiones comprehẽdit in vno ſimplici, eſt perfectiſſimus, ſed loquendo de compoſitione reali, quæ eſt per cõcurſum plurium perfectionum realiter diſtinctarum, in ſubſtantijs ſeparatis, quanto aliqua eſt compoſitior, tãto imperfectior, quia ſuperior ſubſtantia ſeparata in vno ſimplici habet perfectiones multas realiter diſtinctas in inferiori ſubſtantia ſeparata; ſed in rebus materialibus eſt è cõuerſo: quanto enim res materialis eſt compoſitior, hac etiam compoſitione reali, tanto eſt perfectior, vtpotè plures perfectiones habens, quamuis realiter diſtinctas, vt apparet de homine reſpectu bruti, & de bruto reſpectu plantæ, & ſic de alijs. Ratio autem diuerſitatis poteſt eſſe, quia in ſubſtantijs ſeparatis eſt compoſitio per receſſum à ſimpliciſſimo, quod eſt Deus, qui cum ſumma ſimplicitate, eſt etiam perfectiſſimus, & per conſequens, quanto plus ab eo receditur, tanto illud eſt compoſitius, & imperfectius, ſed è contra, in rebus materialibus eſt compoſitio per receſſum, & A elongationẽ à ſimplicitate materiæ primæ, quæ eſt imperfectiſſima, vtpotè pura potentia. Vnde quanto ab ea aliquid magis elongatur in rebus materialibus, tanto eſt compoſitius, & actualius, & perfectius.

Ad quartũ

Ad quartum dicendum, quod tã genus, quam differentia ſignificant totam eſſentiã eius, de quo prædicantur, & non partem tantum, pars enim nunquam prædicatur de toto, dicitur autem prædicari differẽtia in quale quid, quia conceptus differentiæ eſt diſtinctiuus, & determinatiuus cõceptus generis. actus autem eſt qui diſtinguit. Vnde conceptus differentiæ ſumitur quaſi ab actualitate eſſentiæ ſpeciei, ideſt, à determinato gradu perfectionis, quem eſſentia ſpeciei habet in vniuerſo.

Ad quintũ

Ad quintum dicendum, quod conceptus generis differentiæ, & ſpeciei differunt in B ſubſtantijs ſeparatis, vt patebit per ea, quæ infra dicentur, quia cõceptus ſpeciei ſumitur ab eſſentia rei habentis determinatum gradum perfectionis in vniuerſo, conceptus autem generis ſumitur ab eadem eſſentia, ſine tali determinato gradu perfectionis, accepta, conceptus autem differentiæ ſumitur à tali gradu determinato perfectionis eſſentiæ. Vnde patet, quod conceptus ſpeciei, & differentiæ differunt, ſicut conceptus totalis, & partialis.

Ad ſextum

Ad ſextum dicendum, quod accidentia diffiniuntur per additamenta, vt Philoſophus docet 7 Metaph. t.19. nõ quia careant compoſitione ex genere, & differentia, vt dicebatur in arguendo, quia contrarium huius ſupra probatum eſt, ſed quia quantũ ad eſſe ſuum dependent à ſubſtantia, & per conſequens quantum ad cognoſci, eadem C enim ſunt principia eſſendi, & cognoſcẽdi, diffinitio autem eſt notificatiua diffiniti.

PVNCTVM II.

Vnde ſit in Angelis ſumendum genus, & differentia.

SECVNDO principaliter eſt inquirendum, vnde ſumendum ſit in eis genus, & differentia, vbi ſciendum eſt, quod circa hoc ſunt tres modi dicendi. Quidam enim dicunt, quod ſunt compoſiti ex materia, & forma, & quod genus ſumitur in eis à materia, differentia autem à forma, ſicut & in rebus materialibus.

Sed contra hoc poteſt argui multipliciter. Primo per plures auctoritates, quarum D prima eſt Boetij in libro ſuo de Trinitate, vbi dicit, quod ſubſtantia intellectualis nullius materiæ innititur fundamento. Alia eſt Dionyſij 4. cap. de Diuinis nominibus, vbi dicit, quod Angeli ſunt incorporei, & non materiales. Nec poteſt dici, quod loquatur

tur

tur solum de materia corporali, alias cum dixisset, quod sunt incorporei, frustra, & nugatorie addidisset, & immateriales, & parum ante præmittit, quod sunt mundi ab vniuersa materia. Ergo non solum à corporali, sed ab omni simpliciter. Alia est Auctoris lib. de Causis, qui septima propositione dicit, quod intelligentia est substantia, quę non diuiditur.

Nec potest hoc intelligi solum de diuisione actuali, quia .s. Angelus est incorruptibilis, hoc enim verificatur etiam de corpore cælesti. Oportet ergo, quod hoc referatur ēt ad diuisionem potentialem, vt .s. dicatur, quod intelligentia, nec actu, nec potentia diuiditur, quia est simplicissima in sua substantia. Et in eodem libro de Causis dicitur, quod intelligentia est simplex, & non diuiditur, & quod vna pars eius nō est melior, & nobilior alia, & multa similia.

Arguitur ratione. Prima Ro

Præterea. Potest ad idem argui per rationem sic. Quod non habet aliam cognitionem, nisi intellectiuam, non est compositum ex materia, & forma. Sed Angelus non habet aliam cognitionem, nisi intellectiuam. Ergo &c. Minor supponitur, præter enim cognitionem intellectiuam, nulla est cognitio, nisi sensitiua, cuius fundamētum est sensus tactus, cuius tactus organū est aliquid compositum ex contrarijs, vt patet 2. de Anima, & per consequens corruptibile; Angelus autem est incorruptibilis. Ergo &c. Maior probatur dupliciter. Primo, quia cum materia sit propter formam, vt dicitur 2. Physicorum, forma nunquam vnitur materiæ, nisi ea indigeat, quo ad esse, & per consequens quo ad operari, quia operari esse consequitur; operatio autem intellectiua non indiget materia, vt subiecto, non solum in Angelis, sed etiā in nobis, vt de se patet, cum non sit operatio exercita per organum materiale, nec etiam vt obiecto, cum in Angelis non sit cognitio alia, per quam intellectui ipsorum repręsentetur obiectū, sicut intellectui nostro repręsentatur per phātasiā. Ergo &c. Secundo, quia cum, secundum doctrinam Philosophi in 2. de Anima, ex obiectis deueniamus in notitiam actuum, & potentiarum, & essentiæ, obiectum omnino immateriale arguit actum omnino immaterialem, & potentiam, & essentiam. Sed actu intelligendi, & volendi substantia separata attingit obiectum omnino immateriale scilicet Deum. Ergo eius actus, & potentia, & essentia sunt omnino immateriales: & etiam essentia animæ nostræ, cui competit propriè, & primo actu suo tale obiectum attingere, cum habeat rationem subsistentis, seu per se existentis; homini aūt hoc competit secundario ratione animę.

2 Ratio.

Præterea, si Angelus est compositus ex materia, & forma, aut eius forma est separabilis, aut non; si dicatur primum sequūtur tria inconuenientia.

A Et primum est, quod Angelus erit naturaliter corruptibilis, vt se de se patet.

Secundum est, quod erit naturaliter in aliam rem transmutabilis, quia materia eius, saltem naturaliter non poterit esse sine forma, & per consequens separata forma Angeli, materia eius informabitur alia forma.

Tertium est, quod habebitur principale propositum, .s. quod erit aliqua forma separata à materia, .s. forma Angeli, quæ per consequens erit per se intelligibilis, & per se intelligens, secundum communem doctrinam, & sic erit quædam intelligētia, quam nos Angelum dicimus.

Si dicatur secundum. Contra hoc etiam arguitur multipliciter. Primo, quia nobilior erit forma hominis, quæ est separabilis à materia, quam forma Angeli, quæ non B est separabilis, & per consequēs homo erit nobilior, quam Angelus; cum tota nobilitas rei sit à forma.

Secundo, quia cum operatio sequatur essentiam rei, sequitur, quod intelligere, & velle, quibus etiam Angeli Deum attingunt, essent operationes materiales necessario à materia dependentes; non est igitur dicendum, quod Angeli sint compositi ex materia, & forma, nec per consequens, quod genus, & differentia sumantur in eis à materia, & forma.

Secunda opinio.

Et ideo alij dicunt, quod genus sumitur in eis ab essentia, vt absolutè accipitur, vt potentia quædam respectu accidentium; differentiæ autem ab eadem essentia, vt ab ipsa fluunt determinatæ proprietates determinati gradus perfectionis.

Impugnatur primo

Sed contra hoc etiam potest argui multipliciter. Primo, quia in genere C substātiæ genus non debet accipi à potentia accidentali, siuè dicatur potentia accidentalis, potentia, quæ est accidens, vt quantitas respectu qualitatis, siuè dicatur potentia accidētalis, potentia ad accidens; sed debet accipi genus in genere substantiæ ab aliquo ad genus substantiæ pertinente, quod sit essentiale ei, cuius est genus. Sed essentia Angeli, vt est potentia quædam respectu accidentium, est potentia accidentalis primo modo accepta. Ergo genus Angeli non debet sumi ab essentia Angeli sic accepta.

Secundo.

Præterea. Ab eo non debet sumi genus Angeli, quo circumscripto, seu per intellectum remoto, adhuc necesse est Angelum reponi in genere. Sed remoto omni accidente ab Angelo, saltem per intellectum, & per consequens potentia ad accidens, adhuc D necesse est Angelum poni in genere substantiæ, cum sit limitatus re, & ratione, vt supra declaratum est. Ergo &c.

Tertio.

Præterea. Doctrina est Philosophi in 1. Poster. quod quando aliquid inuenitur in aliquibus pluribus, necesse est dare aliquā

vnam

vnam rationem, ſecundum quam illis pluribus conueniat, ſicut ponit ibi exemplum, de habere tres æquales duobus rectis, quod conuenit Iſocheli, æquilatero & quadrato ſecundum vnam communem rationem, quæ eſt habere angulum extrinſecè æqualē duobus intrinſecis ſibi oppoſitis; ſed habere genus conuenit, tam materialibus rebus, quàm ſubſtantijs ſeparatis; in rebus autem materialibus non accipitur genus ab habitudine eſſentiæ ad accidentia, quia hoc nullus dicit. Ergo nec etiam in ſubſtantijs ſeparatis eſt ſumendum genus à tali habitudine.

§

Terna opinio. Et ideo alij tertij dicunt, quod idem Angelus eſt potentialis reſpectu ſuperioris, & actualis reſpectu inferioris; quicquid enim eſt inter purū actum, qui eſt Deus, & purā potentiam materiæ primæ, eſt potentia reſpectu Dei, vel alterius ſuperioris, & actus reſpectu inferioris, eo quod medium ſapit naturam extremorum, & comparatum ad vnum extremum habet rationem alterius. Quo ſuppoſito dicunt illi. Quod genus Angeli ſumitur ab eſſentia eius, vt eſt potentialis reſpectu ſuperioris, & differentia ſumitur ab eadem eſſentia, vt eſt actualis reſpectu inferioris, & quod inconuenienter dicitur, quod genus ſumitur à potentia, differentia autem ab actu, eo quod genus continet ſub ſe multas differentias poteſtate, vt dicit Porphyrius.

Impugnatur primo. Sed contra hanc opinionē poteſt argui multipliciter. Primo, quia genus non prædicatur de differentia, vt patet per Philoſophum 6. Topicorum, alias differentia non differret à ſpecie, nec è conuerſo, differentia prædicatur de genere, cum actualiter non ſit in genere, ſed poteſtate tantum ſit contenta ſub genere, vt modo dicebatur. Sed hæc propoſitio eſt vera: eſſentia Angeli actualis reſpectu inferioris eſt potentialis reſpectu ſuperioris; & eius conuerſa, ſcilicet eſſentia Angeli potentialis reſpectu ſuperioris eſt actualis reſpectu inferioris. Ergo inconuenienter dicitur, quod genus Angeli ſumitur ab eſſentia eius, vt eſt potentialis reſpectu ſuperioris, & differentia ab eadem eſſentia, vt eſt actualis reſpectu inferioris.

Secundo. Præterea. Prædicata intrinſeca eſſentialia non debent ſumi ab extrinſecis; ſed genus, & differentia prædicantur intrinſecè, & eſſentialiter de ſpecie; ſuperius autem, & inferius ad ſpeciem ſunt quædam extrinſeca ab ipſa. Ergo &c.

Tertio. Præterea. Genus prædicatur de pluribus ſpeciebus, per differentias autem ſpecies diſtinguuntur. Sed Angelus medius ſicut diſtinguitur ab inferiori per hoc, quod eſt actualis reſpectu eius; ſic diſtinguitur à ſuperiori, quod eſt reſpectu eius potentialis; & è conuerſo. Et ſicut omni Angelo eſt

A communune eſſe potentialem reſpectu ſuperioris, ita etiam eſſe actualem reſpectu inferioris. Ergo à tali potentialitate, & actualitate non ſunt ſumenda in Angelis genus, & differentia.

Quarto. Præterea. Genus, & differentia ſimiliter, & conformiter debent accipi in Angelis, & in rebus materialibus, ſecundum regulam prædictam 1. Poſteriorum. Sed in rebus materialibus genus, & differentia non accipiuntur prædicto modo, non enim genus bouis accipitur, per hoc, quod eſt potentialis reſpectu hominis, vel eius differentia per hoc, quod eſt actualis reſpectu muſcæ; ſed genus eius ſumitur ex hoc, quod eſt commune ei, & homini, & muſcę, vtpotè ex natura ſenſitiua; differentia autem ex hoc, per quod ab eis diſtinguitur. Ergo &c.

B §

Sententia Auctoris. His ergo opinionibus dimiſſis. Dicendum eſt, quod genus Angeli, vt ēt aliqualiter ſuperius tangebatur, ſumitur ab eſſentia Angeli indeterminatè accepta, .ſ. abſq; determinato gradu perfectionis; differentia autē à determinato gradu perfectionis eiuſdem eſſentiæ. Species autem dicit vtrumq; ſcilicet eſſentiam cum determinato gradu prædicto.

Primum dictum. Ad cuius euidentiam tria probanda ſunt. Et primum eſt, quod genus, & differentia ſumuntur ab eodem realiter, & non à diuerſis, vt Quidam dicunt, quod genus ſumitur à materia, differentia autem à forma; quod probatur ſic. Probatio. Quæ ſignificant idem realiter, ſumuntur ab eodem realiter, & hoc per ſe patet. Sed genus, & differen-

C tia ſignificant idem realiter, ſcilicet totam eſſentiam rei, aliàs non prædicarentur de re eſſentialiter, pars enim non prædicatur de toto. Ergo &c.

Præterea. In eſſentia ſimplici non eſt aliud, & aliud realiter. Sed eſſentiæ ſimplices, vt Angelorum, & accidentium ſunt compoſitæ ex genere, & differentia, vt in prima parte determinationis ſupra probatum eſt. Ergo genus, & differentia ſumuntur ab eodem, & non à diuerſis.

Secundum dictum. Secundo, probandum eſt, quod illud idē, à quo ſumuntur genus, & differentia eſt eſſentia rei, quod ſic patet. Probatio. Prædicata eſſentialia ſumuntur ab eſſentia, ſicut accidētalia ab accidente. Sed genus, & differentia ſunt prædicata eſſentialia, cum ſint partes diffinitionis, & genus pdicetur in quid, differētia autem in quale quid, vt patet per

D Porphyrium, & Philoſophum in 4. Topicorum. Ergo genus, & differentia ſumuntur ab eſſentia rei.

Tertium dictum. Tertio, probandum eſt, quod genus, & differentia ſumuntur ab eſſentia rei aliter, & aliter accepta modo prædicto; quod ſic pro-

Probatio Prima. probatur. Quod prædicatur de aliquibus pluribus sumitur ab aliquo communi illis pluribus. Sed genus prædicatur de pluribus speciebus essentialiter. Ergo sumitur ab essentia speciei absq; omni determinatione ad certum gradum perfectionis (secundum quos gradus species distinguūtur) seu ab essentia vnius speciei, vt habet conformitatem, quantum ad aliquem modum essendi cum essentia alterius speciei; & per oppositum, quod prædicatur essentialiter de aliquo, & est distinctiuum illius ab omni alio, sumitur ab eo per quod essentia eius ab omni alio distinguitur. Sed differentia prædicatur essentialiter de specie, & per differentiam specificam, seu vltimatā, species distinguitur ab omni alio; essentiæ autem specierum distinguuntur secundum diuersos gradus essentiales perfectionis, cū sint sicut numeri, vt dicitur 8. Metaphysicæ t.10. Ergo differētia sumitur à determinato gradu perfectionis essentiæ speciei, qui etiam gradus non est aliud absolutum ab essentia.

Secunda. Præterea. Differentia adueniens generi constituit speciem, secundum Porphyrium; conceptus autem generis est confusus, & indeterminatus respectu conceptus speciei. Ergo conceptus differentiæ est determinatiuus cōceptus generis ad speciem. Hoc non esset nisi sumeretur à determinato gradu perfectionis naturæ generis, quæ saluatur in specie. Ergo &c.

Tertia. Præterea tertio ad idem. Differentiæ sunt diuisiuæ generis, vt dicit Porphyrius. Sed non diuidunt genus, sicut ea, de quibus genus prędicatur, aliàs non esset distinctio inter differentiam, & speciem, vt probatur 6. Topicorum, & supra etiam dictū est. Ergo diuidunt genus, sicut illa, per quæ genus ad speciem determinatur, sicut distinguitur materia per formas, & determinatur ad diuersa supposita. Sed in hoc est differentia, quia forma est alia res à materia; differentia autem dicit alium conceptum à conceptu generis, secundum eandem rem, vt supra probatum est. Non autem conceptus differentiæ esset determinatiuus conceptus generis ad speciem, nisi sumeretur à determinato gradu perfectionis naturæ generis, secundum quam vna species distinguitur ab alia. Ergo &c.

Cōfirmatio. Et confirmatur ratio, quia secundum Philosophum 8. Metaphysicæ. Genus descendit in species per differentias oppositas, quarum vna dicit habitum, alia priuationem, vt patet de sensibili, & insensibili, animato, & inanimato, rationali, & irrationali, & huiusmodi. Ergo differentia dicit certum gradum perfectionis; per quem natura generis determinatur ad speciem. Ex quo apparet, quod propriè loquēdo, etiam in rebus materialibus, genus non sumitur à materia, & differentia à forma; sed tam genus, quam differentia sumitur à tota essentia rei, quæ est composita ex materia, & forma: quia tamen in talibus forma est determinatiua materiæ, & per consequens tota essentia habet interminabilitatem à materia, & terminationem à forma, idcirco dicitur, quod genus sumitur à materia, & differentia à forma, cum tamen vtrumq; propriè sumatur à tota essentia rei aliter, & aliter accepta modo exposito, vt supra declaratum est, & probatum.

Apparet igitur, quod Angeli sunt compositi ex genere, & differentia, & vnde in eis genus, & differentia sumenda sint.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD I. AD primum ergo factum in contrariū. Dicendum, quod non solum in Angelis, sed etiam in rebus materialibus propriè loquendo, genus, & differentia non sumuntur à materia, & forma, sed à tota essentia rei aliter, & aliter accepta, modo supra exposito, qualiter autem intelligi debeat illud commune dictum, genus sumitur à materia, differentia vero à forma, supra expositum est.

AD II. Ad secundum dicendum, quod illud argumentum soluit seipsum; anima enim humana non est composita ex genere, & differentia, non propter suam simplicitatē, sed quia non habet rationem perfectæ speciei, sicut Angelus, componi enim ex genere, & differentia est proprium speciei.

AD III. Ad tertium dicendum, quod essentiæ Angelorum sunt simplices realiter, vtpotè carentes reali compositione materię, & formæ, vel quacunq; alia, non tamen per hoc excluditur, quin in eis possit poni compositio generis, & differentiæ, quæ est compositio rationis.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod quamuis de Deo possint formari duo conceptus, .s. determinatus, & indeterminatus, illi tamen non sunt conceptus generis, & differentiæ, cum Deus non sit limitatæ perfectionis, ꝙ requiritur ad hoc, quod aliquid sit in genere, nec habeat determinatum gradum perfectionis, à quo sumitur differentia, vt supra declaratum est, non enim omnes duo conceptus indeterminatus, & determinatus sunt conceptus generis, & differentiæ; sed aliqui certi, modo exposito; qui de Deo formari non possunt.

AD V. Ad quintum dicendum, ꝙ quamuis genus, & differentia significent idem realiter, .s. totam essentiam rei, vt supra probatum est; tn̄ genus non prædicatur de differentia, quia genus sumitur ab ipsa essentia rei cōmuniter accepta; differentia autem à determinato gradu perfectionis illius essentiæ, de quo propriè essentia non prædicatur, quamuis nihil reale absolutum videatur

S s talis

talis gradus dicere ſupra eſſentiam. Dictum autem Boetij eſt intelligendum de eo, quod eſt idem cum alio re, & ratione; quod autem differt ratione ab alio, vt ſic acceptum, ideſt vt differens ratione, non prædicatur de illo prædicatione dicente, hoc eſt hoc, quæ identitatem importat, malè enim diceretur attributum ſapientiæ diuinæ eſſe attributum bonitatis, quamuis hæc duo attributa ſignificent idem realiter, quia diſtinctio rationis, quæ eſt inter ſapiētiam, & bonitatem diuinam, exprimitur nomine attributi, & ſimiliter, cum conceptus generis, & differentiæ differant, & ab alio ſecundum rationem ſumantur, vt ſupra dictum eſt, genus non prædicatur de differentia.

AD VI. Ad ſextum dicendum, quod compoſitio generis, & differentiæ non eſt compoſitio duorum realium, ſcilicet potentialis, & actualis, diſtincti, & diſtinctiui; ſed eſt compoſitio duorum conceptuum, quorum vnus eſt actualis reſpectu alterius, & diſtinctiuus reſpectu eius, qui formari poſſet de eſſentia ſimplici, aliter, & aliter accepta, modo ſupra dicto expoſito.

AD VII. Ad ſeptimum dicendum, quod eſſentia Angeli, quamuis non ſit compoſita ex potentia, & actu, tanquam ex duabus partibus realibus, non tamen eſt actus purus, ſicut Deus, & per conſequens eſt in genere, genus autem non dicit potentiam aliquam realem reſpectu actus realis, qui importetur per differentiam, ſed dicit conceptum confuſum, & indeterminatum, qui determinatur ad ſpeciem per conceptum differentiæ, & per conſequens eſt conceptus potentialis reſpectu cōceptus differentiæ, vt ſupra declaratum eſt.

AD VIII. Ad octauum dicendum, quod, cum materia, & forma ſint de conſideratione Philoſophi naturalis, vtpotè principia naturæ, vt patet primo Phyſicorum, actus autem, & potentia ſint de conſideratione Metaphyſici, vt patet ex nono Metaphyſices; conſideratio autem Metaphyſici eſt altior, & communior, quam conſideratio Philoſophi naturalis, non omnis actus debet dici forma, vt patet de actu

A primo, qui Deus eſt, nec omnis potentia etiam receptiua debet dici materia, vt patet de potentia intellectus poſſibilis reſpectu ſpeciei intelligibilis, vel actus intelligendi, quamuis è conuerſo omnis forma ſit actus, & omnis materia ſit potentia. Quamuis igitur in Angelis poſſit poni actus, & potentia, non tamen in eis ponenda ſunt forma, & materia propter rationes ſuperius poſitas.

AD IX. Ad nonum dicēdum, quod Beatus Gregorius in illis verbis, nomine animalis intelligit omne viuens, ſeu animatum; Angelus autem eſt quoddam viuens vita perfectiſſima, & nobiliſſima, ſ. intellectiua.

AD X. Ad decimum dicendum, quod res materialis, ſeu corporea, quæ inter entia tenet infimum gradum immediatum ſuper materiam primam, non deducitur de non eſſe ad eſſe, naturaliter loquendo, niſi B mediante materia, quia naturaliter producitur ex materia præxiſtente in duratione, ſi ſit res ab agente naturali producibilis, quāuis à Deo produci poſſit ſine tali præexiſtentia materiæ, qui poteſt de extremo ad extremum ſine medio pertranſire. Angelus autem, qui eſt ſubſtantia omnino immaterialis, non deducitur de non eſſe ad eſſe ex materia.

AD XI. Ad vndecimum dicendum, quod ſicut ſupra dictum eſt, quamuis conceptus generis ſit indeterminatus reſpectu conceptus ſpeciei, & differentiæ, nihil tamen poteſt eſſe genus, vel in genere, niſi ſit limitatum re, & ratione. Ens autem communiter acceptum eſt omnino illimitatum ratione, & ideo genus eſſe non poteſt, vt ſupra etiā dictum eſt.

AD XII. Ad duodecimum, & vltimum dicendum, C quod, quia eſſentia Angeli eſt omnino ſimplex realiter, caret omni compoſitione reali; non tamen per hoc excluditur ab ea compoſitio rationis, qualis eſt compoſitio generis, & differentię, vt ſupra declaratum eſt.

QVAESTIO XXXVIII.

Vtrum Rex fidelis Christianus, pro defensione iusta Reipublicę, in defectu necessarię gentis armigerorum fidelium, possit, & debeat secundum Christianam religionem vti infidelibus, vt Saracenis stipendiarijs ad ipsum venientibus in iusta defensione prædicta.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod non. Quia vti talium auxilio, non videtur posse esse sine communicatione aliquali fidelium cum infidelibus. Sed fidelibus prohibetur omnis cõicatio cum infidelibus, iuxta illud 2. ad Chorinth. 6. [Nolite iugum ducere cum infidelibus,] scilicet cuiuscunq; societatis, & subdit, [quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? quæ autẽ conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis, cum infideli?] Ergo &c.

II. PRÆT. Deuteronomij 7. præcipitur filijs Israel fidelibus] non inibis cum eis (.s. infidelibus) fœdus] Sed vti talium auxilio non potest esse sine fœdere aliquo inito inter Regem, & ipsos. Ergo &c.

III. PRÆT. Princeps, vel homo quicũq; etiam Papa, nõ potest dare licentiam alteri peccandi, imò plus peccaret, quam ille. Sed infidelis pugnando contra fidelem peccat. Ergo &c. Probatio minoris. Constat quod infidelis in tali actu nõ meretur, quia sine fide impossibile est placere Deo, Hebræorum 11. Ergo demeretur, & peccat, quia, vt communiter dicitur, nullus actus deliberatus singularis est indifferens: omnis ergo est meritorius, vel demeritorius.

Cõfirmatio. Et confirmatur ratio. Quia quamuis dicatur, quod Deus potest dispensare in præceptis secundæ tabulæ, sed non primæ; tamen homo non potest dispensare in præceptis Dei, sicut nec potestas inferior, in præceptis potestatis superioris. Ergo nullus homo potest dare alteri licentiam peccandi.

IV. PRÆT. Quod non licet fidelibus, nec infidelibus. Sed fidelibus subiectis Iuliano Imperatori non licebat bellare contra fideles, vt dicitur in decreto 11. q. 3. cap. Iulianus. Ergo multo minus infidelibus A licet hoc. Ergo &c.

PRÆT. Excommunicatus, & infidelis parificantur, quia vterq; est præcisus ab ecclesia. Sed secundum iura nemini licet excommunicatum ponere loco sui in iudicio, quia non licet excommunicato in persona propria in iudicio comparere. Ergo nec Principi fideli licet ponere infidelem pro tuenda Republica, cui præest. V.

PRÆT. Secundum iura bella, & causæ parificantur. Sed nemini licet in iudicijs, seu causis vti testibus falsis, & illicitis. Ergo nec in bellis hominibus infidelibus. VI.

B PRÆT. Secundum iura, ad bella requiruntur thesauri, & personæ bellantes. Sed non esset licitum in bellis vti thesauris illicitè acquisitis. Ergo nec personis infidelibus. VII.

PRÆT. Secundum iura, militia non potest cadere in infidelem. Sed in bellis vtendum est maximè militibus. Ergo &c. VIII.

PRÆT. Infideles sunt membra diaboli, sicut fideles Christi Domini. Sed non licet vti auxilio diaboli, quia hoc nõ posset esse sine pacto interueniente, vel aliquo honore, vel seruitio ab homine diabolo exhi-C bito, quod est omnino illicitum Christiano, secundum illud Apost. 1. ad Corinth. 10. [Nolo vos socios fieri dæmoniorum.] Ergo nec licet vti auxilio infidelium, qui sunt membra diaboli. IX.

PRÆT. Homo non debet esse causa mali, vt vitet quodcunq; malum, cuius non est causa; sicut homo non debet procurare abortum mulieris, etiam si deberet mori mulier, quia mortis pueri esset causa; mortis autem mulieris non est causa, sed infirmitas eius. Sed si Princeps non defendit Rempublicam contra inuadentes, non est D causa mali Reipublicæ ipse, sed inuasor. Admittendo autem infideles est causa alicuius mali, quod inde sequitur. Ergo &c. Probatio minoris. Aut in tali pugna infideles succumbunt, & cũ frustra eos admisit; X.

aut vincunt, & tunc fideles victi sunt eorum serui; quia à quo .n. quis superatus est, huius, & seruus est, vt dicitur 2. Petri 2 Et Philosophus etiam dicit 1. Politicæ, quod est malum, & irrationabile, & periculosum, quia per talem seruitutem de facili auerteretur à fide; seruus enim de facili sequitur voluntatem domini, cuius mali, Princeps talis esset causa. Ergo &c.

XI. PRÆT. Qui vtitur scienter instrumento falso peccat. Ergo à simili, qui vtitur auxilio hominis infidelis, & falsi peccat. Ergo &c.

XII. PRÆT. Scandalizare fidelem est peccatum, secundum illud Matthæi 18. [Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis minimis, qui in me credunt, expedit ei vt suspédatur mola asinaria in collo eius, &c.] Et simile habetur Marci 9. [Sed inducere tales infideles non videtur posse esse fine scandalo fidelium. Ergo Princeps peccat hoc faciendo.

XIII. PRÆT. Illicitum est fideli contra infidelem in bello iniusto pugnare. Ergo etiam illicitū est infideli in quocunq; bello contra fidelem pugnare; quia omne bellū infidelis contra fidelem videtur iniustum ex parte infidelis.

XIV. PRÆT. Princeps gubernans partialem multitudinem, si inducit communes hostes totius multitudinis contra aliā multitudinem partialem oppositam ad defendendam suam partialem multitudinem, reputatur secundum iura transfuga, & proditor Principis gubernantis totam multitudinem, vt apparet de tribuno vocante hostes Imperatoris, contra hostes multitudinis partialis, quam defendit, & gubernat. Sed Saraceni sunt hostes totius Ecclesiæ multitudinis, quia secundum iura hostes communes sunt; quibus populus Romanus bellum indixit, vel è conuerso, qui populo Romano bellū indixerunt; secundum autē legem Mahumeti, Saraceni debent continuo impugnare Christianos; Christiani ēt habent actu guerram cum eis, propter terras Christianorum, quas occupant iniustè; omne autem Regnum Christianorum est pars multitudinis Ecclesiæ. Ergo non licet Regi cuicunq; Christiano admittere Saracenos contra alios Christianos.

XV. PRÆT. Secundum iura, dans occasionem, quod spolia Romanorum capiantur, committit crimen læsæ maiestatis; sed Barbari, idest extranei fidelibus sunt infideles; omnes autem Romani dici possunt, qui subsunt Romano Pontifici; admittens autem infideles contra fideles, dat occasionem, quod bona fidelium capiantur ab infidelibus. Ergo &c.

XVI. PRÆT. Imperator introducens medicum infidelem, etiam in casu necessitatis, peccat secundum iura. Sed bonum Imperatoris est bonum commune. Ergo à similí non licet admittere etiam in casu necessitatis infidelem ad defendendam Rempublicam fidelium. A

PRÆT. Introducens aquam illicitam priuatur aqua licita, quam alius tenetur ex seruitute ducere per agrum eius, secundum iura. Ergo à simili, admittens infidelem ad pugnandum contra fidelem meretur perdere dominium licitum, quod habet supra fidelem. XVII.

PRÆT. Prabere arma Saracenis, quibus possint impugnare Christianos est illicitum. Sed propter quod vnumquodq; tale, & illud magis 1. Poster. Ergo multo magis peccat dans infidelibus auctoritaté pugnādi contra fideles. XVIII.

Pro parte Opposita.

SED CONTRA. Necessitas, vt communiter dicitur, non subijcitur legi, & facit illicitum, quod aliàs licitum non esset, vt patet in furto, rapina, homicidio, & huiusmodi. Sed talis Princeps fidelis videtur necessitati subiectus, si supponitur habere defectum necessariæ gentis fidelium. Ergo in tali casu licet sibi pro defensione Reipublicæ fidelium assumere stipendiarios infideles. I. B

Præterea. Videtur, quod liceat sibi hoc, etiam si nullum talem defectum patiatur, quia quod est imperfectionis, melius, & congruentius fit per imperfectos, quam per perfectos. Sed bellare est imperfectionis, vnde prohibetur viris perfectis, vt Epis, Clericis, & huiusmodi, Causa 23. q. 8 per totam, infideles autem sunt imperfecti respectu fidelium. Ergo &c. II.

Præterea. Perfectio voluntatis creatæ consistit in conformitate ad diuinam volūtatem; sicut omnis regulabilis ad suam regulam, quia primum est in vnoquoq; genere, quod est regula aliorum, vt patet ex 10. Metaphysicæ. Sed Deus punit malos homines in inferno per dæmones, quos posset punire per Angelos si vellet. Ergo si ēt habeat fideles bonos sibi subiectos, debet expugnare malos iniustè inuadentes Rempublicam per infideles malos. III. C

Præterea. Per illos debet Princeps defendere Rempublicam magis contra inuadentes, quos præsumit feruentius debere pugnare contra ipsos. Sed probabiliter præsumitur, quod infidelis pugnet contra fidelem feruentius, quam fidelis; quia maior inimicitia est infidelium contra fideles, quā fidelium inter se. Ergo contra fidelem iniustè Rempublicam inuadentem, melius defendetur per infidelem, quam per fidelē Respublica, & per consequens per tales potius, quam per fideles debet Princeps fidelis tueri Rempublicam. IV. D

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. In hac quæstione sic videtur procedendum. Primo quæ-

quædam præmittenda sint propter declarationem tituli quæstionis. Secundo, probandæ sunt conclusiones ad hanc quæstionem pertinentes.

PVNCTVM I.

Præmittuntur nonnulla ad declarationem tituli quæstionis.

primum notandum. QVANTVM ad primum præmitto quatuor. Primum est, quod gens necessaria Principi, potest quantū ad præsens pertinet, intelligi dupliciter, scilicet, vel gens aliqualiter ad eum pertinens, hoc est sibi subiecta, vt videtur accipi necessarium, secundum illud Iob. 6. [Necessarij quoq; mei recesserūt à me,] idest mei propinqui, vel qualitercunq; ad me pertinentes, vnde sequitur [Fratres mei præterierunt me] vel gens necessaria vtilis ad aliquem finem intentum, vtpotè in proposito ad tuitionem Reipublicæ, sicut accipitur necessarium, idest vtile, 5. Metaphysicæ cap. de Necessario, & 2. Physicorum dicitur, quod cibus est necessarius ad vitam, & equus ad iter, idest vtilis.

Not. 2. Secundo est intelligendum, quod per defectum gētis necessariæ, potest intelligi, vel gens non sufficiens ad defendendum Rempublicam, vel gens fidelis sufficiens ad tuēdum Rempublicam, quamuis non sit bellicosa sic, sicut gens infidelium, & per consequens sit respectu eius quantum ad artē militarem defectuosa, siue talis gens fidelis sit subiecta Principi, siue non.

Not. 3. Tertio est intelligendum, quod quæstio hæc intelligitur de potentia iuris, & non facti, quod patet ex hoc, quod sequitur, & debeāt secundum Christianam Religionē, & cætera; sicut dicunt Iuristæ, illud possumus, quod de iure possumus.

Not. 4. Quarto est intelligendum, quod aliquid est absolutè ex genere suo bonum, quod est illicitum propter aliquam circunstantiam, vtpotè, quia prohibitum, vt comedere carnes in Quadragesima: vel propter scandalum: vel aliquod magnum malum, quod inde sequitur; sicut punitio peccatorum, vbi timetur schismatis periculum, propter quod tunc à peccatorum punitione cessandum est, vt Augustinus docet in lib. 3. contra Epistolam Parmeniani; & sicut correctio fraterna, quæ est quidam actus virtuosus, & eleemosyna spiritualis, interdum ex charitate dimittitur ad euitandum aliorum scandalum, vt Augustinus docet 1. de Ciuitate Dei cap. 9. vel propter aliquam circunstantiam facientis sicut reseruare cibum in crastinum est de se licitum, & tamen esset peccatū ei, qui hoc faceret, quia diffideret de diuina prouidentia, & ex toto inniteretur in regimine propriæ vitæ suæ prudentiæ: vel quia per alium melius, & A congruentius fieret, sicut mulieri, vel laico baptizare præsente Sacerdote, vt Isidorus dicit 2. libro de Officijs cap. 24. & habetur de Consecratione, Distinctione 4. Cap. constat, & duobus sequentibus: & sicut benedictio Episcopalis, vel Sacerdotalis præsente Archiepiscopo, vel alio superiore, quia, sine vlla contradictione, quod minus est à meliore benedicitur, vt docet Apostolus Hebr. 7.

PVNCTVM II.

Statuuntur quinq; conclusiones respondentes quæsito.

HIS præmissis probandæ sunt quinq; conclusiones ad hanc quæstionem B pertinentes.

¶ PRIMA est, quod Regi fideli admittere infideles ad iustam defensionem Reipublicæ (vel etiam quod plus est) aduocare, non est actus de genere suo illicitus, quod multipliciter probatur. Prima conclusio.

¶ Primo, quia vti licitis medijs ad licitum finem est actus virtuosus, & licitus, cū sit actus Synderesis, vt patet 6. Ethicorum, quæ, vt ibidem dicitur, est virtus annexa prudentiæ, quæ est connexa omnibus virtutibus, vt patet ibidem. Sed vti talium auxilio ad finem prædictum est vti licitis medijs ad licitum finem. Ergo &c. Maior declarata est. Minor etiam quantum ad vnam partem est clara, .s. quod defensio Reipublicæ sit finis licitus, & debitus. Prima probatio.

Sed quātum ad aliam partē, .s. quod mediū tale sit licitum, idest, quod sit licitum infi- C delibus auctoritate Principis pugnare contra quoscunq; pro defensione prædicta probatur tripliciter.

Primo, per diffinitionem iusti belli (quæ est Isidori 18. Etymolog. c. 1. & habetur causa 23. q. 2.) Iustum bellum est, quod ex edicto, .s. Principis geritur de rebus repetendis, aut propulsandorum hostium causa. Ex quo concludi potest, quod ad iustum bellum hęc duo solum requiruntur, .s. auctoritas Principum, & finis debitus à bellante. Et hoc expressè dicit Fr. Thomas 2. 2. quæst. 40. art. 1. Sed hic ponitur auctoritas Principis, & debitus finis intentus, .s. defensio Reipublicæ. Ergo non est peccatū talibus infidelibus in tali bello bellare, quantum est ex genere suo. Probatio minoris tripliciter. Primo.

Præterea. Actus virtuosus, & licitus ex genere suo non est illicitus infideli propter D suam infidelitatem, vt dare eleemosynam, & huiusmodi, aliàs infidelis nunquā posset ante gratiam disponere se ad gratiam,* quia per peccatum nullus disponitur ad gratiam, imò magis redditur indispositus, nec Daniel consuluisset Nabucdonosor in- fideli, Secundo.

* intellige adiutus supernaturali auxilio, vt aliàs cōstat ex mēte Au

ctoris q. 5. puncto 1. concl. 3. fideli, & idololatræ, Dan. 4. [Quãobrem Rex consilium meũ placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime.] Sed pugnare pro Republica est actus virtuosus, & licitus ex genere, .s. actus fortitudinis, vt patet tertio Ethicorum. Ergo non est illicitus infideli propter suam infidelitatem, imo bonus bonitate moris, si intendit iustam defensionẽ Reipublicæ fidelium, sicut potest intendere, cum amor iusti, & honesti videatur esse naturalis, nec culpa tollit naturam maximè viatori; sicut etiam infidelis dando eleemosynam potest intendere finem laudabilem, & honestum, .s. subuenire indigenti, quamuis nullus eius actus possit vitæ æternæ esse meritorius.

Tertio. Præterea. Bonum commune fidelium est melius, & diuinius bono priuato (& specialiter infidelis) vt patet ex prologo Ethicorum. Sed auctoritate legis licitum est cuilibet, etiam infideli bellare contra iniustè inuadentem, & occidere: & quia secũdum iura, vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ, quilibet etiam infidelis debet potius vitam propriam, quã alterius velle, & procurare, & per cõsequẽs ipsam tueri in occidendo iniustè inuadentem. Ergo multo magis licet infideli auctoritate Principis, qui est lex animata, vt patet 5. Ethicorum, etiam contra fideles iniustè inuadentes, tueri Rempublicam fidelium. Et sic probata est tripliciter minor prædicta, & sic sequitur conclusio, .s. quod Principi licet vti talibus stipendiarijs ad defensionem Reipublicæ.

Secunda probatio. ¶ Præterea secundo ad principale. Licet alicui vti ad bonum proprium malo alterius, quod est etiam malum ex genere. Ergo multo magis bonum ex genere, quod per consequens est bonum infideli, vt probatum est, licet vti ad bonum commune, .s. Reipublicæ conseruandum. Consequẽtia patet, quia bonum commune est præferendum bono priuato, & magis est licitum bono alterius vti ad rectum finem, quam eius malo.

Antecedens probatur tripliciter. Antecedens probatur tripliciter, quia secundum Augustinum in Epistola ad Publicolam, & est in distinct. 39. tertij Sentent. Si quispiã per falsos Deos iurauerit, & fidẽ nõ seruauerit, bis vtiq; peccauit, quia, & iurauit per quos non debuit, & contra pollicitam fecit fidem; qui autem vtitur fide illius, quem constat iurasse per falsos Deos, & vtitur ad bonum, & non ad malũ, non peccato illius se sociat, qui per dæmonia iurat, sed bono pacto eius, qui fidem seruauit. Ex quo apparet, quod iurans per falsos Deos peccat, non autem qui ad bonum suum eius vtitur iuramento.

2. Et præterea ad idem. Accipiens aliquid mutuo ad vsuram ab eo, qui paratus est omnibus sic mutuare non peccat, dummodo eum ad sic mutuãdum non inducat,

A & tamen sic mutuans peccat, non autem, qui peccato eius ad bonum suum vtitur. Ergo licet malo culpæ alterius vti ad bonũ proprium.

Vnde, & Deus vtitur omnibus peccatis ad aliquod bonum, cum secundum Augustinum in Enchirid. c. 11. Deus ex quolibet malo eliciat bonum aliquod: omnis autem perfectio voluntatis creatæ consistit in cõformitate ad diuinam voluntatem; sicut, & omne regulabile in conformitate ad suam regulam. Et sic antecedens tripliciter probatum est. 3.

¶ Præterea tertio ad principale. Magis videtur licitum, vel saltem non minus infideli pugnare pro vtilitate Reipublicæ fidelium, quam fideli pro vtilitate Reipublicæ infidelium; & quia bonum commune fidelium est finis melior, & per consequens magis licitè intentus, quam bonum commune infidelium, & magis est licitum, & rationabile infidelem subiacere tanquam stipendiarium fideli, quàm è conuerso. Sed 1. Reg. 27. Dauid legitur pro vtilitate Reipublicæ infidelium Philistinorum pugnasse contra diuersos, iuuans Achis Regem infidelem. Ergo è conuerso licet Regi fideli vti auxilio infidelium ad defensionem Reipublicæ fidelium. Tertia probatio.

B

¶ Præterea. Genesis 14. Abram legitur cum Mambre Aner, & Eschol, & cum eorum auxilio pugnasse contra quatuor Reges, qui Loth nepotem eius ceperant; illi autem, probabile est, quod essent infideles, quia, vt cõmuniter dicitur, cultus vnius Dei erat tantum tunc in vna familia, .s. Abram (quamuis de aliquibus, vt de Iob, & similibus, quos scriptura exprimit verius dicerem, quod essent cultores vnius Dei.) Ergo multo magis propter bonum commune fidelium licet vti auxilio infidelium. Vnde & Fr. Thomas 2. 2. quæst. 10. art. 9. dicit expressè, quod si necessitas subsit, licet fidelibus cõmunicare infidelibus non excommunicatis, vt Iudæis, Saracenis, & huiusmodi. Ex quo patet, quod si est actus bonus ex genere, & necessitas subest, Princeps (cui commissa est cura Reipublicæ) potest de iure, & debet secundum Christianam Religionem vti talium auxilio ad finem prędictum exemplo ipsius Abram. Sic etiam cui incumbit cura Reipublicæ, tenetur ex præcepto facere, quod omnino Reipublicæ expedit. Quarta probatio.

C

§

D ¶ Secunda conclusio est, quod si potest habere gentem fidelem sibi subiectam, vel extraneam sufficientem ad defensionem Reipublicæ, non licet habere gentem infidelem etiam magis bellicosam, quod põt probari multipliciter. Secunda cõclusio.

Primo, quia ille, cui incumbit cura Reipublicæ, Probatio prima.

publicæ, non debet assumere ad eius defensionem eos, qui probabiliter nō præsumūtur velle, & procurare bonum eius, post positis alijs, qui præsumuntur eius bonum velle, & procurare, quia hoc faciendo exponeret Rempublicam periculo. Sed fideles subiecti, vel extranei præsumuntur velle, & procurare bonum Reipublicæ fidelium, nō autem infideles, qui sunt hostes fidei, & communitatis fidelium. Ergo &c.

Cōfirmatio 1. Et confirmatur ratio dupliciter. Primo, quia plus distat fidelis ab infideli extraneus à subdito; sed si potest defendere Rempublicam per sibi subiectos sufficienter, malè faceret admittendo extraneos, quia subiecti magis præsumuntur velle, & procurare bonum Reipublicæ propriæ, quam extranei. Ergo si potest habere fideles, malè facit assumendo infideles.

Cōfirmatio 2. Secundo, quia communiter dicitur, ꝙ fidelis non debet contrahere cum infideli, quia per talem contractum impeditur bonum prolis educandæ ad cultum Dei, non enim præsumitur infidelis ad verum cultū Dei prolem inducere, imò magis retrahere. Ergo, cum bonum commune sit diuinius, & melius bono priuato, vt patet in prologo Ethicorū, multò magis Princeps, si potest habere subiectos fideles sibi, vel extraneos ad defendendum Rempublicā, non debet admittere infideles.

Probatio secunda. Præterea. Quod potest cedere in verecundiam, & infamiam fidelium, & per cōsequēs fidei, maximè debet cauere Princeps fidelis, salua defensione Reipublicæ. Sed vti auxilio taliū videtur cedere in infamiā, & confusionem, & in verecundiam fideliū apud infideles, quia per tale factum possent probabiliter credere infideles, quod fideles non sufficiant ad tuendam suam Rempublicam propter ipsorum impotentiam, vel infidelitatem ad dominum suum. Ergo, si Princeps fidelis potest habere fideles quoscunq;, & per consequens non patitur necessitatem, non debet admittere infideles, cū debeat velle, & procurare bonum fideliū, & specialiter bonum famæ, secūdum illud Apost. ad Rom. 12. [Prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus.]

Probatio tertia. Præterea tertio ad principale. Principi fideli est propter aliorum exemplum vitanda omnis familiaritas, & amicitia cum infidelibus, nisi necessitas vrgeat; vnde 2. Paralipomenon 19. dictum est per Iehu Prophetam Iosaphat Regi fideli [His, qui oderunt dominum, amicitia iungeris, idcirco iram domini merebaris.] Sed vti auxilio aliquorum ad tuendam Rempublicam, non potest esse sine aliquali familiaritate, vel amicitia cum eis, vel saltē sine aliquali commercio familiaritatis ipsorum. Ergo si non patitur defectum fidelium, non debet vti infidelibus.

Cōfirmatio. Et confirmatur ratio, quia Apostolus interdicit A omnem communicationem cum infidelibus, dicens 2. ad Corinth. 6. [Nolite iugum ducere cum infidelibus] scilicet cuiuscunq; societatis, & subdit, [quæ enim participatio iustitiæ cū iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras, quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?] Vnde & communis doctrina habet, quod, nisi necessitas cogat, fidelis non debet infidelibus communicare, non excommunicatis, vt Saracenis, Paganis, & huiusmodi, vide Thomam 2. 2. q. 10. art. 9.

Probatio quarta. Præterea. Irrationabile, & incongruum videtur, infidelem quamcunq; præminentiam habere super fidelem, & per consequens (nisi magna necessitas incumbat) hoc est omnino vitandum, vnde Apostolus 1 ad Corinth 6. prohibet fidelibus in iudicio B contendere coram iudice infidele dicens; [Audet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos,] idest apud infideles, & non apud fideles, vt communiter exponitur. Et Ecclesia interdicit omne dominiū, & prælationem nouam infidelium super fideles 5. libro Decret. extra de Iudæis, & Saracenis; vigentes enim intellectu debent habere præminentiam super cæteros, vt patet 1. Politicæ; in infidelibus autem est defectus rationis rectæ, sed defensantes Rempublicam habent quandam preminentiam super cæteros, ad quos Respublica pertinet; omne enim dependens subijcitur ei, à quo dependet sm̄ quod huiusmodi, res autem publica, & per consequens illi, quorum est, dependent quodammodo à defendentibus eam contra inuadentes; sicut & in naturaC libus irascibilis, quæ est quodammodo defensatrix, & propugnatrix concupiscibilis est perfectior potentia, quam ipsa, & quodammodo ei præminet, & similiter fortitudo temperantiæ in moralibus; vnde Philosophus dicit 1. Rhetoricæ, necesse est maximas esse virtutes, quæ sunt alijs honoratissimæ, siquidem est virtus potentia benefactiua, propter hoc fortes, & iustos maximè honorant. Ergo nisi necessitas vrgeat, non est congruum, & rationabile, & per consequens, nec licitum Principi fideli vti infidelium auxilio ad defensionem Reipublicæ; sic igitur cum non sit probabile, quod Rex fidelis non possit habere stipendiarios fideles sibi subiectos, vel extraneos sufficientes ad defensionem prædictam; videtur omnino sibi vitandum, tanquam illicitum, & peccatum, habere stipendiarios D infideles, etiam magis bellicosos.

§

Tertia conclusio. ¶ Tertia conclusio est, quod non liceret talē gentem infidelem assumere ad tui-

tionem Reipublicæ, vbi esset hoc prohibitũ à Deo, vel Ecclesia, sicut fuit filijs Israel, Deuteronomij 7. [Non inibis cum eis (.s. infidelibus) fœdus,] Vel de diuino auxilio diffidendo: facere enim contra præceptum cuiuscunq; potentis præcipere, est peccatũ mortale, & per consequens illicitum. Et similiter confidere præcisè in humano auxilio, diffidendo de diuino, vnde, & tales malediciuntur à Deo, Ierem. c. 17. [Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, &c.]

Probatio prima.

Secunda probatio.

Et præterea. Tales leguntur à Deo puniti, & similiter præstantes eis auxilium. Ergo &c. Et hoc est, quod legitur 23. q. 3. Legitur in Isaiæ c. 18. & duobus sequẽtibus capitulis, Ægyptus à Nabucdonosor deuastata, quia filijs Israel contra Assyrios defensionis auxilium promisit; ipsi etiam Iudæi captiui ducti sunt, scilicet 4. Regum vltimo; quia spem liberationis non in Deo, sed in hominibus posuerunt. Posset etiam probabiliter dici hoc esse prohibitũ, lib. 5. Decr. extra de Iudæis, & Saracenis, & eorũ seruis, Cap. Ita quorũdam, &c. vbi sub pœna excommunicationis prohibetur omnibus fidelibus, vt non præbeant arma infidelibus, quibus possint impugnare Christianos. Ergo multo magis prohibetur, quod detur auctoritas eis à quocunq; Principe pugnandi contra Christianos, quia propter quod vnumquodq; tale, & illud magis, vt dicebatur in arguendo.

§

Quarta conclusio.

¶ Quarta conclusio est, quod si timeretur aliquos fideles qualicunq; infidelitate infici posse ex talium in Regno suo cõuersatione, non liceret hoc etiam facere. Quod apparet primo, quia secundum rectum ordinem charitatis bonum spirituale proximi est præferendum bono temporali suo, vel alterius. Sed bonum fidei est bonum spirituale, imo fundamentum totius spiritualis ædificij; pax aũt, vel dominium Regni cuiuscunq; pacificũ est bonum temporale. Ergo &c. Secundo, quia filijs Israel fuit hoc prohibitũ, quia, scilicet erant proni ad idololatriam, vt communiter dicitur, vnde sequitur in Deuteronomio 7. post illa verba allegata, Non inibis cum eis fœdus, [Quia seducet filium tuũ ne sequatur me, & vt magis seruiat dijs alienis.] Ergo pari ratione quibuscunq; alijs esset hoc illicitũ. Tertio, quia, vt supra dictum est, etiam correctio fraterna est propter scandalum dimittenda, quæ non est minus bona, quam tuitio temporalis Reipublicæ. Ergo &c. Et hoc exprese dicit Fr. Tho. 2. 2. q. 2. art. prædicto.

Probatio. Prima.

Secunda.

Tertia.

§

Quinta conclusio.

¶ Quinta conclusio est, quod non liceret talium auxilio vti, vbi timeretur probabiliter dominium infidelium super fideles, A
quod probabile esset sequi, si tot talium infidelium assumeret, quot possent dominiũ vsurpare. Appetitus enim dominij videtur esse multum naturalis, nisi quantum refrenaret aliqua ratio recta, quæ non supponitur esse in infidelibus. Vnde probabile est, quod si possent, vellent, & per consequens vsurparent sibi dominium super fideles. Quod autem non solum stultè, sed etiam illicitè tot assumeret, patet, quia, quod licitum est ex genere, dimittendum est propter maius malum; quod inde præsumitur posse sequi, vt patet ex prædictis. Sed maius malum est dominium infidelium super fideles, ad quod de facili sequitur auersio fidelium à fide, quia seruus de facili sequitur voluntatem Domini, quàm quæcunq; expugnatio Reipublicæ fidelium facta à fideli Principe, vel etiam Tyrannis Principis B
fidelis super fideles inuasos, & expugnatos. Ergo &c.

Ex quo etiam cõcludi potest, quod dicebatur in secunda conclusione, quia si non licet solos ipsos infideles assumere ad defensionem Reipublicæ fidelium propter periculum dominij, quod vsurpare possent; nec etiam expedit assumere eos cum fidelibus simul si possint fideles haberi sufficientes subiecti domino, vel extranei, quia virtus vnita fortior est seipsa diuisa; maxima autem diuisio videtur esse inter infideles, & fideles, maior, quàm inter fideles subiectos, & extraneos. Ergo nullo modo licet assumere infideles ad finem prædictũ, si fideles haberi possunt sufficientes vndecunque: quia Princeps cui incumbit cura Reipublicæ, debet bonum eius procurare C
meliori, & tutiori modo, quo potest, & vitare malum oppositum: maximè autem videtur cauendum in talium Saracenorum auxilio confidere Principi, cuius progenitores Saracenis aliquod nocumẽtum intulissent, vel in terra propria aliquam ciuitatem destruendo, vel in terris ipsorum eas inuadendo, quia cum omnes vbicunque sint, æstiment se vnum populum, probabile est, quod vindicarent libenter in filio, quod gens ipsorum vbicunq; alibi ab eius progenitoribus passa est. Et probabile est, quod hoc faciendo, æstimarent se obsequiũ præstare Deo, & Mauhmeto. Nec est præsumendum, quod tali Principi bonum procurarent, & per consequens est à tali Principe maxime habendum suspectum. & vitandum eorum consortium.

D

Soluuntur Argumenta initio proposita.

A D primum ergo factum in oppositũ. Dicendum, quod Apostolus in verbis illis interdicit Corinthijs de nouo conuersis ad fidem de gentilitate, communicationem AD I.

cationem cum infidelibus gentibus propter periculum auersionis à fide, vnde dicebat eisdem prima ad Corinthios quinto, [Nescitis, quia modicum fermentum totá massam corrūpit?] & in tali casu, vbi scilicet hoc timeretur, non debet Princeps fidelis infideles ad sui auxilium admittere, vt supra dictum est. Vel dicendum, quod interdicit fidelibus communicationem cum infidelibus, vbi nulla necessitas incumbit communicandi eis, cuius contrarium supponitur in proposito.

AD II. Ad secundum dicendum, quod filijs Israel fuit prohibitum cōfoederari infidelibus idololatris, quia, vt communiter dicitur, erant proni ad idololatriam, & vbi aliquid tale timeret Princeps imminere populo sibi subiecto, propter nullam necessitatem imminentem liceret sibi infideles ad fidelium consortium admittere, vt patet ex 4. conclusione probata superius.

AD III. Ad tertium dicendum, quod, quamuis nullus actus deliberatus in singulari sit indifferens, quin scilicet sit bonus, vel malus moraliter, aliquis tamen pôt esse, nec meritorius vitæ æternæ, nec demeritorius, siue peccatum, vt actus bonus ex genere: sicut dare eleemosynā, vel pugnare in bello iusto, si sit exercitus ab infideli bona intētione, vtpotè ad subueniēdū indigenti, vel defendendo Rēpublicam in bello iusto, vel in sustētādo se per stipendia in bello iusto accepta, vt in prima cōclusione est supra probatum. Et per hoc patet ad confirmationem.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod fidelibus subiectis Iuliano Apostatæ non licebat bellare contra fideles, quos iniustè Iulianus propter fidem expugnabat: in bello autem iusto ex parte Iuliani, & iniusto ex parte fidelium, vtpotè si iniustè fideles impugnassent Rempublicam licuisset fidelibus, & infidelibus pugnare contra fideles, & sic supponitur in proposito, vt patet ex titulo quæstionis.

AD V. Ad quintum dicendum, quod excommunicato est prohibitum in iudicio, loco alterius comparere, & per consequens nemini licet ipsum in iudicio loco sui ponere, quia in hoc faceret ipsum transgredi, quod est ei prohibitum. Sed infidelibus non legitur prohibitum pro tempore nouę legis Rempublicam fidelium tueri, etiam contra aliquos fideles eam iniustè impugnantes, nec etiam Principi fideli eos ad hoc admittere: si tamen esset hoc prohibitum per Ecclesiam, hoc non liceret, & ideo non est simile.

AD VI. & VII. Ad sextum dicendum, quod licet infideles sint mali in se, possunt tamen licitè auctoritate Principis bellare ad tuendum Rempublicam iustè, & sic erunt liciti bellantes, vt in prima conclusione supra probatum est. Et per hoc etiam patet responsio ad septimum.

A Ad octauum dicendum, quod licet militia, quantum ad priuilegia à iure concessa militibus, non possit habere locum in infidelibus, tamen non est inconueniens esse eos sufficientes, etiam licite ad tuendam Rempublicam, vt supra declaratum est. AD VIII.

Ad nonum dicendum, quod, vt communiter dicitur, & tangitur etiam in arguendo, non est licitum vti auxilio dæmonis, tum quia diabolus non auxiliatur, nisi habēti cum ipso aliquod pactum tacitum, vel expressum, & exhibēti ei aliquem honorem indebitum, vel obsequium indebitum, quod sine peccato idololatrię esse non potest, tum quia supponitur in tali auxilio, quantum potest intendere damnationem eius, cui auxiliatur: homo autem potest sine omni peccato idololatriæ B vti auxilio infidelis. Nec est necesse infidelem viatorem in omni actu præstituere sibi finem malum, vt in prima conclusione declaratum est, & ideo non est simile de diabolo, & infidelibus, quamuis sint mēbra diaboli, alioquin idem esset dicendum de omnibus malis, quorum omnium diabolus caput est, vt dicit Gregorius in homilia 40. AD IX.

Ad decimum dicendum, quod victi à stipendiarijs non sunt serui eorum: sed eius, cuius auctoritate pugnant stipendiarij; ipsi autem stipendiarij debent esse contenti stipendijs suis, secundum doctrinam Ioannis Baptistæ datam eis Lucę 3. [Estote contenti stipendijs vestris,] victoria enim ascribēda est magis Principi, cuius imperio mouentur stipendiarij, quam stipendiarijs ipsis, qui enim per alios facit per se ipsum C facere videtur; auctoritate enim Principis stipendiarij prædantur. Si tamen timeretur, quod ex tali victoria infideles vsurparent dominium super fideles, non liceret Principi fideli assumere stipendiarios infideles, vt in quinta conclusione declaratum est. AD X.

Ad vndecimum dicendum, quod licet infideles sint mali, quantum ad fidem, possunt tamen esse boni moraliter, quantum ad aliquem actum bonum ex genere, cuiusmodi est pugnare in bello iusto, & ideo vti eorum auxilio, quantum ad talem actū, vbi necessitas imminet, non est peccatum, vt in prima conclusione declaratum est. AD XI.

Ad duodecimum dicendum, quod vbi timetur ex talium infidelium admissione posse sequi quodcunque scandalum, idest, spiritualem casum aliquorum in peccatū, D non licet vti eorum auxilio, vt in quarta, & quinta conclusione supra declaratum est. AD XII.

Ad tertiumdecimum dicendum, quod bellum infidelis contra fidelem potest esse ex parte infidelis iustum, & licitum, quando scilicet ex parte fidelis est iniustum. & AD XIII.

ſic ſupponitur in propoſito, vt patet ex titulo quæſtionis.

AD XIV. Ad quartumdecimum dicendum, quod ſecundum iura licet in bello iuſto introducere hoſtes totalis multitudinis contra multitudinem partialem, ſi neceſſitas incumbit, dummodo non introducantur vt hoſtes totalis multitudinis, ſed vt bellicoſi ſtipendiarij, nec iſta introductio fit in præiudiciũ eius, qui præeſt totali multitudini, ſed in defenſionem iuſtam partialis multitudinis.

AD XV. Ad decimumquintum dicendum, quod dans infidelibus auctoritatẽ pugnandi contra fideles, non dat eis occaſionem accipiẽdi ſpolia fidelium expugnatorũ, quia, talia ſpolia, videtur, quod debeant eſſe Principis, cuius auctoritate pugnant; ipſi autem debent eſſe contenti ſtipendijs, vt ſupra dictum eſt. Si tamen Princeps daret eis auctoritatem accipiendi ſpolia hoſtium, dicẽdum eſſet ad argumentum, quod peccat dans eis occaſionem accipiendi ſpolia fidelium, niſi pugna eſſet pro fide, vel qualitercunq; iuſta ex parte fidelium.

Ad XVI. Ad ſextumdecimum dicendum, quod, ſecundum veriorem opinionem, Princeps in caſu neceſſitatis introducens medicum infidelem, pro cura corporis ſui, non peccat; quia neceſſitas legi non ſubijcitur, & de non licito facit licitum.

AD XVII. Ad decimumſeptimum dicẽdum, quod introducens aquam illicitam peccat, & idcirco meretur priuari aqua licita, ad quam alius ex ſeruitute tenetur. Sed introducens in caſu neceſſitatis infideles, pro iuſta defenſione Reipublicæ, non peccat, vt ſupra declaratum eſt, & ideo non eſt ſimile.

Ad XVIII. Ad decimumoctauũ dicendũ, ꝙ ſi in illa prohibitione, qua prohibetur fideli vẽdere, vel dare arma Saracenis, includitur prohibitio dandi eis auctoritatem pugnandi contra fideles iuſte, vel iniuſte inuadentes Rẽpublicam fidelium aliquorum, ſicut probabiliter poſſet accidere, aſſumere fideles ſtipendiarios ad defenſionem iuſtam Reipublicæ fidelium eſt illicitum, non quia ſit de ſe malum, ſed quia prohibitum. Vel dicendum, quod fideles prohibentur præbere arma infidelibus, quia præſumuntur cum eis impugnare fideles, vt fideles ſunt; non autem hoc eis prohiberetur, ſi præſumeretur, quod, cum eis haberent tueri Rempublicam fidelium contra iniuſtè inuadentes quoſcunq;.

* * *

A

Solutio Argumenti ſed contra

AD I. Ad argumentum primum factum in contrarium. Dicendum, quod propter nullã neceſſitatem liceret Principi admittere ſtipẽdiarios infideles, ſi timeret aliquos fideles per infidelium conſortium auerti à fide, vel aliquod maius malum poſſe ſequi per talem admiſſionem infidelium, quam ſit periclitatio temporalis Reipublicæ, vt in quarta, & quinta concluſione ſupra declaratum eſt.

AD II. Ad ſecundum dicendum, quod bellare non licet clericis propter incongruentiam effuſionis ſanguinis ad ipſorum miniſteriũ, vt communiter dicitur, non propter ipſorum perfectionem, quia valdè perfecti viri leguntur bellaſſe, vt Abram Geneſis 14. & Dauid primo, & 2. Regum in multis lo-

B

cis. Et præterea, quamuis fideles perfectiores ſint infidelibus, non tamen omnes fideles dicendi ſunt ſimpliciter perfecti.

AD III. Ad tertium, dicendum, quod congruẽtius mali homines puniuntur in inferno à dæmonibus, quorum voluntati ſe conformauerunt in præſenti, quam per bonos Angelos. Et quia etiam ab eis in præſenti ſuperati ſunt ſecundum regulam, quæ ſcribitur 2. Petri 2. [A quo quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt;] ſed infideles iniuſte inuadentes Rempublicam fidelium, congruẽtius expugnantur per fideles, quàm per infideles; propter cauſas ſuperius dictas in ſecunda concluſione.

AD IV. Ad vltimum dicendum, quod, ſicut dicitur Eccleſiaſtici 33. [Cõtra malũ bonũ eſt, & contra mortem vita: ſic & contra virum iuſtum, peccator:] & è conuerſo per conſe-

C

quens, ſ. contra virum peccatorem iuſtus. Vnde cũ iniuſta inuaſione non minus peccet fidelis, quàm infidelis, imò magis ſecundum illud Apoſtoli Hebræos cap. 10. [Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt] non minus feruenter pugnare debet fidelis iniuſtus contra fidelẽ iniuſtum, quàm contra infidelem; vel è cõuerſo infidelis contra fidelem; non enim pugnat contra eum, vt contra fidelem, ſed vt contra iniuſtum. Et præterea feruor pugnæ maximè penſandus eſt ex fine intento in pugnante; bonum autem Reipublicæ fidelium, magis eſt præſumendũ velle, & procurare fidelis, quàm infidelis, vt ſupra in 2. concluſione declaratũ eſt.

D

QVÆ

Sequens quæstio ob defensionem Sedis Apostolicæ ab Auctore disputata est, occasione Gulielmi Okam: qui anno 1324. ex Thritemio lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, cum Michaele de Cæsenna contra Papam Ioannem XXII. eiusq; auctoritatem insurrexit, à quo hæretici sunt declarati.

QVAESTIO XXXIX

DE POTESTATE PAPAE

Vtrum Imperator, & alij Domini temporales quicunq; sint subiecti Papæ quantum ad potestatem, quam habent respectu temporalium.

Pro Parte Negatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, A quod non. Sed magis Papa sit subiectus Imperatori. Quia in Decretis dist. 23. In nomine Dñi. Expresse habetur, quod cõsensus Imperatoris requirebatur in electione summi Pontificis, & scribitur in gestis B. Gregorij, quod, cum electus esset in Papam, & conaretur subterfugere Papatum, scripsit Mauritio Imperatori, vt non præberet assensum suæ B electioni. Ergo Papa debet institui ab Imperatore, & per consequens est ei subiectus, & non è conuerso.

II. PRÆT. Dist. 96. cap. Constantinus. Legitur, quod in primo priuilegio dato per Imp. Constant. Papæ, constitutum est, vt in toto Orbe Romano Pontifices, & Sacerdotes, ita caput habeant Romanum Pontificem, sicut Iudices Regem. Ergo Papa habet potestatem ab Imperatore, etiam super Episcopos, & alios Clericos, & non C è conuerso Imperator habet potestatem à Papa.

III. PRÆT. Ibidem legitur. Quod Imperator concessit Papæ potestatẽ, & dignitatẽ Imperialem, & eius insignia. Ergo Papa habet ab Imperatore saltem potestatem, & dominium temporalium, & non è cõuerso Imperator à Papa.

IV. PRÆT. Dans tributum est subiectus recipienti, & non è conuerso. Sed Papa dat tributum Imperatori, vt dicitur 11. q. 1. c. Si tributum petit Imperator non negamus. D Ergo Papa est subiectus Imperatori, & non è conuerso.

Cõfirmatio. Et confirmatur ratio, quia Christus cuius est Vicarius Papa, & à quo habet totã suam auctoritatem, & potestatẽ soluit censum Cæsari, vt patet Math. 17.

V. PRÆT. A sententia lata ab inferiori Iudice, potest de iure appellari ad Iudicem superiorem. Sed à sententia lata ab Imperatore, vel ab alio Domino seculari non defertur appellatio ad Papam, sicut patet extra de appellation. cap. Si duobus. Ergo Imperator non est subiectus Papæ.

VI. PRÆT. 23. quæst. 4 cap. Quæsitum, dicitur, quod potestates temporales à Deo concessæ sunt. Ergo potestas temporalis est instituta à Deo, & non à Papa, & per consequens soli Deo est subiecta, & non Papæ.

VII. PRÆT. Distinctę potestates debent esse in distinctis personis, vt vna non impediat aliam. Sed potestates secularis, & spiritualis sunt distinctę, sicut habetur in Decretis distinct. 10. cap. Quoniam idem, & distinct. 96. cap. Cum ad verum, & cap. Duo quippe sunt. Ergo Papa nullam potestatem habet respectu temporalium.

VIII. PRÆT. In eodem decreto cap. Cum ad verum, dicitur Quod vltra sibi, nec Imperator iura Pontificatus arripiat, nec Pontifex nomen Imperatoris vsurpet. Ergo incongrue Papa adscribit sibi nomen, aut potestatem Imperialem, siue temporalem.

IX. PRÆT. Beatus Ambrosius dicit, & ponitur 23. quæst. 8. cap. Conuenior. Temporalia Imperatorum sunt, ad Imperatores palatia pertinent, ad Sacerdotes vero Ecclesiæ. Ergo temporalia non spectant ad potestatem. & dominium Papæ.

Pro parte Opposita.

SED CONTRA EST. Quod dicitur in Decretis dist. 22. c. Omnis siue. [Christus Beato Petro terreni simul, & cęlestis imperij iura cõcessit.] Quod non esset verum, nisi Imperator, & per consequens omnes alij Domini tẽporales essent subiecti Papæ, ẽt quantum ad potestatem, quam habent respectu temporalium.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis tria principaliter declaranda sunt. Et primum est, quod Papa est Prælatus, & Gubernator Vniuersalis totius Ecclesiæ. Secundum est, quod ipse habet potestatem spiritualem iurisdictionis plenariam super totam Ecclesiam. Tertiũ est principale quæsitum.

PVNCTVM I.

Papa est Prælatus, & Pastor Vniuersalis totius Ecclesiæ.

prima conclusio. QVANTVM ad Primum quinque conclusiones probandæ sunt. Et prima est, ꝙ in Ecclesia aliqualis vnus Prælatus debet esse Vniuersalis Gubernator totius Ecclesiæ, quæ sic probari potest.

Probatio. Omnis multitudo bene ordinata optimè gubernatur per vnum. Sed multitudo fidelium Christi, quæ est Ecclesia, est instituta à Christo, vt bene ordinata, & vt optimè gubernanda. Ergo in Ecclesia debet esse aliquis vnus Prælatus Gubernator Vniuersalis totius Ecclesiæ. Minor supponitur.

Probatio minoris. Constat enim in Ecclesia esse diuersos gradus, secundum quos Ecclesia est ordinata in membris suis inter se, & ad vnum finem vitæ beatæ, sicut & in exercitu. Est etiam duplex talis ordo, .s. partiũ exercitus inter se, & ad vnum finem victoriæ, vt patet 12. Metaphys. propter quem duplicem ordinem. Cant. 6. Ecclesia dicitur, vt castrorum acies ordinata. Constat etiam, quod multitudo fidelium, seu Ecclesia est instituta à Christo Deo, cuius perfecta sunt opera, vt dicitur Deuteron. 32. vt optimè gubernanda.

Probatio maioris. Sed maior probatur (licet sit propositio Philosoph. in 1. Politicæ) quia multitudinem ordinatã gubernant optimè, aut multi inter se discordantes in gubernando, aut multi inter se vniti, aut vnus solus.

Non potest dici primum propter duo. Primo, quia vnius, secundum ꝙ huiusmodi vnum solum est causa in eodem genere, & gradu causalitatis, sed multitudo gubernata, secundum quod huiusmodi se habet ad gubernantem, vt effectus ad causam.

A Ergo &c. Secundo, quia personæ talis multitudinis gubernatæ, aut omnes obedirent ambobus gubernantibus, inter se discordãtibus, & opposita iubentibus; & hoc est impossibile, sicut est impossibile eundem simul facere contraria, secundũ illud Matt. 6. [Nemo potest duobus dominis (.s. contrarijs) seruire, &c.] Aut omnes obedirent vni soli eorum, & tunc ille solus est dicendus Gubernator totius multitudinis, cum gubernatio inter homines sit per imperium gubernantis, & obediẽtiam gubernati. Aut quidam obedient vni, & alij alteri, & sic sequitur scissio, seu diuisio talis multitudinis, & per consequẽns tandem destructio, secundum illud Lucæ 11. [Omne Regnum in seipsum diuisum desolabitur, &c.]

Nec potest dici secundum .s. quod multitudo bene ordinata optimè regatur per

B multos inter se vnitos, quia tales non optimè gubernarent in quantum multi, quia sic gubernarent optimè, etiam si essent inter se discordantes (quod iam improbatum est, reduplicatio .n., in quantum, vel secundum quod includit dici de omni, vt patet 1. Poster.) & melius quam, si essent inter se vniti, quia tales dicendi sunt magis multi, vtpotè in personis, & volitis, quam si essent inter se vniti in volito: & si simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis. Ergo tales gubernant in quantum sunt inter se vniti. Sed propter quod vnumquodque tale, & illud magis, vt patet 1. Poster. Ergo talis multitudo melius gubernatur per vnum, quam per multos, etiam inter se vnitos.

Et confirmatur principalis conclusio, & etiam maior tripliciter. Primo, quia cum gratia, secundum Dionysium, non tollat Cõfirmatio conclusionis, & maioris tripliciter. Primo.

C naturam, sed perficiat, non minus bene debet gubernari multitudo membrorum Ecclesiæ inter se vnitorũ, per fidẽ, & gratiam Christi, quam multitudo rerum naturalium. Sed hæc gubernatur per vnum Deum, vt patet in fine 12. Metaph. vbi dicitur sic. Entia nolunt malè disponi, nec bonum pluralitas principatuum, vnus ergo Princeps. Ergo &c.

Secundo. Secundo, quia multitudo fidelium non debet minus bene gubernari, quam multitudo politica, seu ciuilis. Sed hæc optimè gubernatur per vnum, quia inter tria bona regimina, seu dominia melius est Regnum, quod est dominium vnius boni, quam Aristocratia, quæ est dominium paucorũ virtuosorum, & quam politia, quæ est dominium multorum, vt patet in multis locis Politicæ. Ergo &c.

D Tertio. Tertio, quia habere vnum gubernantẽ promittitur à Deo pro munere Ecclesiæ in multis locis sacræ Scripturæ, secundum Ezechiel. 34. cap. [Suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas seruum meũ Dauid.] Et Oseæ 1. [Congregabuntur filij

Iuda,

Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum, &c.] & Ioan. 10. [Fiet vnum ouile, & vnus pastor,] & in multis alijs locis Scripturæ.

Obiectio Prima. Sed contra hanc conclusionē potest argui multipliciter. Primo, quia plura cognoscūt plures homines, quam vnus, sicut plura vident multi oculi, quam vnus oculus: sed ad gubernandum bene multum requiritur notitię intellectiuę, quia vigentes intellectu sunt naturaliter domini, & aliorū directiui, vt patet 1. Politicæ. Ergo &c.

Secunda. Secundo, quia ad coercēdos malos maximè requiritur potentia in gubernante, sed maior potentia est in multis, quam in vno, sicut plus possunt duæ manus, quam vna. Ergo &c.

Tertia. Tertio, quia ad rectum regimen maximè requiritur, vt regens non peruertatur per passiones, & concupiscentias, neque corrumpatur prece, vel pretio: sed facilius peruertitur, & corrumpitur vnus, quam multi. Ergo multitudo melius gubernatur per multos, quam per vnum solum.

Ad primam. Sed ad primam dicendum, quod notitia intellectiua est maior in multis, quam in vno de multis, sed est maior in vno habēte notitiam multorum adunatam in se, & omnes multos excedente, quam sit in talibus multis: & sic est in proposito, quia vnus gubernans multitudinem, debet eam gubernare de consilio multorū sapientum, iuxta illud Esther 1. Sapientes Regi Assuero aderant ex more Regio, & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges, ac iura maiorum. Et talium cōsilia audiendo, quasi adunat in se eorum notitiam, & tanquam vigens intellectu plusquam ipsi, debet scire discernere inter consilia eorum diuersa sibi data, quod est melius.

Ad secundā. Ad secundam dicendum, quod tanta est potentia gubernantis vnius, vel plurium, quanta est multitudinis gubernatæ potētia, quæ est maior si est vnita, quā si est dispersa in multis, quia virtus vnita est fortior se ipsa diuisa.

Ad tertiam. Ad tertiam dicendum, quod difficilius est corrumpi, & peruerti multos, quam vnum de multis; sed difficilius est corrūpi, & peruerti vnum excedentem in virtute multos, & gubernantē de consilio multorū virtuosorum, & sapientum, quam multos: & talis debet esse, vt prædictum est, vnus gubernans multitudinem: si autem spreto consilio bonorum, & sapientum adhęret consilio malorum, & stultorum, sicut fecit Roboam filius Salomonis. magis dicendus est tyrannizare, quam bene, seu rectè gubernare.

§

Secunda cōclusio. Secunda conclusio est, quod Vniuersalis Prælatus totius Ecclesię primus fuit, & est Christus, de quo licet nullus Catholicus vnquam dubitauerit, tamen ex superabundantia ad præsens probatur.

A

Probatio. Quod enim ipse sit Prælatus, & Pōtifex Ecclesiæ exprimitur in multis locis sacræ Scripturæ, præcipuè Epist. ad Heb. cap. 9. [Christus autem assistens Pontifex, &c.] & in multis alijs locis eiusdē Epistolę. Quod sit Prælatus Vniuersalis totius Ecclesiæ, dicit idem Apostolus ad Ephesios 1. [Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam.]

§

Tertia cōclusio. Probatio. ¶ Tertia conclusio probanda est, quod post Ascensionē Christi, debuit esse aliquis alius à Christo Vniuersalis Prælatus totius Ecclesiæ, quæ potest sic probari. Deus non deficit in necessarijs, multo magis, quam natura. Sed Ecclesiæ est necessaria gubernatio visibilis, nec sufficit inuisibilis multitudini, quæ non est eius capax. Igitur præter gubernationē suam inuisibilem decuit Christum, quod per aliquem vnum ministrum Ecclesiam visibiliter gubernaret.

B

Cōfirmatio. Et confirmatur ratio, quia omnia Ecclesiastica Sacramenta ipse Christus perficit, ipse .n. est qui baptizat, vt dicitur Io. 1. ipse etiam peccata remittit, ipse est verus sacerdos, qui se obtulit in ara Crucis, & eius virtute corpus eius quotidie in altari consecratur: tamen quia corporaliter non cum omnibus fidelibus præsentialiter erat futurus, elegit ministros, per quos prædicta fidelibus dispensaret. Eodem ergo modo, quia præsentiam corporalem erat Ecclesiæ subtracturus, oportuit quod alicui cōmitteret, qui loco sui, Vniuersalis Ecclesiæ gereret curam.

§

C

Quarta conclusio. Probatur ex Scripturis. Primus locus cūexpositione Patrū ¶ Quarta conclusio probanda est, quod post Christum, iste vnus Vniuersalis Prælatus, totius Ecclesiæ, primus fuit Beatus Petrus inter Apostolos. Ad quod probandū. Primo assumatur hoc, quod Matth. c. 16. Christus Dominus dixit præsentibus alijs Apostolis, soli Beato Petro [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues Regni Cælorū, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cælis] vbi dicit Glos. [Specialiter hoc Petro concessit, vt ad vnitatem nos inuitaret, ideo enim eum Principem Apostolorum constituit, vt Ecclesia vnum principalem haberet Christi Vicarium, ad quem diuersa membra Ecclesię recurrerent, si fortè inter se dissentirent, quod si diuersa capita essent in Ecclesia vnitatis vinculum rumperetur] In quibus verbis satis exprimitur ratio principalis prædicta, quę est primæ conclusionis.

D

Et Rabanus dicit super eodem loco. Qui Regē Cælorum maiori præ cæteris deuotione

tione confessus est, merito præ cæteris ipse collatis clauibus Regni Cælestis donatus ẽ.

Et Hieronymus dicit ibidem [quod cæteri Apostoli vocati sunt in partem sollicitudinis, Petrus vero in plenitudinem potestatis,] vt etiam introducitur, 2. quæst. 6. Decretorum Cap. Qui se scit.

Et Chrysostomus dicit ibidem [Filius, quæ patris est, & ipsius filij potestatem, Petro vbique terrarum concessit, & homini mortali, omnium quæ in cælo sunt, dedit auctoritatem, dando eidem claues ad hoc, vt Ecclesiam vbiq; terrarum amplificet.]

Et Maximus in Epistola Orientalibus directa, dicit. [Coadunatam, & fundatam supra petram confessionis Petri, dicimus Vniuersalem Ecclesiam, secundum diffinitiones Saluatoris, in qua de necessitate salutis animarum nostrarum est manere, & ei obedire, suam seruantes fidem, & confessionem.]

Item in Decretis dist. 21. [In nouo testamento post Christum Dominum à Petro Sacerdotalis cępit ordo, quia ipsi primo Pontificatus in Ecclesia Christi datus est. Et infra. Hic ergo ligandi, soluendiq; potestatem primus accepit à Domino. Et infra. Cæteri Apostoli ipsum Principem eorum esse voluerunt.]

Item dist. 22. [Sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Saluatore nostro primatum obtinuit. Et infra. Inter Beatos Apostolos (quędã fuit discretio potestatis, & licet omnes essent Apostoli, Petro tamẽ concessum est à Domino, & ipsi inter se, idipsum voluerunt,) vt reliquis omnibus præesset Apostolis, & Cephas, idest, Caput, & principium teneret Apostolatus, qui & eandem formam suis successoribus, & reliquis Episcopis tenẽdã tradiderũt. Et infra. Hæc vero Apostolica Sedes Caput, & vt præfatum est, à Domino, & non ab alio cõstituta est, & sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctæ Sedis Apostolicæ auctoritate omnes Ecclesiæ Domino disponente reguntur.]

Secundus locus Scripturæ.

¶ Præterea Ioan. vlt. Soli Petro, ẽt pręsente Ioanne, à Christo dicitur ter [Pasce agnos meos, & pasce oues meas,] vbi dicit Theophylus, [Christus commissionem omnium ouium mundi Petro commendat, non alij.]

Et Chrysostomus dicit ibidem. [Prætereũs Dominus alios, Petro de talibus loquitur. Eximius enim Apostolorum erat Petrus, & os Discipulorum, & vertex Collegij, vnde committit ei Prælationem fratrũ, & dicit. Si diligis me præexiste fratribus.] Et Idem dicit ad consulta Bulgarorum ex persona Christi loquens Beato Petro, [Ter te interrogo an ames, an ames, an diligas, quia ter me trepidus, & timidus negasti. Nunc autem reductus, nẽ credãt fratres gratiam, & clauium auctoritatem amisisse, quia amas me, coram ipsis id tibi iam confirmo, quod meum est plenum.] Et

A

Idem dicit super illud Matthæi cap. 18. [Quis putas maior est in Regno Cælorum? Videbant Apostoli Petrum sibi prȩferri, & honorari.] Et Idem super Ioannem homil. 85. de Christo loquens, dicit Iacobũ localiter in loco determinat, Petrũ autem totius orbis ordinat Magistrum, & Doctorem. Item super Actus Apostolorum [Petrus à filio super omnes, quæ filij est potestatem accepit, non vt Moyses in gente vna, sed in vniuerso orbe.] Item idem dicit, quod [Petrus est vertex sanctissimus Beati Apostolici Chori. Pastor bonus.]

Item Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in libro Thesaurorũ. [Sicut Christus Dux, & Sceptrum, Ecclesiæ gentium ex Israel egrediens, accepit à patre plenissimam potestatem super omnem Principatum, & Potestatem, & super omne quodcunque est, vt ei genua omnia curuentur, sic & Petro, & eius successoribus plenissimè commisit, & ideo nulli alij, quã Petro, Christus quod suum est plenum dedit, sed ipsi soli. Et infra. Christo homini tota Trinitas plenissimam dedit potestatem super omnem Principatum, vt adorent eum omnes Angeli Dei, quod totum dimisit per Sacramẽtum, & potestatem Petro, & Ecclesiæ eius. Item idem ibidem. Apostoli in Euangelijs, & Epistolis affirmauerunt in omni doctrina, Petrum esse loco Domini, & eius Ecclesiam, eidem dantes locum in omni Capitulo, & Synagoga, in omni electione, & affirmatione. Et infra cui .s. Petro omnes iure diuino caput inclinãt, & primates mũdi ei, tanquam ipsi Domino Iesu obediunt. Et infra. Itaque fratres mei si Christum imitamur, vt ipsius oues vocem eius audiamus manentes in Ecclesia Petri, & non inflemur vento superbiæ, ne forte tortuosus serpens propter nostram cõtentionem, nos eijciat, vt Euam olim de paradiso.]

B

C

§

Quinta conclusio.

¶ Quinta conclusio est, quod post Beatum Petrum, Vniuersalis Prælatus totius Ecclesiæ est Romanus Pontifex Christi Vicarius, & Petri successor, & licet satis hoc exprimant plures de immediatè prædictis Auctoritatibus, tñ ex superabundanti adducantur aliquæ aliȩ.

Probatio.

Hasoẽs auctoritatẽs lege in S. Th. opusc. cõtra errores Græc. & apud Canum lib. 6. de loc. c. 6.

Ait enim Canon Concilij Chalcedonẽsis Veneramur, secundum Scripturas, & Canonum diffinitiones, Sanctissimũ Antiquæ Romę Episcopũ, primum esse, & maximũ omnium Episcoporũ. Legitur ẽt in Chalcedon. Conc. quod tota Synodus acclamauit Leoni Papę. Leo Sanctissimus Apostolicus, & Vniuersalis Patriarcha per multos annos viuat. Item in eodem Concilio legitur. Si quis Episcopus prædicatur infamis, liberam habeat sententiam appellandi ad Bea-

D

Bea-

Beatissimum Episcopum Antiquæ Romę, quia habemus Petrum petram refugij, & ipsi soli libera potestate loco Dei sit ius discernendi Episcopi criminati infamiam, secundum claues à Domino sibi datas. Et infra. Et omnia diffinita ab eo teneantur tanquam à Vicario Apostolici Throni.

Item Cyrillus Patriarcha Ierosolymitanus ex persona Christi loquens Beato Petro dicit, [Tu cum fine, & ego sine fine cũ omnibus, quos loco tui ponam, pleno, & perfecto Sacramento, & auctoritate cum eis ero, sicut sum, & tecum]

Item Cyrillus Alexandrinus in lib. Thesaurorum. [Vt mẽbra maneamus in capite nostro Apostolico Throno Romanorum Pontificum, à quo nostrum est quærere quid credere, & quid tenere debeamus. Et infra. Apostolici Throni Romanorum Pontificum solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, soluere, & loco B illius ligare, qui ipsum ædificauit,]

Et Maximus in Epist. Orientalibus directa dicit; [Omnes fines orbis, qui Dominum sincerè receperunt, & vbiq; terrarum catholici veram fidem confitentes, Ecclesiam Romanorum tanquam in Solem respiciunt.]

Et 22. Distinctione in Decretis dicitur sic. Oẽs siue Patriarchæ in cuiuslibet apice, siue Metropoleon primatus, aut Episcopatuũ Cathedras, vel Ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitatẽ Romana instituit Ecclesia. Illam vero solus ipse fundauit, & super petram fidei mox nascentem erexit, qui Beato Petro, æternæ vitæ clauigero terreni simul, & cælestis imperij iura commisit. Et infra. Fidem inquit violat, qui aduersus illam agit, quæ est mater fidei, & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis C Ecclesijs prætulisse cognoscitur. Et infra Vnde & ipse S. Ambrosius se in omnibus sequi Magistram Sanctam Ecclesiam Romanam profitetur.

Item in cap. immediatè sequente Sacro sancta &c. quod supra in quarta conclusione allegatum est, & idem dicitur distinctione 21. cap. Quamuis, & dist. 12. c. Non decet præceptis.

PVNCTVM II.

Papa habet plenariam potestatem iurisditionis super totam Ecclesiam.

SECVNDO principaliter declarádũ est, ꝙ Papa habet plenariam potestatem iurisditionis spiritualis super tota Ecclesia Christi, & omnibus, & singulis eius mẽbris, ad quod declarandum, tres conclusiones probandæ sunt.

Prima conclusio. ¶ Et prima est, ꝙ habet aliquam potestatem super omnes fideles, quæ sic probatur faciliter ex prædictis. Omnis Guber- Probatio A nator alicuius multitudinis habet potestatem aliquam super personas talis multitudinis, aliter nunquam bene gubernaret ipsam; carens enim omni potestate iuris, & facti super aliqua multitudine, nunquam bene gubernare poterit illam multitudinẽ, nec de iure, nec de facto. Sed Papa est Vniuersalis Prælatus, & Gubernator omnium fidelium Christi, vt supra probatum est. Ergo &c.

¶ Secunda conclusio est, quod principalis potestas, quam habet Papa super totã Ecclesiam, est potestas spiritualis, quæ potest ad præsens probari multipliciter. Secũda conclusio.

Primo, quia potestas gubernantis debet correspondere, & proportionari multitudini, quam gubernat, sicut & in naturalibus, potentia actiua causæ proportionatur, & correspondet potentiæ passiuæ effectus, & è contra. Non enim quodlibet agit in quodlibet, nec est causa cuiuslibet; sed determinati effectus est determinata causa, & è cõtra. Sed Ecclesia est multitudo fidelium Christi distincta ab omni alia multitudine, per spiritualia .s. per fidem Christi, & eius Sacramenta. Ergo principalis potestas Prælati Ecclesiæ est potestas spiritualis. Probatio prima.

Præterea, ex vnione, & ordine fidelium Christi inter se, & ad vnum finem vitæ beatæ, probatum est, quod in Ecclesia debet esse aliquis vnus Vniuersalis Prælatus totius Ecclesiæ. Sed vnitas fidelium Christi est spiritualis, .s. in fide Christi, & eius sanctitatis; ordo etiam inter membra Ecclesiæ est penes gradus ecclesiasticos spirituales; ordo etiã totius Ecclesiæ ad finem vitę beatæ est per spiritualia .s. per fidem, & charitatẽ, & alias virtutes. Ergo principalis potestas Prælati Ecclesiæ est potestas spiritualis. Secunda.

Præterea, gubernans multitudinem debet habere potestatem impellendi personas multitudinis ad ea, quæ expediũt toti multitudini, & cuilibet eius parti, & ad coercẽdum ab oppositis, hoc est à noxijs, multitudini, & partibus eius. Sed viri perfecti, qui sunt principalia membra ecclesiæ ad opera virtuosa, & meritoria, quæ sunt vtilia faciẽti, & toti ecclesiæ principaliter alliciuntur per beneficia spiritualia, & retrahuntur principaliter per pęnas spirituales ab operibus virtuosis. Ergo principaliter potestas Prælati ecclesiæ est potestas spiritualis. Tertia.

¶ Tertia conclusio est, quod Papa habet spiritualem potestatem plenariam iurisditionis super totam ecclesiam. Ad cuius euidentiam est sciendum, quod quantum D spectat ad præsens, triplex potestas spiritualis reperitur in ecclesia, s. excellentiæ, ordinis, & iurisditionis. Tertia conclusio.

Triplex potestas spiritualis exponitur.

Prima. Prima est respectu articulorum fidei, & Sacramẽtorum nouæ legis, per quæ distinguitur ecclesia ab omni alia multitudine, quam

quam potestatem habet Christus solus, qui statuit fidem articulorum esse nobis necessariá ad salutem, & Sacramenta instituit, & eis virtutem suam non alligauit, quia potest conficere rem Sacramenti sine Sacramentò, & ad inuocationem nominis eius conferuntur Sacramenta, & habent efficaciam ex merito passionis eius, & hanc potestaté nullus alius à Christo (ét summus Pontifex) habet; quia non posset nouos articulos, aut noua Sacramenta statuere, aut aliqua de articulis, aut de Sacramentis abolere. Cuius ratio est, quia cum per ista Ecclesia distinguatur ab omni alia multitudine, vt prædictum est, illius solius est habere talem potestatem in articulis fidei, & Ecclesiæ Sacramentis, cuius est Ecclesiam Christi instituere. Sed Ecclesiam solus Christus Deus instituit, & nullus purus homo. Ergo solus Christus hét hác potestaté, vt etiam Augustinus dicit super illud Io. 1. [Hic est qui baptizat.]

A

B

Potest tamen summus Pontifex, & debet declarare dubiá, si qua essent, seu emergerent, circa talia, quia ad ipsum maiores, & difficiliores Ecclesiæ quæstiones referútur, vt dicitur lib. 4. decreta. qui filij sint legitimi cap. per venerabilem.

Secunda. Secunda autem potestas .s. Ordinis, est respectu corporis Christi veri consecrádi, qualis est potestas Sacerdotalis, vel conferendi ea, quæ ad cósecrádú corpus Christi verum ordinantur, scilicet ordinem sacerdotalem, & alios ordines, qualis est potestas Episcopalis, & vtraq; potestas confertur cum quadá consecratione, & est æqualis in omnibus Sacerdotibus, si est potestas Sacerdotalis, & in omnibus Episcopis, si est Episcopalis. Cuius ratio est, quia existente æquali causa sequitur æqualis effectus: sed, vt prædictum est, talis potestas cófertur cum quadam consecratione; consecratio autem Sacerdotalis est æqualis in omnibus Sacerdotibus, & Episcopalis in omnibus Episcopis. Ergo &c. Et de tali potestate dicitur in Decretis dist. 21. c. in nouo testaméto, [Cæteri Apostoli cum Petro pari consortio honorem, & potestatem acceperunt,] s. à Christo Ioan. 20. Cum insufflauit, & dixit eis, post resurrectionem, [Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorú retinueritis retenta sunt.] Et vt sequitur vbi supra [Apostolis decedentibus in loco eorú surrexerunt Episcopi.] Nec talem potestatem habet Papa in quantum Papa, quia non Sacerdos electus in Papam, antequam ordinetur in sacerdotem, & consecretur in Episcopum est verus Papa, & caret tali potestate, aliter frustra ordinaretur, & consecraretur.

C

D

Tertia. Tertia potestas, scilicet, iurisditionis est respectu corporis Christi mystici gubernandi, idest Ecclesiæ, ad quam potestatem pertinent omnia respicientia regimen Ecclesiæ, & hæc plenaria, & totalis in solo Papa est, in alijs autem prælatis est partialis, & limitata, & à Papa deriuata, vt etiá dicitur 2. q. 6. Decr. c Et qui se scit. Cuius ratio est, quia ea, quæ sunt ad finem, debét correspondere, & proportionari fini, sed talis potestas est in ecclesia propter eius regimé, vt prædictum est. Ergo talis potestas vniuersalis, & illimitata, seu plenaria est in solo Papa, qui, vt declaratum est in primo puncto principali, est totius Ecclesiæ Generalis Gubernator. In alijs autem Prælatis est per deriuationem ab ipso secundum illam limitationem, & partialitatem secundum quam à Papa eis conceditur, seu in eos deriuatur. Et hanc conclusioné clare exprimunt multæ de auctoritatibus allegatis in quarta, & quinta conclusione primi puncti principalis.

PVNCTVM III.

Agitur de principali quæsito.

TERTIO declarandum est principale quæsitum tituli quæstionis. Ad cuius euidentiá quatuor conclusiones probandæ sunt.

¶ Et prima est, q̃ Imperator, & omnes Domini temporales sunt totaliter subiecti Papæ, quantum ad potestatem, quam habent respectu temporalium, quod potest ad præsens probari dupliciter. Prima cóclusio.

Primo, quia eadem est habitudo potestatis secularis ad spiritualem, quæ est corporis ad animam: sed corpus est totaliter subiectum animæ, cum anima principetur corpori principatu despotico, idest, totali, vt patet 1. Polit. c. 3. sicut principat dñs seruis. Ergo potestas secularis est totaliter subiecta potestati spirituali. Minor declarata est. Maior probatur dupliciter. Primo, quia potestas secularis non solum principaliter, sed & totaliter videtur esse solum respectu corporum, secundum dictum Matth. 10. [Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.] potestas autem spiritualis videtur esse saltem principaliter respectu animarú, quas habet soluere, & ligare. Secundo, quia potestas secularis videtur esse principaliter propter regimen vitæ corporalis; potestas autem spiritualis propter regimen vitæ spiritualis. Probatur Primo.

Et confirmatur ratio dupliciter. Primo per Hugonem de S. Victore; qui in libro de Sacramentis lib. 2. part. 2. cap. 4. distinguit duas vitas, scilicet, temporalem, qua corpus viuit ex anima, & spiritualem, qua anima viuit ex Deo, & duo bonorum genera deseruientia duplici vitæ, scilicet, terrena, & cælestia, siue spiritualia, & duplicé Cófirmatio 1.

popu-

populum, s. laicorum, & clericorum, & duplicem potestatem, s. secularem, & spiritualem, in quarũ vtraq; licet diuersi sint gradus, ad vnũ tamen caput referuntur. Et hanc duplicem potestatem comparans ad inuicem ait. Quantum autem vita spiritualis dignior est, quam terrena, & spiritus; quam corpus, tantum spiritualis potestas, terrenam, siue secularem potestatem honore, ac dignitate præcedit. Nam spiritualis potestas, terrenam potestatem, & instituere habet, vt sit: & iudicare si bona non fuerit; ipsa vero à Deo primum instituta est, & cum deuiat, à solo Deo iudicari potest, sicut scriptum est 1. ad Corinth. 2. [Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.] In quibus verbis non solum conclusio, sed & ratio exprimitur supradicta.

Cõfirmatio 2. Secundo confirmatur eadem ratio. Quia & in naturalibus, corporalia reguntur per spiritualia, vt corpora cælestia per substantias separatas, quæ mouent ea. Ergo & in hominibus potestas secularis debet gubernari per potestatem spiritualem. Sed quod gubernatur, sm̃ quod huiusmodi, est subiectum gubernanti. Ergo &c.

Probatur Secundo. Præterea, Potestas, ad quam pertinent ea, quæ sunt ad finem, est totaliter subiecta potestati, ad quam pertinet finis, vt patet in Prologo Ethic. de artibus militari, equestri, frenofactiua, & huiusmodi. Artes autem sunt quædam potestates, vt dicitur 9. Metaph. & regimen subiectorum, & præcipuè quantum ad animas est ars artium secundum Gregorium circa principium sui Pastoralis. Sed potestas secularis est respectu temporalium, spiritualis vero respectu spiritualium. A fideli autem temporalia sunt appetenda solum in ordine ad spiritualia, & propter ipsa: sic quod temporalia debent esse in eius mente omnino, & totaliter subiecta spiritualibus secundum ordinem causalitatis finalis, .s. sicut ea, quæ sunt ad finem, sunt subiecta fini. Ergo inter fideles Christi potestas secularis debet esse totaliter subiecta potestati spirituali.

Cõfirmatio 1. Et confirmatur ratio dupliciter. Primo, per August. in 2. lib. de Ciuitate Dei c. 21. vbi dicit, quod sine iustitia non potest regi Respublica: vera autem iustitia non est in Republica, cuius Christus non est rector, quare non esset Respublica recta, & vera, cuiusmodi debet esse Respublica Christiana, si potestas secularis non esset totaliter subiecta potestati spirituali.

Cõfirmatio 2. Secundo, quia finis, quẽ intendere debet in suo regimine potestas secularis, secundũ ꝙ huiusmodi, est felicitas multitudinis per eã gubernatæ non excedens facultatem naturę talis multitudinis, vt patet 1. Ethic. finis autẽ, quem intẽdit potestas spiritualis, est felicitas supernaturalis eiusdem multitudinis. Sed omnis felicitas naturalis est à Christiano appetenda solum propter felicitatem supernaturalem, sicut propter finẽ, A sic ꝙ finis potestatis secularis est totaliter subiectus fini potestatis spiritualis sm̃ ordinẽ causalitatis finalis. Ergo & potestas secularis est totaliter subiecta potestati spirituali sm̃ ordinem causalitatis effectiuæ.

¶ Secunda conclusio est, quod in Papa est potestas instituendi, & deponendi, & suspendendi, & corrigendi, & puniendi, & regulandi Imperatorem, & omnes Reges, & alios Dominos temporales, & imperandi eis, & ampliandi, & restringendi eorum potestatem ex legitimis causis; Quod patet ex prædictis sic. Omnes habentes potestatem temporalem sunt totaliter subiecti Papæ habenti potestatem spiritualem plenariam super totam Ecclesiam. Sed omnia prædicta pertinent ad subiectionẽ quãdam, vt de se patet, s. institutio, &c. Ergo B Papa potest omnia prædicta, & si nullum istorum posset, in nullo essent ei subiecti: si autem aliquid istorum non posset, nõ essent ei totaliter subiecti, cuius contrarium in prima conclusione probatum est. Secunda conclusio. Probatio.

Et cõfirmatur cõclusio dupliciter. Primo quia, vt scribitur 15. quæst. 6. c. Alius. Zacharias Papa Regem Francorum deposuit à Regno, non tã pro suis iniquitatibus, quã pro eo, quod tantæ potestati erat inutilis, & Pipinũ Caroli Magni Imperatoris patrẽ in eius loco substituit. Et Innocentius Papa deposuit Imperatorem Fridericum in Cõcilio Lugdunensi, qui bonum Ecclesiasticum, & bonum Reipublicę, ꝙ promouere tenebatur, perturbabat per inobediẽtiam ad Ecclesiam Romanam, & impediebat per attentatam superbiam, vt recitatur lib. 6. de sententia, & re iudicata Ad Apo- C stolicæ. Vnde dubium non est quin Papa possit cum subest causa rationabilis, Imperatorẽ, & omnes Reges, & alios Dominos temporales instituere, deponere, & suspendere, & similiter respectu eorum facere omnia alia, quæ supra enumerata sunt. Cõfirmatio 1.

Secundo, quia, vt supra allegatum est, Hugo dicit 2. lib. de Sacramentis parte 2. c. 4. spiritualis potestas terrenam potestatem habet instituere, vt sit, & iudicare, & corrigere, si bona non fuerit, ipsa vero primo à Deo instituta est, & cum deuiat, à solo Deo corrigi, & iudicari potest, sicut scriptũ est per Apostolũ, [Spiritualis homo iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.] Vnde videtur Papa à Deo cõstitutus super omnes gentes, & super Regna, vt euellat, & destruat, & disperdat, & dissipet, & ędificet & plantet, sicut dictum est Prophetæ Iere- D miæ 1. Licet autem Papa talem potestatem habeat, videtur tñ, ꝙ ea vti non debet pro libito voluntatis; sed solum cum iudicauerit hoc Ecclesiæ expedire, ad cuius bonum Papa debet totum suũ regimen ordinare; & sic et loquuntur Canones desuper citati. Cõfirmatio 2.

Tertia conclusio.

¶ Tertia conclusio est, quod in Papa est omnis potestas iurisdictionis temporalis secundum propriam auctoritatem, siue sit Imperialis, siue Regalis, siue alia, quod patet sic. Omnis perfectio in effectu reperta eminentius continetur in causa. Sed omnis potestas teporalis se habet ad potestatem spiritualem plenariã Papæ, vt effectus ad causam. Ergo Papa habēs potestatē spiritualem plenariam super totã Ecclesiã, habet ēt secundum propriã auctoritatē potestatē temporalē omnis dominij teporalis. A

Probatio.

Maior de se patet, & est proposito vulgata in Philosophia naturali. Nulla .n. res dat alteri, quod non habet, omnis autem causa dat suo effectui, secũdum quod huiusmodi, omnem perfectionem, quæ est in ipso. Sed minor patet ex prædictis; probatũ est .n. ꝙ potestas teporalis à potestate spirituali plenaria Papæ põt institui, & destitui, & suspēdi, &c. quæ supra enumerata sunt. Ergo est effectus respectu eius. B

Cõfirmatio prima.

Et cõfirmatur principalis conclusio. Primo per Bernardũ lib. 4. de Consideratione, vbi ad Eugenium Papam loquens, sic ait. [Quid tu denuo vsurpare gladium tentes, quem semel iussus es ponere in vaginam? quem tñ qui tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis sic: Conuerte gladiũ tuũ in vaginam. Tuus ergo & ipse tuo forsitan nutu, & si non tua manu euaginãdus. Alioquin si nullo modo ad te pertineret & is, dicentibus Apostolis, Ecce gladij duo hic: non respondisset Dominus, satis est, sed nimis est. Vterque ergo Ecclesiæ, & spiritualis, s. gladius & materialis, sed is quidem pro Ecclesia, ille vero & ab Ecclesia exercendus est, ille sacerdotis, is militis manu; sed sanè ad nutum Sacerdotis, & iussum Imperatoris. C

Secunda.

Et in Decretis distinct. 22. vt supra allegatum est in cap. Omnis, dicitur, ꝙ Christus Beato Petro æternæ vitę clauigero terreni simul & cęlestis imperij iura cõmisit.

Secundo, quia Papa cõsecratur, vt Sacerdos, & coronatur, vt Rex, & festũ coronationis nũciat oĩbus Regibus. Ergo in Papa est vtraq; dignitas, seu potestas, s. spiritualis, & Imperialis, seu Regalis, quæ est temporalis.

Tertia.

Tertio, quia Papa est Vicarius Christi, cuius Sacerdotium in veteri lege figuratũ est in Melchisedech, vt patet in Psalmo, de quo dicitur ad Heb. 7. [Hic enim est Melchisedech Rex, & Sacerdos Dei summi.] Vnde dicit Aug. in lib. de cõsẽsu Euãgelist. ꝙ quia Christus futurus erat Rex, & Sacerdos; ideo diuina prouidentia factum est, vt Euangelistæ, qui Christum, quantũ ad humanã naturã assumptã notificare sumpserunt, hoc ordine eorum Euãgelia incœperint, quia Matthæus incœpit à semine Regali, dicens. Liber generationis Iesu Christi filij Dauid Sed Lucas à sacrificio Sacerdotali dicens. Fuit in diebus Herodis Regis Iudææ, Sacerdos quidam &c. D

Quarta cõclusio.

¶ Quarta conclusio est, ꝙ licet Papa hẽat sm̃ propriam auctoritatem vtramq; prædictam potestatem; secũdum tñ executionē, & vsum nõ habet immediatè iurisdictionē temporalem, sed medianibus Imperatore, & Regibus, & alijs Dominis temporalibus. Sic, quod executio immediata iurisdictionis temporalis ad eos spectat, & non ad Papam, propter duo.

Legantur Moderni Turrecr. li. 2. c. 113. de Eccles. Caiet. 2. 2. q. 66. art. 8. Bannes 2. 2. q. 66. &c.

Primo, ne spiritualia impediãtur ꝓpter tēporalia, à quibus spiritualis potestas, quãto est magis libera; tanto diuinis rebus põt esse magis intenta.

Secundo, ne militans Deo implicet se negotijs secularibus, vt ēt dicitur in decretis dist. 10. c. Quoniam idē. Et hęc 4. conclusio satis exprimitur in auctoritate Bernardi ad Eugenium prællegata in 3. conclus. immediatè prædicta.

Sciendum tñ est, ꝙ in aliquibus casibus Papa exercet ēt immediatè iurisdictionem temporalē, sicut habetur Extra, qui filij sint legitimi c. Per venerabilem, licet, vt prædictum ē, regulariter, seu cõiter hoc nõ faciat, sunt autem casus isti, vt notantur in iure.

Primo, qñ aliquod tēporale à Principibus cõceditur, vel alijs Dñis secularibus ecclesijs Christi ex deuotione, siue cõceda quo ad vtilitatē, & vsum ecclesiæ solũ, sine potestate iustitiæ exercendæ, siue ēt cum tali potestate; & tunc licet ecclesia fructum terrenæ portionis accipiat, vsum tñ potestatis exercendæ iustitiæ exercet per laicos, & nõ per personas Ecclesiasticas.

Secundo, qñ aliquid fuerit difficile, vel ambiguũ: tunc .n. est ad Sedē Apostolicam recurrendũ, & isti duo casus exprimuntur Extra qui filij sint legitimi. c. per venerab.

Tertio, rõne delicti 17. q. 4. c. Si quis deinceps. 11. q. 1. c. Nullus Episcopus. 32. q. 5. c. Præceptum. 15. q. 6. c. Alius de iudicijs c. Nouit. & ꝑcipuè si est hæreticus. 24. q. 1. c. Qui contra Ecclesię pacē. De hęreticis. c. Ad abolendam.

Quarto, in defectu Iudicis secularis, vt si nollet iustitiam facere. de foro competenti. Ex transmissa, Licet. Ex tenore. 23, q. 5. c. Administratores.

Quinto, cum vacat Imperium. de foro competenti licet. Et hæc de tertio principali, & de toto.

Soluuntur Argumenta initio proposita.

AD primum ergo factum in contrariũ. Dicendum est, quod quandoq; Papa in Ecclesia primitiua propter pullulationem hęreticorum cõcessit aliquod ius Imperatoribus, & Regibus, tam in summi Pontificis electione, quam in Ecclesiæ gubernatione, quia pro illo tunc ad depressionē inimicorum indigebat Regum, & Impera- D A L

pera-

peratorũ auxilio. Sed poſtmodũ reaſſumpſit ſibi gladiũ correctionis eorũ, & reaccepit ab eis ius Eccleſiaſticum, quod eis ex conditione ipſorum non conueniebat, vt patet in Decretis diſt. 63. per totum.

AD II. Ad ſecundum dicendum, quod Conſtãtinus Imperator non cõſtituit effectiuè Papam eſſe caput omnium Epiſcoporum, & Sacerdotum; quia ſic conſtitutus eſt caput ab ipſo Chriſto, quando dixit ei Ioann. 1. Tu vocaberis Cephas; ſed ſolum inſtrumentaliter, & adminiſtratiuè: exhibuit .n. ſua Imperiali potentia miniſterium, quo omnes Beatum Silueſtrum ſummũ Põtificem recognoſcerent.

Vel dicendum, & fortè in idem redit, quod non eſt inconueniens lege, ſeu ſtatuto Imperiali ſtatui, quod debet eſſe etiam de iure diuino: ſicut multa pertinentia ad articulos fidei, & Eccleſiæ Sacramenta inueniuntur ſcripta in libris legalibus, ad quæ tamen credenda, & ſuſcipienda tenemur ex iure diuino, & ſic dicendum eſt in propoſito, quod de iure diuino Epiſcopi, & omnes Chriſtiani debent eſſe ſubiecti Papæ, & tamen hoc ipſum eſt ſtatutum per Conſtantinum Imperatorem.

AD III. Ad tertium dicendum eſt, quod Papa recepit Imperium à Conſtantino quantum ad immediatam iuriſditionem, non autem quantum ad propriam auctoritatem. Vel dicendum, & melius, quod aliqua debentur alicui de iure, quæ non habet de facto, ſed iniuſtè detinentur ab aliquo alio, à quo per conſequens poſſunt conferri ei, cui cõpetunt de iure, & ſic dicendum eſt in propoſito, quod Conſtantinus de facto contulit Imperium Papæ Silueſtro, cui ex hoc ipſo, quod erat Papa competebat de iure ante etiam, quam ei daretur de facto, vt ſupra probatum eſt.

AD IV. Ad quartum dicendum, quod Eccleſia quandoque ſoluit Imperatori aliquod tributum, non in recognitionem dominij, vt tributum, ſed vt ſtipendium, vt ſcilicet Eccleſiæ militaret; ſicut & tenetur eam ſcilicet defendendo, & eius pacem, & quietem tuendo, & hoc eſt, quod dicitur 23. quæſt. 8. cap. Tributum. Non Eccleſia Imperatori, non Pontificalis apex ſubijci poteſt Regibus. Sed quod conſtitutum antiquitus eſt, pro pace, & quiete, qua nos defenſare debent, Imperatoribus perſoluatur.

Vel dicendum, quod res tranſit cum onere ſuo; vnde quando ad Eccleſiam transfertur qualitercunque aliqua res obligata cuicunque Domino temporali ad aliquem cenſum, vel tributum, Eccleſia tenetur ad talem cenſum, vel tributum, non in recognitionem dominij, ſed propter conditionem rei, quæ, vt prædictum eſt, transfertur cum ſua obligatione ad talem cenſum, vel tributum. Vnde quia Eccleſiæ Romanæ multa à diuerſis Imperatoribus, & alijs Dominis temporalibus donata ſunt, quantum ad immediatam adminiſtrationem, quæ erant obligata Imperatori ad aliquem cenſum, vel tributum, non eſt inconueniens ſi Papa ſoluit aliquando Imperatori aliquem cenſum, vel tributum ratione talium rerum, niſi forte Imperator tale tributum remitteret.

Ad Cõfirmationẽ. Et ad confirmationem rationis dicendũ, quod Chriſtus Dominus ſoluit cenſum, non quia teneretur ſoluere, ſed ad euitandum ſcandalum petentium, vt ipſemet exprimit ibidem dicens. [Ergo liberi ſunt filij. Vt autem non ſcãdalizemus eos, &c.] vbi dicit Hieronymus [Dominus noſter, & ſecundum carnem, & ſecundum ſpiritum filius erat Regis, vel ex Dauid ſtirpe generatus, vel omnipotẽtis Patris verbum, ergo tributa quaſi Regum filius non debebat.] & Chryſoſtomus dicit ibidem [Vide Chriſti prudentiam, qualiter nec renuit tributum, nec iubet ſimpliciter dare, ſed prius oſtendit ſe non eſſe obnoxium, & tunc dat, quorum vnum ſcilicet, dare tributum fecit, vt illi ſcilicet exactores non ſcandalizentur; hoc aũt .ſ. oſtẽdit ſe liberum, vt non ſcandalizentur diſcipuli.

AD V. Ad quintum dicendum eſt, quod appellatio interpoſita pro cauſis minimis, & pro leuibus quæſtionibus ad Papam non eſt deferenda, ſed pro cauſis arduis, & pro grauibus queſtionibus omnis appellatio poteſt deferri ad Papam, quia, vt dicitur 11. q. 1. cap. Quicunq; litem habens. cuilibet licitum eſt Sacroſanctę Sedis Antiſtitis iudicium eligere.

AD VI. Ad ſextum dicendũ, quod poteſtas Imperialis dicitur eſſe conceſſa à Deo, quia eſt conceſſa à Papa, non in quantum eſt homo, ſeu perſona ſingularis, ſed in quantum eſt Vicarius Dei in terris.

AD VII. Ad ſeptimum dicendum, per interemptionem maioris. Diſtinctæ enim poteſtates inter ſe ordinem habentes, poſſunt eſſe in eodem ſuppoſito, vt patet de poteſtatibus, ſeu potentijs illuminatiua, & calefactiua Solis, & in multis alijs exemplis; poteſtates autem, temporalis, & ſpiritualis, licet ſint diſtinctæ, tamen habent inter ſe ordinem duplicem, ſcilicet cauſalitatis, effectiuæ, quia temporalis inſtituitur, & regulatur à ſpirituali, vt ſupra probatum eſt; & cauſalitatis finalis, quia temporalis eſt propter ſpirituale, ſicut propter finem, ſicut & temporalia ſunt propter ſpiritualia, ſicut propter finem appetenda; eadem eſt enim cõparatio obiecti ad obiectum, & actus ad actum, & potentiæ ad potentiam. Et idcirco iſtæ duæ poteſtates ſunt in diuerſis, quantum ad immediatam executionem. Sed ſunt in eodem quantum ad primariam auctoritatem, & vtrumque ſupra declaratum eſt.

AD VIII. Ad octauum dicendum, quod Imperator caret potestate spirituali, seu respectu spiritualium simpliciter, seu totaliter, etiam quantum ad primariam auctoritatem, aliàs & illa abusio sequeretur, quod carnalis hō rebus diuinis præsidere videretur; Papa aūt nō debet vsurpare immediatā administrationem tēporalium passim, & communiter ne implicet se negotijs sæcularibus, nec per consequens debet vsurpare nomen Imperatoris: sed ex hoc non subtrahitur ipsi Papæ dominium temporalium, quantum ad primariam auctoritatem, vt supra declaratum est, & probatum. A

AD IX. Ad nonum dicendum, quod Ambrosius intelligit temporalia esse Imperatorum, quantum ad immediatam administrationē, secundum quem modum non sunt Papæ, sed sunt eius, quantum ad primariam auctoritatem.

QVAESTIO XL.

DE MATRIMONIO

Vtrum Matrimonium contractum per verba de præsenti, & non consummatum per carnalem copulam, soluatur per susceptionem Sacri ordinis, sicut soluitur per professionem Religionis.

extra de conu. coniugat. per multa cap.

Pro Parte Affirmatiua.

ARG. I. ET PRIMO videtur, quod soluatur. Quia Sacer Ordo, & Religio æquiparantur, vt patet 20. q. 11. cap 1. & extra de Vita, & Honestate Clericorum, c. Clericus si tonsura. Sed religio soluit tale matrimonium. Ergo & sacer ordo. B

II. PRÆT. Multi Sancti à Domino sunt vocati à nuptijs, & in seculo Domino seruierunt in cremo, 27. q. 11. c. Scripsit nobis. §. Ecce quod coniugati. Eremita enim non est religiosus, cum possit habere proprium, & de eo testari. 19. q. vlt. c. Perlatum est. §. è contra Paulus. Ergo non sola religio soluit matrimonium.

III. PRÆT. Licitum est propositum melioris vitę assumere secundum iura. Sed continentia, quam vouet suscipiens sacrum ordinem, est maioris perfectionis, quàm matrimonium. Ergo licitè aliquis potest matrimonium suscipere post sacrum ordinem.

Cōfirmatio. Et confirmatur ratio, quia idem iudiciū videtur esse de iuramento, seu voto, & de matrimonio. Sed non est voti promissi violator, qui in melius commutauit, vt dicitur extra de iure iu. cap. 3. & de voto, & vo. red. c. scripturæ. Ergo idem dicendum est de matrimonio. D

IV. PRÆT. Idem iudiciū est de seruitute respectu Dñi, & de seruitute matrimonij. Sed promotus in Diaconū liberatur à propria seruitute, præstando alium seruum. 54. dist. c. de rebus, & c. ex antiquis: & similiter ordinatus in Sacerdotē ab Epō sciēter dando pretium sufficiēs, tit. qui filij sint legitimi c. Per Venerabilē vers. præterea, ēt si simplex Episcopus. Ergo & à secunda seruitute .s. matrimonij liberatur quis suscipiendo sacrum ordinem.

Cōfirmatio. Et confirmatur ratio, quia Canon dicit 31. dist. c. Lex contin. & c. se. quod cum suscipitur sacer ordo de carnali matrimonio fit spirituale coniugium. C

V. PRÆT. Non sunt, nisi duo genera hominum, s. Laicorum, & Clericorum 12. q. 1. c. Duo. Sed Subdiaconus, cum nō possit redire ad seculum non est dicendus laicus, seu secularis. Ergo est religiosus.

VI. PRÆT. Votum continentię solemnizatur per professionem religionis, & per susceptionem sacri ordinis. Sed primo modo solemnizatum soluit prædictum matrimonium. Ergo & secundum.

VII. PRÆT. Antequam esset Regula Beati Benedicti, vel aliqua alia certa Religio statuta, matrimonium soluebatur, vt patet de Ioanne Euang. in dicto c. scripsit §. ecce 27. q. 2. Ergo non sola religio soluit trimonium.

PRÆT.

VIII. PRÆT. Idem iudicium videtur esse de Episcopatu, & de sacro Ordine. Sed Episcopatus soluit tale matrimonium. Ergo & sacer ordo. Probatur minor. Religio soluit tale matrimonium. Sed Episcopatus soluit Religionem, quia secundum iura animarũ regimen auocat religiosum à Religione. Ergo multo magis Episcopatus soluit tale matrimonium.

Pro parte Opposita.

SED CONTRA. Vir, & mulier in causa matrimoniali ad paria iudicantur. Sed solus ingressus religionis soluit matrimonium ex parte mulieris. Ergo ét ex parte viri, & non sacer ordo.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Ad euidentiam huius quæstionis tria principaliter facienda sunt. Primo, declarabitur titulus quæstionis. Secundo, recitabuntur opiniones, & vera opinio defendetur. Tertio, soluentur quædam dubia, qua pœna puniendus sit, inscia vel inuita vxore suscipiens sacrum ordinem.

PVNCTVM I.

Declaratur titulus quæstionis.

Duo notabilia pro intelligentia quæstionis. Primo. QVANTVM ad primum duo notanda sunt. Et primum est, quod quæstio præsens non est intelligenda de suscipiente ordinem sacrum vxore volente, & continentiã profitente, quia constat, quod in tali casu soluitur matrimonium, saltem quo ad torum, etiam post carnalem copulam, vt patet de conu. coniugat. cap. Sanè. Sed est intelligenda de suscipiente sacrum ordinem vxore inscia, vel inuita.

Secundo. Secundum est, quod matrimonium põt intelligi solui dupliciter, s. quo ad torum solum manente vinculo, vt cum quis dimittit vxorem ob fornicationem, vt patet in 19. vel cum ambo coniuges de communi consensu ingrediuntur Religionem. Quod enim inter tales maneat vinculum, patet, quia vnus non potest etiam de licentia alterius, alicui tertiæ personæ matrimonialiter copulari. Vel quo ad vinculum, vt cum vnus coniugum, altero inscio, vel inuito ingreditur Religionem, ante carnalem copulam post matrimonium cõtractum per verba de præsenti. Quod .n. tunc soluatur vinculum cõiugale inter eos, patet, quia remanenti in seculo licitum est ad secunda vota transire, vt dicitur de conu. coniug. c. Verum.

Verum quæstio præsens intelligenda est non solum de solutione. quo ad torum, sed etiam quo ad vinculum, quod patet ex A duobus. Primo, quia additur in titulo quæstionis, additur per professionem religionis, per quam soluitur etiam quo ad vinculum, vt supra dictum est, & probatum. Secundo, quia matrimonium manente vinculo non potest solui, quo ad torum nisi de consensu vtriusq; vt cum ambo post carnalem copulam ingrediuntur religionẽ, vel propter culpam alterius, vt in causa fornicationis, vnus coniugum inuitus absq; culpa sua priuaretur iure, quod accipit in corpore alterius, cum matrimonium per verba de præsenti inter eos contrahatur: neutrum autem istorum supponitur esse in casu proposito.

PVNCTVM II.

B *Recensentur variæ opiniones.*

QVANTVM ad Secundum (his duobus suppositis) sciendum est, quod circa quæstionem propositam, est cõtrarietas opinionum inter Iuristas.

Hostiensis in Summa sua in titulo de conuer. coniu. dicit, quod ordo sacer susceptus soluit tale matrimonium, cuius rationes sunt argumenta facta in obijciendo. Prima opinio.

Alij autem, quasi omnes dicunt oppositum, scilicet, quod non soluit, quod tanquam communius, & probabilius dictum, videtur tenendum ad præsens, & videtur posse multipliciter probari. Secũda opinio, quã sequitur, & probat Auctor.

Primo, quia si sacer ordo susceptus soluit tale matrimonium. Aut hoc est ratione ipsius ordinis sacri. Aut ratione voti cõtinentiæ emissi tacitè, vel expresè in talis C ordinis susceptione. Aut ratione solemnitatis talis voti, quod est solemne, sicut & votum continentiæ, quod emittitur in professione religionis, vt patet lib. 6. de voto, & voti redemptione, c. quod votum. Prima rõ, quæ trimembris est.

Non potest dici primum, quia sacer ordo, nisi emittatur votum continentiæ, non tollit, sed stat simul cum matrimonio, vt patet in Ecclesia Orientali, seu Græcorũ. Probatur primum mẽbrũ

Nec potest dici secundum, quia votum simplex continentiæ est verè votum, & tñ secundum omnes non dirimit matrimoniũ contractum per verba de præsenti: cuius ratio est in promptu, quia traditio alicuius rei facta alicui non tollitur per sequentem promissionem eiusdem rei factam alteri, sed in contractu matrimoniali, per verba de præsenti, vnus coniugum tradit potestatem corporis sui alteri, in voto autem simD plici est sola promissio, in quo differt à voto solemni, secundum eandem doctrinam. Ergo &c. Probatur secundum.

Nec potest dici tertium propter tria. Primo, quia traditio alicuius rei facta alicui, vsq; ad certum tempus, potest tolli infra Probatur tertium tripliciter. primo.

illud tempus, per traditionem eiusdem rei factam alteri de facto. Sed vt modo dicebatur in mutuo consensu expresso per verba de præsenti, vnus coniugum tradit potestatem corporis sui alteri, & è conuerso, quousque vixerint ciuiliter, seu seculo, aut mundo, vt infra patebit; in toto autem solemni continentiæ cum promissione est traditio corporis ad perpetuam continentiam, in quo differt secundum communem doctrinã à voto simplici. Ergo prædictum matrimonium nõ tollitur per votum solemne continentiæ, si vterq; coniugum remanet in seculo, quantumcunq; alter suscipiat sacrum ordinem.

Secundo. Secundo, quia habet votũ solẽne duo solum respectu matrimonij, scilicet, impedire contrahendum, & dirimere post contractum, non autem ante contractum, vt patet lib. 6. de voto, & voti redem. cap. Quod votum.

Tertio. Tertio, quia, licet per statutum Ecclesiasticæ personæ possint reddi illegitimæ ad contrahendum, sic quod matrimonium de facto cõtractum à talibus personis, post tale statutum est nullum, vt patet in gradibus prohibitis, & in multis alijs casibus; tamen per nullum statutum Ecclesiæ matrimonium legitimè contractum inter personas legitimas ad contrahendum tollitur. Cuius ratio est, quia quod est ex institutione diuina non tollitur per statutum humanum. Sed matrimonium ante carnalem copulam est ex institutione diuina in paradiso, & in statu innocentiæ, vt patet Gen. 2. [Relinquet homo patrem suũ, & matrem, & adhærebit vxori suæ.] Ergo matrimonium legitimè contractum, etiam ante carnalem copulam, nõ potest tolli per statutum humanum, sm̃ regulam Christi Matth. 19. [Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.] Sed solemnitas voti est ex statuto Ecclesiæ, votum etiam continentiæ solemnizatur ex statuto Ecclesię in susceptione sacri ordinis. Ergo licet per statutum Ecclesiæ possit fieri, quod existẽs in sacris, si de facto contrahat matrimonium, talis cõtractus sit nullus, vt patet lib. 6. de voto, & voti re. c. Quod votum; non tamen, vt videtur potest facere, quod ordo superueniens matrimonio licitè contracto, tollat ipsum, & hoc est, quod dicitur lib. 6. vbi supra, voti solemnitas ex sola cõstitutione Ecclesiæ est inuenta, matrimonij vero vinculum à rerum omnium conditore ipsum in paradiso, & in statu innocentiæ instituente, vnionem, & indissolubilitatẽ accepit. Vbi dicit Glos. [Matrimoniũ à Deo institutum, fortius est voti solẽnitate ex constitutione Ecclesiæ introducta.]

Euasio. Sed ad hanc rationem dicet aliquis, quia etiã religio omnis robur habet ex institutione, seu approbatione Ecclesiæ. Ergo pari ratione matrimonium contractum

A per verba de præsenti, & non consumatum, non tolletur per professionem religionis, quod falsum est.

Præclusio. Ad quod dicendum est, quod religio prima, & summa scilicet Apostolorum, cuius omnis alia religio est quasi quædam participata similitudo, est ex institutione Christi, & nõ ex institutione Ecclesię, omnis etiam alia religio, quantum ad omnia essentialia sua, .s. tria vota, seu cõsilia, videlicet paupertatis, castitatis, & obedientiæ, est ex institutione Christi, licet quantũ ad accidentalia, in quibus religiones inter se differunt, religiones sint ex institutione Ecclesiæ. Religioni enim ex se & essentialiter ẽ annexum votum continentiæ, & non ex statuto Ecclesiæ: vnde dicit extra de statu Monachorum, c. Cũ ad Monasteriũ in fine. Custodia castitatis adeo est annexa regulæ Monachali, vt contra eam nec summus Pontifex

B possit indulgere. Sed è contra sacro ordini est annexum votum continentiæ solũ ex statuto Ecclesiæ, & ideo religio dirimit tale matrimonium, non autem sacer ordo.

2. Ratio. ¶ Præterea. Arguitur ad principale. Et ad euidentiam huius rationis est sciendum, quod sicut est duplex vinculum matrimonij, scilicet carnale, cum matrimoniũ est per carnis copulam consumatum, & spirituale, quod est contractum per mutuũ consensum animorũ expressum per verba de præsenti, & non per carnis copulam consumatum; sic est duplex mors scilicet carnalis, quæ est per separationem animæ à carne, & spiritualis, seu ciuilis, qua quis moritur mundo, quo ad concupiscẽtiam carnis, seu delitias per votum castitatis, & concupiscentiam oculorum, seu diuitias per votum paupertatis, & superbiam

C vitæ, seu honores, & pompas, per votum obedientiæ, ad quæ tria reducitur omne, quod est in mundo, vt patet 1. Ioan. 2. & talis mors est in professione religionis, per quam de seculari, homo efficitur non secularis, & religiosus, quo supposito sic arguitur.

Sicut se habet vinculum matrimonij carnale prædictũ ad mortem carnalem, sic se habet spirituale ad spiritualem. Sed carnale soluitur per mortem carnalem tantum secundum illud Apostoli 1. ad Corinth. 7. [Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit, mortuo autem viro soluta est à lege viri.] Ergo vinculum spirituale matrimonij contracti per verba de præsenti, & non consumati per carnalem copulam soluitur per solam mortem spiritualem prædictam, quæ est solum in professione

D religionis, non autem in susceptione sacri ordinis, quia habens sacrum ordinem, nisi ingrediatur religionem, dicitur et est clericus secularis, quod non esset verũ si esset mortuus seculo.

Euasio. Et si dicatur, quod saltem quo ad carnalem

nalem copulam matrimonialem talis moritur sæculo per votum solemne continentię, licet, non moriatur quo ad alia duo prędicta.

Instantia 1. Hoc non valet propter duo. Primo, quia hoc nō videtur esse mors, sicut ēt impossibile est hominem in parte mori carnaliter, & in parte non, sed videtur esse mutilatio quędam spiritualis; mutilatio autem carnalis non tollit vinculum carnale matrimonij per carnalem copulam consummati. Ergo nec spiritualis mutilatio prædicta tollit vinculum matrimonij spirituale prædictum.

Instantia 2. Secundo, quia post matrimonium tale, contractum per verba de præsenti, non pōt dici suscipiens sacrum ordinem mori carnali copulæ matrimoniali ratione ordinis sacri suscepti, nec ratione voti continentiæ emissi, nec ratione solemnitatis talis voti, vt supra probatur.

3. Ratio. ¶ Præterea, ius est expressum, quod per professionem religionis soluitur tale matrimonium, vt patet de conuer. coniug. in præalleg. cap. Non autem, quod per susceptionem sacri ordinis. Ergo primum est dicendum, non autem secundum. Tolerabilius est enim aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitimè contra statuta Domini separare, vt dicitur de testibus cap. Licet ex quadam in fine.

Euasio. Ad hoc respondetur, quod idem, vel simile iudicium est de professione religionis, & de susceptione sacri ordinis, imo minus de primo, quam de secundo, & ideo quod exprimitur de primo, intelligendum est de secundo, & multo magis.

Præclusio. Sed hæc responsio excluditur per prædicta, quia nō est simile, nec minus de primo, & de secundo, vt supra probatum est.

4. Ratio. ¶ Præterea, de conuer. coniug. ex parte tua, dicitur sic. [Et si possit non inconsultè videri, quod ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de præsenti cōtrahitur illis viuētibus, in nullo possit casu dissolui, &c. nos tñ nolentes à prædecessorum nostrorum vestigijs declinare, qui respondere consulti, antequam matrimonium sit per carnalem copulam consūmatum, licere alteri coniugum reliquo inconsulto, ad religionem transire; ita quod reliquus ex tūc legitimè poterit alteri copulari: hoc ipsum tibi consulimus obseruandū in articulo prænotato.] vbi satis exprimitur quod solum in casu ingressus religionis, & in nullo alio soluitur quo ad vinculum tale matrimonium.

Euasio. Præclusio. Sed ad hoc respondetur, sicut & ad præcedens, & responsio simili modo excludēda est.

5. Ratio. · ¶ Præterea, si sacer ordo susceptus soluit vinculum talis matrimonij, sicut & ingressus religionis, licitè, & virtuosè inuita etiam, vel inscia vxore, aliquis susciperet, seu promoueretur ad sacrum ordinem,
A sicut laudabiliter, & virtuosè inuita etiam, vel inscia vxore, vir ingreditur religionem, quia licitè, & virtuosè aliquis transit de gradu minoris perfectionis ad gradum perfectionis maioris, soluentem præcedentem gradum. Sed consequens est falsum. Ergo &c. Consequentia probata est. Falsitas consequentis patet de conu. coniug. c. Coniugatus & c. Sanè. & 27. q. 2. c. Si vir. in quibus locis dicitur, quod coniugati aliter ordinari non debent ad sacros ordines, aut etiam in Episcopos, nisi vxoribus consentientibus, & habitum mutantibus.

Euasio. Sed ad hoc dupliciter respondetur. Primo, quod prædicta capitula intelliguntur de matrimonio consūmato. Secundo, quod si intelligātur de non consūmato, dicunt illud, quod non debet fieri, quod si tamen factum sit, tenet.

B Præclusio. Sed neutra responsio sufficit, non prima, quia coniugatus verè dicitur ante carnalē copulam, si sit matrimonium contractum per verba de præsenti, vt patet Matthæi 1. [Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam,] & vt patet in 4. Sent. dist. 27. & 28. q. 2. in multis capitulis. Nec secunda, quia si sacer ordo soluit vinculum talis matrimonij, sicut ingressus religionis; Sic quod postea mulier licitè potest alteri nubere, cum sacer ordo sit maioris perfectionis, quam matrimonium, licitè, & virtuosè post tale matrimonium homo, inuita etiam, vel inscia vxore, reciperet sacrum ordinem, vt supra probatum est.

6. Ratio. · ¶ Præterea, ex quo matrimonium tale tenuit, consūmari debet, & ad hoc cōpellendus est is qui renuit, nisi infra certū
C tempus religionem intrauerit, vt patet de conu. coniu. c. Ex publico.

Euasio. Sed ad hoc respondetur, quod subaudiēdum est, vel nisi ad sacros ordines fuerit promotus, cūm hæc æquiparentur.

Instantia. Sed hæc responsiò superius est exclusa, quia probatum est, quod non æquiparantur, quia religio facit hominem mori seculo, non autem sacer ordo, & religioni est ex se, & essentialiter annexum votum continentiæ, non autem sacro ordini, sed solum ex statuto Ecclesiæ.

Corollariū ex dictis. Quia tamen non est expressum in iure de sacro ordine, quod soluat, vel non soluat matrimonium, licet, aliqualiter argumentatiue hoc possit colligi ex iuribus allegatis, videtur, quod expediret super hoc fieri aliquam decretalem, seu constitutionem huius rei declaratiuam.

D

***

Edita ē postea hęc decretalis, vt habetur in Extrauag de voto, & voti redēp c. Antiquæ concertationi.

PVN-

PVNCTVM III.

Qua pœna esset puniendus post tale matrimonium inuita, vel inscia vxore, recipiens sacrum ordinem.

Conclusio. QVANTVM ad Tertium videtur dicendum cum Hostiense in Summa sua, quod talis esset compellendus in pœnam suam, religionem intrare: ad hoc enim cogitur quis, propter delictum suum dist. 34. cap. Fraternitatis. § Micenam, esset autem ad hoc compellendus propter duo.

Probatur primo. Primo, quia si remaneret in seculo, non posset exigere debitum propter votum solemne continentiæ emissum post primam carnalem copulam, teneretur tamen reddere, quia vxor non debet priuare iure suo propter culpam viri; & sic matrimonium esset onerosum mulieri, dum oporteret eã semper subire confusionem petendi debitum, & esset periculosum viro, quia vrgente concupiscentia existens iuxta mulierem non petentem debitum, de facili posset facere contra votum.

Secundo. Secũdo, quia cũ sacer ordo sic susceptus non soluat præcedens matrimonium, vt supra probatum est, talis vel compelletur cõsũmare matrimonium, vel ingredi religionem, supposito, quod vxor non possit induci ad votum continentiæ, vt patet de conu. coniug. c. Ex publico. Sed non potest de iure compelli ad primum. Ergo compelletur ad secundum. Probatio minoris. Nullus potest cogi ad peccandum mortaliter: Sed talis in prima carnali copula petendo, vel reddendo debitum peccat mortaliter, vt probabo. Ergo &c. Probatio minoris huius prosyllogismi. Vouens aliquid, & potens seruare illud, peccat mortaliter, votum frãgendo, sed talis ante consũmationem talis matrimonij potest votum continentiæ adimplere, transeundo ad religionem. Ergo consũmando matrimonium peccat mortaliter contra votum suum continentiæ faciendo. Cum ergo quilibet possit compelli ad seruandum quod vouit, ad euitandum peccatum mortale talis potest compelli de iure, & rationabile est, quod compellatur ad ingressum, & professionem religionis. Vnde de conu. coniu. ex parte tua: in fine dicitur, quod se voto astringens ad obseruãtiam regularem compelli potest, vt relicto seculo religionis propositũ exequatur, licet autem talis non astrinxit se voto ad obseruantiam regularem, astrinxit tamen se voto ad illud, quod seruare non potest licite, nisi profitendo religionem aliquam, seu obseruantiam regularem, vt supra probatum est.

A *Soluuntur Argumenta initio proposita.*

AD I. AD primum ergo factum in contrariũ. Dicendum, quod decretum illud non loquitur de sacro ordine, vt patet intuenti, sed de tonsura, quam adæquat religioni solum in hoc, quod tonsura, vel religiosæ vestis in minori ætate suscepta à parentibus irrita fieri potest: decretalis autem adæquat sacrum ordinem religioni in hoc solum, quod clericus, qui non est in sacris, nec est monasterio à parentibus traditus, potest recipere vxorem, propter quod prædictæ auctoritates in nullo sunt contra propositum.

AD II. Ad secundum dicendum, quod illi non dimiserunt coniuges, cum quibus scilicet contraxissent per verba de præsenti, sed sponsas, cum quibus scilicet contraxerant B per verba de futuro, secundum intentionẽ decreti distinguentis coniuges à spõsis; spõsa enim dicitur à sponsione de futuro, coniugium autem perficitur quantum ad essẽtialia sua in contractu per verba de præsenti. Vel dicendum, quod tales hoc fecerunt priuato consilio Spiritus sancti, qui non subijcitur cuicunq; legi creatæ matrimonij; si tñ vita eremitica careret proprio, & esset cum obedientia saltem ad Episcopum, cui omnes eremitæ obedire tenentur, esset dicenda vita religiosa, vtpote habens omnia tria vota, quæ sunt de essentia religionis: vnde Beatus Benedictus in Regula sua inter tria genera Monachorũ, seu Religiosorum ponit primum, & summum genus Anachoritarum, qui sunt Eremitæ, siue solitarij, & ad talem vitam Eremiticam liceret transire post matrimonium contractum per verba de præsenti ante carnalem copulam.

AD III. Ad tertium dicendum, quod illa ratio in omnem euentum concludit falsum, quia secundum eam, sequeretur, ꝙ ẽt post carnalem copulam, vir posset recipere sacrum ordinem, & profiteri religionem, quod falsum est, secundum omnes. Dicendum ergo ad rationem, quod propositum melioris vitæ assumere, licitum est ei, qui habet potestatem corporis sui; non autem ei, qui non habet, vt patet de seruo, & vxorato post carnalem copulam: stante autem vita seculari, vnus coniugum non habet potestatem corporis sui post matrimonium contractum per verba de præsenti; & ideo non potest recipere sacrum ordinem, & remanere secularis, inuita, vel inscia vxore ante carnalem copulam.

Ad Cõfirmationem. Per quæ patet responsio ad confirmationem.

AD IV. Ad quartum dicendum per interẽptionem maioris, obligatio enim vnius coniugis ad alium est stabilior, quam sit serui ad dominum propter duo. Primo, quia est

Sacra-

Sacramentalis. Secundo, quia est propter maius bonum, vtpotè propter prolem A procreandam, & educandam tam corporaliter, prouidendo in ijs, quæ sunt necessaria ad per se sufficientia vitæ pro semper, quam etiam spiritualiter in ordine ad diuinum cultū, propter quam educationē, perfectè faciendam, est necessaria perpetua commanentia viri, & vxoris; & ideo licet seruus possit à seruitute liberari ꝓ solo libito domini, absq; alia causa quacunq; vel ex statuto Ecclesiæ propter aliquam causam rationabilem, vtpotè propter dignitatem sacri ordinis, præstando domino alium seruum, vel dando ei pretium sufficiens: non tamen hoc dicendum est de obligatione vnius coniugum ad alium, quę est perpetua stante vita ciuili, vel naturali modo supra exposito. B

Ad cofirmationē. Et ad Decretum, ꝙ allegatur pro confirmatione. Dicendum, quod cum vir promouetur ad sacrum ordinem vxore volente, & continentiam profitente, dicitur de carnali coniugio fieri spirituale, vt decretum exponit, quia necessaria subministrare, debita vero reddere non valet.

AD V. Ad quintum dicendum, quod Hieronymus in illo decreto per laicos, vt exponit ipsemet, intelligit seculares vxoratos: sub primo autem genere, scilicet, mancipatorum diuino obsequio comprehendit (vt & dicit) consequenter ibidem duo genera, .s. clericos, coronam in signum Regis habentes, & Deo deuotos conuersos, per quos intelligit religiosos, sicut & conuersi dicuntur, de conuer. coniug. per totum illum C titulum, de quibus conuersis subdit Beatus Hieronymus vbi supra, quod rasio capitis in eis est temporalium omnium depositio, illi enim victu, & vestitu contenti nullam inter se proprietatem habentes, debent habere omnia communia: & sic in vniuerso sunt tria genera Christianorum, secundum intentionem Hieronymi ibi, scilicet, Laici vxorati, Clerici seculares, & Religiosi. Vnde non sequitur subdiaconus non potest redire ad seculum accipiendo vxorē, ergo est religiosus: potest enim habere proprium, quod est contrarium omni religioni, vt patet de statu Monachorū, c. cum ad Monasterium in fine.

AD VI. Ad sextum patet responsio per dicta in prima ratione adducta ad primam principalem conclusionem.

AD VII. Ad septimum dicendum, quod antequā esset Regula Beati Benedicti, vel alia, ab Ecclesia apꝓbata fuit Religio Apostolorū, qui fuerunt primi, & summi religiosi ad quam Religionę fuit vocatus Beatus Ioannes Euangelista. De vocatione autem aliorum, quæ tangitur in eodem argumento, dictum est supra in solutione secundi argumenti.

AD VIII. Ad octauum, & vltimum dicendum per interemptionem minoris, & ad eius probationem dicendum etiam per interemptionem minoris, non enim Episcopatus soluit religionē. Quære de hoc in 2. 2. q. 185. art. vlt.

***

Quæſtio ſequens ab Auctore accuratè diſputata eſt, cum ſuo tempore à nonnullis fuerit aſſerta pars negatiua, & propterea immutato ordine ad maiorem ſtudentium commoditatem, argumenta vna cum ſolutionibus vltimo loco ab eodem collocata ſunt.

QVAESTIO XLI
DE VISIONE BEATA ANIMARVM.

Vtrum animæ Sanctorum ſeparatæ à corporibus ante reſurrectionem generalem videant clarè, ſeu apertè, vel beatificè diuinam eſſentiam.

Reſponſio ad Quæſtionem.

RESPONDEO. Ad euidentiã huius quæſtionis quatuor facienda ſunt principaliter. Primo oſtẽdendum eſt, ſeu probandum, quod animæ decedentium cum gratia Dei, ſeparatæ à corporibus poſſunt prædicto modo videre diuinam eſſentiam. Secundo, probandum eſt, quod de facto vident beatificè Deum poſt paſſionẽ Chriſti. Tertio, oſtendendum eſt, quod oppoſitum eſt hæreticum. Quarto, ponenda ſunt, & ſoluenda argumenta, quæ Quidã faciunt contra prædicta, & præcipuè contra ſecundum.

PVNCTVM I.

Animæ decedentium in gratia Dei, ſeparatæ à corporibus poſſunt videre diuinam eſſentiam.

Notabile. PRIMVM iſtorum poteſt ad pręſens probari tripliciter. Et ad euidentiam primæ rationis eſt ſciendum, quod anima indiget corpore ad habendum aliquã operationem dupliciter, ſ. ſubiectiuè, & obiectiuè, ſubiectiuè ſiquidẽ indiget ad exercẽdũ operationes vegetatiuas, & ſenſitiuas, q̃ ſunt actus totius cõiuncti, vt ſubiecti, ſicut, & potẽtię vegetatiuę, & ſenſitiuę, vt principij. Obiectiuè aũt indiget ad intelligendum in vita pręſenti; quia, ſicut dicitur in 3. de Anima, nihil ſine phantaſmate intelligit

A anima: propter quod nihil poteſt à nobis intelligi in vita pręſenti (vt etiam experientia docet) niſi phantaſiatum ſit à nobis, vel ex phantaſiatis deductum; phantaſiari autẽ cũ ſit operatio ſenſitiua, eſt actus totius cõiuncti: neutro autem modo anima indiget corpore ad viſionem beatam, quia talis viſio non eſt corporalis exterior, vel imaginaria, ſed eſt intellectualis ſolum, quantum ad primum: nec Deus in patria phantaſiatur à Beatis, nec ex phantaſiatis intelligitur,
B ſicut intelligitur in vita præſenti, quantum ad ſecundum.

Quo ſuppoſito probatur ſic prędicta conclusio. Illam operationẽ, ad quã habendam anima nullo modo indiget corpore, põt habere ęquè perfectam anima ſeparata à corpore, ſicut vnita corpori. Sed ad viſionem beatã anima nullo modo indiget corpore, vt declaratum eſt, & probatum. Ergo anima ſeparata à corpore poteſt videre beatificẽ Deum, ſicut vnita. Minor probata eſt.
C Maior patet, quia in ſubiecto includitur cauſa prędicati; ſi .n. anima vnita corpori haberet aliquam operationem, quam non poſſet habere ſeparata, indigeret corpore ad habendum talem operationem. Prima ratio.

Pręterea, & ad euidentiam ſecundę rationis eſt ſciendum, quod anima humana habet duo in ſe. Et primum eſt, ꝙ eſt naturaliter forma corporis, & pars hominis, & Notabile.
D ratione huius competunt ſibi operationes vegetatiuę, & ſenſitiuæ, quæ sũt actus totius coniuncti; & ſecundum ꝙ huiuſmodi perfectius eſſe habet vnita corpori, quam ſeparata, quia vnita corpori habet eſſe totius, ſepa-

ſeparata autem habet eſſe partis, &c. Omne autem totum eſt perfectius,& maius ſua parte. Secundum eſt, quod eſt quædam ſubſtantia intellectualis ſubſiſtens, ſeu per ſe exiſtens, ſicut Angeli, & ſecundum ꝙ huiuſmodi, habet operationes intellectus,& voluntatis,& præcipue beatificas, in quibus in nullo communicat corpus, vt ſupra declaratum eſt, & ſecundum quod huiuſmodi, non habet perfectius eſſe vnita corpori, quam ſeparata, quia ſubſtantia,& eius eſſe non recipit magis,& minus, vt patet per Philoſophum in Prædicam.

1. Ratio. Quo ſuppoſito probatur ſic prædicta concluſio; Quod hēt æquè perfectum eſſe, pōt habere equè perfectā operationem cōpetentem ei, ſecundum tale eſſe, ſeu correſpondentem tali eſſe; operatio enim eſt exiſtentis, & ſequitur eſſe operantis. Sed anima humana, ſecundum quod eſt quædam ſubſtantia intellectualis ſubſiſtens, ſeu per ſe exiſtens, habet eſſe ęquè perfectum ſeparata à corpore, ſicut vnita, vt probatum eſt, & declaratum, & ei, ſecundum quod eſt quædam ſubſtantia intellectualis per ſe exiſtens, competit viſio Dei beatifica, vt ſupra etiam declaratum eſt. Ergo anima ſeparata à corpore poteſt æquè perfectè, & beatificè Deum videre, ſicut vnita.

3. Ratio. Præterea. Quod habuit anima Chriſti, pōt habere quælibet anima humana, quia eſt eiuſdem naturæ ſpecificę cum ipſa. Sed in triduo mortis anima Chriſti ſeparata à corpore vidit beatificè Deum, quia per paſſionem, & mortem non demeruit carere felicitate animæ. Sed magis meruit gloriam corporis, ſicut ipſe dixit Lucæ vltimo [Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam.] Et ſicut ad Philippenſes dicitur de ipſo [Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortē, mortem autem crucis, propter quod, & Deus exaltauit illum.] Ergo, & aliæ animæ ſeparatæ poſſunt videre Deū beatificè.

PVNCTVM II.

De facto prædictæ animæ, poſt paſſionem Chriſti, vident diuinam eſſentiam.

SECVNDO principaliter probandu eſt, quod animæ Sanctorum, poſt pœnas purgatorias ante generalem reſurrectionē, vident de facto Deum beatificè, ꝙ poteſt ad præſens probari multipliciter.

Et ad euidentiam primæ rationis eſt ſciēdum, quod viſioni beatæ duo opponuntur, .ſ. culpa; quia viſionem beatam ſequitur neceſſario Dei dilectio perfecta, cui opponitur culpa: opponitur etiam ei omnis pœna, ſeu miſeria, quia Dei viſio beata eſt felicitas; cui opponitur omnis pœna, ſeu miſeria in puro viatore, vel in puro comprehenſore, quod dico propter Chriſtum. Notabile.

A Quo ſuppoſito, probatur ſic prędicta cōcluſio. Suppoſito ex præcedenti concluſione, quod anima ſeparata poſſit Deum videre beatificè: nihil impedire pōt de facto talē viſionem, niſi aliqua culpa, vel pœna, ſeu miſeria, quia hæc duo ſolū tali viſioni opponuntur, vt ſupra dictum eſt. Sed anima ſācti viri poſt pœnas purgatorias caret omni culpa, & pœna. Ergo talis anima videt Deum beatificè. 1. Ratio.

Et confirmatur ratio dupliciter. Primo quia merenti idoneo ſtatim eſt reddenda merces, & non eſt differenda, iuxta illud Leuitici 19. [Non morabitur opus mercennarij tui apud te vſq; mane.] Sed anima iuſti ſeparata poſt pœnas purgatorij eſt idonea, & capax vitæ beatæ, vt ſupra probatū eſt, quæ eſt eius merces. Ergo &c. Cōfirmatio 1.

Secundo, per illud Apoſt. ad Rom. 6. [Gratia Dei vita æterna.] Ergo anima deB cedens cum gratia Dei, ſi non impedit eam aliqua pœna debita, pro culpa purganda per pœnā, quod eſt per pœnas purgatorias, ſtatim vadit ad vitam æternam. Cōfirmatio 2.

Præterea, Deus pronior eſt ad miſerendum,& præmiandum, quàm ſit ad puniendum, ſed animæ ſeparatæ decedentes cum culpa mortali, vel veniali non purgatę, per pœnam, puniūtur ante generalem reſurrectionē pœna infernali, vel purgatoria. Ergo animæ decedētes cum gratia Dei poſt pœnas purgatorias pręmiātur viſione Dei beatifica. Maior ſupponitur. Minor probatur. Et primo, quantum ad pœnam infernalem per illud Lucę 16. [Mortuus eſt diues,& ſepultus eſt in inferno,] & ſequitur ibi de eodem, cum eſſet in tormentis. Et infra dixit Idem. [Crucior hac in flāma.] ꝙ ſm̄ expoſitionem ſanctorum fuit res geſta, & non C parabola. Vnde ibi exprimitur nomen mēdici, ſcilicet Lazarus, licet in tali hiſtoria ſint quædam per ſimilitudinem dicta; ſicut illud; Eleuans oculos &c. & illud; Intingat extremum digiti ſui in aquā, vt refrigeret linguam meam, & de ſinu Abrahæ. Quātum autem ad pœnas purgatorias probatur eadem minor per illud 2. Machab. 12. [Sācta,& ſalubris ē cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur] .ſ. quantū ad pœnam, vt ibi intelligitur ad literam,& per Auguſt. in Enchiridion c. 111. vbi expreſsè dicit. Quod ſacrificium altaris, & eleemoſynę,& alia ſuffragia Eccleſię proſunt illis, qui ſunt mediocriter boni, & mediocriter mali, aut vt ſit plena remiſſio, ſcilicet, à pœnis, aut vt tollerabilior ſit ipſa damnatio, ideſt mitior, ſeu leuior purgatorij pœna. Et præterea niſi eſſent pœnæ purgatorij D ante generalem reſurrectionem; fruſtra fierent in Eccleſia orationes, & alia ſuffragia pro defunctis. Vnde, & negare pœnas Purgatorias poſt hanc vitam, ante generalem reſurrectionem, communiter dicitur, eſſe error, ſeu hæreſis Græcorum. * 2. Ratio.

* Hæc catholica doctrina etiā poſt ſupra Auctoris definita eſt in Concil. Florē. ſeſſ. vl. & Trid. ſeſſ. 25.

Eadem cõclusio probatur auctoritatib' Sanctorũ.

Præterea. Probari poteſt eadem concluſio per plures auctoritates. Et prima eſt.

S. AMBROSIVS ſermone quem facit de quodam Sancto. dicit idem *

* de S. Acholio, & habetur in epiſt. 59.

Ex S. Auguſtino.

S. AVGVSTINVS in libro Soliloq. cap. 35. qui dicit ſic. O quam glorioſum eſt regnum in quo tecum Domine regnant omnes Sancti amitti lumine ſicut veſtimento, habentes in capite ſuo coronam de lapide pretioſo. O regnum beatitudinis ſempiternæ, vbi tu Dñe ſpes Sanctorum, & diadema gloriæ facie ad faciẽ videris à Sanctis, &c. vbi malum nullum timetur, quoniam ibi ſummũ bonum poſſidetur, quod eſt ſemper videre faciem domini virtutum. Felices igitur, qui de naufraga vita præſẽti, ad tanta gaudia iam peruenire meruerunt.

Item Idem in quodam ſermone, quem facit de Sancto Cypriano, dicit de eo ſic. In die mortis, ex profundiſſimo carcere in illam lucem diſceſſit, quæ viſum mentis illuſtrat. Et infra. Ad glorioſam vitã inuiſtè moriendo, perrexit.

In ſermone vero alio de S. Cypriano dicit de eo. Sic in morte Angelus leuauit ipſum in aula cælorum. Et infra. Abſoluitur per martyrium animà à vinculo carnis, & in cælo cum triumpho leuatur ab Angelis Et infra. Vitamque moriendo, quam optabat accepit à Deo.

Item in 12. ſuper Geneſ. ad litterã c.27. & in Epiſt. ad Paulinam de videndo Deo, dicit. Quod Moyſes, & Paulus in raptu viderunt Deum apertè, & clarè, ſeu facie ad faciem, ſicut vident Beati, qui ſunt in patria, & tamen Apoſtolus Paulus 2. ad Corinth. 12. dicit ſe neſcire, an fuerit raptus in corpore, ſiue extra corpus. Ergo de intentione Auguſtini eſt, quod anima Pauli, etiã ſi fuerit ſeparata à corpore Deum beatificè viderit.

Ex S. Gregorio.

S. GREGORIVS in quadam Homilia exponens parabolam, quæ habetur Matthęi 20. de operarijs miſſis in vineã, dicit ſic. Nos autem poſt mediatoris aduentum in hoc mundo venientes ad regnum ducimur, mox, vt de corpore eximus, & illud ſine mora percipimus, quod antiqui patres cum magna dilatione percipere meruerunt, &c.

Idem quarto Dialogorum cap. 25. Perfectorum animę mox vt huius carnis clauſtra exeunt, in cæleſtis regni ſedibus recipiuntur.

Item ibidẽ. Petrus. Si nunc in cælo ſunt animæ iuſtorum, quid eſt, quod in die iudicij pro iuſtitiæ ſuę retributione recipient? Gregorius. Hoc nimirum eis creſcit in iudicio quod nũc animarum ſola, poſtmodum vero, etiam corporum beatitudine perfruuntur; vt in ipſa quoq; carne gaudeãt in qua dolores pro Domino cruciatuſque pertulerunt; pro hac quippe gemina eorũ gloria ſcriptum eſt, In terra ſua duplicia

A poſſidebũt. Hinc etiam ante reſurrectionis diem, de Sanctorum animabus ſcriptum eſt. Dat; ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis, vt requieſcerent adhuc tẽpus modicum, donec impleatur numerus conſeruorum, & fratrum eorum. Qui itaque nunc ſingulas acceperunt; binas in iudicio ſtolas habituri ſunt, quia modo animarum tantummodo, tunc autẽ animarum ſimul, & corporum gloria lętabuntur.

Item cap. 28. Si eſſe ſanctorum animas in cælo ſacri eloquij ſatisfactione credidiſti, oportet, vt per omnia eſſe credas, & iniquorum animas in inferno, quia ex retributione internæ iuſtitiæ, ex qua iam iuſti gloriãtur, neceſſe eſt per omnia, vt, & iniuſti crucientur, nam ſicut electos beatitudo lætificat, ita credi neceſſe eſt, quod à die exitus ſui ignis reprobos exurat.

Ex S. Hieronymo.

S. HIERONYMVS ad Paulam
B de morte Bleſillæ, dicit quod. Bleſilla nunc ſequitur Ieſum, ſanctorum Angelorum conſortio fruitur, de tenebris migrauit ad lucem, conſummati operis percepit coronam.

Ex S. Io. Chryſoſt.

S. IOANNES Epiſcopus in quodã ſermone de Martyribus, dicit ſic loquens de Deo. Alios ſcilicet Martyres conſummato martyrio iã coronat: alios iam perfectos tranſmittit ad cælum, alios paſſione iã meritos imponit regnis cæleſtibus triũphantes.

Ex Maximo.

S. MAXIMVS Epiſcopus hom. 59. q. 2. de S. Euſebio Vercel. dicit ſic. Bene, & congrue in hac die, quam nobis huius ſancti viri ad Paradiſum tranſitus exultabilem reddit, hunc verſiculum decantamus; In memoria æterna erit iuſtus: digne enim in memoriam vertitur hominum, qui trã
C ſit ad gaudia Angelorum, qui iam gratiam Chriſti glorificatus inuenit, &c.

Ex S. Fulgentio,

S. FVLGENTIVS in Sermone de S. Stephano. in eius feſto, de eo dicit ſic. Hodie miles de tabernaculo corporis exiẽs triumphator migrauit ad cælum. Et infra. Depoſitis corruptibilibus corporis indumentis, ad cæli palatium perenniter regnaturus aſcendit ſanguine laureatus. Et infra. Hodie Stephanum lętantes Angeli in ſuum conſortium ſuſceperunt. Et infra. Hodie Stephanus eſt à Chriſto ſtola immortalitatis indutus. Et infra. Hodie cæli immenſitas ſuſcepit Stephanum triuphantem. Et infra. Occiſus aulam cæleſtis regni viuus, & coronatus intrauit.

Ex Iſidoro.

S. ISIDORVS in 3. lib. de Summo bono c. vlt. In exitu vitæ, animæ electorum nimio terrentur metu, incertæ vtrũ ad præ
D mium, an ad ſupplicia tranſeant; quidam autem electi in fine ſuo purgãtur à leuibus quibuſdam peccatis; quidam vero in ipſo ſuo fine hilareſcunt æternorum cõtemplatione bonorum. Et infra. Prauos autem homines apoſtatæ angeli excipiunt moriẽtes,

tes, vt eis sint ipsi tortores in pœnis, qui fuerunt suasores in vitijs.

Ex Beda.

BEDA; Quia ecclesiá dixerat in præsenti (Ioannes scilicet in Apocalypsi) multipliciter afflictam, congruè ponit animarum gloriam post corporum pœnam, dicens. Vidi (inquit) eas sub altare Dei, idest, in secreto æternæ laudis.

Item in homilia Circumcisionis. Idem salutiferæ curationis auxilium circumcisio in lege cõtra originalis peccati vulnus agebat, quod nunc baptismus reuelatæ gratiæ agere tempore consueuit, excepto quod cœlestis regni ianuam, nec dum intrare poterant Ergo secundum intentionem Bedæ baptizati decedentes; nisi aliqua culpa impediat, ianuam cælestis regni statim intrant.

Ex Remigio.

* Ambrosi' Ansbertus in Apoc. lib. 4. c. 6.

S. REMIGIVS * exponens idem, dicit sic. Per stolas albas debetis intelligere mercedem baptismi, præmium martyrij, & gaudium cælestis patriæ. Habent ergo ante resurrectionem sancti singulas stolas, quia in sola anima æternis adhuc beatitudinibus perfruuntur, postea autem accepturi sunt binas, quando receptis corporibus immutabiles erunt in anima, & incorruptibiles in corpore.

Ex Petro Damiano.

PETRVS Damianus in quodam sermone de Sancto Ioanne Euangelista in eius festo, dicit sic Hodie discipulus, quem diligebat Iesus, sui dilectoris amplexibus stringitur, societate perfruitur, & quod viderat, & quod audierat, & quod suis manibus attractauerat de verbo vitæ, tanto iam liquidius, quanto sublimius contemplatur. Hodie illa mirabilis Aquila ad vnicam Angelorum, & hominum escam feliciter euolauit.

Item Idem in alio sermone, quem facit de Sancto Ioanne Euangelista, exponẽs illud, quod Christus dixit Ioanni, Io. vlt. Sic eum volo manere donec veniam, dicit sic. Ipse per me metipsum veniam, ipse egredientem eius animam in gloriæ meæ claritate suscipiam.

Ex S. Bernardo.

S. BERNARDVS in quadam Epistola, quam facit ad fratres Hyberniæ, de morte Malachiæ Episcopi, quæ incipit Religiosis fratribus, dicit sic. O anima sancta non iam in fide ambulas, sed in specie regnas.

Item Idem in 2. libro de diligendo Deo, cum Augustino in 12. super Gen. ad lit. c. 27. videtur dicere, quod anima separata videt Deum beatificè, sed non sic intense, sicut vnita propter appetitum vnionis ad corpus, dicit enim sic. Quod cum velint sanctorum animæ sua corpora recepisse, aut desiderent, & sperent recipere, liquet procul dubio non penitus deesse eis de proprio quantumlibet modicè intentio reflectatur. Et concludit. Donec absorta sit mors in victoria, quatenus & in corporibus

A gloria cælesti resulgeat, non possunt animæ ex toto seipsas transponere, & transferre in Deum.

Ex Hugone.

HVGO de S. Victore de Sacramentis lib 2. parte 16. cap. 11. Animæ sanctorum carnæ solutæ in gaudium Domini sui, & in abscondito faciei eius, veri luminis illustratore lætantur. Et infra. Hoc vnum certú est Sanctorum animas in secreto contemplationis diuinæ constituta esse.

MAGISTER Sententiarum in 4. dist. 45. quæst. 2. Animæ sanctorum in abscondito faciei Dei veri luminis illustratione lætantur in ipsius contemplatione. Et infra sicut Angeli Dei sic, & sancti Deo assistunt, & verbum Dei contemplantur.

Item Ibidem distinctione 44. quæst. 2. dicit. Animas reproborum separatas pati ab igne corporeo, & ad hoc probandum inducit Gregorium in 4. Dialogorum, & B Iulianum Episcopum Toletanum, & Cassianum.

PVNCTVM III.

Hæreticum est asserere animas Sanctorum ante generalem resurrectionem non præmiari Dei visione.

TERTIO principaliter videndum est. An sit hæreticum dicere animas separatas ante generalem corporum resurrectionem, non præmiari visione Dei beata, nec puniri pœna infernali, vel purgatorij

Conclusio.

Vbi sciẽdum est, quod Sanctus Thomas de Aquino in scripto super 4. Sententiarum dist. 45. art. 1. in solutione 2. quæstionis, dicit sic. Quod habendum est pro hæresi, vt C patet per Gregorium in 4. Dialogorum, & per librum de Ecclesiasticis dogmatibus, dicere. Quod animæ separatæ à corporibus non præmiantur, aut puniuntur, non vadunt ad cælum, aut ad infernum.

Prẽ q hęc q̃stio scripta est post canonizationẽ S. Th. Aquinatis, quæ ẽt facta est viuente Auctore.

Et videtur hoc dictum SANCTI THOMÆ posse satis rationabiliter probari sic. Quod est contra illud, quod tenet Ecclesia, vel contra textum sacræ scripturæ est hæreticũ. Sed dicere animas separatas non præmiari, nec puniri, est contra illud, quod tenet ecclesia, & contra textum sacræ scripturæ. Ergo est hæreticum.

Maior probatur, & primo quantum ad primam partem eius, quia dicere contra articulum fidei est hæreticum, sed articulus fidei est credere Spiritum sanctum fuisse loquutum per sanctam ecclesiam catholicam, vt patet in vtroq; Symbolo, sci-D licet Apostolorum, & Sanctorum Patruũ, & videtur hic articulus esse principalis inter omnes articulos, saltem quantum ad hoc, quia sub se continet omnes alios. Ergo, quod est contra hoc, quod tenet Ecclesia est hæreticum.

Pro-

Probatur etiam eadem maior quantum ad secundam partem eius, quia ecclesia approbauit, & recepit omnes libros sacræ scripturæ tanquam autenticos, & continétes in omnibus certissimam, & infallibilem veritatem. Ergo dicere contra textum sacræ scripturæ, quomodocunq; est dicere contra illud, quod tenet ecclesia; & per cósequens est hæreticum.

A

Minor quantum ad vnam partem, scilicet, quod dicere, quod animæ separatæ nó puniuntur poena infernali, vel purgatorij est contra textum sacræ scripturæ probata est, & declarata superius in secunda ratione assumpta ad probandum secundum principale.

Sed quantum ad aliam partem, scilicet, ꝙ animæ separatæ, & cæteri sancti non præmientur præmiatione beatifica, sit contra illud, quod tenet ecclesia, probari potest de facili iudicio meo, inspiciendo officium, quod facit ecclesia de communi Apostolorum, & Martyrum, & Confessorum, & officium, quod de aliquibus sanctis. Nam in officio, quod facit de communi Apostolorum dicit sic. Apostolorum gloriam sacra canunt solemnia, & iterum modo coronantur, & accipiunt palmam, & multas alias auctoritates æquè claras, seu apertas, facile esset colligere in Breuiario, & in Missali, quas tenet, & cantat sancta Ecclesia, quas propter breuitatem dimitto. Quæ omnes auctoritates veritatem non continerent, nisi animæ iustorum iam essent præmiatæ visione beata, nisi fortè aliquis eas extortè exponeret.

B

Ecclesia, etiam in collectis, seu orationibus, & ferè in toto officio, quod facit de sanctis, vocat eos beatos, & beatitudo ipsorum est essentialiter, & principaliter visio Dei clara, & dilectio perfecta, secundum omnes.

C

Euasio. Nec potest dici, quod Sancti sunt beati in certa spe, & non in re, sicut exponitur illud Matthæi 5. [Beati pauperes spiritu, & beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.]

Instantia. Quia sicut homo in potentia solum non dicitur simpliciter homo, sed magis non homo, sic & beatus solum in spe magis est dicendus non beatus, quam beatus simpliciter; illud autem euangelij, Beati pauperes &c. ex ipso textu habetur, quod est sic intelligendum, scilicet, beati in spe, & non in re, quia beatitudo in re non compatitur paupertatem, persecutionem, & aliquid huiusmodi.

Probatur cóclusio ex sacris canonibus. Item de celebratione missarum, cap. cum Marthæ. circa finem, Papa respondens quæstionis cuidam à quodam sibi propositæ, dicit sic. [Respondemus, quod, cú sacræ scripturæ, idest Sancti Augustini, dicat auctoritas, quod iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre, idem est ratione consimili de sanctis alijs sentiendum, quia orationibus nostris non indigent, pro eo, quod cum sint perfectè beati omnia eis ad vota succedunt,] quod vt clare patet prædicta verba, & quæ præcedunt, & sequuntur eiusdem decretalis intuenti, Papa dicit verba prædicta, non opinionem aliquam recitando, vt quidam dicunt, sed magis veritatem determinando; sed quod gloria sanctorum augeatur vsq; ad diem iudicij, dicit opinionem aliorum recitando solum, & nó determinando, & hoc est, quod sequitur in eadem decretali ad prædicta verba iam allegata [Licet pleriq; reputét, non indignú sanctorum gloriam, vsq; ad iudicium augmentari.]

D

Obiectio. Sed contra hoc arguitur, quia Apoc. 6. dicitur. Vidi animas occisorú ꝓpter verbú Dei, & clamabant voce magna dicentes, vsquequo Domine non vindicas sanguiné nostrum de ijs, qui habitant in terra? & sequitur ibi, & dictum est illis, vt requiescerent tempus adhuc modicú, donec compleatur numerus conseruorum eorú, idest, vsq; ad diem iudicij. Ergo sanctis vsq; ad diem iudicij non omnia ad votum succedunt, nec per consequens sunt perfectè beati, vt dicit decretalis.

Solutio. Ad quod dicendum est, quod martyres, & alij sancti habent voluntatem perfectè subiectam voluntati diuinæ, & idcirco volút vindictá fieri de Tyránis, qui eos occiderunt, tunc quando Deus vult talem vindictam de ipsis, scilicet in die iudicij, quantum ad animam, & corpus, & non ante, & voluntatem eorum de tali vindicta, absolutè accepta, indicat ipsorum petitio supradicta, sed quod velint talem vindictá fieri in die iudicij, & non ante, indicat supradicta eis facta responsio.

Alia ꝓbatio ex sacris canonibus. Ité de Presbytero non baptizato c. Apostolicam sedé, dicitur sic. Eum, qui in sanctæ matris ecclesiæ fide, & Christi nominis cófessione perseuerauit, cælestis patriæ gaudiú esse adeptum asserimus incunctanter.

Euasio. Sed ad hoc respondetur, quod animæ separatæ in cælesti patria gaudent de visione humanitatis Christi, & de spe futuræ beatitudinis, & remissionis, & similibus.

Instantia. Sed hæc expositio multum diminuit de veritate textus, qui omne tale gaudium est multum modicum respectu gaudij, quod habetur de beata visione Dei, & de Deo viso beatificè.

PVNCTVM IV.

Recensentur argumenta in oppositum, & soluuntur.

QVARTO principaliter ponenda sunt argumenta, & soluenda, quæ quidem faciunt contra prædicta, & præcipuè contra

contra secundum principale de prędictis,& vt melius appareat solutio talium argumẽtorum quodlibet argumentum ponetur per se, & iuxta ipsum eius solutio.

Primum Argumentum.

PRIMO, arguitur sic. Præmium iustorum datur ipsis in die iudicij, & similiter poena malis, vt probatur per multas auctoritates sacræ scripturæ,& Sanctorum. Sed visio Dei beata est præmium iustorũ. Ergo dabitur ipsis in die iudicij, & non ante, & similiter poena malis; & vocatur in prædictis auctoritatibus multis nominibus tale prę̄mium, s. denarius, merces, horreũ, gaudium, regnum, vita æterna, & multis alijs nominibus.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod iustorũ præmium totale, s quantum ad animam, & corpus, & quantum ad illud, quod est essentiale, seu principale, & accidentale, seu secundarium in tali præmio, datur iustis in die iudicij generalis, & non ante; Dei aũt visio est præmium iustorum, non totale, sed principale, scilicet, animæ solius, & quantum ad illud solum, quod est in præmio essentiale, seu principale. Et idem dicendum est de poena malorum.

Secundum Argumentum.

SECVNDO, arguitur sic. In Symbolo Apostolorum dicitur. Credo carnis resurrectionem, & vitam æternam. Et in Symbolo Sanctorum Patrum. Expecto resurrectionem mortuorum, & vitam věturi seculi, Amen. Et in Symbolo Athanasij. Ad cuius aduentum (scilicet Christi) omnes homines resurgere habent cũ corporibus suis, & qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, &c. Ergo vita æterna, quæ est Dei visio, datur iustis post carnis resurrectionem, non ante, & similiter poena malis.

Solutio.

AD quod dicendũ est, sicut & ad præcedens, scilicet, quod vita æterna totalis, hoc est animæ, & corporis quantum ad totum, quod est in ea essentiale, seu principale, & accidentale, seu secundarium, datur iustis post carnis resurrectionem, & non ante; Dei autem visio est vita æterna non totalis, sed partialis, hoc est animæ solius quantum ad illud, quod est in ea essentiale, seu principale solum; & idem dicendum est de poena malorum. Vel dicendum est, quod diuinæ personæ, & earũ emanationes, quæ sunt ab æterno, ponuntur etiam in Symbolo post factionem creaturæ, quæ fuit in tẽ-

A pore, & Spiritus sanctus, & eius processio ponitur in symbolo post incarnationem, & alia mysteria nostræ redemptionis, quæ fuerunt facta in tempore. Ergo, quod vita æterna ponatur in symbolo post carnis resurrectionem, non ostendit, quod vita æterna sit post carnis resurrectionem solum, & non ante.

Tertium Argumentum.

TERTIO, arguitur sic, Beatus Bernardus in quodam sermone, quem facit de omnibus sanctis dicit, quod animæ iustorum ante diem iudicij generalis sunt sub altari, idest sub protectione humanitatis Christi. Sed post sunt super altare, quia exaltantur vsque ad visionem Dei, & dicit ibidem, quod anima non intrat in gaudiũ

B Domini sui sine corpore, sicut nec prælatus sine plebe.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Bernardus loquitur de visione exteriori sensitiua Christi Dei, quam non habet anima sine corpore; & loquitur de gaudio, quod talem visionem consequitur. Vel loquitur de gaudio totali modo exposito in solutionibus duorum præcedentium argumentorũ. Vel dicendum, quod Bernardus loquitur non asserendo, sed dubitando, quod patet per verba sua in eodẽ sermone, dicit enim sic. Tempus est, vt dicamus de altari illo cælesti, quod nobis sentire donatum est sine præiudicio, sanè si cui fortè aliter fuerit reuelatum.

C Vel dicendum, quod sicut Augustinus in libro Retractationum multa reuocauit, quæ prius dixerat, sic etiam Bernardus, quæ dixerat in prædicto sermone, postea reuocauit in duobus locis supra allegatis in secundo puncto principali.

Quartum Argumentum.

QVARTO, arguitur sic. Augustinus dicit in 1. libro Sententiarum Prosperi cap. 9. Deus non potuit, nec potest videri, sed poterit cum ad cælestem patriam peregrinatio nostra peruenerit, & mortale nostrũ immortalitatem induerit, atque ad contẽplationem diuinam, vel perceptionem cælestium gaudiorum, fides ipsa, qui hic futura credebant impleta perduxerit.

D *Solutio.*

AD quod dicendum est, quod pars nō prædicatur de toto, nec è conuerso, totum integrale de tali parte. Anima autẽ humana est pars hominis, & idcirco propriè loquen-

quẽdo animę hominũ iustorũ non sunt dicẽdę esse ipsi iusti, aut è conuerso Quo supposito dicendum est ad argumẽtum,* quod August. loquitur nõ de animabus hominũ, sed de hominibus ipsis, de quibus dicit, ꝙ Deus ab eis nõ potuit, nec potest videri, &c. quæ sequuntur: & similiter dicendum ad omnes auctoritates in quibus diceretur de iustis, quod post finale iudicium habebunt visionem, vel vitam beatam, aut aliquid simile; & de iniustis, quod habebunt damnationem æternam, aut ignem, vel supplicium æternum, aut aliquid simile.

*ꝙ auctoritas nõ est Aug. sed s. Prosperi i 1. lib. de Vita cõtẽplatiua c. 10. & dato ꝙ sit Aug. dicendum

Quintum Argumentum.

QVINTO, arguitur sic. Augustinus 13. lib. de Trinitate c. 5. & in libro de Beata vita, Beatus est, qui habet quicquid. vult, ergo carens aliquo, quod vult, non est perfectè beatus. Sed anima separata à corpore naturaliter vult vniri corpori, cum sit forma eius, & careat tali vnione. Ergo non est perfectè beata, nec habet perfectè Dei claram visionem, & delectationem, seu fruitionem, quæ, vt suppono, est eius beatitudo.

Cõfirmatio.

Et confirmatur ratio per hoc, quod Augustinus 12. super Genesim ad literam circa finẽ c. 35. dicit de spiritibus defunctorum. Quod siue alia latentiore causa, siue propter appetitum administrandi corpus retardantur, ne tota intentione ferantur in illud summum cælum, idest, visionem diuinæ essentiæ, vt ibi intelligit.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod anima decedens cum gratia Dei habet voluntatẽ perfectè subiectam voluntati diuinæ, & idcirco tunc solum volet vniri corpori, quãdo Deus volet eam corpori vniri, scilicet in generali resurrectione, & non ante.

Et ad confirmationem rationis dicendum, quod Augustinus in verbis illis loquitur, inquirendo non determinando, sicut & in multis alijs locis eiusdem libri, quia, sicut ipse dicit in libro Retractationũ, In libro super Genesim sunt multa quæsita, & pauca inuenta, & de inuentis pauciorã firmata.

Sextum Argumentum.

SEXTO, arguitur sic. Præmium debet correspondere merito. Sed totus homo meretur. Ergo totus homo præmiabitur, & non sola anima; visio autem Dei clara, & dilectio perfecta est præmium Beatorum, vt ad præsens suppono. Ergo anima separata à corpore, seu existens sola sine corpore, non potest habere tales operationes perfectas.

A Et confirmatur ratio per hoc, quod Damascenus dicit libro 4. Fid. orthod. cap. 28. Iustus enim Deus est, & ijs, qui sustinent retributor fit, sed siquidem anima sola virtutis certaminibus athleticè pugnauerit ipsa sola coronabitur, & si sola voluptatibus inuoluta est, sola iustè vtiq; punietur. Sed quia existentiam, neq; separatam habuerũt, neq; virtutẽ, neq; malitiam anima pertransijt sine corpore, rectè ambo simul, & retributionibus fruentur.

Cõfirmatio.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod licet præmium debeat correspondere merito quantum ad hoc, quod ille debet præmiari, qui meretur, non tamen oportet, quod secundum illam partem, secundum quam meretur, præmietur; sed quandoque qui B meretur cum manu præliando, præmiatur, in capite coronam recipiendo.

Vel dicendum, quod meritum principalius se tenet ex parte animæ, quam ex parte corporis, quia meremur actibus charitatis, & actibus liberis, seu voluntatis, qui sunt principalius animæ, quam corporis; sicut ergo totus homo meretur, ita totus præmiabitur quandoque, scilicet in æternum post futuram, & generalem resurrectionem, sicut ergo meritum principalius se tenet ex parte animæ, quam ex parte corporis, ita non est inconueniens, quod anima per prius præmietur, quam corpus, & præcipuè cum tota duratio præcedens generalem resurrectionem, in qua prẽmiatur sola anima, sit finita, & per consequens punctalis respectu æternitatis, in qua præmiabitur homo quantum ad ani- C mam, & corpus.

Et ad confirmationem rationis dicendũ est, quod non solum anima, sed anima simul, & corpus præmiantur, & puniuntur post generalem resurrectionem, & hoc solũ ibi intendit dicere Damascenus, & probat ratio, quam ibi facit de iustitia Dei, ad quam spectat præmiare, & punire animam simul, & corpus, quæ simul meruerunt, & peccauerunt, non autem intendit ibi dicere, quod animæ separatæ ante generalem resurrectionem non præmiẽtur, vel puniantur, cum hoc sit expresse contra Euangelium Lucæ 16. de diuite Epulone, de quo ibi dicitur; Cum esset in tormentis &c. Et infra; Crucior in hac flamma, &c.

Ad cõfirmationẽ.

Vel dicendum, quod in hoc non est stãdum dicto Damasceni, vel cuiuscunq; alterius Doctoris Græci, quia error Græco- D rum est, quod animæ separatæ non præmiantur, vel puniuntur ante generalem resurrectionem.

Septimum Argumentum.

SEPTIMO, arguitur sic. Operatio sequi-

ſequitur eſſe, & eſt exiſtentis. Ergo quod habet imperfectum eſſe, non poteſt habere perfectiſſimam operationē, qualis eſt Dei viſio, quæ eſt hominis felicitas. Sed anima ſeparata habet eſſe partis, & per conſequens imperfectum, vnita autem habet eſſe totius, & per conſequens perfectum, quia omne totum eſt maius, & perfectius ſua parte: vnde & Gloſ. ſuper illud Apocalypſis ſexto, vidi ſubtus altare Dei &c. dicit, quod animæ beatorum ante diem iudicij ſunt minoris dignitatis, quam poſt. Ergo anima ſeparata non poteſt habere Dei viſionem.

Solutio.

AD quod dicendum eſt, quod anima humana ſeparata, vt eſt pars hominis habet eſſe imperfectum, & operari, & de hoc intelligenda eſt Gloſ. allegata, ſed vt eſt quædam ſubſtantia intellectualis ſubſiſtens habet eſſe ęquè perfectum ſeparata, & coniuncta, & ſecundum hoc competit ei viſio beata, & hoc totum declaratum eſt ſupra, & probatum in ſecunda ratione adducta ad probandum primum punctum principale.

Octauum Argumentum.

OCTAVO, arguitur ſic. Executio ſententiæ non debet præcedere eius pronũtiationem, ſed præmiatio beatorum, quæ eſt Dei viſio clara, & dilectio perfecta pertinet ad executionem diuinæ ſententiæ. Ergo non debet præcedere pronuntiationem ſententię diuinæ, quæ erit in finali iudicio poſt futuram, & generalem reſurrectionē, vt patet Matthæi vigeſimoquinto, quando dicetur bonis à Chriſto. [Venite benedicti patris mei poſſidete paratum vobis regnũ à conſtitutione mundi.] Et ſequitur ibi quibuſdam interpoſitis. Ibunt iuſti in vitā æternam, quæ eſt Dei viſio; ſicut dicitur Ioannis decimoſeptimo. Hæc eſt vita æterna, &c.

Cõfirmatio 1. Et confirmatur ratio dupliciter. Primo, quia idem iudicium videtur eſſe de beatitudine corporum, & de beatitudine animarum. Sed omnia corpora ſimul glorificabuntur in reſurrectione generali, & iudicio. Ergo tunc omnes animæ Sanctorum ſimul glorificabuntur, & non ante.

Cõfirmatio 2. Secundo, per hoc, quod Apoſtolus dicit ad Hebræos vndecimo de Antiquis Patribu[s] loquens. [Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſſionem. Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur.] Ergo ſecundum intentionem Apoſtoli decet diuinam prouidentiam conſummare, ſeu perficere ſimul omnes ſanctos Veteris, & Noui Teſtamenti; beatitudo

A beatitudo autem eſt vltima perfectio, & conſummatio beati. Ergo decet Deum ſimul omnes Sanctos beatificare in generali reſurrectione, & non ſucceſſiue quoſdam ante alios.

Solutio.

AD quod dicendum eſt, quod, vt communiter dicitur, duplex eſt diuinum iudicium, ſcilicet particulare, reſpectu cuiuſcunque hominis particularis, quod eſt in eius morte, & generale, quod eſt reſpectu omnium hominum, quod eſt in futura omnium generali reſurrectione! ſententiam primi iudicij, ſequitur tanquam executio, præmiatio, vel dānatio animæ ſeparatæ vniuſcuiuſq; hominis ſigillatim, ſententiam autem ſecundi iudicij ſequitur tanquam executio, præmiatio, & damnatio

B omnium hominum, ſimul quantum ad animam, & corpus: & de hac loquitur Saluator Matthæi 25. in verbis, quæ allegantur in argumento.

Et ad primam confirmationem. Dicendum, quod non eſt ſimile de glorificatione corporum, & de glorificatione animarum, quia decet glorificationem correſpõdere primæ productioni: materia autem omnium corporum humanorum fuit ſimul à Deo producta, in prima mundi creatione, vt patet Geneſis primo; Animę autem hominum creantur, ſeu producuntur ſucceſſiuè, & ſigillatim à Deo, qui finxit ſigillatim corda eorum, vt dicitur in Pſal. 32. Ergo non eſt inconueniens, ſed rationabile, quod animæ Sanctorum ſigillatim beatificentur, & ſucceſſiue; corpora autem beatificentur ſimul in generali reſurrectione, exceptis corporibus Chriſti, Ad 1 confirmationē.

C & Beatæ Virginis.

Et ad ſecundam confirmationem dicendum, ꝙ Apoſtolus loquitur de totali conſummatione, ſeu beatificatione hominum ſcilicet quantum ad animam, & corpus, quæ erit ſimul omnium hominum in futura generali reſurrectione, & hoc eſt, quod dicit Gloſ. exponens prædicta verba, [non acceperunt repromiſſionem,] ideſt duas ſtolas, animæ ſcilicet, & corporis beatitudinem, & ſequitur in Gloſ quibuſdam interpoſitis, & ſi ſingulas acceperunt, non tamen geminam ſtolam habent, vſque ad communem reſurrectionem, vt omnium conſummatio fidelium ſimul fiat, vel vt dicit ibi alia Gloſ. illi priores non acceperunt ſtatim repromiſſionem, ideſt, promiſſam vitam Ad 2. confirmationē.

D vſque ad Chriſtum, Deo prouidente pro nobis aliquid melius, ſcilicet, vt noſtram naturam aſſumeret, & glorioſius eos exaltaret; vnde additur. [Vt non ſine nobis conſummarētur,] quæ conſummatio omnium ſimul, ſaltem quantum ad meritum facta

est in passione Christi, quando dixit; [Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum.] Ioan. 19.

Nonum Argumentum.

NONO, arguitur sic. Ecclesia non orat pro existentibus in vita beata, seu in gloria, sed Ecclesia orat pro animabus iustorum in Canone missæ, dicendo; Memento Domine famulorum, famularumq; tuarum, qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis, quod (vt videtur) nō potest intelligi de animabus existentibus in pœnis purgatorij, quia cum tales pœnæ sint valdè magnæ excedentes omnes pœnas præsentis vitæ, vt Sancti dicunt, non videtur, quod possint dici esse in somno pacis. Ergo animæ iustorum decedentium non sunt adhuc in gloria, seu in vita beata.

Cōfirmatio. Et confirmatur ratio per Augustinum 20. de Ciuitate Dei cap. 9. vbi dicit, Quod animæ Martyrum, & aliorum piorum mortuorum non separantur ab Ecclesia, & quod ad altare Dei fit eorum memoria in communicatione corporis Christi.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Ecclesia in prædictis verbis orat solum pro existentibus in purgatorio, pro quibus petit tria in verbis, quæ sequuntur ad verba, quæ allegantur in argumento, scilicet, locum refrigerij, videlicet à pœnis purgatorij, & lucis: idest claræ, seu beatæ visionis Dei; & pacis: idest perfectæ charitatis, seu dilectionis, vel fruitionis; quia pax est effectus charitatis, & dicuntur isti mortui dormire in somno pacis, quia mortui sunt in charitate, cuius, vt supra dictum est, effectus est pax, & mortui sunt in vnitate Ecclesiæ numero, & merito, quia sine excommunicatione, & schismate, & peccato mortali quocunq; quod diuidit peccantem ab alijs membris Ecclesiæ, priuans ipsum omnibus bonis, quæ sunt in Ecclesia; & licet existentes in purgatorio sint in pœnis, hoc tamen non impedit, quin debeant dici esse in pace, simpliciter loquendo, quia in eis non est sensualitas repugnās rationi, & habent voluntatem perfectè subiectam voluntati diuinæ; propter quod voluntate deliberata volunt esse in pœnis, quandiu placet Deo, sicut & volunt diuinam iustitiam, quicquid sit de voluntate naturali, qua naturaliter refugiunt pœnas: propter quod maiorem pacem habent, quando sūt in vita beata; quam pacem, vt prædictum est, Ecclesia petit pro eis in verbis prædictis locum refrigerij, lucis, & pacis; quasi eis optando, & pro eis petendo transitum de minori pace ad maiorem, modo exposito, quod exponi non posset, nisi extortè A de animabus existētibus extra pœnas purgatorij, quæ nullo refrigerio indigent, nec maiori pace, quam sit illa quam habent, & de quibus dicitur de Celebratione Missarum. cap. Cum Marthæ. quod iniuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre: quæ cum sit indefinita, verificatur pro quocunque vno particulari, & idcirco iniuriam facit Martyri, & pari ratione omni alteri Sancto extra Purgatorium existenti, qui orat pro eo, quodcunque in oratione petendo pro ipso, & non solum, vt Quidam exponunt, petendo pro eo, quod non habet.

Ad cōfirmationem. Et ad confirmationem rationis est dicendum, quod animæ Martyrum, & aliorum piorum mortuorum, sunt membra non separata, sed vnita Ecclesiæ, & quod in communicatione corporis Christi ad B altare Dei fit eorum memoria, non pro eis, sed eos orādo, cū circa principium Canonis Missæ, dicitur. Communicantes, & memoriā venerantes Gloriosæ Virginis Mariæ, sed Beatorum Apostolorū, ac Martyrum tuorū, &c. Et infra post cōsecrationem. Nobis quoque peccatoribus partem aliquam, & societatem donare digneris cum tuis Sanctis Apostolis, & Martyribus, &c. Et infra; postquam dictum est Pater noster. Intercedente Beata Maria, & Beatis Apostolis tuis, &c. Frequenter etiam in anno, in festis Sanctorum dicuntur Missæ ad memoriam, laudem, & gloriam Sanctorum, & hoc solum, vult dicere Augustinus in prædictis verbis; & non quod Ecclesia orat pro ipsis, vt prædicti dogmatizantes, peruersè, & extortè exponunt. Quod autem orationes non C debeant fieri, nec fiant in Ecclesia pro animabus iustorum, quæ sunt extra pœnas purgatorij, expresse determinatur de Celebratione Missarum. cap. Cum Marthæ. circa finem, vbi Papa scribens cuidam dicit sic. [Tertio loco tua fraternitas requisiuit, quare fuerit mutatum, quod in secreta Beati Leonis, secundum antiquiores codices continetur sic, videlicet. Annue nobis Domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc prosit oblatio: cum in modernis Sacramentarijs habeatur. Annue nobis quæsumus Domine, vt intercessione Beati Leonis hæc nobis prosit oblatio. Super quo respondemus, quod cum sacræ Scripturæ dicat auctoritas, (idest Sancti Augustini Sermone decimo septimo de verbis Apostoli, & est in Glos. super illud ad Hebræos duodecimo, nondum D vsque ad sanguinem restitistis:) quod iniuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre, idem est ratione consimili de Sanctis alijs sentiendum, quia orationibus nostris non indigent, pro eo, quod, cum sint perfectè beati. omnia eis ad vota succedunt.

ſed nos potius eorum orationibus indigemus; quos (cum miſeri ſimus) vndique A mala noſtra perturbant. Vnde, quod in pleriſq; orationibus continetur, proſit, vel proficiat huic Sancto, vel illi, talis oblatio ad gloriam, & honorem, ita debet intelligi, vt ad hoc proſit, ꝙ magis, ac magis à fidelibus glorificentur in terris:] Quæ verba dicit ibi Innocentius non recitando opinionem alicuius, ſed magis veritatem determinando, vt clarè patet p̄dicta verba intuenti. Quamuis ea, quæ ſequuntur ad ſupradicta verba in eadem Decretali Papa dicat, vt etiam ibi exprimit, opiniones alias recitando. Et quod orationes debeant fieri in Eccleſia pro exiſtentibus in Purgatorio, vt abſoluantur à pœnis eis debitis pro peccatis, expreſsè habetur ſecundo Machabęorum duodecimo, vbi dicitur, Quod Iudas duodecim millia dragmas argenti miſit Hieroſolymã offerri eas pro peccatis mortuorum iuſtè, & religioſè de reſurrectione cogitans, & ſequitur, paucis interpoſitis: ſancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.

* * *



DE PAVPERTATE CHRISTI, ET APOSTOLORVM.

QVAESTIO XLII

Quæstio sequens exactissimè ab Auctore disputata est contra doctrinam Gulielmi OKam, & Michaelis de Cæsenna, qui pertinaciter extrauaganti Ioannis Papæ XXII. damnantis eos, qui asseruerunt Christum Dominum, et eius Discipulos nihil in communi habuisse, se se opposuerunt, nec sensum suum S. R. E. subiecerunt: propter quod excommunicati sunt, & hæretici declarati. Sed OKam Ludouico Bauaro adhærens, Papæ Ioanni infestissimus fuit verbis, & scriptis, stipendiarius Imperatoris schismatici factus, à Christi Domini Vicarij obedientia deficiens, vnde iure apud Catholicos nullam meretur auctoritatem

Vtrum asserere Christum, & Apostolos nihil habuisse in communi, sit hæreticum.

Responsio ad Quæstionem.

RESPONDEO. Christum, & Apostolos habuisse multa quo ad vsū, constat per diuersos textus sacræ Scripturæ, cū frequenter comederint, biberint, & habitauerint in domibus: nec aliquis fidelis vnquam de hoc dubitauit, aut oppositum dixit, & per consequens asserere oppositum est hæreticum manifeste. Vnde de hoc non est quæstio, cum quæstio sit dubitabilis propositio. Sed intellectus quæstionis est. Vtrum sit hæreticum asserere Christum, & Apostolos nihil habuisse in communi, quantū ad possessionem, & dominium. Vnde ad huius quæstionis euidentiam quinque facienda sunt principaliter.

Primo quæretur, an habere in communi, quo ad dominium, & possessionem aliqua moderata, & proportionata sustentationi vitæ præsentis diminuat perfectionem Religionis.

Secundo, an habere tale dominium sit contra Regulam S. Francisci, seu Fratrum Minorum.

Tertio, an ex dictis sac[ræ] scripturæ habeatur, quod Christus, & Apostoli tale dominium habuerint.

Quarto, agendum est de principali quæsito.

Quinto, respondebitur ad ea, quæ contra prædicta objiciuntur.

A

PVNCTVM I.

An habere in communi, quo ad dominium, & possessionem moderata, & proportionata sustentationi vitæ præsentis minuat perfectionem religionis.

IN hoc puncto duo facienda sunt. Primo præmittendæ sunt tres suppositiones, & probandæ. Secundo ponetur conclusio, & probabitur.

B ¶ Quantum ad primum, prima suppositio est, quod perfectum, generaliter, & specialiter, facit omnis habitus virtuosus, seu virtus, quæ habenté perficit, vt dr̄ 2. Ethic. et multo magis oīs actus virtuosus, cū actus sit maior perfectio, quā habitus, vtpote eius finis, & impossibile est contradictioné implicans, ꝙ in aliquo sit aliqua pfectio, & nō faciat illud perfectum; sed charitas, quæ sm̄ Apost. Colos. 3. est vinculum perfectionis, faciens hominē perfectū generaliter, & specialiter. Generaliter quidē, quia inclinat ad C actū omnium virtutū, sm̄ illud 1. Cor. 13. [Charitas patiens est, &c.] cuius rō est, quia est amicitia hoīs ad Deum, cui in nobis placēt actus virtuosi, & displicēt actus vitiosi. Amor aūt inclinat amantē ad faciédū, quæ placent amico, & vitandum, quæ displicēt. Specialiter aūt perficit pfectione meritoriā vitæ beatæ, vt patet vbi supra .s. 1. Cor. 13. in princ. [Si linguis hominū loquar et Angelorū, charitatē aūt nō habuero nihil sū.] *Primū præsuppositum vbi declaratur rō perfectionis.*

Cuius rō est, quia nullus meretur apud D aliquem dominum, nisi faciendo, quæ sibi placent; & per consequens, quod inclinat aliquem ad faciendum, quæ placent alicui Domino, facit illū mereri apud ipsum; sed

charitas inclinat hominem ad faciẽdũ, quæ placent Deo, & vitandum, quæ displicent, vt probatum est. Ergo facit hominẽ mereri apud Deum.

Cõfirmatio.

Et confirmatur hæc doctrina per cõe dictum, quo dicitur, ꝙ charitas est forma omnium aliarum virtutũ, & constat, quod non est forma inhærens, cum sit in alio subiecto saltẽ immediato à multis virtutibus, vt de se patet, & impossibile est, ꝙ forma, & id, cuius est forma, sint in diuersis subiectis: ergo est forma denominans, quia .s. omnẽ actum, & habitũ virtuosũ facit meritorium vitæ æternæ, cuius charitas est per se, & primo meritoria. Et quia voluntaria abiectio temporalium propter Christũ est actus virtuosus, non necessitatis, sed super erogationis, cũ sit materia voti: idcirco facit per se ad perfectionẽ talis actus, nõ necessario tñ, cũ sine eo possit esse spiritualis perfectio, & fuit in multis Sanctis veteris, & noui Testamenti, vt patet per Aug. in lib. de Morib. Eccles. Paupertas autem, idest carentia exteriorũ rerũ, quæ est obiectũ talis actus, & facit ad perfectionẽ instrumentaliter, sicut dicit Arist. in 1. Ethic. de bonis exterioribus, ꝙ deseruiunt felicitati organicè, quia sunt obiectum, & materia virtutũ liberalitatis, & magnificentiæ: instrumentũ .n. est quo quis vtitur ad aliquẽ finẽ; liberalis aũt, & magnificus vtitur eis ad bonũ finẽ .s. ad actum prædictarũ virtutum; & similiter Sanctus vir vtitur tali carentia ad spiritualem perfectionẽ, quia diuitiæ habitæ in proprio alliciunt animum ad inordinatum amorẽ, & ingerunt superfluã sollicitudinẽ, & sunt sæpè occasio superbiæ, quæ omnia spectant ad spritualẽ imperfectionẽ; & per oppositũ carentia diuitiarũ instrumẽtaliter deseruit spirituali perfectioni, non positiuè, sed negatiuè, quia per ea tolluntur peccata, & impedimẽta perfectionis, vt infra declarabitur: sicut carentia spinarũ, & tribulorũ, quæ impediunt profectum terræ nascentiũ, faciunt ad perfectionẽ eorũ instrumẽtaliter, hoc est dispositiuè, nõ positiuè, cum sit priuatio, sed negatiuè; & hoc ẽ, ꝙ dicit Abbas Moyses in collationibus Patrum, collat. 1. c. 7. Ieiunia, vigiliæ, meditatio scripturarũ, nuditas, ac priuatio omniũ facultatum, non perfectio, sed perfectionis instrumẽta sunt.

Secũdũ suppositũ, vbi exponitur qualis sit status pfectionis Prælatorum, & Religiosorum.

¶ Secunda suppositio est, ꝙ status Prælatorũ est iã perfectorum, & cõicantium alijs perfectionẽ exẽplo, & verbo. Quia sicut se habet agẽs ad passum in vniuerso, sic se hẽt Prælatus ad subditũ in corpore Christi mystico Ecclesiæ, sed agens est perfectiuum passi in naturalibus, & ei cõicans suam perfectionẽ. Ergo & Prælatus debet esse iam perfectus, & potens spiritualẽ perfectionẽ subditis cõicare verbo, & exẽplo. Status aũt religiosorum est status tẽdentium ad vlteriorem perfectionem, cuius ratio est, quia inter vota religionis, vel religiosorũ, principale (ꝙ ẽt omnia alia quodãmodo cõprehendit) est votum obedientiæ, quo religiosus obligat se obedire Prælato suæ religionis, non solum in his, quæ sunt necessitatis, & præcepti, sed ẽt in multis, quæ sunt super erogationis, & consilij, quæ adimpleta reddũt hominẽ perfectum vlteriori perfectione, quam sit perfectio præceptorũ. Sed obedire in talibus, superioribus est hominis subiecti tendentis in vlteriorẽ perfectionem. Ergo &c. Et quia ad talẽ tendentiã necessaria est abstinentia affectus à diuitijs, quę ẽ per votum paupertatis, & delicijs, quæ est per votum castitatis, & à motibus proprijs voluntatis, quæ est per votum obedientiæ: quia sicut dicitur 1. Io. 2. [Si quis diligit mũdũ non est charitas patris in eo, qm̃ omne, ꝙ est in mundo, cõcupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorũ, & superbia vitæ.] Idcirco hæc tria vota dicuntur esse essentialia omni Religioni, de quorũ primis duobus dicitur de statu Monachorum c. Cum ad monasteriũ in fine. Abdicatio ꝓprietatis, & custodia castitatis adeò est annexa regulæ Monachali, vt contra eam, nec summus Pontifex possit indulgere. Ex quo concludi põt, quod illud diminuit perfectionẽ religionis, quod diminuit tendentiam talem in vlteriorem perfectionem.

Tertiũ suppositũ, quid sit habere dominium.

¶ Tertio, præsupponendum, vel declarandum est, quid est habere dominiũ super aliquã rem. Vbi sciendũ est, quod sm̃ Ambrosiũ, Dominus, nomẽ est potestatis, vnde dominium potentiã quandã dicit, seu potestatẽ, sm̃ illud Matth. 20. [Scitis quia Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatẽ exercent in eos.] nõ autem omne, ꝙ habet potestatem super aliquid põt dici dñs eius, vt patet de igne, qui habet potentiã calefactiuã respectu aquæ, & generaliter omne agẽs naturale respectu passi; sed solum ꝙ potest vti licitè possessa, re, cuius est dñs, vel non vti, & eã alienare, vel non alienare: sic ꝙ dominium duplicem potestatem importat in eo, qui est dñs respectu rei ab eo possessæ, cuius est dñs, .s. potestatem vtẽdi tali re, cuius est dominus, vel non vtendi, & alienandi eam, vel non. Vnde dicit Philosophus, terminus autem, idest diffinitio veræ possessionis, hic quidem dicitur, & ita possedisse, vt in ipso .s. domino, seu possidente, hoc est, in eius potestate sit vsus ipsorum .s. quæ possidet, ita ꝙ remaneat sibi, aut nõ; cum in ipso, hoc est in eius potestate sit alienare. Intelligendũ tñ est, ꝙ licitè alienans aliquam rem, vt minister, & procurator, seu dispensator alterius, non debet dici talis rei dominus, sed solum alienans eam, vt principalis alienãs, hoc est sua aũte, & potestate, & hoc propter quatuor. Primo, quia nomen domini principalitatem quãdam importat, sm̃ illud Matth. 20. [Principes gentium dominãtur eorũ, &c.] Secundò, quia, vt patet ꝑ diffinitionẽ ꝓdictã domi-

dominij, seu possessionis in potestate domini est rem alienare, vel non alienare: sed quando aliquis per ministrum suum alienat aliquam rem, talem rem alienare, vel non alienare est in potestate non ministri, sed eius, cuius est minister. Tertio, quia sicut in naturalibus, actio magis est attribuenda principali agenti, quam instrumẽto, sic in proposito, talis alienatio magis est adscribẽda principali alienanti, quã eius ministro, quia sicut principalis vtẽs, vt Petrus debet dici dominus rei, qua vtitur quantũ ad potestatem licitè vtẽdi importatam nomine dominij, non autem eius instrumentũ quo vtitur, vt manus; sic & principalis alienans debet dici dominus, non autem eius minister, qui est quodam instrumentum animatum, vt patet 1. Polit.

Corolariũ. Ex quo concludi potest, ꝙ habens licitũ vsum alicuius rei habet necessario eiusdem rei dominium, saltem secũdũ quid, seu partiale, .s. quantum ad potestatem licitè vtẽdi importatam nomine dominij, licet possit carere dominio simpliciter, seu totali, si nõ potest talem rẽ donare, vel vendere, vt patet de habente domum locatam, & de paupere vocato ad mensam diuitis, qui potest cibum comedere, non autem vendere, vel donare.

Differentia inter res, vsu cõsũptibiles, & alia. Est tñ differẽtia inter res, quarũ vsus est consumptio, vt sunt victualia, & pecunia, & alię res. Quia habens licitum vsum victualium habet potestatem licitè vtẽdi eis, & etiam alienandi ea ad quodlibet simpliciter, quia per vsum consumuntur, & consumpta nõ possunt cedere in vsũ cuiuscũq;, & sic talis, habet vsum taliũ simpliciter, vel totaliter, quantum ad vtrãq; potestatẽ prædictam, licet (vt prædictum est) talis possit carere potestate talia vendendi, vel donãdi: sed habens potestatem licitè vtendi domo, vel equo potest carere potestate ea alienãdi quacunq; alienatione, vt patet de habente, ea locata; & ideo habens licitum vsum taliũ potest carere eorum dominio simpliciter, vel totali, sic habens licitum vsum pecuniæ, qui est commutatio, non habet etiam dominium simpliciter, seu totaliter, quia habet potestatem licitè vtendi eis, non aũt alienandi, quia per alienationem res desinit esse eius, cuius fuerat, & efficitur alterius, & quia potentia est propter actum, sicut propter finem, & dominium se habet ad vsum, & alienationem, sicut potentia ad actum, vt supra est declaratum, & probatum, idcirco dominiũ est, sicut ꝓpter finẽ, propter duo prædicta, vsum .s. & alienationem.

6

Probatur cõclusio in primo puncto proposita. ¶ Quantum ad secundum: conclusiõ ista statuitur. Habere in cõi quo ad dominiũ, & possessionem aliqua moderata, & proportionata sustentationi vitæ præsentis, non diminuit de perfectione religionis, quæ potest ad præsens multipliciter probari.

Prima rõ principalis. Primo sic. Quia si diminueret, aut hoc A esset, quia tale dominiũ diminueret affectũ ad cultum diuinũ, & spiritualia religionis. Aut quia augeret sollicitudinem erga temporalia, & per consequens remitteret sollicitudinem erga spiritualia. Aut quia carere dominio est naturaliter pœnosum, & triste sicut è conuerso habere dominium est naturaliter delectabile. Aut quia carere dominio est occasio humilitatis, sicut è cõuerso habere dominium est frequenter occasio superbiæ, & inanis gloriæ, secundum illud Psal. 48. [In multitudine diuitiarum suarum gloriantur.] Sed nullum istorum potest dici. Ergo &c. Maior est ex se manifesta, & cõceditur ab omnibus, ét tenentibus partem oppositam. Minor probatur quantum ad omnes partes eius.

Probatur primũ mẽbrũ minoris huius rõnis nonnullis prius ꝓsuppositis. Primũ præsuppositũ. ¶ Et primo, quantum ad primã. Ad cuius rationis euidentiã quatuor præmittenda B sunt. Et primũ est, ꝙ amor eorum, quæ sũt necessaria ad finem, non minuit, sed auget amorem finis, siuè sint necessaria, sic ꝙ sine eis non põt haberi finis, siuè quia per ea facilius peruenitur ad finẽ. Quod sic ꝓbatur. Sicut se habet notitia cõclusionũ demonstratiuarum, & probabiliũ, ad notitiã principiorum in speculabilibus, sic se hẽt amor necessariorũ vtroq; prędicto modo necessitatis, ad aliquem finẽ, ad amorẽ illius finis, vt patet per Phil. 7. Ethic. Sed notitia conclusionum, tã demonstratiuarum, quã ét probabiliũ non minuit, sed auget notitiã principiorum, vt de se patet; principia .n. perfectius cognoscuntur ꝑdictis vtrisq; conclusionibus notis, quam incognitis. Ergo amor necessariorum ad finẽ vtroq; modo ꝑdicto necessitatis, non minuit, sed auget amorẽ finis. Et confirmatur rõ per exẽplũ, quia ob- C seruantia ꝑceptorũ est necessaria ad vitam æternã; primo modo necessitatis, obseruantia aũt cõsiliorũ secundo, sm̃ illud Matt. 19. [Si vis ad vitã ingredi, serua mãdata,] quãtũ ad primũ: & sequitur quantum ad secũdũ, [Vẽde oĩa quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cælo.] Sed cõstat, quod perfectius, & intensius vult vitã æternã, qui vult seruare præcepta, quàm qui non vult, & perfectius, qui vult seruare consilia, quã qui non vult. Ergo &c. Cõfirmatio.

Secũdũ prę suppositũ. Secundũ, præmittẽdũ est, ꝙ ista quatuor se habent quodã ordine, vt finis, & necessariũ ad ipsum, .s. spiritualia religionis, vt cultus diuinus, oratio; ꝑdicatio, & huiusmodi: sustentatio in vita præsenti, vsus rerũ exteriorum, & alienatio, & eorũ dominiũ: quia aũt à religiosis (quorũ status est cũ tẽdentia ad vlteriorem perfectionem) vita præsens D ordinari debet, & præsumendum est, quod ordinetur de facto ad prædicta spiritualia religionis, sicut ad finẽ, & similiter vsus rerũ exteriorum ad talẽ sustẽtationem, & etiam talium alienatio, quia vna cõmunitas parua, sicut est religiosorum vnius religionis

non habet omnia sufficienter, quibus indiget sustentari in vita presenti, vt experientia docet, sed in quibusdam abundat, & in quibusdam deficit, propter quod ad sustẽtationem vitæ præsentis indiget, ea, in quibus abundat, commutare in ea, in quibus deficit, & interdum etiam decet, & honestũ est, aliqua gratis dare illis, à quibus recipiunt consimilia, vel maiora; & similiter talium rerum dominium ordinatur, sicut ad finem ad ipsarum vsum; & alienationem, propter quę duo tale dominium est naturaliter, sicut propter finem, vt supra in tertia suppositione est probatum.

Tertiũ præsuppositũ.

Tertium præmittendum est, quod habere dominium rerum exteriorum non minuit amorem Dei, seu diuinorum, seu spiritualium, nisi ratione amoris, qui habetur ad tale dominium, secundum illud Augustini 10. Confessionum cap. 29. loquentis ad Deum [Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat,] & in lib. 83. quæstionum quæst. 36. dicit, quod venenum charitatis est cupiditas adipiscendorum, & nutrimentum charitatis est diminutio cupiditatis, vbi est perfecta charitas, ibi nulla cupiditas. Ex quo potest cõcludi, quod si amor talis dominij non minuit amorem spiritualium, nec tale dominium talem amorem minuit.

Quartũ præsuppositũ.

Quartum præmittendum est, ꝙ amare spiritualia alteri, & præcipuè multis, seu communitati religionis non minuit, sed auget in quocunq; de tali communitate amorem, quo talis spiritualia amat sibi. Quod probatur sic, Diligens aliquem, se scilicet, vel alterum, amat ei bonum, & principalius bonum spirituale, quam corporale, si diligit eum ex charitate: diligere enim aliquem, aut est idem, quod velle ei bonum, aut saltem hoc includit. Sicut ergo se habet amor proximi charitatiuus ad amorem charitatiuum sui; sic se habet amare bona spiritualia proximo, ad amare bona spiritualia sibi. Sed amor charitatiuus proximi non minuit amorem charitatiuum sui, sed auget, & in eo includitur. Ergo amare bona spiritualia proximo, & pcipuè multis, & communitati suæ religionis, non minuit, sed auget amorem, quo quis amat eadem bona sibi.

Rõ q formatur ex quatuor dictis præsuppositis ad pbādũ primũ mẽbrũ minoris syllogismi formati ad pbandã cõclusionem positam.

Quibus quatuor præmissis, sic probatur prædicta prima pars minoris prædictæ, scilicet, quod habere in communi quo ad dominium aliqua moderata, & proportionata sustentationi vitæ præsentis, non minuit quantum est ex se, sed auget in religiosis affectum ipsorum ad spiritualia religionis, quæ sic probatur. Amor necessariorum ad finem non minuit, sed auget amorem finis, vt patet ex primo quatuor præmissorum. Sed dominium in communi exteriorum rerum est in religiosis propter spiritualia religionis, sicut propter finem vt patet ex secundo: ergo amor talis dominij in viris religiosis non minuit, sed auget amorem spiritualium communitatis, quo scilicet religiosus spiritualia amat communitati suæ religionis; & si hunc amorem nõ minuit, sed auget amorẽ talis dominij in communi: ergo nec habere tale dominium in communi minuit, sed auget prædictum amorẽ spiritualium communitatis, vt patet ex tertio, & si haberet dominium in communi non minuit, sed auget in viro religioso amorem spiritualium communitatis. Ergo non minuit, sed auget idem dominium amorem spiritualium sibi, seu affectum eius ad spiritualia, vt patet ex quarto, & hæc erat prima pars prædictæ minoris.

A

Probatur secũdapars seu mẽbrũ eiusdem minoris dupliciter.

¶ Secundo, probatur secunda pars eiusdem minoris, scilicet, quod tale dominium nõ diminuat perfectionem religionis, quia auget sollicitudinem: & hanc probo dupliciter. Primo, ostendendo, quod tale dominium non auget sollicitudinem erga temporalia, sed minuit. Secundo, ostendendo, quod sollicitudo temporalium consequens tale dominium, non minuit, sed auget perfectionem in talibus religiosis.

B

Primũ autẽ istorum, ꝙ tale dominiũ nõ augeat sollicitudinẽ tẽporalium probatur.

Primum istorum probo dupliciter. Primo, per experientiam communem. Quilibet enim in se experitur, quod plus sollicitatur de sustentatione vitæ, si non habet vnde eam sustentet, sed indiget acquirere aliunde, quam si habet in promptu, & faciliter, vnde eam sustentet, quod est habere dominium talium rerum, vt patet per prædicta. Secundo, hoc ipsum per rationem probatur, quia vbi est maior securitas, & certitudo, ibi est minor sollicitudo, vt patet de se, & quilibet in se experitur: & per oppositum, vbi est maior dubietas, & incertitudo, ibi est, & debet esse maior sollicitudo: sed habens in promptu, & faciliter, vnde vitam suam sustentet, est magis securus, & certus de sustentatione vitæ, quã carens, & hoc est habere dominium rerum exteriorum, vt supra declaratum est, Ergo &c.

C

Quædã notantur.

Notanda autem sunt circa hæc duo. Et primum est, quod impossibile est omni sollicitudine temporalium carere in vita presenti, quia aut habet homo, vnde possit vitam suam sustentare, & tunc oportet sollicitari de talium conseruatione rerum; aut non habet; & tunc oportet sollicitari de acquirendo. Sed secunda sollicitudo est maior, quam prima, vt supra probatum est, & per consequens minus eligenda est, vt patet per prædicta, & concedunt omnes, etiam tenentes conclusionem oppositam: nec omnis sollicitudo prohibetur Matth. 6. Sed solum superflua procedens ex diffidẽtia diuinæ prouidentiæ, secundum Glos. ibidem.

D

Secun-

Secundo, notandum est, quod conseruare multa exteriora, quæ importantur nomine diuitiarum ingerit magnam sollicitudinem, & maiorem quam acquirere aliqua moderata, & per consequens distrahit mentem, & retrahit à spiritualibus, & impedit tendentiam ad spiritualem perfectionem, quod est diminuere perfectionem religionis. Vnde dicitur Matth. cap. 13. quod [Sollicitudo istius seculi, & fallacia diuitiarum suffocant verbum] ad quæ tamen acquirenda esset necessaria maior sollicitudo, quam ad conseruandum, & eodem modo acquirere aliqua moderata quotidie, est maioris sollicitudinis, & frequentioris, quam acquirere aliqua certo tempore anni, & postmodum ea conseruare, vt supra probatum est,

Secundũ q̃ conseruatio earundẽ rerũ si nõ impediat perfectionẽ probatur.

Secundo, probandum est, quod sollicitudo talis, quæ est in conseruando talia moderata, non minuit perfectionem religionis, quia sicut dicitur ad Rom. 11. [Si radix sancta, & rami.] Sed amare temporalia moderatè communitati religionis in ordine ad cultum diuinum, seu spiritualia, ad quæ religio est instituta non minuit, sed auget perfectionem religionis; ex hoc autem amore oritur sollicitudo acquirẽdi talia, si non habentur, & conseruandi, si habentur ergo talis sollicitudo non minuit, sed auget perfectionem religionis.

Probatur 3. pars maioris syllogismi principalis ad probãdã cõclusionem propositam.

¶ Tertio, probatur tertia pars eiusdem minoris, scilicet, quod prædictum dominium non diminuat perfectionem religionis propter hoc, quod carere dominio, est naturaliter triste, & pœnosum, pœnosa autem, vt ieiunia, vigiliæ, & huiusmodi augent perfectionem religionis, (non autem omne pœnosum auget perfectionem religionis, vt patet de carentia diuinæ gratiæ, & de multis alijs) sed solum id, quod est sic pœnosum, quod est cum hoc virtuosũ, vtpotè, quia est materia virtutis, sicut sunt pericula mortis, quæ sunt materia fortitudinis, vel est promotiuum virtutis, & repressiuum vitij oppositi, sicut ieiunium, vigiliæ, & huiusmodi, quæ sunt promotiua temperantiæ, & repressiua intemperantiæ, Sed è contra habere dominium tale, auget amorem virtuosum spiritualium, & minuit sollicitudinem vitiosam temporalium, vt supra probatum est. Ergo carere tali dominio, licet sit pœnosum, non auget perfectionem religionis,

Probatur 4 pars minoris supradictæ.

¶ Quarto, probatur quarta pars eiusdem minoris, scilicet, quod habere tale dominium non minuat perfectionem religionis, propter hoc, quod est occasio superbiæ. Quia habere id, quod est de se bonum, & virtuosum, licet in abutente sit vitiosum, & occasio superbiæ, non tamen minuit spiritualem perfectionẽ, sicut patet de sciẽtia, quæ inflat, secũdum Apostolum 1. ad Corinth. 8. Sed habere tale dominium est de se bonum, & virtuosum, vtpotè non minuens, sed augens amorem spiritualium, & minuens sollicitudinem temporalium, vt supra probatum est. Ergo &c.

A

Instãtia contra rõnẽ principalem explicatam.

Sed contra hanc rationem principalem arguitur sic. Quia secundum eam (si benè concludit) sequeretur, quod etiam habere dominium in singulari, non solum in communi, non minueret amorem spiritualium, & tendentiam ad perfectionem, nec per cõsequens perfectionem religionis; quia homo potest & debet ordinare dominium ad liberum vsum, & sustentationem vitæ, & opera virtuosa: & maior sollicitudo est acquirere quotidie in singulari, quam conseruare, & sollicitari de conseruando aliqua moderata in ordine ad fines p̃dictos, sicut amare, & desiderare auget, & non minuit amorem spiritualium, & tẽdentiam ad spiritualem perfectionem.

B

Solutio.

Ad quod dicendum est, quod non est simile de dominio communitatis, & de domin o singularis personæ, quia, cum communitas religionis, secundum quod huiusmodi, sit communitas vacans cultui diuino, & spiritualibus, & tendens ad spiritualia, & ad spiritualem perfectionem, amare dominium tali communitati, vt est talis communitas, & sibi, vt est persona talis communitatis, est amare tale dominium solum propter cultum diuinum, & spiritualem perfectionem, quod, vt supra declaratum est, & probatum, est virtuosum, & charitatiuum. Sicut & amor spiritualium, ex quo causatur, & in quo includitur si talis amor spiritualium est intensus, & perfectus, Sed è contra; dominium potest quis amare sibi, vt est singularis persona virtuosè, modo prædicto, & vitiosè si non cum tali ordine amet, & ratione pronitatis ad malum, & difficultatis ad bonum, quæ est in homine pro statu naturæ corruptæ. [Sensus enim & cogitationes humani cordis in malum pronæ sunt ab adolescentia sua,] vt dicitur Genesis 8. Plures amant sibi tale dominiũ vitiosè, quam virtuosè, & ideo necessarium est statui tendentium ad perfectionem, idest religiosorum, tale dominium singulare à se abdicare, præcipuè, quia talia temporalia, & eorumdominium, arctius, seu intensius amãtur habita, quã nõ habita. Vnde Aug. dicit in Epist. 34. ad Paulinũ & Therasiã, Arctius adepta, quam concupita constringunt, nam vnde iuuenis ille tristis discessit, nisi quia magnas, vt euangelium loquitur habebat diuitias? aliud est enim nolle incorporare, quæ desunt, aliud iam incorporata diuellere, illa veluti extranea repudiantur, ista velut mẽbra præciduntur. Idẽ de Moribus Eccles. c. 23. loquens de B. Iob, dicit sic. [Amisit nanque ille omnes diuitias, & factus repẽte pauperrimus, & tam incõcussum animum tenuit, & infixum Deo, vt satis, demonstraret, non illas sibi fuisse magnas

C

D

gnas

gnas, sed se illis, sibi autem Deum, quo animo si esse possent nostri temporis homines, non magnopere in nouo Testamento ab istorum possessione prohiberemur, vt perfecti esse possemus. Multo enim mirabilius est non inhærere istis, quamuis possideas, quam omnino ea non possidere.] Et Chrysostomus docet super Matth. hom. 64. Quod appositio diuitiarum maiorem cupiditatem accendit, nam maior & vehæmentior fit cupiditas. Et Hieronymus super Matth. dicit, Quod diuitiæ habitæ difficile contemnuntur, non dixit Dominus Matth. 19. Impossibile est diuites intrare in Regnum Cælorum, sed difficile.] Nec idem iudicium est de sollicitudine, quam quis habet de bonis communitatis religionis, & de sollicitudine, quam quis habet de bonis suis proprijs, vt patet per prædicta, & hoc est, quod dicit Augustinus in Regula, [Charitas de qua scriptum est, quod non quærit, quæ sua sunt, sic intelligitur, quod communia proprijs, non propria communibus anteponit, &c.]

9

Secunda rō principalis ad probādā conclusionē intentam.

Secundo, arguitur ad principale, sic. Habitio rerum exteriorum, quæ fuisset in statu innocētiæ (qui fuit status perfectissimus) non minuit perfectionem religionis, & hāc concedunt, & expresse ponunt tenentes cōclusionem oppositam. Sed in prędicto statu homines habuissent non solum vsum, sed etiam dominium rerum exteriorum non quidem determinatarum, sic quod non aliarum, sed omnium; & quilibet in solidum, vnde Genes. 1. dictum est à Deo primis parentibus in statu innocentiæ. [Dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animalibus, quæ mouentur super terram] Et Sapientiæ 9. dicitur Deo in persona sapientis. [Constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ tuæ, quæ à te facta est, vt disponat orbem terrarum in æquitate. & iustitia.] Et August. dicit 19. de Ciuitate Dei cap. 15. [Rationalem factum ad imaginem suam, noluit, nisi ir rationalibus dominari, non hominem homini, sed hominem pecori.] Ergo dominium exteriorum rerum non diminuit spiritualem perfectionem, & cum spirituali perfectione in viris religiosis, & personis ecclesiasticis, stat non solum vsus rerum exteriorum, sed dominium, non quidem singularis personæ, quod est ꝓprietas, quia istud tollit statum religionis, vt omnes concedunt. Ergo dominium in communi ex qua ratione concludi possunt quatuor corollaria.

Primum corollarium.

Et primum est, quod in statu innocentię fuisset non solum vsus rerum exteriorū, vt Quidam dicunt; sed etiam dominium, & multo maius intensiuè, & extensiuè, quā modo sit; extensiuè quidem, quia quilibet in solidum habuisset dominium omnium talium rerum, quantum ad potestatem licitè vtēdi importatam nomine dominij, licet non quantum ad potestatem alienandi, quia non fuisset aliquis in quem, vel à quo tales res potuissent alienari, quia quilibet habuisset omnium dominium in solidum, vt prædictum est, & non solum aliquarum rerum determinatè cum tale dominium sit de iure positiuo solum, seu ex condicto hominum. Intensiuè autem, quia stante tali statu innocentię, homo sic fuisset vsus rebus ad suum commodum, quod nullum incōmodum, seu nocumentum potuisset incurrere propter plenariam subiectionem taliū rerum ad hominem, & plenarium dominium hominis, supra tales res.

2. Corol.

Secūdum corollarium est, quod si summa spiritualis perfectio (vt dicunt tenentes oppositam conclusionem) reduceret sic summè perfectos ad statum innocentiæ, quantum ad habitionem rerum, sequitur, quod tales habent non solum simplicem vsum facti in rebus omnibus, sed etiam ius vtendi, & dominium totale extensiuè, & intensiuè, & quilibet in solidum sic, quod licitè possunt omnes, & singuli, vti omnibus ex æquo sibi datis, & non datis; nec magis datis, quam non datis: & possunt licitè vti omnibus, & etiam citra extremam necessitatem, quia extremam necessitatem non debebant semper expectare Apostoli, nec de facto expectabant, nec expectant quicunq; qui gloriantur se esse imitatores eorum. Et nullum incommodum, seu nocumentum Apostoli, & ijdem prædicti eorū imitatores, numquam incurrissent, seu potuissent incurrere ex talibus rebus, nec mortem, nec infirmitatem, aut percussionem.

3. Corol.

Tertium corollarium est, quod cum sūma perfectione spirituali Apostolorum, & imitatorum ipsorum non stat maxima paupertas, sed minima, imò nulla, secundum dictum istorum: vsus enim licitus rerum exteriorum omnium cum dominio totali, & maximo intensiuè, & extensiuè, modo exposito, non pertinet ad paupertatem, sed ad carentiam paupertatis, & præcipuè, quia, sicut prædictum est, dominium ciuile, idest, quod est à iure positiuo, quo dicunt se carere tenentes oppositam cōclusionem, qui dicunt se imitatores Apostolorum, differt à dominio, quod fuit in statu innocentiæ, sicut partiale à totali, & imperfectum à perfecto, sicut differt dominium vnius domus à dominio totius ciuitatis, vel dominium totius ciuitatis à dominio totius regni.

4. Corol

Quartum corollarium est, ꝙ si dominiū totale, & perfectum nō diminuit spirituale perfectionem, vt sequitur ex dicto istorum, multo minus eam diminuet dominium par-

particulare, & imperfectum, quale est dominium in communi paucorum moderatorum, quod habent viri religiosi, & ecclesiasticæ personæ

§

Tertia ratio principalis ad phādam cōclusionem propositā cō ficitur pmissis tribus prę suppositis. Primū præsuppositum.

Tertio arguitur principaliter. Ad cuius probationis euidentiam tria præmittenda sunt.

Primum est, quod, cum ius, & iustum, seu ęquum sint synonyma, ius naturale est, quod est iustum, & æquum ex natura sua, absq; omni humano statuto, & per consequens est consonum rationi naturali, seu rectæ rationi, & statim in promptu occurrit cuilibet, ad quod per consequens habet naturalem inclinationem, & quia naturalia sunt eadem apud omnes, ius etiam naturale est idem apud omnes, vnde dicitur 9 Ethic. quod ius naturale vbiq; habet eandem potentiam, ius autem positiuum est, quod ex humano statuto est iustum, & æquum, & per consequens, antequā statuatur nō differt esse sic, vel aliter, sed postquā statutum est obligat ad sui obseruantiam, vt furem hac, vel illa pœna puniri, & consimilia; vnde ius positiuum est determinatio iuris naturalis, quod non idem est apud omnes, sed diuersum apud diuersos, secundum diuersitatem statuentium, sicut homini est naturale loqui, sed loqui hoc idiomate, vel illo est ad placitum instituentis, vnde diuersa idiomata sunt apud diuersos.

Secūdū prę-suppositum.

Secundo, præmittendum est, quod de iure naturali competit homini dominium rerum exteriorū, quæ veniunt in eius vsū.

Ad cuius euidentiam sciendum est, quod tales res possunt dupliciter considerari. Vno modo quantum ad naturam suam, & sic subsunt dominio solius Dei, qui condidit naturas eorum, & potest eas annihilare. Alio modo quantum ad vsum ipsarum, & sic subsunt dominio hominis de iure naturali, quod sic patet. Qui de iure naturali potest vti aliqua re ad commodum suum, seu vtilitatem, habet de iure naturali dominium eius, vt patet per tertiam suppositionem prædictam. Sed homo de iure naturali potest vti libere talibus rebus propter se, sicut propter finem. Ergo &c. Maior patet per prædicta. Minor probatur tripliciter. Primo sic. Quod est æquum, & iustum de natura sua, illud est de iure naturali, vt patet ex immediatè præmisso, sed tales res cedere in vsum, seu commodum hominis est iustum, & æquum ex natura sua; semper enim in naturalibus imperfectiora sunt, sicut propter finem, propter perfectiora, vt elementa propter mista, plantæ propter animalia, & sic de alijs; vnde etiam cedunt in ipsorum nutrimentum, vnde tam elementa, quam terræ nascentia, vel animalia cedere in hominis nutrimentum, vel quodcunq; aliud commodum, A æquum est, & iustum ex natura sua, & per consequens hominem talibus, vti propter se, sicut propter finem, vnde dicitur 2. Physic. tex. 24. quod nos sumus quodammodo finis omnium.

Præterea, idem probatur sic. Illud, ad quod natura inclinat, tanquam ad rectum, & æquum, & quod dictat ratio naturalis cuilibet in promptu, est de iure naturali, vt patet per prædicta. Sed sicut natura inclinat ad esse, seu viuere, omnia enim appetunt viuere naturaliter, (vnde Philosophus dicit in tertio Politicorum: Palam autem, quod perseuerant multa mala sustinentes multi hominum inuiscati ad viuere, tanquam existente quodam solatio in ipso, & dulcedine naturali) sic inclinat ad tales res exteriores, sine quibus vita hominis esse nō potest: ratio etiam naturalis cuilibet dictat, B talibus esse vtendum in promptu, postquā vitam præsentem sine talium rerum vsu homo ducere non potest, vt ad sensum apparet. Ergo &c.

Præterea, idem amplius roboratur sic. Quod reputatur apud oēs ęquū, & iustum, est de iure naturali, dictum est enim, quod ius naturale est idem apud omnes, sed talibus rebus vti reputatur æquum, & iustum apud omnes, cum omnibus talibus vtātur, & hoc reputent licitum, & bonum, seu æquum, & iustum. Ergo de iure naturali competit homini talibus rebus posse vti, quod erat minor, & per consequens habere tale dominium earū, quod erat conclusio principalis. Vnde & Philosophus probat in 2. Polit. quod venatio animalium est hominibus naturalis, quia per eam sibi vendicāt, quod est naturaliter suum, dominium .s. C harum rerum, quod videtur homini competere, per hoc, quia est ad imaginem Dei creatus, quod innuitur Genes. 1. vbi legitur, quod postquam dixit Deus faciamus hominem &c. addidit, & præsit piscibus maris. & infra: Dominamini piscibus maris, &c.

Tertio, præmittendum est, quod est de iure positiuo tantum, & non de iure naturali competit alicui personæ determinatæ dominium alicuius rei determinatæ. Quod potest probari tripliciter. Primo, quia quod est æquum, & iustum non ex natura sua, non est de iure naturali, sed tantum positiuo. Sed hanc possessionem esse iure huius hominis determinatè non est æquum & iustum ex natura sua, quia quantum est ex natura rerum sic posset cedere talis possessio in vsum alterius, sicut in vsum istius, D & per consequens, nisi habeat aliquod ius priuatum vnus plusquam alius; sic posset vti ea vnus, sicut alius. Ergo &c.

Tertiū præsuppositum.

Præterea, supra dictum est, quod ius positiuum est determinatio quędam iuris naturalis, sicut furem puniri hac pœna, quod

est de

eſt de iure poſitiuo, eſt determinatio eius. quod eſt maleſactorem puniri, quod eſt de iure naturali. Sed aliquem habere dominium alicuius determinatæ poſſeſſionis eſt determinatio huius, quod eſt hominem habere dominium poſſeſſionis, quod eſt de iure naturali, vt ſupra probatum eſt. Ergo &c.

Præterea, ius naturale eſt ius immutabile, & idem apud omnes, è contra autem ius poſitiuum eſt ius mutabile, & eſt diuerſum apud diuerſos, vt ſupra declaratum eſt. Sed dominium poſſeſſionis eſt mutabile, ſeu variabile, & continuè mutatur, & eſt diuerſum apud diuerſos. Ergo &c.

Notabile.

Notandum eſt autem circa hoc, ꝙ nos poſſumus loqui de poſſeſſionum determinatione dupliciter. Aut quantum ad primam diſtinctionem ipſarum, & ſic eſt de iure poſitiuo tantum, vt ſupra probatum eſt Aut quantum ad continuationem earũ, & ſic eſt de iure gentium. quod eſt quaſi medium inter ius poſitiuũ, & ius naturale, quia eſt ius naturale homini, vt quod res empta ab aliquo, vel ei donata, vel in qua quis ſuccedit parentibus ſit ipſius; quod autem res, quam quis præſcripſit ſit ipſius, eſt de iure poſitiuo tantum, & hoc eſt, quod dicunt Iuriſtæ, quod quædam poſſeſſiones ſunt de iure naturali, vt emptæ, & donatæ, & ſimilia; quædam autem de iure poſitiuo, vt præſcriptæ, vel vſu captæ.

Cõfirmatio

Et confirmatur ſecundũ, & tertium præmiſſorum per commune dictum, quod dicitur, quod iure naturæ omnia ſunt communia omnibus, quod ſcribitur etiam in Decretis diſt. 8. in principio, quod non eſt ſic intelligendum, quaſi ius naturale dictet omnia communiter poſſidenda, ſed quia ſecundum ius naturale non eſt diſtinctio poſſeſſionum, ſed magis ſecundum humanum conditum, quod pertinet ad ius poſitiuum, vnde proprietas, & diſtinctio poſſeſſionum non eſt contra ius naturale, ſed iuri naturali ſuperadditum per adinuentionem rationis humanæ, & ſic eſt de iure poſitiuo, ſeu Imperatorum, vt patet per Auguſtinũ ſuper Ioannem, & introducitur in Decretis diſt. 8 cap. Quo iure defendis. & duobus immediatè ſequentibus paragraphis. ſcilicet. [Item tolle iura Imperatoris.] Et item [Legãtur leges,] & ſimiliter intelligendum eſt quod Ambroſius dicit, & habetur in Decretis diſt. 47. cap. Sicut ijs. [Proprium nemo dicat, quod eſt commune,] & quod Baſilius dicit exponẽs verbum diuitis auari Lucæ 12. Congregabo omnia &c. Sicut qui præueniens ſpectacula, prohiberet venientes appropriando ſibi, quod eſt ad communem vſum ordinatum, ſimiles diuites ſunt, qui communia, quæ præoccupauerunt æſtimant eſſe ſua.

Serm. in diuites auaros.

Tertia dicta rõ prin

His tribus præmiſſis ꝓbatur tertio prædicta prima concluſio principalis, sic. Habitio rerum exteriorum, quæ eſt de iure

cipalis in forma deducta ex tribus dictis ſuppoſitis ad probandã concluſionẽ prædictam.

A naturali non minuit perfectionem religionis. Sed habere tales res, quo ad dominiũ eſt de iure naturali, vt ſupra probatum eſt. Ergo dominium rerum exteriorum non diminuit perfectionem religionis. Conſtat autem, quod dominium in ſingulari, quod eſt proprietas, eſt contra votum paupertatis, & per conſequens non ſolum diminuit, ſed etiam tollit perfectionem religionis; ergo dominium in communi, hoc eſt habere in communi, quo ad dominium, & poſſeſſionem aliqua moderata, & proportionata ſuſtentationi vitæ præſentis, non diminuit perfectionem religionis. Minor patet ex prædictis. Maior probatur dupliciter. Primo, quia gratia non tollit naturam, nec natura gratiam, vt communiter dicitur. Ergo perfectio gratuita, qualis eſt perfectio religionis, non tollit naturam, & ea, quæ

B ſunt de iure naturali, nec è conuerſo natura, ſeu ea, quæ ſunt de iure naturali tollunt in toto, vel in parte perfectionem religionis. Secundo, per dictum tenentium oppoſitam concluſionem, qui dicunt, quod Chriſtus Apoſtolos reduxit ad illum modum habendi res exteriores, qui eſt de iure naturali, & fuit in ſtatu innocentiæ, in quibus, vt ipſimet dicunt, fuit perfectiſſima religio, & paupertas, in quibus verbis clarè concedunt prædictas duas maiores, ſecundam .ſ. & tertiam principalis rationis adductæ ad ſupradictã concluſionem principalem intentam.

Reſponſio q̃dã ad prædictam rõnem.

Sed reſpõdetur ad hãc rõnẽ, ꝙ dominiũ, ꝙ ẽ de iure naturali, nõ diminuit ſpirituale perfectionem, ſed ſolum dominium ciuile, quod eſt de iure poſitiuo.

Confutatio reſpõſionis

Sed hæc reſponſio non valet, ꝓpter multa. Primo, quia, cum dominium ſit aliud

C ab vſu ſimplici facti, ſequitur, quod viri perfecti nõ habeãt ſolum ſimplicem vſum facti, vt dicunt tenentes oppoſitam concluſionem, ſed etiam ius vtendi, & dominium talium rerum. Secundo, quia excluſo omni iure poſitiuo, ſeu dominio ciuili, homo poteſt ex æquo licitè vti omnibus, nec magis licitè quibuſdam, quam alijs, ſed ſumma ſpiritualis perfectio, ſecundum eoſdem reducit ſic perfectos ad habitionem rerũ, quæ eſt de iure naturali. Ergo tales poſſunt licitè ex æquo vti omnibus datis, & non datis, nec magis datis, quam non datis; et citra extremam neceſſitatem, vt ſupra declaratum eſt in ſecunda ratione immediatè præcedente. Tertio, quia dominium exteriorum rerum opponitur paupertati, ſic quod vbi eſt maius dominium, ibi

D eſt minor paupertas. Sed dominium, quod eſt de iure naturali excluſo omni iure poſitiuo, eſt maius quam dominium ciuile; quia primum eſt reſpectu omnium, ſeu eſt vniuerſale, ſecundum eſt reſpectu determinatarum rerum, ſeu particulare, primum

autem

autem est in in viris perfectis .s. Christo,& Apostolis, & eorum imitatoribus, vt dicūt tenentes oppositam conclusionē. Secundū aūt est in personis secularibus, & religiosis, & Ecclesiasticis. Ergo paupertas Christi,& Apostolorum,& imitatorum fuit, & est mi nor,quā aliorum omniū:imò videtur fuisse nulla omnino, si quilibet in solidū poterat vti licitè ex æquo omnibus etiā citrà extremā necessitatē, tanquā habens dñium omnium. Quarto, quia cū paupertas pertineat ad perfectionē religionis, & dñium per oppositum ad imperfectionē, sequitur, quod illi, qui habent dñium omnino illimitatum per ius ciuile,& vniuersale respectu omniū sint minus perfecti religiosi,quā illi, qui habent dñium partiale respectu paucorum limitatum per ius ciuile,canonicum,vel seculare. §

Quarta ꝓbatio principalis ad probādam cōclusionē intentam.

Quarto, probatur etiā principalis conclusio per Basilium in Regula sua c. 8. vbi dicit sic. Cōionem autē vitæ perfectissimā hanc ego voco à qua possessionis quidem proprietas propulsa est; communia autem oīa quotquot corda nutriunt,atq; mulcent.

Nota quomō paupertas dicatur altissima.

Et nota diligenter hoc, quod in superlatiuo dicitur perfectissima, quā .s. cōio alia perfectior esse non pōt, & per S. Prosperū 2. de Vita cōtempl.c.9, & habetur 12. q.1. expedit facultatem Ecclesiæ possideri, &c. quo facto satis ostendit, & propria debere propter perfectionem contēni: & sine impedimento perfectionis posse Ecclesiæ facultates, quæ sunt profecto cōes possideri.

Euasio.

Sed resp. ꝙ nihil aliud habetur, ex hoc nisi ꝙ Prælati debēt cōtēnere ꝓpria,et bona cōia Ecclesiastica fideliter dispensare.

Instantia

Sed hęc responsio corrūpit,& falsificat textum, differunt .n. dispensare, & possidere (ꝙ est idem,ꝙ habere dominiū)& in textu exprimit, ꝙ Prȩlati sine impedimēto pfectionis posssunt facultates cōes Ecclesię possidere.

Nota qualis sit paupertas Ordinis Mendicantium. Est doctrina S. Tho. q.188.a.7.

Notādū aūt est circa hoc, ꝙ licet habere dñiū in cōi rerū exteriorū moderatarū qua rūcunq; mobiliū, seu immobiliū,pfectionē religionis nō diminuat,pensato fine religionis in cōi,qui ē vacare cultui diuino, & spiritualibus,vt supra ꝓbatū est multipliciter: tñ dñiū ēt in cōi reru immobilium habētiū vsūfructum, seu prouentus,aut redditus,vt sunt agri,vineę,& huiusmodi, videt incōpetens alicui religioni determinatę, quę .s. est instituta ad docendum,& pdicandū, pēsato fine talis religionis pdicto, & per cōsequēs minueret eius perfectionem propter tria.

Primo,quia talib' cōicātibus alijs spiritualia supradicta debētur ab ipsis tēporalia, vt multipliciter probat Apost 1.ad Cor. 9. & ēt vt experiētia docet de facili,& liberaliter, D & charitatiuè tribuuntur talibus religiosis aliqua moderata, & statui eorū ꝓportionata,ab illis,quibus ꝓdicāt. Secus autē est de Prælatis, quorū statū, & gradū decet abundantiā tēporaliū,vt pro loco,& tp̄e talia dispersent pauperibus subditis; ad quorū pastum non solum spiritualem, sed ēt tempo A ralē tenētur. Vnde & Petro dictū est à Christo ter. Pasce. Io.vlt. exemplo .s. verbo,& corporali cibo, vt Sancti cōiter exponunt.

Et præt.decet eos honestiorē,& honorabiliorē statū tenere, quā cæteros, quia hoc cedit ad honorē totius Ecclesiæ, & Christi cuius sūt Vicarij, sicut & hoc ipsū videmus in Principibus,& alijs Dñis, seu rectoribus tēporalibus,& multo maior honor debetur Prȩlatis Ecclesiæ, qui sunt rectores spirituales, & gubernatores animarum. Talis autē superabūdātia nō sic de facili tribueretur à subditis oī anno, & ideo cōpetit eorū statui habere annuales redditus,& ābūdātes,& ꝓpter eādē causā nō est contra eorum statu, habere ēt ꝓpriū. Vnde dicit 12.q.1.in decr. Epī de rebus ꝓprijs,vel acquisitis quicquid de ꝓprio hñt hȩredibus suis derelinquāt. *

** Vide de hoc 2.2.q. 86.a.3.in solut.5.argumenti.*

B Secundo,vt ipsa dependentia continua in tēporalibus ab alijs sit eis occasio nō negligendi,sed cōtinuādi spiritualia, & cōicationē eorum, ad quę eorum religio est principaliter instituta,propter q̄ spiritualia,q̄ cōicant tribuuntur eis tēporalia, licet nō sit p̄sumendum de ipsis, ꝙ spiritualia cōicent propter tēporalia,sicut propter finē,sed solū ipsa recipiunt, ꝓ sustentatione in ordine ad spiritualia, vt supra declaratum est.

Tertio, vt liberius possint circuire ꝓ diuersas regiones, & loca faciendo spiritualē fructum in multis,exemplo Xp̄i.de quo dr̄ Matt. 4. ꝙ circuibat per totā Galilęā docens,& pdicās Euāgeliū.& exēplo Apostolorū, quibus dictū est à Christo Marci vlt. [Euntes in mundum vniuersum, prædicate &c.] & de quibus dr̄ in Psal. 18.[In oēm terrā exiuit sonus eorum.] à quo discursu plures saltē imperfecti retraherētur; si red- C ditus determinatos annuales haberēt in determinatis locis: quia sm̄ regulam Christi Matt.6.[Vbi est thesaurus tuus,ibi ē & cor tuū.]vnde Bern. super illud, ꝙ dixit B. Petrus Matt.19 Ecce nos reliquimus oīa,dicit sic.[Benè Petre,& nō ad insipientiā tibi, nō .n. eum,qui exultauit,vt gigas ad currendā viā,sequi poteras oneratus] ꝓpter quē etiā discursum competit religioso de tali ordine abdicare dñium ēt in cōi cum alijs eiusdē conuentus cuiuslibet domus, vel loci. Vnde continuè trāsferuntur de vno conuentu ad alios ꝓ suos superiores:possunt ēt nō solum aliqui,sed & oēs vnius cōuentus similiter ꝓ Prȩlatos ordinis sic trāsferri,& trāsferuntur de facto quādoq; exēplo Christi, qui de se dixit Matt.8.[Vulpes foueas hñt, & volucres cæli nidos,filius aūt hoīs non habet vbi caput reclinet.] Vnde Greg. dicit hom. 5. 1.par.super Ezech. [Ijs qui aīarum custodes sunt & pascēdi gregis onera susceperūt, mutare loca minimè ꝑmittuntur,ij aūt qui amore Dñi in pdicatione discurrunt, rotæ eius ignis ardentes sunt,qa cū eius desiderio ꝑ varia loca discurrūt, vnde ipsi ardēt alios accēdūt;]ex quo patet,qa expedit religiosis

ad ꝑdicandum institutis p diuersa loca discurrere, & nullũ locũ certũ sibi determinare, in quo ẽt differũt ab alijs religiosis, qui in certo monasterio sui ordinis ꝓfitentur, nec inde licitè possunt transferri.

Corollariũ ¶ Ex quo etiam concludi potest, quod altissima, & extrema paupertas est abdicatio omnis proprietatis, hoc est, dominij in singulari, & dominij in communi quorumcũq; prouẽtuum, seu reddituum, & domorum prædicta, secundum autem intentionẽ Apostoli 2. ad Cor. 8. (vnde videtur sumptum nomen altissimæ paupertatis) altissima paupertas erat Macedonum, qui etiam in speciali bona temporalia non tenebant, vt dicit Papa Ioannes XXII. in quadam Decretali, quæ incipit; Quia quorundam mentes. Et dicitur altissima, idest magna, & nobilissima benignitate mentis, vt dicit ibi Glos. Ambrosij. Vel potest dici quod eorum paupertas erat cum abdicatione dominij in singulari, quod est proprietas, non autem dominij in cõmuni, qualis erat paupertas aliorum fidelium in primitiua Ecclesia, vt patet Actuum 4. & hoc est ꝙ dicit Glos. Ambrosij vbi supra .s. 2. ad Cor. 8. paucis interpositis, super illo verbo [Obsecrantes nos gratiam, & communicationem ministerij, quod fit in Sanctos.] Macedones obseruabant Apostolum, vt liceret eis sua dare non quasi propria, sed quasi cõia.

Cõfirmatio. Et confirmatur hoc per dictum tenentium oppositam conclusionem, qui dicunt, quod exceptis Apostolis, alij credentes in primitiua Ecclesia habebant dominium in communi paucorum, quæ habebant. Sed inter credentes erant Macedones. Paupertas ergo religiosorum habentium dominiũ in communi est paupertas altissima, & specialiter carẽtium annualibus redditibus, & domibus determinatis, modo exposito, qualis est Ordinum Mendicantium, & sic etiã vocatur de excessibus Prælatorum in penultima decretali, quę incipit. Nimis pauca.

Ad cuius euidentiam est sciẽdum, quod extrema paupertas põt sumi dupliciter .s. Aut quantũ ad rõnem paupertatis formaliter, & sic non fuit extrema paupertas Christi, & Apostolorũ, aut quorũcunq; religiosorum, quia constat, ꝙ sic magis est extrema paupertas aliquorũ, & multorũ, qui frequenter mortui sunt, & moriũtur quotidie famẽ propter defectum victus, & frigore propter defectũ vestitus, ꝙ non est verũ de Christo, aut Apostolis. Aut quantũ ad rõnẽ virtutis, & meriti, vt .s. dicatur paupertas extrema, quæ .s. in summo est virtuosa, & meritoria, virtus .n. est quodam extremũ respectu vtriusq; quantum ad rõnem boni, & mali, cum enim opponantur contrariè, & contraria maximè à se distent, vt dicitur in Prædicam. licet in medio consistat quãtum ad materiam virtutis, & circũstantias respectu duorum extremorum vitiorum, vt patet in 2. Ethic. & vt dicitur in eius dif-

A finitione, quæ est ibidem .s. virtus est habitus electiuus in medietate existens, & c. & talis paupertas debet dici altissima, quia virtus est altior in gradu naturæ, quã vitiũ, paupertas ergo sũme virtuosa, & meritoria est paupertas altissima, & extrema mõ exposito, & talis fuit paupertas primo Christi, & secundo Apostolorum, quam imitatur paupertas Ordinum Mendicantium, vt patet per prædicta, quæ est paupertas euangelica, vt supra declaratum est, cuius paupertatis perfectionẽ in nullo minuit dominiũ in communi aliquarum rerum moderatarum, & proportionatarum sustentationi vitæ humanæ, vt supra declaratum est, & probatũ. Et hæc de primo pũcto principali.

PVNCTVM II.

An dominium in communi prædictarum rerum exteriorum sit contra Regulam S. Francisci, seu Fratrum Minorum.

B Conclusio negatiua. IN hoc puncto ponitur conclusio negatiua. Dominium in communi prędictarum rerum exteriorum non est contra Regulam S. Francisci, & Fratrum Minorum. Probatur inspiciendo verba Regulæ, quæ introducit ẽt Decretalis eius expositiua, quę incipit. Exijt, qui seminat .s. [Frẽs nihil sibi approprient, nec domum, nec locũ, nec aliquam rem,] & in principio Regulæ dicitur quod [viuant sine proprio] quibus verbis sunt similia nõ solum quantum ad sententiam, sed ẽt quantum ad sonum verborum. Verba Regulæ B Augustini ad idem pertinentia in cuius principio dicitur ex persona B. Aug. volentibus eã seruare. [Nec dicatis vobis aliquid ꝓpriũ, &c.] & verba Regulę B. Benedicti c. 33. [Neq; quis pręsumat aliquid habere proprium, nullã omnino rem, C nec codicẽ, nec tabulas, neq; graphium, sed nihil omnino.] Et infra. [Nec quisquã suũ esse aliquid dicat, vel ꝑsumat.] Et de statu Monachorum c. Cum ad monasterium in fine, vbi dicitur, ꝙ abdicatio proprietatis annexa est regulæ monachali. Et verba Regulæ B. Basilij c. 4. supra allegato .s. communionem aũt vitæ perfectissimã hanc ego voco à qua possessionis quidẽ proprietas, propulsa est. Cõia aũt omnia quotquot corda nutriunt, atq; mulcent. Sed cõstat quod tale dominium in cõi non est contra Regulã B. Augustini, aut B. Benedicti, aut B. Basilij, vt oẽs cõcedunt. Sed solũ dñium in singulari, ꝙ est proprietas. Ergo tale dñium in cõi non est contra Regulã B. Francisci, sed solũ dñiũ in singulari, ꝙ est ꝓprietas. Facit aũt B. Frãciscus specialẽ mẽtionẽ de domo, & loco ꝓpter hoc, ꝙ dictũ est in doctrina D posita in puncto immediatè præcedente de fratribus ordinũ principaliter institutorũ ad prædicandum, quibus competit secundum ipsorum statum non determinare sibi aliquam domum, vel locum, sed transferri, & discurrere de vna domo, vel loco ad alium, & hoc est quod exprimit statim

adiun-

adiugens [Sed tanquam peregrini, & aduenæ in hoc seculo, in paupertate Domino famulantes, vadant pro eleemosyna confidéter.] Vbi exprimit duplicem abdicationem prædictã specialẽ talibus ordinibus .s. redituũ, seu prouentuũ, & domus, aut loci determinati, nec aliquam mentionem facit de abdicatione dominij in communi, propter quod ad abdicationem dominij in cõi, quãtum est ex vi regulæ, nõ videtur Frater Minor aliquis obligari; & subdit B. Franciscus [Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, &c.] Ergo secundum intentionem ipsius, altissima paupertas non est abdicatio dominij in communi, sed ea, quæ prædicta est specialis Ordinum Mendicantium.

Cõfirmatio. Et confirmatur ratio, quia, cum propriũ distinguatur contra commune dominium in communi cuiuscunq; communitatis nõ debet dici strictè loquendo proprietas, sed solum dominium singularis personæ. Sed in quatuor regulis supradictis fit mẽtio solum de proprietate, & non de dominio. Ergo videtur, quod cuilibet de quatuor regulis supradictis sit inseparabiliter, & essentialiter annexa sola abdicatio dominij in singulari, quod est proprietas, & abdicatio dominij in communi, quod strictè loquendo non est proprietas, nec est contra regulam aliquam de prædictis quatuor.

PVNCTVM III.

An Christus, & Apostoli habuerint dominium in communi rerum exteriorum.

Conclusio affirmatiua de fide. CIRCA tertium punctum Conclusio affirmatiua. Christus, & Apostoli habuerunt dominium in cõi rerum exteriorum; ꝙ potest probari multipliciter.

§

Prima Rõ. Primo, ex superius probatis, quia, vt supra probatum est, tale dominium auget affectum ad spiritualia, & minuit sollicitudinem erga temporalia, & per cõsequens auget perfectionem religionis, & paupertatis virtuosæ, & meritoriæ, quæ est paupertas Euangelica. Sed religio, & paupertas Euãgelica, seu virtuosa, & meritoria fuit in Christo, & Apostolis sũmè perfecta. Ergo &c.

§

2 Ratio. Præterea, tenentes oppositam conclusionem dicunt, quod Christus reduxit Apostolos ad illum modum habẽdi res exteriores, qui fuit in statu innocentiæ, & est de iure naturali. Sed iste modus est habere dominium in communi, vt supra probatũ est, & declaratum. Ergo &c.

§

A 3. Ratio. Præterea, supra probatum est, quod, cui conceditur vsus rei, quæ transit cũ vsu, hẽt saltem partem dominij talis rei, quantũ ad potestatem vtẽdi importatam nomine dominij. Sed constat, quod Christus, & Apostoli habuerunt vsum licitum, & iustum multarum rerum exteriorum. Ergo saltẽ pro tũc, quando vtebantur, habuerunt dominium talium rerum, quantum ad potestatem vtendi nomine dominij importatã.

§

4. Ratio. Præterea, ex actibus venimus in notitiã potentiarum, sm̃ Phil. in 2. de Anima. Sed dominium se hẽt ad vsum, & alienationem, sicut potentia ad actum, vt supra declaratũ est. Legimus aũt Christum, & Apostolos in Euãgelijs tales res exteriores ab alijs accepisse, vt patet Lucę 8. & in multis alijs locis Euangeliorum, & oẽs concedunt; & eas in loculis reseruasse, etiã pecunias, vt patet Io. 12. & 13. & eis vsos fuisse, vt in principio quæstionis dictum est; & oẽs concedunt: & alienasse emendo alia cum pecunijs, & dãdo pauperibus, vt patet Io. 4. & 13. nec plures sunt actus, ex quibus possit cognosci, vel argui aliquem esse possessorẽ, seu dominũ alicuius rei exterioris. Ergo Christus, & Apostoli quantũ põt colligi ex textu Euãgelij habuerunt dominium saltẽ in cõi taliũ rerum exteriorum, & dicere oppositum .s. dominiũ taliũ rerũ fuisse penes alios à Christo, & Apostolis est omnino fictitium, & sine rõne dictum.

Euasio. Sed respondetur ad hanc rõnem, & dicitur ꝙ emere non arguit ementem esse dominum pecuniæ, de qua emuntur res, aut rerũ, quæ emuntur; quia & procurator alicuius domini emit pro domino, qui procurator non est dominus pecuniæ, aut eius, ꝙ emitur de pecunia. Sed hæc responsio non sufficit propter duo.

Instantia duplex. Prima. Primo, quia dato, ꝙ sola emptio non arguat ementẽ esse dominũ, tñ emptio cum alijs actibus, qui tanguntur in argumento simul acceptis, & p̃cipuè cũ vsu, qui est cõsũptio, vel alienatio, arguit dñium: irrationabile .n. & derisibile esset dicere, ꝙ aliquis emat licitè victualia, & postea licitè consumat ea, aut det pauperibus, & nullũ ius, seu dñium habeat in ipsis. Sed Apostoli licitè cibos de pecunia emebant, & eosdem cibos licitè comedebant, & egenis dabant. Ergo in eis ius, & dominium saltem in communi habebant.

Secunda. Secundo, quia actus, ex quibus arguitur dominium, leguntur in Euangelijs. Christum autem, & Apostolos fuisse meros dispensatores talium rerum, & procuratores aliorum donantium eis talia, non legitur in aliquo loco authentico. Ergo dicere Christum, & Apostolos nullum ius, & domi-

nium etiam in communi habuisse in talibus, sed fuisse meros dispensatores eorum, quæ recipiebant, & conseruabant, & alienabant, & procuratores donantium eis talia, est merè fictitium.

§

3. Ratio. Præterea. Actuum 2. dicitur, quod oēs, qui credebant, habebant omnia communia, & diuidebant illa omnibus, pro vt cuique opus erat. Et Actuum 4. dicitur, quod multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquā eorum, quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Sed inter credentes principales erant Apostoli. Ergo temporalia erant communia ipsis, & alijs credentibus, etiam quo ad possessionem, & dominiū, sicut exprimitur, cū dicitur, nec quisquam eorum, quæ possidebat aliquod suū dicebat, .s. quo ad dominium in singulari, sed erant illis &c.

Confir. 1. Et confirmatur ratio dupliciter. Primo, per Beatum Augustinum in principio Regulæ, vbi dicit sic; [Non dicatis vobis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia, & distribuatur vnicuiq; vestrum, sicut cuiq; opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus Apostolorum, quia erant illis omnia communia, & distribuebatur vnicuiq;, sicut cuiq; opus erat.]

Confir. 2. Secundo, per Clementem, qui fuit de primis credentibus in primitiua Ecclesia, qui in quadā Epist. quæ recitatur 12. q. 1. c. Dilectissimis, dicit sic; cōis vita omnibus est necessaria maximè ijs, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitā Apostolorum, eorumque discipulorum imitari volunt.] Sed vita religiosorum, qualis erat vita credentium in primitiua Ecclesia, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiebāt, fuit cum habitione dominij in cōi. Ergo cū tali habitione fuit vita Apostolorū, & discipulorū ipsorum. Et hoc est, ꝙ subditur post verba prędicta paucis interpositis [Apostoli, eorumq; discipuli communem vitam duxerunt, erat enim multitudinis eorum cor vnum. & anima vna, nec quisquam eorum, quę possidebat aliquid suum esse dicebat, sed omnia illis erant cōia; omnes ergo, qui domos, vel agros possidebāt, vēdebant eos, & pretia eorū, & reliquas res, quas habebant offerebant ponentes ante pedes Apostolorum, & diuidebantur singulis, prout cuique opus erat.]

Euasiones aduersariorum. Prima responsio. ¶ Sed respondetur ad istam rationem tripliciter. Primo, dicendo, quod credentibus in primitiua Ecclesia erant oīa cōia, non sicut bona religiosorum sunt cōia ipsis religiosis, sed, sicut fuisset omnia cōmunia omnibus in statu innocentiæ, vbi fuisset solum communitas rerum quo ad vsum, & nullo modo, quo ad dominium; sicut est in religiosis, & videtur posse probari ista responsio per supradictum capitulum, Dilectissimis, vbi dicitur sic; [Communis vsus omnibus hominibus esse debuit.] & sequitur paucis interpositis [Istius consuetudinis more retento, Apostoli, eorumq; discipuli communem vitam duxerunt.] Probatio responsionis

2. Resp. Secundo respōdetur, quod Apostolis, & eorum discipulis erant omnia communia, quo ad habere, sed non quo ad modum habendi, quia Apostoli habuerunt illa quo ad vsum tantum; discipuli autem quo ad vsū, & dominium.

3. Resp. Tertio respondetur, quod Apostoli non fuerunt de illa multitudine credentium, de qua dicitur Actuum 2. & 4. quod erant illis omnia communia.

Probatur tex. 2 cap. Et probatur de textu, qui habetur Actuum 2. per textum præcedentem, vbi legitur, quod multa signa, & prodigia per Apostolos fiebant: & statim sequitur [omnes etiam, qui credebant habebant omnia communia] in quo datur intelligi, vt dicūt, quod isti non erant Apostoli, quia dictio copulatiua, etiam, copulat non inter subalternatim posita, sed inter disparata, & per textum sequentem, quia de illis quibus erant omnia communia, sequitur in textu [quod possessiones agrorum vendebant,] isti autem non erant Apostoli, vt dicūt, quia Christum sequentes iam omnia dimiserant, vt habetur Matth. 19. [Ecce nos reliquimus omnia, &c.]

Probatur tex. 4 cap. tripliciter. Hoc ipsum probant de textu, qui habetur Actuum 4. per plures textus.

Primo. Primo, per illud, quod dicitur in sequenti capitulo [Cæterorum autem nemo audebat se cōiugere illis, sed magnificabat eos populus,] ex quo habetur, vt videtur, quod status multitudinis non fuit ita perfectus, sicut Apostolorum.

Secundo. Secundo, quia dicitur in eodem loco à B. Luca, ꝙ illi, qui erant in ista multitudine credentium, erant possessores agrorum, quod de Apostolis nullo modo potest verificari, vt supra dictum est.

Tertio. Tertio, quia illa multitudo nondum erat expropriata, quia adhuc vendebant agros, vt ibidem habetur. Si autem illi agri fuissent communitatis illius, in qua pręsidebant Apostoli ipsos includendo, tūc talis venditio non potuisset fieri sine licētia, & auctoritate Apostolorū, cuius oppositū habetur in sequenti capitulo, de Anania.

Quarto. Quarto, quia sequitur in textu, ꝙ illi, qui erant de illa communitate [pretia agrorum afferebant, & ponebant ante pedes Apostolorum,] & sic distinguit eos ab Apostolis, qui non afferebant sibi ipsis.

Cōfirmatio. Et confirmant totum hoc per Glos. Bedæ, quæ dicit ibi sic. Discernit inter ordinem, Doctorum, & auditorum, nam multitudo credentium rebus proprijs spretis, copula charitatis inuicem iungebantur; Apo-

Apostoli vero virtute fulgentes, mysteria Christi pandebant, sicut sequitur in textu [Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium, &c.] vnde quia dictio copulatiua .s. Et, cũ dicitur; [Et virtute magna,] ponitur inter illos de multitudine credentium, & Apostolos, qui virtute magna reddebant testimonium, & cætera, concludunt, quod Apostoli non erant de illa multitudine.

Responsio aduersariorum ad auctoritatẽ S. August.

Et ad auctoritatem Beati Augustini respondent, dicendo, quod in prædictis verbis Augustini pronomen, illis, non demonstrat Apostolos, de quibus ibi præmittitur, sed multitudinem credẽtium infirmorum, de qua in Actibus Apostolorum dicuntur verba prædicta, vt sic sit demõstratio ad intellectum, & non ad sensum.

Instantiã cõtra primã responsionem.

¶ Sed nulla istarum responsionum valet, quod patet discurrendo per singulas, quia non valet prima propter duo. Primo, quia in statu innocentiæ fuisset, non solum vsus rerum exteriorum, sed & dominium maius intensiuè, & extensiuè; quam modo sit, vt supra probatum est. Secundo, quia in statu innocentiæ fuissent sine distinctione communia omnia omnibus; sed multitudo credentium erat distincta, quantum ad habere omnia communia ab alia multitudine, s. non credentium. Ergo multitudo credentium non erat, sicut communitas hominũ in statu innocentiæ, sed sicut multitudo religiosorum vnius Collegij, quæ est distincta à multitudine secularium, & religiosorum alterius Collegij.

Soluitur probatio primæ responsionis

Et ad probationem responsionis dicendum, quod communis vsus rerum non excludit dominium in communi illarum rerum, sed magis ipsum includit, vel saltẽ in ipso includitur, quia religiosi habentes dominium in cõi aliquarum rerum, habent vsum communem earundem rerum, & è contrario, habentes communem vsum licitum rerum, quarũ vsus est consumptio, habent etiam earundem rerum dominium commune.

Instantia cõtra secũdã responsionem.

Nec valet secunda responsio, quia sicut prædictum est ex actibus venimus in notitiam potentiarum, sed omnem actum respectu talium rerum exteriorum communium Apostolis, & alijs credentibus, quem habebant alij credentes, habebant etiam Apostoli, & æquè licitè, & liberè, s. recipere, consumere, & alienare, dando, vel commutando. Ergo fictitium, & irrationabile est dicere, quod alij credentes haberent dominium talium rerum, & Apostoli haberẽt solũ vsum sine õi iure, & dominio, cum Apostoli essent principales inter oẽs; sicut si diceretur, quod Monachi habent ius & dominium in rebus Monasteriorum, & non Abbates, & Canonici in rebus Ecclesiarum, & non Episcopi.

Instantia cõtra tertiã responsionem.

Nec valet tertia responsio, propter multa. Primo, quia, vt prædictum est, Apostoli erant principales inter credentes, vnde irrationabiliter dicitur, quod non sunt annumerandi in multitudine credentium, sicut si diceretur, quod Abbas, vel Prælatus non esset annumerandus inter illos de Monasterio, vel de Ecclesia.

A

Prima.

Secunda

Secundo, quia talis responsio est contra Beatum Augustinum in principio Regulæ suæ, vt supra allegatum est, vbi dicit; Sic.n. legitis in Actibus Apostolorum, ꝙ erant illis omnia communia: sed constat etiam secundum Grammaticos, quod pronomen demonstratiuum [illis] demonstrat immediatè præcedens, quod in prędictis verbis est, nempe [Apostolorum] Ergo secũdum intentionem Augustini, Apostoli erãt principales de multitudine credentium, de qua dicitur Actuum 4. Quod erant illis omnia communia.

B

Tertia.

Tertio, quia talis responsio est contra Clementem in cap. præallegato Dilectissimis, vbi dicit sic, & supra allegatum est [Apostoli, eorumq; discipuli communem vitam duxerunt. erat enim multitudinis eorum cor vnum &c.] quod sumitur ex Actibus 4. Ergo de intentione B. Clemẽtis est, ꝙ Apostoli essent de illa multitudine credentium, de qua dicitur Actuũ 4. quod erant illis omnia communia, &c.

Quarta.

Item ista respõsio talis est similis fictioni Adimanti Manichęi discipuli, qui respondẽdo quæstioni, quæ sibi fieri poterat, cur .s. Manichæorum electi nefas existimãt carnibus vesci, cum Dominus manifestè dicat Marci c. 7. [Nihil est ingrediens in hominem coinquinans eum,] ipse nesciens aliter Manichæorum errorem defendere, contra auctoritatem tam manifestam, finxit, & scripsit, quod prædicta verba loquutus est Dominus ad turbas solum, non autem ad discipulos, & Apostolos, quorum imitatores dicebant esse electos prædictos: cum tñ Dominus demonstrauerit, prędicta verba ad omnes generaliter pertinere, vt Augustinus dicit in lib. contra Adimantum cap. 15.

C

Ad primã ꝓbationẽ tertiæ respõsionis.

Et ad primã, per quod probatur contrarium de tex. qui habetur Actuum 2. Dicendum, quod de credentibus omnibus dicitur hoc solum, quod habebant omnia communia, &c. de Apostolis autem vltra hoc, quod multa signa, & prodigia faciebant, ad quod designandum ponitur dictio copulatiua, etiam, vndè non sequitur, quod Apostoli non essent de numero illorum, quibus erant omnia cõia, sicut si diceretur, quod omne animal sentit, homo autem etiam intelligit, quia vltima perfectio animalis est sentire, sed homo vltra hoc hẽt intelligere, nec sequitur ergo homo non habet sentire.

D

Vel dicendum, quod dictio copulatiua, et, in primo dicto textu copulat vnum dictum

ctum Beati Lucæ cũ alio, prædixerat enim quod multa prodigia, & signa per Apostolos in Hierusalem fiebant, & postea adiunxit, Omnes ẽt qui credebant, &c. vt sit sensus.

desũt in originali

Et primũ dictum est verum, & secũdũ ẽt.

Ad secundã probationẽ.

Ad secundam dicendum est, quod non dicitur vniuersaliter Actuum 2. quod omnes credentes in primitiua Ecclesia possessiones, & substantias venderent, vt assumitur in argumento. Sed indefinitè possessiones, & substantias vendebant, &c. ꝙ verificari potest, & in proposito verificandum est pro aliquibus, & nõ pro omnibus; quia in primitiua Ecclesia conuertebantur multi carentes possessionibus, & substantijs talibus venalibus, iuxta illud Apostoli 1. ad Corinth. 1. [Videte vocationem vestram fratres, .s. ad fidem, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, nõ multi nobiles sed quæ infirma sunt mũdi, & ignobilia, & cõtẽptibilia elegit Deus.]

Ad 1. probationẽ ex tex. 4. cap.

Ad primam probationem ex tex. 4. cap. per quam probatur, quod prædictus textus non est intelligendus de Apostolis. Dicendum, quod Apostoli erant meliores cæteris credentibus, quorum nullus audebat se coniungere illis, sed ex hoc nõ sequitur, ꝙ non essent Apostoli de illa multitudine credentium, de qua dr̃ Actuum 4. ꝙ multitudinis credentium erat cor vnum &c.

Ad secundã

Ad secundam dicendum, sicut dictum est ad primam probationem, per quã probabatur, quod textus prædictus, qui habetur Actuũ 2. non est intelligendus de Apostolis; Beatus enim Lucas non dicit, quod omnes de illa multitudine credentium erãt possessores agrorum, sed quotquot possessores agrorum erant vendentes, &c. Illi idẽ qui erant possessores quotcunq; essent.

Ad tertiam.

Ad tertiam dicendum, quod illi de illa multitudine in principio conuersionis antequam perfectè incorporarentur, quantũ ad modum viuendi multitudini fidelium vendebant ex doctrina Apostolorum ea, quæ possidebant, & pretia ponebant ante pedes Apostolorum, tanquã expropriantes se talibus rebus, & in tali expropriatione vniebãtur per specialẽ modum viuendi, & vitam religiosam tali multitudini, & fiebãt de ea; vnde talis vẽditio, quia fiebat ab ipsis ante talem vnionem, seu incorporationem non oportebat, quod fieret de licẽtia, & auctoritate Apostolorum.

Ad quartam

Ad quartam dicendum, sicut dictum est ad primam, per quã probabatur, quod prædictus textus, qui habetur Actuum 2. non est intelligendus de Apostolis, dictio enim copulatiua, ẽt, ponitur à Beato Luca ad designandum excellentiam Apostolorũ respectu cæterorum de multitudine credẽtium, & non ad ostendẽdũ, quod Apostoli non essent de multitudine credẽtium, sicut si diceretur omne animal habet perfectionem sentiendi, & homo vltra hoc habet intelligere; nec sequitur ergo homo non habet perfectionem sentiendi, seu quod homo non sit de numero animalium.

A

Et per idẽ respondẽdũ est ad Glos Bedę, quia nõ dicit Beda ibi, ꝙ B. Lucas distinxit inter multitudinẽ credentiũ, & Apostolos, sed quod discreuit, idest, distinxit inter Doctores .s. Apostolos, & auditores, .s. alios credentes, nam multitudo credentium .s. auditorum, de quibus immediatè præmittit rebus proprijs spretis, copula charitatis iungebantur: quasi dicat, hoc solum pro vltimata perfectione, dicit de ipsis Beatus Lucas. Sed Apostoli vltra hoc virtute fulgentes &c. constat enim, quod etiam Apostoli, & propria spreuerũt, & vinculo charitatis iungebantur inter se, & cum alijs. Ergo quantum ad hoc non erat distinctio inter eos, & alios, sed Apostoli, vltra hoc, virtute magna reddebãt testimoniũ resurrectionis, &c. Intendunt ergo Beatus Lucas, & Beda eius expositor dicere, quod Apostoli erant de illa multitudine credentium, de qua dicitur, quod erant illis omnia communia, & quod essent excellentiores, cæteris eiusdem multitudinis.

Ad Glos. Bedæ, quæ est confirmatio.

B

Et ad illud, quod dicunt, exponẽdo verba Beati Augustini, quæ sunt in Regula. Dicẽdũ, quod illa expositio corrumpit textum Augustini, quia, sicut prædictum est, pronomen demonstratiuum, illis, demonstrat immediate præcedens, quod in prædictis verbis est. Apostolorũ, nec valet talis responsio, quam dant, quia breuitas loquutionis in Doctore authẽtico, qualis est Beatus Augustinus non debet esse occasio errandi, sed si Apostoli caruissent dominio in communi rerum exteriorum, & in tali carentia fuisset perfectio paupertatis Euangelicæ ipsorum, vt debent tenentes conclusionem oppositam, prædicta breuis locutio fuisset occasio èrrandi, & tollendi, seu diminuendi perfectionem paupertatis Euãgelicæ Apostolorum, cum pronomen demonstratiuum, illis, cum aliquid immediatè præcedit, sicut in prædictis verbis præcedit nomen, Apostolorum, magis demõstrat immediate præcedens, quam quodcunq; aliud. Ergo si Beatus Augustinus per pronomen, illis, non intelligebat Apostolos, sed prædictos credentes, debuisset ipsos exprimere ad euitandum errorem prædictum, sic dicendo. Legitis in Actibus Apostolorum, quia erant illis, credentibus, qui non erant Apostoli, omnia communia. Et si dicatur, quod per illos in Actibus Apostolorum, vbi sunt ista verba, non intelliguntur Apostoli, sed illi soli, qui erant credentes de multitudine. Dicendum est, quod falsum est Apostolos non fuisse de illa multitudine, sed erant in ea principales, de quibus postea, ibidem sequitur, ꝙ virtute magna reddebant, &c. in quo distin-

Confutatio respõsionis quã dant ad auctoritatẽ S. August.

C

D

stinguebantur ab alijs eiusdem multitudinis. Per illos ergo Beatus Augustinus intelligit principaliter Apostolos, quorum alij credentes erãt imitatores, nihil propriũ possidendo, sed habendo omnia communia quo ad dominium. Et confirmatur rõ per hoc, quod cantat Ecclesia de Beato Augustino [Factus ergo presbyter Monasterium Clericorũ mox instituit, & cœpit viuere secundum regulã sub Sanctis Apostolis constitutam:] sed secundum regulam Beati Augustini, quantum ad paupertatem est abdicatio omnis proprietatis in singulari, non autem dominij in communi. Ergo tale dominium in communi Sancti Apostoli habuerunt, & hoc est, quod clare exprimitur 12. quæst. 1. cap. Dilectissimis, & supra allegatum est, communis vita, &c. Et infra. Apostoli, eorumq; discipuli, &c.

Cõfirmatio.

Duæ aliæ obiectiones cõtra doctrinam Auctoris expositã. Prima.

¶ Sed adhuc arguitur contra prædicta dupliciter. Primo, quia si regula B. Augustini est regula Apostolorum, & per consequens perfectissima non liceret transire de Ordine Canonicorum Regularium (quibus principaliter data est talis Regula) ad Ordines Mendicantium, quia tales ordines non essent perfectiores, quia nulli licet retrocedere post assumptum perfectionis statum, iuxta illud Lucæ 9. Nemo mittẽs manum suam ad aratrum, &c.

Secunda.

Secundo, quia nec Beatus Dominicus indixisset maledictionem procurãtibus Ordini suo possessiones, si paupertas Canonicorum Regularium habentium possessiones, esset perfectissima, nec paupertas carentium eis esset perfectior.

Ad primam.

Sed ad primam harum dicendum est, ꝙ Ordines Mendicantium sunt maioris perfectionis, quam Ordo Canonicorum Regularium, non ratione perfectioris paupertatis, sed ratione perfectioris finis, quia maioris perfectionis est contemplata alijs cõmunicare docendo, & prædicando, ad quæ sunt instituti prædicti Ordines, quam vacare contemplationi, & orationi, ad quæ est institutus Ordo Canonicorum Regulariũ: de quo quære in 2. 2. quæst. 108. art. 6. & ratione talis præminentiæ licet transire de Ordine Canonicorũ Regularium ad prędictos Ordines Mendicantium.

Ad secundã.

Ad secundam dicendum, quod paupertas carentium possessionibus non est maioris perfectionis, quam habentium eas in communi, sed est magis cõgrua ordinibus institutis ad docendum, & prædicandum, vt supra declaratum est, & propter hanc congruentiam * Beatus Dominicus interdixit possessiones, seu redditus ãnuales sub pœna maledictionis fratribus Ordinis sui.

*Hoc dictũ apochryphũ, ꝙ Auctor ex suppositione arguẽtis admittit intelligitur sine necessitate, & absq; dispensatione Magistri ordinis, vt dr̃ in constitut. Ord. Pręd. d. 2. c. 1. lege ẽt Trid. sess. 25.

§

Præterea, quod conuenit statui Prælatorum secundum se, qui sunt successores, & principales imitatores Apostolorum, quorum status est summè perfectus in Ecclesia, fuit in Sanctis Apostolis. Sed habere prędictum dominium in communi conuenit statui Prælatorum secundum se. Ergo tale dominium Apostoli habuerunt. Maior videtur ab omnibus concedenda, tum propter ea, quæ prædicta sunt, .s. quia status Prælationis est status summè perfectus in Ecclesia, & Prælati, secundum quod huiusmodi, sunt successores Apostolorum, & principales eorum imitatores. Ergo nihil pertinens ad statum Prælationis, secundum quod huiusmodi, derogat perfectioni paupertatis, vel cuiuscunq; virtutis eorum, & per consequens poni potest, & debet in ipsis, absque omni detrimento perfectionis ipsorum; tum quia Apostoli fuerunt primi Prælati Ecclesiæ. Ergo illud quod conuenit statui Prælationis secundum se, est ponendum fuisse in Apostolis. Minor probatur, quia constat, quod communitas alicuius Ecclesiæ determinatæ, vt Parisiensis habet dominium rerum ipsius Ecclesiæ, vnde dicitur 16. quæst. 3 c. Inter memoratos. (Ecclesiæ, cuius est ius retentionis, sit æternum dominium) sed Prælatus est pars talis communitatis nõ quæcunq;, sed principalis, & caput. Ergo Prælatus, secundum ꝙ huiusmodi, habet in cõi cum alijs dominium rerum suæ Ecclesiæ, & hoc est, quod dicitur 12. q. 1. cap. expedit. Et est Prosperi. Item S. Hilarius Ecclesiæ Arelatensis Episcopus, quæ illa tunc habebat Ecclesia possedit, & idem dicitur parum supra de Paulino Episcopo Nolano.

6. Rõ principalis ad ꝓbandã cõclusionem huius tertij pũcti.

A

B

¶ Sed contra hanc rationem posset argui multipliciter. Primo contra maiorem, quia statui Prælatorum conuenit posse habere proprium, vt supra probatum est, ꝙ tamen repugnat statui Apostolorum. Ergo maior non est vera.

Obiectiones. Prima.

C

Secunda.

Secundo, contra minorem, quia religiosus de Ordine Mendicantium factus Episcopus, non potest habere dominium ẽt in cõi cum alijs bonorum stabilium habentiũ prouentus, seu redditus, cum hoc sit cõtra suã professionẽ, & deroget perfectioni talis Ordinis, vt supra probatum est, inter bona autem Ecclesiæ sunt tales possessiones habentes redditus, seu prouentus, vt supra probatum est. Ergo non est verum, quod statui Prælati, secundum quod huiusmodi, conuenit habere dominium in communi, cum alijs omnium bonorum Ecclesiæ.

Tertia.

Et præterea, potest argui contra eandem minorem. Quia quod conuenit secundum se, conuenit omni tali, quia per se includit dici de omni, vt patet per Philosophum 1. Post. Sed potest Ecclesia, cui prȩficitur aliquis Episcopus, carere saltem ad tempus õi possessione cõi rei exterioris. Ergo saltem talis Episcopus carebit omni dominio ẽt in communi omnis rei exterioris

D

Solutio 1. Sed ad primam harum dicendum est, q Prælato; secundum quod huiusmodi, conuenit habere dominium in communi bonorum omnium Ecclesiæ, vt supra probatum est, propter quod, ipsum ponendum est in Apostolis. Sed posse habere proprium non conuenit Prelato, secundum quod huiusmodi: sed sm quod singularis persona, quæ non se obligauit per votum ad voluntariam paupertatem; sed succedit parentibus in bonis, vel antequam esset Prælatus, vt singularis persona talia bona acquisiuit, vel qualitercunq; habuerit, & ideo posse habere proprium, non est ponendũ simul fuisse in Apostolis cum statu ipsorum.

Solutio 2. Ad secundam dicendum, quod aliquid conuenit alicui secundum se, quod tamen repugnat ei ratione subiecti, in quo est, sicut quantitati cæli conuenit secundum se posse diuidi, vt patet per diffinitionẽ quanti, 5. Metaphysicæ, quæ est, quantum est, quod diuiditur in semper diuisibilia; & tamen diuidi repugnat quãtitati cæli, quod corrumpi, & scindi non potest, vt probatur 2. cæli, & mundi; quantitati etiam rei naturalis secundum se conuenit posse diuidi in infinitum, vt patet per diffinitionem quanti prædictam, & tamen hoc repugnat quantitati, omnis rei naturalis, ratione subiecti, in quo est talis quantitas, quia omniũ natura cõstãtiũ, certus terminus est magnitudinis in plus. s. & in minus, vt dr 2. de Anima, t. 41. speciei ẽt solis conuenit sm se posse de pluribus indiuiduis prædicari, vt patet per diffinitionem speciei, quam ponit Porphyrius; species est, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero; & tamen hoc repugnat ei, ratione naturæ solis, qui constat ex tota sua materia, vt patet 1. cæli, & mundi; & similiter potest dici in proposito, quod licet statui Prælationis secundũ se cõueniat habere dominium in communi cum alijs, bonorum Ecclesiæ, tamen si Religiosus de Ordine Mendicantium fiat Episcopus, tale dominium ei repugnabit, quantum ad bona habentia redditus, vel prouentus ratione obligationis, quam fecit in sua professione, qui obligauit se ad regulam, & statuta suæ Religionis.

Vel dicendum, quod abdicatio proprietatis est essentialiter annexa omni religioni, nec ab ea absoluitur religiosus factus Episcopus, sed abdicatio dominij etiã in communi annualium reddituum accidentaliter se habet ad votum paupertatis, & per consequens ad Religionem, & ab ea absolui potest religiosus quicunq; per dispensationem, & fortè de facto absoluitur, cum fit Episcopus, & cum eo in hoc dispensatur, si sit de Ordine Mendicantium, ex hoc ipso quod fit Episcopus.

Sed prima responsio videtur esse melior.

Solutio 3. Ad tertiam dicendum, quod aliquid potest per se conuenire alicui, quodam supposito, quod ei non conuenit per accidens A illo sublato, sic ignis potest calefacere, si est præsens calefactibile, quo non præsente ignis nõ potest calefacere, & similiter posse consecrare conuenit sacerdoti per se, si est præsens materia cõsecrabilis, qua non præsente, sacerdos non põt cõsecrare, & eodem modo Prelato, secũdum quod huiusmodi, conuenit habere dominium in communi bonorum Ecclesiæ cum alijs, si Ecclesia habet aliqua bona, quæ si non habet, Prælatus non habet tale dominium: sed hoc est per accidens, Ecclesia autem habebat aliqua bona tempore Apostolorũ, vt ipsimet concedunt. Ergo Apostoli habebãt talium rerum dominium in communi cum alijs.

§

Præterea, quod Apostoli habuerint non solum simplicem vsum facti in rebus exterioribus, quibus vtebantur, vt quidam di- B cunt, sed etiam potestatem talibus rebus vtendi, ante ẽt quã vterentur, quæ potestas nõ est sine iure aliquo, quod habetur in re, & per consequens, quod Apostoli non habuerint solum simplicem vsum facti, sed ẽt vsum iuris, patet, quia vsus carens oĩ iure est vsus iniustus, vt patet de vsu, quo vtutur fures, & p̃dones; ius .n. & iustũ sunt synonyma, & idẽ significãt; sed vsus quo vtebãtur Christus, & Apostoli fuit iustissimus. Ergo talis vsus non fuit vsus simplex facti carens oĩ iure: q ẽt clare exprimit Apost. 1. Cor. 9. & multipliciter probat, & concordat cũ Dño Saluatore dicente Matt. 10. Dignus est operarius cibo suo, vel mercede sua, vt dicitur Lucæ 10. 7. Rõ principalis pro conclusione huius p̃cti.

Sed ad hanc rationem respondetur dupliciter. Primo, dicendo q Apostoli habebant ius respectu personarum, quibus pre- C dicabant, recipiendi scilicet necessaria ab eis, sic quod illi homines debebant eis prouidere de rebus ad simplicem vsum eis necessarijs, respectu autem rerum habebant solum simplicem vsum facti, & nullum ius, quod probant dupliciter. Responsiones aduersariorum. Prima.

Primo, quia si habuissent ius, potuissent tales res extorquere etiam iudicialiter à nolentibus dare, contra doctrinam Saluatoris Matth. 10. vbi præcepit eis, quod exirent de ciuitate nolentiũ eos recipere, & non q ab eis necessaria iudicialiter extorquerent. Primã probatio respõsionis.

Secundo, quia si habuissent ius aliquod in talibus rebus habuissent illud in singulari, quod ius est proprietas, quia merces debetur ratione operis, quod est personæ singularis, quia actus sunt singularium, vt dicitur in cap. 1. Metaphys. & sic Apostoli fuissent proprietarij. Secũda probatio respõnis.

D Secundo respondetur dicendo, q Apostoli habuerunt in rebus illorum, quibus prædicabant solum ius naturale, sicut iure naturali filius debet nutrire patrem inualidum, & ei ministrare. Non autem habuerunt aliquod ius positiuum, aut actionem secun- Secunda responsio. Probationes huius respõsionis. Prima

secundum quam in iudicio possunt exigere tale subsidium. Quia hoc est contra præceptum Domini, iuxta illud Matthæi 5. [Qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, & quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo, & alia duo.] Et Lucæ cap. 6. [Et ab eo, qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue, & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas,] Vbi dicit Glosa, quod de vestimento, & tunica dicitur etiam in alijs est. primę ad Chorinthios sexto [Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos; quare non magis iniuriá accipitis: quare nó magis fraudem patimini?] Vbi dicit Glosa perfectis licet sua repetere simpliciter, idest, sine causa, sine lite, sine iudicio, sed non conuenit eis inde mouere causam ante iudicem.

Tertia.

Cōfirmatio ex Glosa.

§

Impugnatur prima respósio dupliciter. Prima.

¶ Sed prima responsio non valet propter duo. Primo, quia est contra dictum Saluatoris supra allegatum, scilicet; Dignus est operarius cibo suo, vel mercede sua. Et Apostoli eius Pauli, vbi supra, scilicet, primæ ad Corinthios nono, vt patet intuenti, qui non faciunt mentionem de personis, sed de rebus illorum, quibus Apostoli prædicabant, de quibus rebus dicunt, quod debebantur Apostolis ratione spiritualium, quæ impendebant.

Secunda.

Secundo, quia Apostoli habebant ius respectu personarum auditorum, non nisi propter temporalia, qui auditores debebant Apostolis ratione spiritualium ab eis receptorum, vt patet per Apostolum, vbi supra. Sed propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Ergo Apostoli multo magis habebant ius respectu temporalium auditorum, quam respectu personarum.

Ad primā ꝓbationem respondetur.

Et ad primam, per quam probatur oppositum. Dicendum, quod, sicut, modo licet exigere etiam in iudicio à Prælatis, qui sunt successores Apostolorum spiritualia, si nollent ea impendere, & è conuerso, liceret Prælatis temporalia exigere etiam in iudicio iusti iudicis à subditis nolentibus ea dare, si Prælati non haberent, vnde alias sustentarentur: sic etiam idem dicendum de Apostolis respectu auditorum, & è conuerso: sed quamuis hoc licuisset, non tamen expediebat propter scandalum auditorum vitandum, sicut Apostolus dicit primæ ad Corinthios sexto, [Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt,] ad literam loquens de hac materia, vt patet per Glosam Ambrosij ibidem. Propter quorum etiam scandalum vitandum Apostoli sæpe etiam manibus laborabant. Auctoritas autem Saluatoris, quæ allegatur non est ad propositum, quia Christus dicit Apostolis, quod
A
exirent non de ciuitate nolentium eis dare necessaria, vt supponit argumentum, sed de ciuitate nolentium recipere eos, idest, eorum doctrinam, & prædicationem, vnde dixit Matthæi 10. [Quicunq; non receperit vos, neque audierit sermones vestros exeuntes foras, &c. excutite, &c.

Ad secūdam probationē.

Ad secundam dicendum, quod licet merces debeatur ratione operis, non tamen oportet, quod sit solius operantis, imo potest esse etiam aliorum, & præcipue communitatis, cuius operans est pars de voluntate operantis: sicut Christus per opus suum meruit communitati fidelium: & sicut Monachus mercedem sui operis acquirit non sibi soli, quia non est capax, alias esset proprietarius, sed communitati Monasterij sui, & Prælatus communitati Ecclesiæ suæ; & sic dicendum est in
B
proposito de Apostolo, quod licet prædicare esset actus solius Apostoli prædicantis, illud tamen, quod debebatur, & dabatur ei ab auditoribus, erat quo ad dominium communitatis fidelium, & non solius Apostoli prædicantis, qui non erat eius capax.

Impugnatur secūda respōsio tripliciter. Primo.

Nec valet secunda responsio propter multa.

Primo, quia secundum eam, Apostoli non habebant solum vsum simplicem facti, sed etiam aliquod ius, scilicet, naturale respectu rerum exteriorum, quod est maius intensiuè, & extensiuè, modo supra exposito, quam ius positiuum.

Secundo.

Secundo, quia secundum eos, qui sunt de opposita opinione, quilibet homo habet ius naturale in rebus omnibus om-
C
nium generaliter. Sed Apostoli habebant quoddam speciale ius in rebus auditorum, magis quam aliorum, & maius ius habebant ipsi in talibus rebus, quam alij secundum intentionem Apostoli ibidem. Ergo Apostoli habebant maius ius in talibus, quam sit ius naturale.

Tertio.

Tertio, quia non solum de iure naturali, sed etiam de iure positiuo talia debebantur Apostolis, vt ibidem etiam exprimit Apostolus.

Solutio ad primam.

Nec obstat, quod est de iure naturali, quod ius positiuum non opponitur iuri naturali, sed est determinatio eius, & explicatio; sicut patet in exemplo, quod ponunt de filio, qui patrem inualidum pascere tenetur de iure naturali, et ét positiuo, in tātum, ꝙ hoc posset pater petere in iudicio:
D
& similiter Prælatus à subditis, & Apostolus ab illis, quibus prædicabat in iudicio iusti iudicis, vt prædictum est.

Solutio ad secundam

Nec est contra præceptum Saluatoris, quod tangitur in responsione, quia secundum Augustinum in libro de Sermone

Domini in monte, illud præceptum Dei intelligendum est secundum præparationem animi, sicut & plura alia præcepta ipsius, vt scilicet homo sit paratus prius pati iniuriam, seu fraudem, quam iudicium subire, vbi hoc expedit spirituali saluti.

Notabilis doctrina.

Ad cuius euidentiam est sciendum, quod sicut Glos. ibidē dicit, in tribus præceptis perfectio iustitiæ ostenditur. Quorum primum est, si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Secundum est, qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimmitte ei & pallium. Tertium est, quicunq; te angariauerit mille passus, vade cum eo, & alia duo millia. Quæ talia ad patientiam pertinent, hoc autem tertium, vt Glos. exponit ibidem, intelligendum est non tam, vt cum eo pedibus vadas, quia hoc nec in Christo, nec in alijs Sanctis historialiter legimus esse completum, sed vt parato animo sis, cum hoc oporteat: similiter & primum præceptum, vt Augustinus dicit in libro de Mendacio, sic intelligendum est, vt homo cor paratum habeat non solum ad alias alapas accipiendas, sed etiam qualibet tormenta pro veritate patienda, etiam cum eorum dilectione à quibus illa paterentur.

Nec intelligitur ad literam, quod aliquis debeat maxillam præbere se percutienti, cum nec etiam Dominus percussus hoc impleuerit, nec Apostolus Paulus. Vnde patet, quod medium præceptum, secundum eandem formam, est exponendum, vt scilicet aliquis habeat cor paratum ad qualibet damna temporalia sustinenda potius, quam veritatem, vel charitatem relinquat.

Solutio tertiæ.

Potest autem, sine præiudicio veritatis, vel charitatis, contingere, quod aliquis sua in iudicio repetat, vel, sicut dicit Gratianus decimaquarto quæstione prima. Præceptum Christi est intelligendum de propriarum rerum repetitione, non autem de repetitione rerum communium, quas licet perfectis repetere (sicut & in communi habere, vt Prælatis, qui sunt successores Apostolorum) res Ecclesiarum suarum: & pari ratione viris religiosis, qui sunt in statu minoris perfectionis res Monasteriorum suorum, vt Abbatibus, vel alijs de ipsorum mandato. Et sicut huiusmodi repetentes in iudicio, non sua repetunt, sed res Ecclesiarum, quarum procurationem gerunt, aut Monasteriorum; sic nec coram iudice sibi, sed alijs stant, quorum negotia agunt. Et sic etiam exponendum est dictum Glosę, licet talis Glosa, quæ allegatur, non sit authentica, sed magistralis, quod patet ex hoc, quod est quædam conclusio ex verbis Augustini illata, vnde paulo ante præmittit, [vt autem prædicta verba Augustini, &c.]

Ad confirmationē ex Glos.

Nec Glosa dicit, quod non liceat perfectis mouere causam ante iudicē, sed quod eis non conueniat. In aliquibus tamen casibus conuenit etiam perfectis mouere causam ante iudicem.

Casus in quibus licet pfectis ēt mouere causam ante iudicem Primus casus.

Primus est, quando esset contendere de re spirituali, vnde Actuum 25. cum esset orta contentio de obseruatione legalium, Paulus hoc detulit ad iudicium Apostolorum, de quo etiam idem dicit ad Galatas 2. [Propter quosdam falsos fratres, qui subintroierunt.]

Secundus casus.

Secundus est, quando oritur contentio de eo, quod potest vergere in detrimentum rei spiritualis, quamuis sit temporale, vnde Actuum 25. Paulus appellauit Cæsarem pro liberatione sua, quia per eius mortem, siuè incarcerationem impediebatur fructus prædicationis, ipse tamen, quantum in se erat, cupiebat dissolui, & esse cum Christo, vt dicit ad Philippenses 1.

Tertius casus.

Tertius est, quando est contentio de aliquo, quod vergit in temporale damnum alterius, & maximè pauperum, vel communitatis Ecclesiæ, aut Religionis suæ, reus enim est quodammodo rapinæ, qui sua negligentia dimittit alios damnum incurrere, & præcipuè in his, quæ sunt commissa eius curæ. Vnde de hoc non potest sacrificium perfectionis Deo exhiberi, iuxta illud Ecclesiastici cap. 34 qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.

Quartus casus.

Quartus est, quando est contentio de eo, quod vergit in spirituale damnum illius, qui iniustè detineret rem temporalem alterius, vnde Gregorius dixit, quod quidam dum res temporales rapiunt solummodo, sunt tolerandi; quidam vero seruata charitate prohibendi, non tam sola cura, quia nostra subtrahant, sed ne rapientes non sua, semetipsos perdant.

Quintus casus.

Quintus est, quando vergit in corruptionem multorum per exemplum rapiendi, iuxta illud Ecclesiastes octauo, quia non profertur cito contra malos sententia, absque vllo timore filij hominum perpetrant mala.

***

PVN-

PVNCTVM IV.

An sit hæreticum asserere Christum, & Apostolos nihil habuisse in communi.

Responsio ad princip. quæsitum.

QVANTVM autem ad Quartum, quod est principale quæsitum. Dicendum est, q aliquid dictũ potest esse hæreticum dupliciter. s. aut in se, vtpote, quia est contra articulos fidei, vel Ecclesiæ Sacramenta; vel expresse contra auctoritatem sacræ Scripturæ: aut in suo consequẽte, quia scilicet ad tale dictum sequitur aliquid contra aliquid prædictorum, vt si quis diceret, quod Christus in triduo fuit homo, sicut dixit Magister Sententiarum in 3. libro distinct. 22. ad quod sequitur, quod Christus non fuit verè mortuus, contra articulum fidei, quia homo mortuus non est homo.

Conclusio catholica, quæ multis auctoritatibus, & rationibus probatur.

Quo præmisso videtur dicendum, quod asserere Christum, & Apostolos nihil habuisse, quantum etiam ad vsum facti, est hæreticum in se, vtpotè contra diuersos textus sacræ Scripturæ, & similiter asserere Christum, & Apostolos habuisse solum simplicem vsum facti, & nullum ius, seu potestatem in rebus, quibus vtebantur, quia hoc est dicere vsum talem fuisse iniustum, vt etiam exprimunt duæ Decretales Papæ Ioannis XXII. s. Ad conditorem Canonum. &, Inter nonnullos.

Et præterea, hoc est contra Apostolum primæ ad Corinthios nono, vt supra declaratum est, imò è contra, ibi dicit se habuisse potestatem, & per consequens ius in rebus illorum, quibus prædicabat, & non vsum, quia dicit ibidem, quod non fuit vsus hac potestate. Et similiter asserere Christum, & Apostolos nihil penitus habuisse, nisi dum actu vtebantur talibus rebus, quia hoc est contra Euangelium secundum Ioannem, vbi legimus eos pecuniam, & loculos habuisse, vt patet 12. & 13. cap. Asserere autem Christum, & Apostolos nihil habuisse in communi quo ad dominium, videtur esse hæreticum in suo consequente, quia ex hoc sequitur, quod Christus, & Apostoli fuerint minus affecti ad spiritualia, & magis solliciti de temporalibus, quam alij: & quod Religio, & Paupertas Euangelica, hoc est, virtuosa, & meritoria, fuerit in eis minus perfecta, quam in alijs, vt patet per primam rationem adductam ad probandam conclusionem illam principalem positam in puncto tertio, quod est hæreticum. Et quod paupertas eorum non fuerit meritoria, virtuosa, & gratuita, si tollebat ea, quæ sunt de iure naturali, vt patet per conclusionem aliam probatam in secundo pũcto, & etiam in primo, quod est hæreticum. Et quod non licitè vsi fuerint rebus, quas consumebant, vt patet per supra dicta in tertio puncto, quod est hæreticum. Et quod non emerint aliquid quandoque, aut egenis dederint. Et quod nunquam rebus exterioribus vsi fuerint, patet per dicta supra in quarto puncto, q etiam est hæreticum.

Sequitur etiam, ad illud dictum, negare textum Actuum Apostolorum, secundum expositionem, quam Augustinus facit in Regula, vt patet per quintam rationem ad probandam conclusionem puncti secundi.

Sequitur etiam, quod Prælati Ecclesię, secundum quod huiusmodi, non sunt successores Apostolorum; & eorum perfecti imitatores, vt patet per sextã rõnem, quod etiam videtur esse hæreticum, & videntur sequi ex illo dicto omnia supra dicta, & dato quod non omnia sequerentur, sufficit quod vnum sequatur ad dicendum, quod tale dictum sit hæreticum in suo consequente.

PVNCTVM V.

Vbi soluuntur Argumenta.

AD Argumenta respondendum est per ordinẽ, quod erat quintum principale, & vt melius pateat solutio, seu exclusio argumentorum, quodlibet argumentum ponetur per se, & iuxta argumentum eius solutio.

Primum Argumentum.

PRIMO, arguitur sic. Quod est determinatum per Ecclesiam, non est hæreticum. Sed Christum, & Apostolos nihil habuisse, tam in speciali, quam in communi est determinatum per Ecclesiam; vt patet de verborum significatione, cap. Exijt, qui seminat in sexto. Vbi dicitur sic. Dicimus, quod abdicatio omnium rerum, tam in speciali, quam in communi propter Deum meritoria est, & sancta, quam, & Christus viam perfectionis ostendens verbo docuit, & exẽplo firmauit, quã quæ primi fundatores militantis Ecclesiæ (idest Apostoli) prout ab ipso fonte hauserant volentes perfectè viuere per doctrinæ, ac vitæ exẽpla in eos deriuarũt. Ergo asserere Christum, & Apostolos nihil habuisse, tam in speciali, quam in cõi, non est falsum, seu hæreticum, sed verum, & catholicum.

Et cõfirmatur rõ, quia licet statutũ pcedens vnius summi Pontificis, possit aboleri per sequens contrarium statutum eiusdem, vel alterius Summi Pontificis; quia aliquid Cõfirma-

vno tempore expedit fieri, quod alio tempore expedit prohiberi, tamen illud, quod diffinitum est, semel, seu determinatum per summum Pontificem pertinens ad veritatem fidei non potest per eundem, vel successorem alium, in dubium reuocari; vel eius, quod diffinitum est, contrarium affirmari, quin hoc agens manifestè hæreticus sit censendus, quia fides catholica est de vero, perpetuo, & immutabili; & ideo q̃ semel est diffinitũ verũ esse in in ipsa fide, vel moribus, in æternũ est verũ, & immutabile per quęcunq; sed Christũ, & Apostolos nihil habuisse, tã in speciali, quã in communi diffinitum est, esse verum per Ecclesiá. Ergo oppositum asserere est hæreticum, nec potuit sine peccato hæresis, oppositum asseri, seu diffiniri per quemcunq;, etiam per summum Pontificem.

Solutio.

B

Est quorũdam respõsio quam impugnat Turrecr li. 2 de Eccles. cap. 112.

SED ad hoc dicendum est, quod Decretalis prędicta, Exijt, auctoritate Apostolica est suspensa, propter quod stante tali suspensione non cogit eius auctoritas.

Vera solutio Auctoris.

Vel dicendũ q̃ Decretalis non loquitur de abdicatione dominij in communi, vt patet eius verba intuenti: sed de abdicatione proprietatis, quæ est dominium in singulari, vt declaratum est in quadam conclusione principali, secundi puncti; verba enim Decretalis sunt hæc, [Dicimus, quod abdicatio proprietatis, huiusmodi, omnium rerum &c.] propter quod verba Decretalis allegantur truncatè in argumento dimittẽdo. s. nomen proprietatis, & mirum est de prudentia sic truncatè allegantium verba prædictæ Decretalis, in litera missa vniuersis Christifidelibus, quasi nullus deberet de tali truncatione perpendere. Et quod dicit Decretalis omnium rerum, tam in speciali, quam etiam in communi, dupliciter potest exponi. Vno modo, vt dicatur in communi, & in speciali, idest omnium rerum etiam singularium. Alio modo, & melius, dicitur, quod religiosi quibusdam vtuntur communiter, vel simul, vt sunt domus; vel successiuè, vt sunt libri, & vtensilia, & lectisternia, & huiusmodi; quibusdam autem quilibet vtitur in speciali, vt sũt ea, quæ vnusquisq; in speciali consumit, & nullum istorum debet aliquis eorum sibi appropriare, licet omnes habeant dominiũ omnium in communi, modo exposito in quæstione, & hoc dicit Decretalis prædicta, Exijt, de Christo, & Apostolis, scilicet, q̃ abdicauerunt proprietatem omnium rerũ, tam in communi, idest, quibus communiter vtebantur, quam in speciali, idest, quibus quilibet in speciali vtebatur.

Cõfirmatio.

Et confirmantur prædictæ duæ expositiones per hoc, quod istud dictum in speciali, & in communi coniungitur in Decretali, cum hoc quod dicitur omnium rerũ, & non cum hoc, quod dicitur, abdicatio.

A Ergo talis communitas, & specialitas referenda est ad res ipsas, secundum prædictas duas expositiones, & non ad abdicationem, intelligendo, sicut tangebatur in argumento, quod Christus, & Apostoli abdicauerint à se in communi, & in speciali dominium, & ius in rebus quas habebant.

Ad cõfirmationem

Et per hoc patet ad confirmationem rationis, quia determinatio facta per Papam Ioannem in Decretalibus cap. Inter nonnullos, & cap. Ad conditorem canonum. Nõ est cõtraria determinationi Decretalis, Exijt, sed est ei concors, seu consona. Et conuenientius, & rationabilius est, sic tales decretales concordare, quam dicere vnam determinationem, vel aliam esse hæreticam, cum tam magna irreuenientia, & blasphemia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Summi Pontificis Vicarij Iesu Christi, & successoris Beati Petri, & vt habet Augustinus contra Adimantum cap. 3. intelligenda.n. sunt nõ temerè accusanda, quæ in peritis videntur esse contraria. Et sic Beatus Augustinus in libro de consensu Euangelistarum concordat multos textus diuersorũ Euangeliorum, qui prima facie videntur inter se contrarij, sed expositi per ipsum apparent non esse contrarij, nec B. Augustinus dicit alterum de duobus textibus esse falsum, seu hæreticum, quia hoc esset eneruare totam veritatem sacræ Scripturæ, vt patet per eundem in quadam Epistola ad Hieronymum. Et similiter dicere aliquam determinationem Ecclesię in pertinentibus ad veritatem fidei esse falsam, vel hæreticã, est eneruare totam Ecclesiæ auctoritatem, quæ est maior etiam, quam Euangelij, iuxta illud, quod Augustinus dicit contra

C Epistolam fundamenti c. 5. Euangelio non crederem, nisi me auctoritas Ecclesiæ commoneret.

Instantia.

Sed dicetur ad prædictam expositionem decretalis, exijt, quod talis expositio non concordat cum sequentibus in eadem decretali, & præcipuè vbi fit mentio de paupertate Fratrum Minorum, de quibus infra dicitur, quod in rebus, quibus vtuntur habent solum simplicẽ vsum facti, & quod dominium est penes Papam, & Ecclesiam.

Solutio

Ad quod dicendum est, quod fortè omnia verba decretalis prædictæ, exijt, possent trahi ad sensum prædictum, quicquid tamen sit de hoc, verba talis decretalis, quãtum spectat ad paupertatẽ Christi, & Apostolorum congruè, & rationabiliter exponuntur, modo prædicto, propter quod, vt supradictum est, non dicitur in decretali, q̃

D abdicatio omnium rerum, &c. fuerit in Christo, & Apostolis, vt allegatur in argumento. Sed quod abdicatio proprietatis omnium rerum &c. sicut & de statu Monachorum, cap. Cum ad Monasterium in fine, dicitur, quod abdicatio proprietatis

anne-

annexa est Regulæ Monachali; & omnes quatuor Regulę approbatę .s. Beatorum Augustini, Basilij, Benedicti, & Francisci non loquuntur de abdicatione rerum, aut dominij, sed solum de abdicatione proprietatis, quæ est dominium in singulari, vt clarè explicatum est supra.

Verum Christus tãquam Legislator, qui non erat legi cuiuscunq; præcepti, vel voti subiectus, voluit habere etiam quo ad proprietatem quandoque loculos, vt per hoc, secundum intentionem Decretalis, condescendere infirmis, idest imperfectis, seu minus virtuosis, quibus licet habere proprietatem talium rerum, licet sit maioris perfectionis carere, & sic Decretalis soluit instantiam, quam adducit de loculis, & nisi sic exponatur, instantia non est ad propositum, nec eius solutio est sufficiens, si enim dicatur, vt Quidam exponunt, quod, secũdum intentionem Decretalis, Christus cõdescendit infirmis seruando pro futuro tẽpore ea, quæ erant in loculis, vel ea secum portando, vt alij dicunt; tunc instantia non fuisset ad propositum, quod ibi procedit, .s. de abdicatione proprietatis, quia habere aliqua pro tempore futuro, vel secum portare, non est contra talem abdicationem: vel Decretalis in soluendo instantiam debuisset hoc exprimere, dicendo, ꝙ Christus habuit loculos, non quo ad proprietatem, & dominium, sed quo ad vsum seruando pro futuro tempore, vel secum portando in hoc condescendens infirmis, vnde nisi exponatur Decretalis modo prædicto, oporteret dicere, quod multum defectuosè Decretalis soluisset instantiam, quam adducit.

Secundum Argumentum.

SECVNDO, arguitur sic. Genesis 1. legitur, quod soli secundę diei Deus non benedixit. Cuius ratio est, secundum Sanctos, quia numerus binarius est principiũ diuisionis; & iterum in nulla die agitur de diuisione vniuersi; Deus autem odit diuisionem, & diuisio rerum omnium vtilium non fuit in principio, sed processu temporis fuit per homines introducta propter quatuor.

Primo, ad hominum negligentiam remouendam, homines enim magis diligunt propria, quam non propria, & ideo de eis habendis, & conseruandis magis sollicitantur, propter quam causam etiam præscriptiones, & vsucapiones à legibus sunt concessæ.

Secundo, ad concupiscentiam refrenandam, quia homines sunt proni ad concupiscendum res pro se ipsis, quæ naturaliter sunt omnibus communes, sicut matrimonium est in remedium concupiscentiæ infirmis.

Tertio, ad vitandam dissentionem hominum, quia effrenata cupiditas, est pacis ęmula, & mater litium, & materia iurgiorum, & ideo facta fuit rerum diuisio, ne .s. de omnibus secundum iura sua naturalia hominum litigarent.

A

Quarto, ad quietandam diffidentiam hominum, qui non confidunt, quod Deus eis prouideat in futurum, nisi habeant aliquid determinatum, quod redarguit Christus Matth. 6. dicens. [Considerate lilia agri quomodo crescunt, &c.] Quorum quatuor nullum formidandum est perfectis .s. nec negligentia bonorum communio, nec auaritia, nec rixa, nec diffidentia, & tunc sic arguitur.

Lex introducta solum ad supportanda vitia imperfectorum non habet locum in Christo, & Apostolis, qui fuerunt perfectissimi. Sed diuisio rerum quo ad domi-
B nia, tam in communi, quam in proprio est huiusmodi, vt supra declaratum est. Ergo &c.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod si ratio esset bona, sequeretur, quod Papa, & Prælati alij, non haberent aliquod dominium in communi, etiam secundum, quod Prælati, vt patet clarè rationem intuenti, quia Prelati sunt in statu maioris perfectionis, quam quicunq; religiosi, & sunt magis successores Apostolorum, non solum quo ad auctoritatem, sed etiam quo ad ea, quæ sũt perfectionis, & sic Papa non haberet dominium rerum Fratrum Minorum etiam in communi cum Ecclesia, sic hoc ratione imperfectionis non est ponendum in Christo, & Apostolis, vt dicitur in argumento.
C Dicendum ergo ad argumentum per interemptionem minoris, quia diuisio rerũ, & dominium in communi pertinet ad perfectionem in Religiosis, & Prælatis, vt in prima ratione primę conclusionis in quęst. probatum est, & declaratum; dominium autem in singulari, quod est proprietas est signum imperfectionis in illis, in quibus est propter aliquam de quatuor causis, quæ tanguntur in argumento, licet possit esse cũ magna perfectione, vt patet in Abrahã, & Iob, & multis alijs, tam in veteri, quam in nouo Testamento; ratio autem, quę assignatur in argumento, quare Deus non benedixit secundæ diei, est mystica solum, & non literalis, ex qua non debet sumi argumentum, quia, secũdum Dionysium, mystica Theologia non est argumentatiua; nec minus est diuisa tertia dies à secunda,
D & sic consequenter, quam secunda à prima; vnde si rõ esset bona non debuisset ẽt benedici tertia dies, aut alia sequens quæcunq;, sicut nec secunda. Nec Deus odit diuisionem, vt dicitur in argumento, nisi culpabilem, vt odit. & huiusmodi: imo

omnis

omnis diuisionis, non culpabilis est causa immediata, vel prima.

Tertium Argumentum.

TERTIO, arguitur sic. Quadruplex est dominium. Et primum est supernaturale .s. Dei respectu omnium creaturarum, de quo constat, quod est in Christo secundum quod Deus. Secundum est naturale, secundum quod, homo est dominus iure naturali omnium sibi vtilium, & de hoc concedunt omnes, quod fuit in Christo, secundum quod homo, & Apostolis. Tertium est violentum, & iniustum, quale est Tyrannorum, quod nullatenus potuit esse in Christo, & Apostolis. Quartum est ciuile, quod est institutum ab hominibus, quod probatur non fuisse in Christo, & Apostolis, sic. Nulla lex vendicat sibi locum, nisi in illis, qui sunt subiecti legislatori. Sed dominium ciuile inducit lex ciuilis. Ergo non habet locum in Christo, qui nulli legislatori subiectus fuit.

Solutio.

AD quod dicendum est, ꝙ licet Christus non fuerit subiectus subiectione necessaria alicui legi ciuili, aut tali legislatori, fuit tamen subiectus subiectione voluntaria, vt patet in solutione tributi Matth. 17. sicut, & voluit subijci iudici homini .s. Pilato; idem enim iudicium est de homine iudice, & de humana lege, quia iudex est quasi quædã lex animata, vt patet in 5. Ethic. c. 7. Et præterea, si ratio esset bona, sequeretur quod, etiam Papa non posset habere tale dominium rerum Fratrum Minorũ, quia ipse est Christi Vicarius, & nulli legi ciuili subiectus.

Quartum Argumentum.

QVARTO, arguitur sic. Quadruplex ius reperitur, quantum ad dominia rerum. Et primum est naturale, ꝙ fuisset in statu innocentiæ in omni homine respectu omnium sibi vtilium. Secundum est ius gentium, vnde orta sunt bella propter plenariam dominationem, quod est commune omni Regno. Tertium est ciuile, quod est vnius Regni, vel Ciuitatis, vbi ordinantur aliqua specialia circa rerum dominia. Quartum est canonicum, quod est ordinatum circa dominia rerum Ecclesiasticarum, inter quæ quatuor, ius naturale est dignissimum, vtpotè ab optimo legislatore, pro optimo statu conditum, quo supposito arguitur sic. Optima communitas debet secundum legem optimam, .s. iuris naturalis regulari. Sed communitas Christi, & Apostolorum fuit optima. Ergo decuit, vt esset regulata sola lege optima iuris naturalis, secundum quam nulla est di-
A stinctio rerum quo ad dominia, sed solum est introducta de iure gentium.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod si ratio esset bona, sequeretur, quod communitas Papæ, & Ecclesiæ, quæ est optima, & multo melior, & sanctior, quam communitas quorumcunq; religiosorum deberet carere dominio in communi quarumcunque rerum temporalium, communitas etiam Christi, & Apostolorum, & Papæ, & Ecclesiæ, & Religiosorum deberet vti matrimonio, ꝙ est de iure naturali, vt patet in Decr. d. 1. c. Ius naturale. vnde fuit in statu innocentiæ, vt patet Gen. 1. [Masculum, & fœminam fecit eos,] & sequitur [Crescite, & multiplicamini, &c.] & in 2. [Relin-
B quet homo patrem suum, & matrem, &c.] Nec Christus, & Apostoli, & alij viri perfecti debuissent, aut deberent vti carnibus, & vino, quorum vsus fuit primò post peccatum, & diluuium, vt patet Genesis 9. & in Decretis dist. 35. c. Ab exordio. Et est dictum Beati Hieronymi. Et Apostoli, & Fratres Minores, qui sunt quãtum ad hoc, (vt dicunt) imitatores Apostolorum, potuissent, & possent vti licitè ex æquo omnibus, .s. rebus sibi non datis, sicut datis, quia in statu innocentiæ omnes fuissent vsi licitè omnibus ad beneplacitum, nec magis licitè quibusdam, quam alijs; quæ omnia sunt absurda.

Dicendum ergo ad argumentum per interemptionem minoris, quia, licet communitas Christi, & Apostolorum, quantũ ad Christum, fuerit optima simpliciter, &
C quantum ad Apostolos fuerit optima pro statu naturæ corruptæ, non tamen fuit optima simpliciter, sed melior saltem, quantũ ad statum fuisset communitas hominum in statu innocentiæ, sicut & status innocentiæ fuit melior, quam status naturæ corruptæ; licet autem Christus pertinuerit ad statum innocentiæ, non tamen Apostoli, sed solum ad statum naturę corruptæ, & ideò communitas hominum in statu innocentiæ fuisset regulata sm̃ legẽ illius status; communitas autem quæcunq; etiam Apostolorum, pro statu naturæ corruptæ, debuit regulari secundum aliquam aliam legem, & non secundum legem status innocentiæ. Et præterea, hoc argumentum nõ probat, quod Apostoli caruerint omni dominio rerum, quibus vtebantur, quod est propositum aduersariorũ, sed quod habuerint do-
D minium ex æquo omnium rerum, etiam quibus non vtebantur, sicut fuisset in statu innocentiæ, & simili modo Fratres Minores, qui soli, vt dicunt, sunt imitatores Christi, & Apostolorum quantum ad hoc.

Quin-

Quintum Argumentum

QVINTO, arguitur sic. Rectitudo iuris naturalis est ponenda fuisse in hominibus sanctissimis .s. Christo, & Apostolis, sed talis est sine vlla rerum diuisione, & per consequens dominatione, secundum illud Ecclesiastes 7. [Deus creauit hominem rectum,] quod referendum est ad rectitudiné iuris naturalis, [& ipse immiscuit se infinitis quæstionibus] quod referendum est ad varietatem iuris positiui. Ergo &c.

Cõfirmatio. Et confirmatur ratio, quia præcepta iuris naturalis non sunt remouenda à tantis viris, quanti fuerunt Christus, & Apostoli. Sed de iure gentium, & ciuili rerum dominia sunt diuisa; de iure autẽ naturali (quod præcessit ius gentium, & ciuile) dominia rerum erant omnino cõmunia. Ergo &c.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod hoc etiã argumentum non probat, quod Apostoli caruerint omni dominio rerum, etiã quas habebant, sed quod habuerint dominium omnium generaliter, & nõ determinatum, seu distinctum aliquarum rerum distinctarum, plusquam aliarum.

Dicendum ergo ad argumentum, quod ius positiuum non opponitur iuri naturali, sed est eius determinatio, sicut furẽ puniri determinata pœna ẽ de iure positiuo, & est determinatio eius, quod est malefactorem puniri, quod est de iure naturali, vt supra declaratum est: & similiter in proposito, aliquem habere dominium alicuius determinatæ possessionis, quod est de iure positiuo, est determinatio eius, quod est hominem habere dominium rerum exteriorũ, quod est de iure naturali. Vnde commune dictum, quo dicitur, quod iure naturali omnia sunt communia omnibus, non est intelligendum positiuè, vt assumit argumẽtum, quasi ius naturale dictet omnia ab omnibus communiter possidenda; sed negatiuè, quia .s. distinctio possessionum non est à iure naturali, sed magis secundum humanum condictum, quod pertinet ad ius positiuum, vnde proprietas, & distinctio possessionum nõ est contra ius naturale. Sed iuri naturali superadditur per adinuentionem rationis humanæ: & sic est de iure positiuo, quod autem dicitur Ecclesiastes 7. quod Deus creauit hominem rectum, &c. in Glos. sic exponitur homo bonus factus est, & libero arbitrio derelictus spontè cecidit, & miscuit se varijs curis, & superfluis. Vnde tale dictum Sapientis non est referendum ad ius naturale, & positiuum, vt exponitur in argumento, sed ad rectitudinem virtuosam naturæ integræ humanæ, quæ consistit in ordine ad Deum, & curuitatem vitiosam ad creaturas, quæ A sunt multæ, quibus adipiscendis, & conseruandis miscet se homo per inordinatum affectum varijs curis, & superfluis.

Ad cõfirmationem. Et ad confirmationem rationis dicendũ, per interemptionem minoris, quia cum præcepta iuris naturalis obligent omnes, & semper, si habere dominium omnium sine diuisione esset præceptum iuris naturalis, sequeretur, quod omnes obligaret, etiam pro statu naturæ lapsæ, & sic sine transgressione præcepti diuini non possent esse dominia distincta, nec per consequens sine peccato mortali, quod falsum est.

Sextum Argumentum.

SEXTO, arguitur sic. Genesis 9. legitur, quod tradidit Deus Noe, & filijs eius, omnia, quæ sunt in terra, in mari, & in aere, B Aut ergo dedit oĩa omnibus, aut singula singulis, aut omnia singulis, aut singula omnibus, non quidẽ singula singulis, quia nihil eis impartiri dimisit, vt ibi patet; nec singula omnibus, quia vniuersaliter omnia dedit, & non quædam tantum, vt patet in textu; nec omnia singulis, vt vni daret, & alteri non, cum indifferenter omnibus fuerit loquutus, vt patet in textu; & ideo sequitur, quod omnia omnibus dedit. Et tunc sic arguitur, illud, quod est à Deo datum, est vnicuiq; debitũ: sed omnia sunt à Deo omnibus data. Ergo omnia sunt omnibus debita secundum supremam legem, & secundum hanc dignissimam legem primam, nulla est rerum diuisio, nec per consequens dominium positiui iuris. Ergo tale non est perfectissimo statui tribuendum.

C Cõfirmatio. Et confirmatur ratio, quia quilibet perfectus debet esse contentus rebus eo modo, quo eas sibi tradidit Deus. Sed Deus non tradidit res, nisi per communitatem iuris naturalis sine rerum vlla diuisione, vt patuit. Ergo tali modo fuerunt Apostoli contenti.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Deus tradidit omnia omnibus hominibus, per eos tamen distinguenda singula inter singulas personas, quantum ad temporalia secularium; vel communitates quantum ad tẽporalia ecclesiastica; sicut si aliquis donaret cõmunitati alicuius monasterij aliqua bona distribuenda inter Monachos, iuxta prudentiam, & arbitrium Abbatis, sic ꝙ D distributio singulorum inter singulas personas, vel communitates, licet sit ab homine immediatè, est tamen à Deo, sicut à causa prima, per homines hoc faciente: sicut in naturalibus omnis effectus causæ secundæ est à causa prima, quæ plus influit in effe-

effectū causæ secundæ, quā ipsa causa secūda, vt dicitur in prima ꝓpositione de causis; A leges enim humanæ sunt per Principum ora diuinitus promulgatæ, vt dicunt Iuristæ, vnde cum ius positiuum non sit cōtrarium iuri naturali, vt supra dictum est, sed sit eius determinatio, & explicatio, quod est à iure positiuo, dicendum est esse etiam à Deo, sicut à prima causa, à qua est omne bonum, & iustum; ius enim, & iustum sunt synonyma. Nec est dicendum aliquid esse ius etiam positiuum, nisi sit iustum. Et ad formam argumenti dicendum ad minorem. Quod à Deo immediatè sunt omnia collectiuè accepta, data omnibus collectiuè acceptis, idest communitati omnium, & non alicui homini singulari, vni de omnibus, vt tangitur in argumento, nec per cōsequens omnia sunt debita alicui vni, vt cōcluditur in argumento, sicut clarè patet in exemplo posito de datis communitati Monasterij, quæ non sunt data, nec per consequens debita omnia alicui vni Monacho, B sed solum sunt debita singula singulis iuxta arbitrium, & prudentiam Abbatis. A Deo autem mediante iure positiuo, humano, ciuili, vel canonico, omnia distributiuè accepta sunt data omnibus distributiuè acceptis, idest, singula singulis personis, vel communitatibus ecclesiasticis, & sic sunt debita eisdem.

Ad confirmationem Et ad confirmationem argumenti dicēda sunt duo. Et primum est, quod etiam ea, quæ sunt à iure positiuo, si iusta sunt, debent dici esse tradita homini à Deo, vt supra probatum est. Secundum est, quod non est contra perfectionem, his, quæ sunt à Deo immediatè, seu non mediante homine superaddere aliqua per adinuentionem artis humanæ, vt patet in vsu panis, & C vini, & aliorum victualium, & vestium, in quibus præter res naturales, quę sunt eorum materia sunt addita aliqua, quasi formæ per artem humanam, & eis Christus, & Apostoli vsi fuerunt, & alij etiam perfecti vtuntur; & similiter in proposito de iure diuino, quod est immediatè à Deo omnia collectiuè accepta, sunt tradita omnibus collectiuè acceptis, idest, hominum communitati: & per ius positiuum ciuile, vel canonicum sunt distributa singula singulis personis, vel collegijs, non solum quo ad vsum; sed etiam quo ad dominium; nec est contra perfectionem collegiorum, aut personarum, quæ sunt in eis, habere tale dominium in communi.

Septimum Argumentum.

SEPTIMO, arguitur sic. Tempore, D & loco necessitatis omnia sunt communia omnibus, nec est aliqua rerum diuisio licita, quia necessitas non habet legem, & Saluator Matthæi 12. excusat Apostolos, vellentes spicas propter famem, allegans factum Dauid, qui fecit contra legem propter necessitatem, quo supposito arguitur sic. Perfecti non debent curare de rebus temporalibus, nisi secundum ordinem necessitatis, vt patet in 4. cap. de Ecclesiastica Hierar. Sed secundum ordinem necessitatis nulla est rerum diuisio, nec per consequens proprietas, quæ est à rerum diuisione. Ergo nullus perfectus debet curare de rerum proprietate.

Cōfirmatio. Et confirmatur ratio, quia nullus perfectus debet sibi appropriare, quod est debitum alijs, sicut sibi, sed tempore, & loco necessitatis, omnia sunt omnibus debita, extra quam necessitatem perfectus rebus non vtitur. Ergo perfectus nulla sibi debet appropriare in singulari, vel in cōi.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod tempore vltimatæ necessitatis omnibus omnia, quæ sufficiunt pro tunc ad sustentationem naturæ humanæ sunt communia, sed non est contra perfectionem spiritualem, citra talem necessitatem vti moderatè rebus ad aliquem finem virtuosum, vt ad vacandū seruitio Dei, & huiusmodi, & sic est probabile, quod Apostoli sæpe vsi fuerunt, nec semper expectabant extremam necessitatem famis, aut sitis, aut frigoris, nec aliqui moderni prudenter expectarent, nec de facto expectant, sed sufficit, quod expectēt vtilitatem ad finem aliquem virtuosum modo exposito; quæ vtilitas est etiam quędam necessitas, vt patet in 5. Metaph. & de tali necessitate sola est vera maior argumēti, de qua etiam intelligendum est dictum Dionysij, quod allegatur in arguendo; nec per consequens est contra perfectionem spiritualem habere talium rerum dominiū in communi cum alijs, propter talem necessitatem, idest, vtilitatem adipiscendam, vt supra declaratum est.

Ad confirmationem Et ad confirmationem argumenti dicēdum est per interemptionem maioris, quia vir perfectus potest virtuosè, & meritoriè extra vltimatā necessitatem ꝓximi appropriare sibi, quod est debitum alijs in necessitate extrema, sicut etiam sibi ea scilicet, intentione, vt det illud non solum sibi, sed etiam alijs pro loco, & tempore, licet in talibus debeat se præferre alijs, quod appropriatum est debitum alijs tempore extremæ necessitatis, sed sibi est debitum etiam citra extremam necessitatem, dummodo velit illo vti moderatè ad finem virtuosum.

Octauum Argumentum.

OCTAVO, arguitur sic. Iure Christianus quilibet tenetur alteri in necessitatibus

tatibus ſubuenire, & eſt iniuſtus, niſi faciat iuxta illud 1. Ioannis 3. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, &c. Quo ſuppoſito arguitur ſic. Quilibet per iuſtitiam tenetur reddere alteri, quod ſuum eſt, vt patet per diffinitionem iuſtitiæ, quam ponit Auguſtinus. Sed quilibet tenetur bona exteriora dare cuilibet neceſſitatem patienti. Ergo talia bona ſunt eius, & eadem ratione cuiuslibet alterius, & ſic nulla rerum diuiſio eſt in patientibus neceſſitatem, etiam non extremam, alioquin citra illam nullus teneretur ſubuenire. Sed Apoſtoli non verſabantur circa iſta, niſi ſecundum neceſſitatem. Ergo apud eos nullum fuit dominium, quod eſt à rerum diuiſione.

Cõfirmatio. Et confirmatur ratio, quia nullus perfectus debet amplius requirere de rebus, quam ſit ei debitum ſecundum iuſtitiam, cum iſtud ei ſufficiat, & vltra debitum foret ſuperfluum, ſed nullus poteſt ſecundum iuſtitiam retinere, quod alij poſſunt habere ſecundum neceſſitatem, cum iuſtitia faciat in neceſſitate communia talia. Ergo nullus perfectus debet plus in rebus, quam habet quilibet requirere, & hoc eſt omnibus commune.

Solutio.

AD quod dicendum eſt, quod, ſicut prædictum eſt, extrema neceſſitas facit omnia communia. Et ideo quilibet habens ſuperfluum tali ſuæ neceſſitati, tenetur ſecundum iuſtitiam dare talem neceſſitatem patienti illud, tanquam partem ſuam; extra autem talem neceſſitatem, aut non tenetur ei dare, vt dicunt Quidam, licet dare etiam partem ſit perfectionis, & ſuper erogationis, aut, vt dicunt alij, tenetur ei dare non tanquam ſuum, alioquin poſſet accipere ab habente etiam inuito. Sed propter Chriſti præceptum, quod habetur Lucæ cap. 11. [Quod ſupereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia munda ſunt vobis.] Quicquid tamen ſit de hoc, certum eſt, quod homo prius, & plus tenetur ſubuenire ſibi, quam alteri; & ideo in caſu extremę neceſſitatis etiam perfectus prius debet ſubuenire ſibi, quam alteri, & citra illam extremam neceſſitatem teneretur potius ſubuenire ſibi propter aliquem finem virtuoſum, quam alteri, ſicut & quilibet tenetur bonum virtutis potius velle ſibi, quam alteri, & quia dominium ordinatur ad talem ſubuentionem, non diminuit ſpiritualem perfectionem habere tale dominium in communi cum alijs, vt probatur, & declaratur in quæſtione.

Ad confirmationem. Et ad confirmationem Argumenti dicendum per interemptionem minoris, quia homo poteſt iuſte retinere, quod alius neceſſitatem non extremam habens, poſſet A habere, ſed nullus poſſet iuſte retinere, quod alij extremam neceſſitatem habentes, (quod facit omnia communia) poſſent habere, & ſic perfectus poteſt licite in rebus plus habere, quam alij non extremam neceſſitatem habentes, & de eiſdem debet prius, & potius ſubuenire ſibi æqualem neceſſitatem extremam, vel non extremam patienti, quam alijs, ad quam ſubuentionem faciliter, & in promptu faciendam ordinatur dominium, vt prædictum eſt, & ideo dominium ſaltem in cõi ſtat cum ſumma etiam perfectione.

Vel poteſt dici ad maiorem, quod perfectus poteſt virtuoſe, & meritorie requirere de rebus quas habet, amplius quam ſit ei debitum, ſecundum iuſtitiam illam, ſecundum quam deberentur alijs, quia tales res deberentur alijs ſecundum iuſtitiam B in caſu extremæ neceſſitatis, citra quã tamen poteſt virtuoſe habens eas vti eis, & de ipſis requirere, & ad ſic vtendum, eſt neceſſarium dominium, vt prædictum eſt,

Nonum Argumentum.

NONO, arguitur ſic. Minus habet in re habens tantum vſum fructum, qui non poteſt rem alienare, quam habens dominium, qui poteſt alienare, & minus habens ius vtendi ſolum, qui non poteſt rem locare, quam habens vſumfructum, qui poteſt locare; & minus habens ſimplicem vſum facti, qui non poteſt illum in iudicio exigere, aut violenter repetere, quam habens ius vtendi, qui talia poteſt; primus etiam poteſt iuſte vſu expoliari, non autem ſecũdus, quo ſuppoſito arguitur ſic. Perfectiſ- C ſimi debent eſſe minimis contenti quo ad temporalia. Sed Apoſtoli fuerunt perfectiſſimi. Ergo debuerunt eſſe contenti quarto modo. ſ. vt in rebus non haberent, niſi ſimplicem vſum fructum.

Solutio.

AD quod dicendum eſt ad maiorem, ꝙ minimum poteſt aliquid dici dupliciter, .ſ. vel ſimpliciter, & ſic perfectiſſimi non debent eſſe contenti minimis, quia Chriſtus, & Apoſtoli, qui fuerunt perfectiſſimi, habuerunt pluſquam multi, qui mortui ſunt fame, ſiti, aut frigore, ſeu nuditate; vel ſuppoſita ſuſtentatione ſufficienti hominis in Dei ſeruitio, & actibus virtuoſis, & ſic perfectiſſimi debent eſſe contenti minimis, & quo ad res ipſas, & quo ad modum habẽdi; D licet autẽ minus ſimpliciter ſit habere res, quo ad vſum facti ſimplicẽ, quã habere eas quo ad vſum, & dominium, tamen magis virtuoſum eſt habere eas quo ad dñium in cõi, cũ alijs ſuæ religionis, quã quo ad vſũ ſolũ, ſine dñio, dato ẽt ꝙ poſſent ſic haberi,

vt in quæstione probatum est, sicut & minus simpliciter quo ad res habuerunt mortui fame, vel siti, vel nuditate, quam Christus, & Apostoli, qui tamen habuerunt magis virtuosè illa plura, quam tales sic mortui propter rerum penuriam, virtus enim consistit in medio, & non in extremo, vt arguentes imaginantur.

Decimum Argumentum.

DECIMO, arguitur sic. Meum, & tuum venerunt ab imperfectione hominum, sicut dicit Beatus Clemens. Sed Ecclesiæ, vel Religiones habentes dominia rerum in communi possunt dicere de his, quæ habent, hoc est meum, & illud tuum. Ergo tale dominium non fuit in Christo, & Apostolis, qui fuerunt perfectissimi.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod meum, & tuum, prout dicit dominium singularis personæ, venerunt ab hominum imperfectione, non autem prout dicit dominium alicuius collegij, vel etiam singularis personæ, vt est pars illius collegij, imò pertinet ad perfectionem, vt in quæstione probatum est, & in primo casu solum loquitur Beatus Clemens, vt expresse patet 12. quæst. 1. c. Dilectissimis, vbi et exprimit communitatem Apostolorum, & aliorum fidelium in primitiua Ecclesia habuisse in communi dominium, & possedisse illa pauca, quę habuit, vnde auctoritas, vt patet clare intuenti, introducitur falso contra intentionem Beati Clementis.

Argumentum XI.

XI. Arguitur sic. Vita Eremitarum, seu solitariorum nihil habet in proprio, vt omnes concedunt, nec in communi, quia vbi nulla communitas nihil in communi potest haberi, sed talis vita meritoria est, & authentica. Ergo vita abnegans in proprio, & in cōmuni non est illicita, sed sancta, seu virtuosa.

Cōfirmatio. Et potest demonstrari, quod est summa, (isto supposito) quia in omni virtute, quæ est ad actum intendendum, vel remittendum, quanto plus actus intenditur, vel remittitur, tanto virtus est perfectior, & actus laudabilior, quamdiu stat recta ratio in actu, & non cadit ad alterum extremum; sic autem est in proposito, quia circa dimissionem temporalium intensius operatur, qui dimittit in proprio, & in communi, quam qui in proprio tantum. Ergo cum illud intensius sit bonum, secundum suppositum erit magis meritorium, & tale quid Christo, & Apostolis est magis tribuendum.

Solutio.

A AD quod dicendum est, quod Eremitę seu solitarij pauca, quæ habēt, possident, vt propria, & sic nō sunt dicēdi Monachi, seu Religiosi, quia abdicatio proprietatis est annexa Regulæ Monachali, vt dicitur de statu Monachorum. cap. Cum ad Monasterium in fine, & quantum ad hoc non essent dicendi perfectiores, quā viuentes in congregatione, sed quantum ad multa alia.

Sed hæc responsio est contra regulam Beati Benedicti in principio, vbi ponit vnū genus Monachorum esse Eremitas. Et ideo aliter est dicendum, quod pauca, quæ habent, possident communiter cum Ecclesia, cuius Episcopo obedire tenentur tanquam suo Prælato, & idem dominium habet Episcopus in rebus talium, & in rebus alijs suæ Ecclesiæ, & posset ea licite accipere, si opus esset, sicut Abbas, bona B quæ habet Monachus. Instantia. Alia respōsio.

Et ad confirmationem, quam ipsi demōstrationem dicunt. Dicendum per interemptionem maioris, & ratio interemptionis ē, quia, vt patet in 2. Ethic. virtus consistit in medio, quod non est punctale, sed latitudinem habet, sic quod, vt patet ibidē quanto actus est propinquior in plus, vel in minus medio pūctali, quod dictat ratio recta, tanto est virtuosior, & perfectior, vtpote magis conformis rationi rectæ ex conformitate ad quam actus humanus habet perfectionē virtuosam, & ponitur ibi exēplum de sagittatione, quæ tanto est melior quāto est propinquior, ex quacūq; parte, signo, vnde non oportet, quod si virtus, est ad actum intendendum, vt fortitudo, tanto sit perfectior, quanto eius actus, etiam infra limitē rationis rectæ, est intensior, sed quanto eius C actus est rationabilior, seu conformior rationi rectæ, vt prædictum est: ille enim dicendus est fortior, qui rationabilius audet circa pericula mortis, & non qui plus audet: Et simile dicendum est de virtute, quę est ad actum remittendum, vt temperantia; ille enim dicendus est virtuosior quantum ad temperantiam, qui rationabilius abstinet à cibis, & potibus, & venereis, & non qui plus abstinet. Et similiter in proposito, ille est dicendus perfectior quo ad paupertatem, qui dimittit diuitias rationabilius in ordine ad finem virtuosum, talis autem est dimittens diuitias in proprio, & non in communi quo ad dominium, vt in quæstione est probatum; dato etiam quod dimittens in ꝓprio, & in cōi virtuosè agat, sicut rationabilius abstinens à cibis, & venereis est perfectior, & non plus abstinens, D dato et quod plus abstinens virtuosè abstineat. Ad cōfirmationem

Argumentum XII.

XII. Arguitur, & probatur multipliciter, quod vsus rei, quæ consumitur cum vsu, potest ab eius dominio separari. Primo duplici exemplo veteris Testamenti, quo-

quorum primum est de seruo Abrahæ, qui tulit de omnibus bonis Abrahæ, inter quæ erant, quæ vsu consumuntur, vt vestes, & huiusmodi, quarũ dominium erat Abrahę, licet seruus vteretur, vt patet Gen. 24.

Secundo. Secundum est 2. Paralip. 8. de seruis Salomonis, qui ibant in nauibus ad emendũ pretiosa in Ophir, & constat, quod illa pecunia erat Salomonis, cum tamẽ vsus, quo consumebatur, esset seruorum eius. Secundo, hoc ipsum probatur per quatuor rationes.

Idem arg. petitur ex ratione. Prima. Primo sic. In ordinatis, & regulariter distinctis prius potest fieri sine posteriori. Sed prius fuit vsus, quam ciuile dominiũ, quod fuit ab hominibus institutum. Ergo &c.

Secunda. Secundo sic. Necessarium potest fieri sine contingente, alioquin non esset contingens. Sed vsus rerum est necessarius in hac vita, & non dominium, quod est à lege ciuili institutum ad placitum legislatoris. Ergo &c.

Tertia. Tertio sic. Inseparabilium multiplicato vno, multiplicatur, & reliquũ, alioquin possent separari. Sed ius potest multiplicari, seu dominium, vsu non multiplicato, vt, cum quis pluribus iuribus aliquam rem incipit possidere, vtendo, sicut prius, quemadmodum in eadem re contingit habere multas ciuiles actiones. Ergo &c.

Quarta. Quarto sic. Quando aliqua sic se habent, quod vno variato, aliud non variatur, illa sunt separabilia, cum mutato vno inseparabilium, reliquum mutari oporteat; sed vsu non variato circa aliquam rem, contingit variari dominium, illud enim quod quis nunc possidet vno iure, potest postea alio iure possidere, cum in actionibus ciuilibus contingant fieri transmutationes, & & vsus rerum semper sit vniformis, sicut inditus à natura. Ergo &c. Intelligendum tamen est, quod licet in rebus, quæ vsu cõsumuntur non possit separari dominium iuris naturalis ab vsu rei, quia vtrumque est rebus inditum à natura, imò ius præcedit vsum ordine essentiali, tamen dominiũ ciuile potest separari ab vsu, quia ius ciuile dependet à voluntate legislatoris, & non vsus rerum licitus, qui est à Deo concessus, vnde licet Princeps vniuersalis posset omnes leges destruere, sicut potuit instituere, tamen vsus, qui est à Deo concessus in rebus, non posset prohibere, & tunc maneret solum dominium naturale.

Solutio.

Ad exẽplũ primum. AD. quod dicendum est. Et primo, ad primum exẽplum de seruo Abrahæ, quod nullus dicit, quod vsus vestis, & similium, non possit à dominio separari, cum tales res possint accomodari, & locari, & conduci, vt dicitur à Magistris, & probatum est supra, quod cui conceditur vsus liber rei, A cuius vsus est consumptio, vel in se, vt victualium; vel respectu habentis; vt pecuniæ; cõceditur eiusdem rei dominium, quantum ad potestatem licitè vtẽdi supposita distinctione rerũ inter homines, quæ est ad præsens importata nomine dominij, sicut & in naturalibus, cui confertur agere, confertur potentia agendi, vnde Abraham concedens seruo suo vti rebus, ei traditis ipsas consumendo, concessit ei dominium talium rerum, quantum ad prędictam potestatem vtendi.

Ad exẽplũ secundum. Ad secundum exemplum, de seruis Salomonis dicẽdum, quod dominium pecunię, quæ consumebatur per seruos in vsus proprios erat seruorum ex cõcessione domini, modo exposito: sed dominium pecuniæ, quæ per seruos expendebatur in vsum, seu vtilitatem Salomonis, vtpotè ad emendum aliqua pretiosa Salomoni, erat Salomonis. B

Ad 1. rõnẽ eiusdem argumẽti. Ad primam autem rationem, per quam probabatur idem. Dicendum, ꝙ aliquid est absolutè possibile, quod quodam supposito est impossibile, vt Petrum ambulare supposito ꝙ sedeat: & similiter in ꝓposito vsus licitus rei potest simpliciter loquendo separari à dominio ciuili eiusdem rei, vt in casu extremæ necessitatis, quia tunc licitè vteretur quis re, quæ non esset sua quo ad dominium ciuile, & sic fuit separatus antequam essent dominia ciuilia, supposita tamen distinctione rerũ per dominia ciuilia, impossibile est extra extremã necessitatẽ, ꝙ aliquis licitè vtatur re, cuius non habet dñiũ quantum ad potestatẽ licitè vtendi importatam nomine dominij.

Ad 2. rõnẽ. Et per idem põt responderi ad secundã, C quia licet absolutè ad viuẽdum sit necessarius vsus rerum, & non dominium ciuile, vt patet in prędonibus, & ad viuẽdum ẽt licitè, vt in casu extremæ necessitatis, & sicut erat ante quã essent introducta dominia ciuilia, supposita tñ distinctione rerũ per dominia ciuilia, & quod homo sit extra extremam necessitatem, sicut vsus licitus est necessarius ad licitè viuendum, sic quod homo sine eo non potest licite viuere, sic etiam est necessaria potestas licitè vtendi, quæ est dominium ciuile, sic quod homo non potest licitè viuere sine ea, vnde ex hoc sequitur, quod absolute loquendo dominium ciuile possit separari ab vsu, vt in prædonibus, & ab vsu licito, vt in casu extremæ necessitatis, & sicut fuit antequam essent dominia ciuilia, quod concedendum est esse verum, sed post dominia ciuilia introducta, D extra extremam necessitatem dominium ciuile non potest ab vsu licito separari, quãtum ad potestatem licitè vtendi importatam nomine dominij, quod solum dicunt Magistri, contra quorum dictum intendunt arguere sic arguentes.

Ad 3. rōnẽ Ad tertiam dicendum per interemptionem maioris, vnius enim subiecti sunt multæ passiones, quæ sunt ab eo inseparabiles, & è conuerso, ipsum ab eis, vt patet de anima, & intellectu, & voluntate, & alijs eius potentijs. Et præterea, non dicitur, quod ius vtendi, & vsus etiam licitus sint inseparabiles de facto, sed quantum ad cōcessionem, idest, cui conceditur vsus licitus, conceditur etiam ius vtendi, & è conuerso, licet de facto aliquis possit habere ius sine vsu, & sic potest multiplicari ius sine vsu, & è conuerso, vsus non multiplicato iure, vt, cum quis sæpe vtitur eadem re, in qua habet vnum ius, sicut in naturalibus eiusdẽ potentiæ sūt multi actus successiuè, & vnus actus est à duabus potentijs, vt electio ab intellectu, & voluntate.

Vel dicendum est, & melius, quod, licet ius, seu dominium ciuile separetur ab vsu, tamen supposita distinctione dominiorum ciuilium, & quod vtens sic extra extremã necessitatem ius, seu dominium ciuile non separatur à rōne liciti, seu iusti in vsu, propter quod multiplicato iure, licet non multiplicetur vsus, multiplicatur tamen in vsu ratio liciti; habẽs enim multa iura in aliqua re, habet vsum licitū talis rei, propter multas causas, seu rationes liciti, vel iusti.

Ad 4. rōnẽ Et per idẽ pōt responderi ad quartã; variato .n. iure in re, variatur non vsus rei absolutè, sed quantum ad rationem liciti, seu iusti, vt scilicet vsus, qui erat primo licitus, & iustus propter vnam causam, seu rationem, postea sit propter aliam. Et ad illud, quod dicit in notabili. Dicendum, quod licet absolutè possit esse vsus licitus rei, sine dominio eius ciuili, sicut in casu extremæ necessitatis, vel si non essent res distinctæ per dominia ciuilia, supposita tamen distinctione dominorum ciuilium extra necessitatem extremam, impossibile est, quod habeatur vsus licitus rei, & non dominium, vt in in quæst. probatum est.

Argumentum XIII.

XIII. arg. deductū ab exemplo. XIII. Arguitur, & probatur idem multipliciter. Primo, exemplo Bethsabeæ vxoris Vriæ Hethæi, de qua dicitur 2. Regum 12. quod erat de pane viri edens, & de calice bibens, & sic dominium talium erat viri, & vsus vxoris.

Idem arg. petitum a ratione. Secundo argumento quatruplici, quod ab eis vocatur demonstratio.

Primo. Primo sic. Illud, quod est à iure naturali determinatum, non potest firmari iure ciuili, quod est magis infirmum. Sed inditum est à natura, quod cibus habitus in ore, vel ventre cedat in vsum habentis per naturales immutationes, & actiones, & passiones nutrimenti à nutrito, & è conuerso. Ergo nullum est ibi ciuile dominium.

Secundo. Secundo sic. Ius ciuile, quicquid potest destruere, potest statuere. Sed in potestate hominis non est, vt cibus sumptus non A recte conuertatur in eius naturam. Ergo &c.

Tertio. Tertio sic. Lex ciuilis statuens absurda habenda est pro nulla, vt si statueret, quod cibus sumptus non immutaret gustum, aut non nutriret, sicut, quod Sol non illuminaret, & similiter statuens non contingentia, sed necessaria; lex enim non fit, nisi de præconsiliatis, & necessariorum non est consilium. Ergo talium rerum vsus est necessario ab omni ciuili dominio separatus.

Quarto. Quarto sic. Homini non vtenti ratione nulla lex potest imponi, sicut nec bruto. Sed talis vtitur rebus, sicut & alius. Ergo in talibus, sicut & in brutis necessario i vsus à ciuili dominio separatur.

Solutio.

B Responsio ad exēplū. AD quod dicendum est, quod victualia, quibus vtebatur vxor Vriæ, erant mulieris etiam quo ad dominium; sed dicebãtur Vriæ, quia ab Vria eius viro ei dabantur.

Ad alias rationes. Et ad quatuor argumenta per quæ probatur idem. Dicendum, quod vsus naturalis nutrimenti, idest eius conuersio in nutritum, est à natura, & separatur à dominio ciuili, quod solum probant prædicta quatuor argumenta. Sed vsus voluntarius, & licitus non separatur quantum ad concessionem à tali dominio modo exposito in solutione argumenti immediatè præcedentis, nec de tali vsu probatur oppositum per aliquod de talibus quatuor argumentis; & de tali vsu solum loquuntur dicentes, quod non potest à dominio separari, de quo etiã C solum loquitur Augustinus in principio de Doctrina Christiana dicens, quod vti est assumere aliquid in facultatem voluntatis, vnde talia argumenta adducuntur impertinenter.

Argumentum XIV.

XIV. Arguitur sic. Christus dicitur in Ps. 108. Inops, & mẽdicus. Persequutus est hominem inopem, & mẽdicum, &c. quod de Christo intelligitur, vt patet per expositionẽ B. Petri Actuum 1. loquẽtis de Iuda. Sed qui habet in cōi nō est inops, nec oportet, quod mendicet, Ergo &c.

Solutio.

D AD quod dicendum est, quod carentes prouentibus, seu redditibus, sicut Christus, & Apostoli, dato quod habeant etiam quo ad dominium aliqua pauca, possunt dici inopes, idest carẽtes opibus, quæ important abundantes diuitias, & illis paucis deficientibus possunt mendicare, propter q domi-

dominium in communi paucorum non impedit, quin Christus, & Apostoli verè possint dici fuisse inopes, & etiam mendicantes.

Argumentum XV.

XV. Arguitur sic. Perfecti non debent in rebus requirere, nisi victui necessaria, iuxta illud Prouerb. 30. [Tribue tãtum victui meo necessaria.] Sed ad victum est necessarius solum simplex vsus facti; illi enim respectus rationis, qui apponuntur à iure ciuili, non satiant. Ergo Christus, & Apostoli, qui fuerunt perfectissimi, habuerunt in rebus solum simplicem vsum facti.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod necessarium, quantum spectat ad præsens, dicitur aliquid dupliciter. Vno modo sine quo aliquid esse non potest, quomodo ad victũ est necessarius vsus victualium, & non dominium. Alio modo necessarium idem est, quod vtile, & sic ad victum licitum est necessarium etiam dominium saltem in communi victualium, & huiusmodi: quia per dominium habetur faciliter, & in promptu vsus licitus talium, sic quod ab eo per aliũ impediri non potest, sicut potentia actiua est necessaria ad agendum, est.n. dñium rei potestas licite vtendi re, vel alienãdi ipsam, vt in quæstione est declaratum, siuè talis potentia sit solus respectus rationis, siuè aliquid aliud: & licet talis potentia non satiet, facit tamen, quod vsus rei sit iustus, & licitus, nec Christus, & Apostoli habuerunt necessaria ad victum solum primo modo, alias semper expectassent extremam necessitatem in talibus, quod est fictitium dicere de eis, & falsum, nec est aliquis status, cuius personæ expectent semper talem necessitatem in vsu rerum exteriorum.

Argumentum XVI.

XVI. Arguitur sic. Rectè dimittens minora bona propter maiora, magis dimittit, seu spernit minora, quanto maiora plus fuerint potiora. Sed Spiritualia fidelium sunt potiora bona, quam sapientia Metaphysicalis, propter quã Philosophi, tam in proprio, quam in communi abiecerunt diuitias, & in hoc rectè fecerunt, iuxta illud Sapientiæ 7. [Diuitias nihil esse duxi in comparatione illius, .s. sapientiæ.] Ergo multo magis fideles perfecti debẽt propter perfectionem dimittere temporalia in proprio, & in communi.

Solutio.

AD quod dicenda sunt duo. Et primũ est, quod, sicut probatum est in quæstione, A paupertas Christi, & Apostolorũ fuit maxima, quantum ad rationẽ virtutis, & meriti respectu paupertatis quorumcunque, non autem quantum ad rationem paupertatis.

Secundum est, quod opes, seu humana damna rerum exteriorum contempserunt Philisophi, qui volebant vacare sapientiæ, qui rectè quantum ad hoc fecerunt, si qui autem omnes res exteriores abiecerunt quantum ad dominium, vt vacarent sapiẽtiæ, non discretè fecerunt, quia impossibile est vacare sapientiæ sine adminiculo rerum exteriorum, vt patet in Prol. Metaphys. & in 10 Ethic. habere autem in promptu tales res absque hoc, quod habens, possit ab earum vsu per alium impediri, facit dominium talium rerum. Nec vnquam aliquis dixit, nec etiam est verum, quod aliquis B Philosophus caruerit dominio paucorum, quæ habebat, & consumebat; fideles autem perfecti spernunt, & dimittunt non solum opes, sed etiam temporalia omnia quantũ ad dominiũ in singulari, quod est proprietas, quia impedit tendentiam ad spiritualẽ perfectionem, non autem quantum ad dominium in communi, quod non impedit, sed promouet talem tendentiam, vt in quęstione declaratum est, per quod patet responsio ad argument. formam.

Argumentum XVII.

XVII. Arguitur sic. Colonus, viator, & vir vagus habent solum vsum in pertinentibus ad viam. Sed talis est Christus, sicut .n. dicitur Ierem. 14. [Quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinãs C ad manendum, quare futurus es velut vir vagus, &c.] Ergo &c.

Solutio.

AD quod dicendum est per interemptionem maioris. Quia viator habet non solum vsum, sed etiam dominium in rebus pertinentibus ad viam, quod patet ex hoc quod potest eas consumere, & alienare, donãdo, vel in alia commutando.

Argumentum XVIII.

XVIII. Arguitur sic. Sapientiæ 2. dicunt iniqui de Christo. Opprimamus pauperem iustum &c. Sed Christus fuit iustus per carentiam omnis iniquitatis. Ergo & fuit pauper per carentiam omnimodam diuitiarum, scilicet, tam in proprio, quam D in communi.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod sicut Christus fuit iustus per carentiam omnis iniqui-

iniquitatis, sic & fuit pauper per carentiam omnium diuitiarum, quæ dicunt abundantiam temporalium, & per omnem carentiam exteriorum, quæ facit ad perfectioné, qualis non est carentia dominij in communi.

Argumentum XIX.

XIX. Arguitur sic. Zachariæ 9. Christus dicitur Rex, Saluator, & Pauper. Ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, ipse pauper, &c. Sed ipse vt persona distincta ab omni cōmunitate fuit in singulari Rex & Saluator. Ergo vt sic etiam fuit pauper non habendo in cōi cum alijs.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Christus vt distinctus ab omni cōmunitate fuit singularis, pauper, idest, paupertate singulariter, & excellentissimè virtuosa, & meritoria.

Argumentum XX.

XX. Arguitur sic. Habens dominium rerum modo excellentiori, & perfecto, frustra acquireret dominium ipsarum modo inferiori, & imperfecto. Sed Christus habuit dominium omnium rerum totale, & perfectissimum, non solum secundum q Deus, iuxta illud Psalmi 8. Domini est terra, &c. sed etiam secundum quod homo, iuxta illud Matth. 28. Data est mihi omnis potestas &c. Ergo Christus non habuit dominium rerum modo ciuili, quod est imperfectum.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Christo etiam secundum quod homo, competebat dominium vniuersale omnium de iure; sed noluit habere de facto, sicut ipse dixit Pilato Ioannis 18. [Regnum meum non est de hoc mundo,] quod probat adiungés. [Si .n. Regnum meum &c.] de facto auté habuit dominium in communi cú Apostolis paucorum, quæ dabantur eis ab alijs, iuxta illud 2. Corinth. 8. [Propter vos egenus factus est, cum esset diues, &c.] habens autem dominium vniuersale perfectum de iure, & de facto, frustra acquireret particulare, & imperfectum.

Argumentum XXI.

XXI. Arguitur sic. Per paupertatem homo habet ius in Regno Cælorum, iuxta illud Matth. 5. [Beati pauperes spiritu, qm̄ ipsorum est Regnum Cælorú.] Ergo quāto est maior paupertas tanto maius ius habet in illo, cum ipsa ratio habendi sit maior. Sed Christus, & Apostoli maximum A ius habuerunt in tali regno. Ergo paupertas eorum fuit maxima, scilicet per abnegationem omnium in proprio, & in cōi.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod paupertas, quæ habet ius in Regno Cælorum, est paupertas virtuosa, & meritoria, & quanto est virtuosior, & magis meritoria, tāto maius ius habet, & talis est paupertas habentium dominium in communi, vt in quæstione probatum est, & ideo talis fuit paupertas Christi, & Apostolorum, licet quātum ad rationem paupertatis præcisè acceptam, maior sit paupertas multorum, qui moriuntur propter defectum victus, & vestitus, quàm Christi, & Apostolorum, qui tamen non habuerunt tantum ius in Regno B Cælorum, quantum habuerunt Christus, & Apostoli.

Argumentum XXII.

XXII. Arguitur sic. Cui repugnat in iudicio rem repetere, seu eius vsum, ei repugnat ius vtendi, quia habens ius vtendi, potest talem vsum iustè repetere in iudicio, & cui repugnat ius vtendi, ei repugnat vsus fructus, qui se habet per additionem ad tale ius, & cui repugnat vsus fructus, ei repugnat proprietas, seu dominium, quod se habet in plusquam vsus fructus, quia dominus potest donare, & vendere, non auté habens solum vsum fructum, sic quod ius vtendi est maius, quam solus vsus, & vsus fructus, quam ius vtendi, & dominium, quam vsus fructus, vt totum declaratum C est supra, & in taliter ordinatis, cui repugnat maius, & minus. Sed Apostolis fuit à Christo interdictum, rem in iudicio repetere, vt patet Matth. 5. [Qui vult tecum in iudicio contendere, &c.] Ergo Apostolis fuerunt interdicta omnia tria prædicta, .s. ius vtendi, & vsus fructus, & dominium, & solus vsus facti non fuit interdictus.

Solutio.

AD quod responsum fuit supra in quæstione, puncto 3. circa medium.

Argumentum XXIII.

XXIII. Arguitur sic. Matth. 6. dicitur Apostolis, & alijs perfectis [Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.] Si dica- D tur quod in istis verbis interdicitur dominium in proprio, non tamen in communi. Cōtra hoc est duplex ratio, quam Christus ibi assignat. Vna est, quia ærugo, & tinea exterminant istos thesauros, & fures effodiunt, & furantur, & vtrumq; est verum de *Ab auctoritate.* *A rōnibus & prim*

de thesauris qui habentur in cõmuni, sicut de illis, qui habentur in proprio. Alia est, quia [vbi est thesaurus tuus ibi est & cor tuũ,] .i. affectus, sed hominis boni plus diligunt res communes, quam proprias. Ergo &c.

Secunda.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod si illud est pręceptum datum omnibus, interdicuntur ibi diuitiæ superfluæ personæ, & statui, quas nomen thesauri significat. Si autem est consilium datum perfectis dissuadetur dominium in singulari, & non in cõi.

Responsio ad auctoritatem.

Et ad primum, quod dicitur contra hoc dicendum, quod licet diuitiæ communes sint transitoriæ, sicut particulares, tamen [charitas numquam excidit,] vt dicitur 1. ad Corinth. 13. ex qua prouenit amor bonorum communium, & non sic bonorum priuatorum, vt in quæst. declaratũ est, quia charitas non quærit, quæ sua sunt, vt ibidẽ dicitur.

Ad 1. rõnẽ

Ad secundum, quod dicitur contra idem dicendum eodem modo, quod affectus ad bona communia, tanquam charitatis non prohibetur, seu dissuadetur, sed solum ad bona propria.

Ad 2. rõnẽ

Argumentum XXIV.

XXIV. Arguitur sic. Matth. 6. dicitur [Non potestis Deo seruire, & mammonæ,] idest, diuitijs temporalibus, secundum Glosam, non solum habitis in proprio, sed etiam in communi, propter quatuor, quæ ibi exprimuntur in textu.

Ab auctoritate.

Primo, quia nullus potest duobus dñis seruire, eo ꝙ seruitus dispersa est minor se ipsa unita; sed habentes diuitias in communi, ita eis seruiunt curando, & colẽdo, sicut habentes in speciali. Ergo &c.

A rationibus. Primo.

Secundo, quia amor dispersus ad multa est minor, quam unitus ad pauca. Sed ad plura habet dispersum animum, qui quærit Deum, & usum temporalium, & dominium etiam in communi, quam quærens prima duo solum. Ergo primus minus diligit Deum, quam secundus, quæ ratio tangitur cum dicitur, aut unum odio habebit, &c.

Secundo.

Tertio, quia nullus potest ita perfecte assistere pluribus, sicut paucioribus, & ideo dicitur aut unum sustinebit, & alterum cõtemnet. Sed pluribus habet assistere possidens, & utens, quam utens tantum. Ergo primus minus perfecte potest Deo assistere, quam secundus.

Tertio.

Quarto, quia Christus ibi loquitur non uni in singulari, sed collegio Apostolorum in communi, cum dicit, Non potestis Deo seruire, & mammonæ, quælibet autem multitudo in communi, ita curat, & seruit rebus suis in communi, sicut proprijs quilibet in singulari. Ergo &c.

Quarto.

A

Solutio.

AD ꝙ dicendum est, ꝙ diuitijs seruit ille, cuius affectui diuitiæ dominantur per inordinatum amorẽ, in diuitijs finem ponendo, tales autem non sunt habentes pauca in communi, & illas amantes charitatiuè communitati religiosæ in ordine ad seruitium, seu cultum diuinum.

Responsio ad auctoritatem.

Et ad primum, quod dicitur contra hanc respõsionem. Dicendum, ꝙ Religiosi colendo, & curando bona communia, non seruiunt eis, sed Deo, & confratribus eiusdem collegij propter Deum.

Ad primam

Ad secundum dicendum, quod amor dispersus ad plura, quorum vnum non ordinatur ad aliud, est minor. Sed amor eius, quod est ad finem, non diminuit amorem finis, sed auget, & talis est amor, quo amantur temporalia communitati religionis respectu amoris Dei, vt declaratum est supra.

Ad secundã

B

Et per idem respondendum est ad tertium, æquè enim perfectè potest quis assistere pluribus, quorum vnum ordinatur ad aliud, sicut vni.

Ad tertiam

Ad quartum dicendum, quod personæ communitatis curantes bona communia in hoc seruiunt communitati in ordine ad Dei seruitium, vnde in hoc seruiunt Deo: non sic autem curantes bona propria propter amorem priuatum non charitatiuum, quia charitas non quærit, quæ sua sunt, vt supra allegabatur.

Ad quartã

Argumentum XXV.

C

XXV. Arguitur sic. Matth. 6. dicitur, Perfectis à Christo, ne solliciti sitis animæ vestræ, &c. ad quod inducit quatuor rationes in textu.

Ab auctoritate.

Primo, quia Deus donans nobis maiora ipse donabit minora. Sed anima est plusquam esca, & corpus plusquam vestimentum. Ergo &c.

A rationibus. Primo

Secundo, quia dans minus valentibus dat & magis valentibus. Sed Deus dat cibum & vestimentum volatilibus, quæ minus valent, quam homo, sine eorum labore, & cura. Ergo &c.

Secundo.

Tertio, quia de his, quæ non sunt in potestate nostra, non debemus sollicitari. Sed non est in potestate nostra de talibus nobis prouidere sine diuina prouidentia, sicut nec augmentare nos ipsos per nostram sollicitudinem. Ergo &c.

Tertio.

D

Quarto, quia maiorẽ curam habet Deus de hominibus, quam de plantis. Sed Deus habet curam de induendis lilijs sine eorum sollicitudine, ita vt nec Salomon fuerit sic indutus, sicut vnum ex ipsis. Ergo &c.

Quarto.

Istæ autem quatuor rationes, ita concludunt

dunt de ſollicitudine diuitiarum in communi, ſicut in proprio, vt facilè patet deducenti.

Solutio.

AD quod patet reſponſio per ea, quæ in quæſtione dicta ſunt, quia non omnis ſollicitudo prohibetur à Chriſto; ſed ſuperflua procedens ex diffidentia diuinæ prouidentiæ, ſiue ſit diuitiarum, quæ habentur in communi, ſiue in proprio, quam ſollicitudinẽ Chriſtus prohibet propter quatuor rationes, quæ in argumento explicantur, quæ ita concludunt contra ſollicitudinem ſuperfluam diuitiarum in communi, ſicut in proprio. Sed ſollicitudo habentium aliqua in communi eſt minor, quam non habentium, & magis pertinet ad perfectionem, vt declaratur in quæſt. vbi ſuprà.

Argumentum XXVI.

Ab auctoritate. XXVI. Arguitur ſic. In eodem capitulo, Chriſtus replicans idem conſilium dicit Apoſtolis, Nolite ſolliciti eſſe &c. Cuius dicti aſſignat quatuor rationes ibidem.

A rõnibus, & prima. Prima, quia nullus perfectus, ſecundum celſitudinem Apoſtolicam, debet inquirere illa, quæ gentes inquirunt ex imperfectione. Sed hæc omnia .ſ. quid manducabimus, &c. inquirunt gentes ex imperfectione. Ergo &c.

Secunda. Secunda, quia illa, quæ pater nouit indigere filium, non debet filius requirere, cum pater ſit de filio ſollicitus. Sed pater cæleſtis nouit, quod his omnibus indigetis. Ergo &c.

Tertia. Tertia, quia principaliter debet quæri Regnum Dei, & iuſtitia eius inquiſitione perfecta. Sed quærens temporalia cum illo, non quærit ita perfectè illud, quia virtus diſperſa eſt debilior ſe ipſa iuncta. Ergo &c.

Quarta. Quarta, quia illa non ſunt quærenda per ſe, quæ cum melioribus adijciuntur, cũ ſufficienter ſine quæſtu habeantur. Sed temporalia adijciuntur cum ſpiritualibus, quando ſpiritualia ſola quæruntur. Ergo &c.

Quæ quatuor rationes ita concludunt, quod diuitiæ mũdi non ſunt petendæ à perfectis in communi, ſicut nec in proprio.

Prima quidem, quia gentes requirunt ex imperfectione diuitias in communitatibus, ſicut & in proprijs ad abundandum vtroq; modo.

Secunda etiam, quia Deus nouit, quod non indigemus rebus, niſi propter vſum. Ergo ab ipſo non eſt aliud expectandum, cum ipſe poſſit hoc tribuere ſine alijs.

Tertia etiã, quia plura quærit, qui quęrit Regnum Dei, & dominium, & vſum, quã quærens ſolum vſum, & Regnum Dei.

Quarta etiam, quia melius eſt habere A vſum neceſſarium ſecundum ſequelam ſpiritualium bonorum, quam ſecundum ſequelam dominiorum, vt qui haberet vinum de cælo, fruſtra exigeret ipſum à vinea. Sed neceſſarius vſus promittitur à Chriſto cum diuinis iuſtificationibus. Ergo non eſt requirendus à perfectis cum proprietatibus.

Solutio.

AD quod dicendum eſt, eodem modo, ſicut ad præcedens immediatè, & ad illud quod adiungitur in eodem argumento, ꝙ quatuor rationes Chriſti ita concludunt contra petentes diuitias in communi, ſicut in proprio, dicendum quod non eſt verum, quod patet diſcurrendo per ſingulas. Reſpõſio ad auctoritatẽ.

Reſponſio ad rõnes. Quia quantum ad primam; gentes, ideſt, gentiliter, ſeu infideliter viuentes non quæ- B runt diuitias communitati religionis in ordine ad cultum, ſeu ſeruitium Chriſti. Ad 1. rõnẽ

Ad 2. rõnẽ Et quantum ad ſecundam pater cæleſtis nouit, quod indigemus vſu, & dominio ſaltem in communi, à quo nõn poteſt ſeparari vſus licitus, quantum ad res, quarum vſus eſt conſumptio, & dominium eſt neceſſarium propter vſum faciliter, & in promptu habendum, à quo non poſſit homo per alium impediri.

Ad 3. rõnẽ. Et quantum ad tertiam, vbi vnum propter alterum tantum, vtrobiq; vnum; vnde quærens dominium propter vſum, & Regnum Dei tantum, quærit ſolum Regnum Dei, ſicut quærens medicinam ſolum propter ſanitatem, quærit ſolum ſanitatem.

Ad 4. rõnẽ. Et quantum ad quartam, quærenti Regnum Dei, & iuſtitiam eius addijcitur à Deo vſus, & dominium, à quo non poteſt C vſus licitus ſeparari in multis, & in alijs dominium eſt propter vſum, vnde ſicut additur vſus, ſic & dominium in communi, ꝙ non diminuit, ſed auget amorem, & inquiſitionem Regni Dei, vt in quæſtione probatum eſt, & declaratum. Vnde ſicut vſus, & ſequela ſpiritualium donorum à Deo, ſic & dominium in communi, quod ad perfectionem pertinet, & per conſequens eſt donum Dei.

Argumentum XXVII.

Ab auctoritate. XXVII. Arguitur ſic. Matthæi c. 6. Chriſtus replicans idem conſilium, dicit Apoſtolis [Nolite ſolliciti eſſe in craſtinũ] & ad hoc inducit duas rationes.

A rationibus Prima. Quarum prima eſt, quia ſollicitudo non eſt ſollicitudini adiungenda, nec oportet D ſollicitum ſollicitari. Sed craſtinus dies eſt ſollicitus ex ſe ad multas diſtractiones pariendas. Ergo non eſt ſollicitudo adiungenda ad ipſum.

Secunda. Secunda eſt, quia malitia non eſt malitiæ copulanda, cum ſufficiat malitia vna.

Sed

Sed dies est de se malitiosa propter multa mala, quæ gerit occasionaliter. Ergo sollicitudo talis, quæ est quoddam malum, idest, imperfectum non est apponenda circa ipsum, quæ rationes, vt videtur, non plus concludunt de diuitijs in proprio, quã in communi.

Solutio.

Responsio ad auctoritatẽ. AD quod dicendum est, quod per hoc quod Dominus dicit. Nolite solliciti esse in crastinum, non intelligitur, quod nihil reseruetur in futurum, hoc enim periculosum esse Beatus Antonius in Collationibus Patrum ostendit dicens, quod priuationem omnium facultatum, ita sectantes, vt ex ipsis, nec vnius quidem diei victum sibimet vnumuè denarium superesse paterentur, & alia huiusmodi facientes, ita vidimus repente deceptos, vt arreptum opus non potuerint congruo exitu terminare Et vt Augustinus dicit in libro de Operibus Monachorum c.23. si hoc verbũ Domini [Nolite solliciti esse in crastinum] ita intelligatur, vt nihil in crastinum reponatur, non poterunt ista seruare, qui se per multos dies à conspectu hominum separatos, & nulli ad se præbẽtes accessum includunt seipsos viuentes in magna intentione orationum. Et postea subdit. An forte, quo sunt sanctiores, eo sunt volucribus dissimiliores. Et postea subdit. Si enim vrgeantur ex Euangelio, vt nihil reponant in crastinum, rectissimè respondent, cur ergo ipse Dominus loculos habuit, vbi pecuniam collectam reponeret? cur tanto ante fame imminente frumenta Sanctis Patribus missa sunt? cur Apostoli indigentiæ Sanctorum necessaria procurarunt? Quod ergo dicitur. Nolite solliciti esse in crastinum, secundum Hieronymum sic exponitur [Sufficit nobis præsentis temporis cogitatio futura, quæ incerta sunt Deo relinquamus,] secundum Augustinum sic. [Cum aliquid boni operamur non temporalia, quæ significantur per crastinum, sed æterna cogitemus] secundum Chrysostomum, sic. [Sufficit labor quem pateris propter necessaria, noli de superfluis laborare,] secundum quam expositionem Chrysostomi patet, quod prædictum est in solutionibus duorum Argumentorum immediatè prædictorum, scilicet, quod ibi prohibetur sola sollicitudo superflua prædicta, non autem sollicitudo virtuosa, qualis est Religiosorum habentium pauca moderata in communi.

Ad rationes respondetur. Nec duæ rationis Christi, quæ in argumento explicantur, concludunt contra hanc sollicitudinem.

Ad primam. Non prima, quia sollicitudo virtuosa est adiungenda cuilibet alteri sollicitudini.

A Nec secunda, quia postquam supponitur virtuosa, & meritoria non est dicenda mala, vel ad imperfectionem pertinens. Ad secundã.

Et præterea, ambæ rationes magis concludunt contra sollicitudinem nihil habentium in communi, quam contra sollicitudinem habentium in particulari, quia probatum est in quæstione vbi supra, quod maior est sollicitudo nihil habentium etiam in communi, quam habentium in particulari.

Instantia 1. Sed contra hoc arguitur dupliciter. Primo, quia maior sollicitudo incumbit circa duo, quam circa vnum eorum. Sed habentes dominium in communi sollicitantur de vsu, & de dominio tali, carentes autem dominio sollicitantur de vsu solo. Ergo &c.

Secunda. Secundo, quia nullus sollicitatur de re, de qua non dubitat. Sed Christus promittit B subuentionem illis, qui talia habere non curant, vt patet in eodem capitulo. Ergo si confidunt de Christo nullam sollicitudinem habent, sicut minus est sollicitus filius, qui nihil habens sperat patris promissionem, quam si ipse per semetipsum haberet.

Solutio primæ. Et ad primam istarum duarum dicendum, quod vbi vnum propter alterum tantum vtrobiq; vnum, sed habentes dominiũ in communi sollicitantur de dominio propter vsum tantum in ordine ad Dei seruitium, & ideò non debent dici sollicitari, nisi de vno. Et præterea, qui sollicitatur de vsu licito, oportet, quod sollicitetur de dominio rerum, quarum vsus est consumptio. Et præterea, qui possunt habere dominiũ in communi rerum, dum habent tale dominium non sollicitantur de acquisitione, C sed solum de conseruatione, nec de vsu, quẽ habent faciliter, & promptè, sic quod ab eo non possunt ab aliquo impediri, antè autem, quam habeant sollicitantur de eas habendo, seu de dominio earum, & non de vsu propter causam dictam, & sollicitantur semel pro multis vicibus, sed è contra carentes dominio, oportet quod frequẽter sollicitentur de habitione rerum; quæ sollicitudo habentium dominium in communi est virtuosa, & meritoria, vnde quanto maior, tanto virtuosior, & magis meritoria.

Solutio secundæ. Ad secundam dicendum, quod neç promissio Christi, nec fiducia ordinata hominis debet referri ad hoc, quod Deus prouideat homini adulto habenti vsum liberi arbitrij absque omni cura, & prouidentia, quam habeat de se, quia Deus ab initio D constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui, vt dicitur Ecclesiastici cap. 15. Sic enim faciens non esset dicendus de Deo confidere, sed Deum tentare, sed ad hoc solum debet referri, quod Deus prouideat homini fine

 sua

sua sollicitudine superflua, & talem fiduciam habent etiam illi, qui habent pauca in communi, certo tempore acquisita per humanam prouidentiam. Et ad exemplum de filio. Dicendum, quod filius, qui nihil habens, sperat solum patris promissionem, licet sit minus sollicitus, quam si ipse per semetipsum haberet, tamen minus virtuosè, & prouidenter faceret, si pater cum prouidentia sua reliquisset eum propriæ prouidentiæ, dicendo ei, ego prouidebo tibi, & tu nihilominus habeas de te curam, & prouidentiam; & ipse contra ordinationem patris posset, & nollet de seipso curam habere; quia cum cura patris deberet apponere curam propriam, & sic est de homine respectu Dei, vt supra declaratum est, quia promissio Christi non excludit, sed includit prouidentiam humanam.

Argumentum XXVIII.

XXVIII. Arguitur sic. Inter omnia, quibus homo plus indiget, est domus. Sed Christus non habuit domum, nisi quantum ad simplicem vsum facti, secundum illud Matthæi cap. octauo, [Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet.]

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Christus, & Apostoli caruerunt etiam quo ad dominium in communi determinato domicilio, sicut & carent omnes Religiosi Mendicantes, vt in quæstione declaratum est, qui continue per Prælatos suos transferuntur de vno loco ad alium, & hoc vult dicere Dominus in verbis allegatis. [Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, &c.] Nec propter hoc sequitur, quod caruerint quo ad dominium in communi, omnibus alijs paucis, quibus vtebantur, vt victualibus vestibus, & huiusmodi, quibus homo magis indiget, quam domo.

Argumentum XXIX.

XXIX. Arguitur sic. Christus dixit Apostolis, Matthæi cap. 10. [Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris] quod intelligendum est in proprio, & in communi, sicut vtroque modo interdixit eis portare peram, & calceamenta, & duas tunicas, & virgam.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod ibi non prohibetur dominium etiam in communi omnium rerum, sed quarundam determinatè, scilicet, auri, & cæterorum, quæ ibi explicantur. Vel dicendum, quod verba Christi tripliciter possunt intelligi.

A

Vno modo mysticè, vt non possideant aurum, neque argentum, idest, vt prædicatores non innitantur principaliter sapientiæ, vel eloquentiæ temporali, vt Hieronymus exponit.

Alio modo, sicut Augustinus exponit in libro de Consensu Euangelistarum, vt intelligatur hoc, Dominum non præcipiendo, sed magis permittendo dixisse, permisit enim eis, vt absque auro, & argento, & alijs sumptibus ad prædicandum irent accepturi sumptus vitæ ab his, quibus prædicabant: vndè subdit [Dignus est enim operarius cibo suo, vel mercede sua] ita tamen, quod si quis proprijs sumptibus vteretur in prædicatione Euangelij ad super erogationem pertineret, sicut Paulus de seipso dicit 1. ad Corinthios 9.

B

Tertio modo, secundum quod Chrysostomus exponit, vt intelligatur illa Dominum discipulis præcepisse quantum ad illam missionem, qua mittebantur ad prædicandum Iudæis, vt per hoc exerceretur ad confidendum de virtute ipsius, qui eis absque sumptibus prouideret. Ex quo tamen non obligabantur ipsi, vel successores eorum, vt absque proprijs sumptibus Euangelium prædicarent, nam & de Paulo legitur secundæ ad Corinthios vndecimo, quod ab alijs Ecclesijs stipendium accipiebat ad prædicandum Corinthijs. Et sic patet, quod aliquid possidebat ab alijs sibi missum. Stultum autem videtur dicere, quod tot sancti Pontifices, sicut Athanasius, & Ambrosius, & Augustinus illa præcepta transgressi fuissent, si ad ea seruanda se credidissent obligari.

C

Argumentum XXX

XXX. Arguitur sic. In casu necessitatis cuiuslibet sunt omnia iure naturali, sicut Christus Matthæi 12. excusauit discipulos cum esurirent, & euellerent spicas. Sed nullus perfectus petit temporalia, nisi ad necessitatẽ. Ergo nullus perfectus petit in rebus, nisi ius naturale, & nõ ciuile dñiũ.

Et confirmatur ratio. Quia nullus perfectus quærit in rebus, nisi illud, quod facit ad ipsum sustentandum. Sed solus vsus rerum facit ad hominis sustentationem, & non dominium. Ergo &c. Cõfirmatio.

D

Solutio.

AD quod dicendum est, quod sicut vsus est necessarius homini, & facit ad eius sustentationem, sic & dominium: & Apostoli, & alij perfecti vtuntur rebus etiam

citra

citra extremam necessitatem, & ambo ista declarata sunt supra in solutione septimi argumenti, & duodecimi, & quintidecimi. In quibus tribus locis sufficienter responsum est ad hoc argumentum, quia quasi est idem cum illis tribus argumentis. Et sic patet ad confirmationem.

Argumentum XXXI.

XXXI. Arguitur sic. Gregorius dicit exponens illud Matthæi 13. Fallacia diuitiarum &c. [Christus spinas diuitias appellauit, quia cogitationum suarum punctionibus mentem lacerant,] & licet magis in proprio, quam in communi, tamen pungunt, & lacerant aliquid etiam in communi. Sed perfectus debet vitare omnem mentis punctionem, & lacerationem. Ergo &c.

Solutio.

B AD quod dicendum est, quod nomine diuitiarum significantur res exteriores superfluæ. Vel dicendum, quod res exteriores possessæ in communi, cum pertineat ad perfectionem spiritualem, vt declaratur in quæstione, non causant in mente punctionem peccati, seu lacerationem, sed earum abusus.

Argumentum XXXII.

XXXII. Arguitur sic. Abnegans aliquam personam, abnegat omne consequẽs qualitercunque eam, vt sponsus recusans sponsam, recusat & dotem, & filius negans patrem abnegat eius hæreditatẽ, sed Christus consuluit perfectis abnegare semetipsos, dicens Matthæi 16. [Si quis vult venire C post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.] Ergo consuluit abnegare omne ius, quod in rebus habet qualitercunque.

Cõfirmatio. Et confirmatur ratio, quia abnegans finem, abnegat ea, quæ sunt ad finem in quãtum talia, cum non nisi propter finem appetantur, sicut renuens sanitatem de medicina non curat. Sed temporalia non appetuntur ab aliquo, nisi propter se immediatè. Ergo cum abnegat se debet illa totaliter abnegare in quantum propter se, & propter ipsum sunt, tam in proprio, quam in communi.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Christus per abnegare semetipsum, intelligit, D quod homo non diligat se inordinatè, scilicet contra Deum, aut eius præcepta, iuxta illud Lucæ cap. decimoquarto. [Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, &c. adhuc autem, &

A animam suam, non potest meus esse discipulus.] Velle autem dominium paucorum moderatorum sibi in communi cum alijs, pertinet ad amorem charitatiuum, & ordinatum sui, vt in quæstione est probatum. Et ideo non est contra abnegationem sui, de qua intendit Saluator. Et per hæc patet responsio ad argumentum, & eius confirmationem.

Argumentum XXXIII.

XXXIII. Arguitur sic. Matthæi 17. scribitur, quod Christus non habens, vnde solueret didragma, misit Petrum ad piscandum pro statere. Si autem habuit aliquid in communi, potuisset de illo didragma soluere, sicut caput illius communitatis.

Et confirmatur ratio per duas Glossas, quæ sunt ibidem: quarum vna dicit, quod illa soluit qui nihil possidebat; alia quod tãtæ paupertatis fuit, quod vnde soluere tributa non haberet; licet enim Iudas haberet loculos, tamen quia illa pauperum erant, nefas dominus iudicauit de ipsis tributa soluere. Confirmatio per duas Glossas.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod licet tunc non haberet Saluator, vnde solueret censum, non sequitur, quod nunquam ante, nec postea habuerit, nec etiam quod tunc nihil omnino habuerit, etiam vestes suas, & Apostolorum eis necessarias.

Et ad confirmationem, & primam Glossam dicendum, quod Christus nihil possidebat in proprio, vel superfluum pro tunc, vnde pro tunc posset soluere censum. Et ad aliam Glossam dicendum, quod inter illos pauperes præcipui erant eius discipuli, in quorum necessitates pecunia loculorum Christi expendebatur, dicitur enim Ioannis cap. 4. quod discipuli abierunt in ciuitatem, vt cibos emerent. & Ioannis cap 13. dicitur [Quod discipuli putabant, quia loculos habebat Iudas, ꝙ dixisset ei Iesus, eme ea, quæ opus sunt nobis ad diẽ festum, aut vt (videlicet) egenis aliquid daret.] Ex quo patet quod conseruare pecuniam, aut quascunque alias res communes ad sustentationem Religiosorum congregationis eiusdem: vel quorumcunque aliorum pauperum est conforme perfectioni, quam Christus docuit suo exemplo. Ad cõfirmationẽ, & ad primã Glossã

Argumentum XXXIV.

XXXIV. Arguitur sic. Matthæi 19. Christus dixit cuidam, si vis perfectus esse vade, & vende quæ habes, & da pauperibus, &c. Ergo ad perfectionem requiritur necessario omnium venditio. Sed si cum

perfectione staret dominium in communi non oporteret omnia vendere, sed posset dari communitati. Ergo &c.

Cōfirmatio. Et confirmatur, quia primo dixit, vade, & vende, & postea, veni, & sequere me, vt omnino ad Christū expropriatus veniret.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod vendere omnia, non est præceptum, nec consilium perfectionis, sed solum propter Christum relinquere: quod patet ex hoc, quod dans omnia in pios vsus, & sic dando relinquens Christi consilium adimpleret. Sed si relinquens quodammodo vendit Christo, quia commutat bona temporalia in spiritualia, scilicet in bona gratiæ in præsenti, & bona gloriæ in futuro, & relinquere in proprio, & non in communi est consilium, & dando communitati Religionis quam intraret sic omnia relinquens, adimpleret consilium, & ad Christum expropriatus veniret, idest, positus extra omnem proprietatem, quod est dominium in singulari, vt sæpe superius dictum est. Per quod patet responsio ad argumentum, & ad eius confirmationem.

Argumentum XXXV.

XXXV. Arguitur sic. Christus dicit perfectis Matth. 19. Amē dico vobis, quod vos, qui reliquistis, &c. Et infra [Omnis, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, cētuplum accipiet, & vitam æternā possidebit.] Quod, vt videtur, intelligendum est nō

Ratio. solum in proprio, sed etiam in communi, propter duo.

Instantia 1 Primo, quia idem consilium fuit de relinquendis bonis naturæ, vt sunt pater, & mater, sicut de bonis fortunæ. Sed constat, quod Apostoli reliquerunt omnia talia, vt patet de Iacobo, & Ioanne. Ergo &c.

Instantia 2 Secundo, quia idem iudicium videtur esse de consilio, seu voto paupertatis, castitatis, & obedientiæ, quæ tria integrant spiritualem perfectionem religionis. Sed castitas Christi fuit maxima .s. Virginalis, nō solum vidualis, vel coniugalis, & similiter obedientia, .s. vsq; ad mortem, secundum illud ad Philippenses 2. Factus est obediens vsq; ad mortem. Ergo & paupertas Christi fuit maxima (.s. cum carentia omnis dominij non solum in singulari, sed etiam in communi,) & pari ratione Apostolorū, & aliorum perfectorum.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Apostoli reliquerunt omnia quo ad dominium in proprio, non autem in communi.

Ad 1 instātiam. Et ad primum, quod dicitur contra hāc responsionem dicendum, quod parentes non sunt propter Christum relinquendi

A omnino, sed virtuose, quo ad quædam, .s. quo ad illa, quæ impedirent nos à discipulatu, seu sequela Christi, iuxta illud Lucæ 14. [Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem, & animā suam, non potest meus esse discipulus.

Ad secundū. Ad secundum dicendum, quod paupertas Christi fuit maxima quātū ad rationem virtutis, & meriti, non aūt quantū ad rationem paupertatis formaliter, vt supra declaratum est. Nec simile est de castitate, & obedientia ad Deum ex vna parte, & de paupertate ex alia, quia castitas, & obediētia ad Deum, quanto fuerit maior, tanto est magis virtuosa, & meritoria, non autem paupertas, sed illa est magis virtuosa, & meritoria, quæ minorem sollicitudinem temporalium ingerit, & minus impedit à

B spiritualibus, qualis est religiosorum habētium quantum ad dominium in communi aliqua moderata, vt in quæstione declaratum est.

Argumentum XXXVI.

XXXVI. Arguitur sic. Matthæi 22. Christus dixit [Reddite quæ sunt Cæsaris, Cęsari: & quæ sunt Dei Deo.] Sed Christus Cæsari nihil debebat reddere, nec decuit vt eius legibus esset subiectus. Ergo non decuit ipsum pecuniam possidere.

Solutio.

AD quod dicendum est, q̄ licet Christus non fuerit subiectus Cæsari subiectione necessaria, fuit tñ ei subiectus subiectione

C voluntaria, ēt in reddendo censum, vt patet Matthæi 17. vt supra in solutione 33. argumenti magis explicatum fuit. Personæ etiā Ecclesiasticæ habentes temporalia non sunt subiectæ Principibus, nisi quantum ad feudalia, quæ tenent ab eis.

Argumentum XXXVII.

XXXVII. Arguitur sic. Christus dicet electis, vt scribitur Matth. 25. [Exuriui, & dedistis mihi manducare. & sequitur, Quamdiu fecistis vni de fratribus meis minimis mihi fecistis.] Sed constat, quod illi, qui habent in communi, talibus non indigent. Ergo illi, in quibus viget perfectio Christi, nō habent in communi dominium rerum.

D

Solutio.

AD quod dicendum est, quod personę Ecclesiasticæ habentes bona in communi, quo ad dominium, habent ea ex dono facto collegijs eorum, propter Christum, propter

propter quod sunt fratres Christi, de quibus dicet donantibus illud, quod allegatur in argumento. Quamdiu fecistis vni de fratribus meis &c.

Argumentum XXXVIII.

XXXVIII. Arguitur sic. Marci 1. quod Ioannes erat in deserto, & erat indutus, &c. de cuius perfectione dicit Christus Matthæi 11. Quod inter natos mulierum non surrexit maior &c. Sed in deserto non potest esse status habentium in communi, cum ibi nulla sit communitas. Ergo status habentium in communi non est perfectissimus, & per consequens nec Apostolicus.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Beatus Ioannes fuit perfectus perfectione personali, sed non status, qui primo fuit inchoatus à Christo, & Apostolis. Vel dicendum, sicut ad vndecimum argumentum præcedens.

Argumentum XXXIX.

XXXIX. Arguitur sic. In eodem capitulo dicitur, quod post Christi baptismum expulit eum spiritus in desertum, eratq; cum bestijs, & Angeli ministrabant ei; & sic Christus tenuit vitam solitariam, in qua nihil habere potest quis in communi, cum nec aliquo tali indigeret, cui Angeli ministrabant.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod etiam in deserto Christus habuit aliqua, saltē vestes, & postquam fuit in deserto, vocauit Apostolos, cum quibus habuit aliqua in communi, & inchoauit perfectionis statum, vt patet Matth. 4.

Argumentum XL.

XL. Arguitur sic. In eodem capitulo scribitur, quod Apostoli relictis retibus, & naui, & patre, sequuti sunt Christum, plus autem est dimittere patrem, quam relinquere omnia in communi, & in proprio.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Apostoli ad vocationem Christi reliquerunt omnia quoad proprietatem, non quo ad communitatem cum Christo, & parentes, modo exposito supra in solutione argumēti 35.

Argumentum XLI.

XLI. Arguitur sic Perfectus debet omne impedimentum salutis abijcere à se.

A Sed possidere pecunias non solum in proprio, sed etiam in communi est impedimētum salutis, iuxta illud Marci c. 10. Difficile qui pecunias habent in Regnum Dei intrabunt. Et infra. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem introire in Regnum Dei. Ergo &c.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod habitio, seu possessio pecuniarum in proprio impedit ingressum Regni Cælorum, non autem in communi, imò promouet, quia ad spiritualem perfectionem pertinet, vt in quæstione probatur. Nec habens in communi cum alijs potest propriè dici diues, quia nihil habet, vt est singularis persona, sed magis dicendus est pauper, vnde & votum

B paupertatis dicitur annexum essentialiter omni religioni.

Argumentum XLII.

XLII. Arguitur sic. Lucæ 2. Scribitur, quod Dei mater puerum pannis inuoluit, & reclinauit in præsepio. Ergo Christus fuit pauper in suo exordio, si autem fuisset status perfectissimus, habere diuitias in communi, non oportuisset eum in tanta nasci paupertate.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Christus in suo exordio fuit pauper, idest, parum habens, non autem diuitias: & similiter fuit pauper postea, & magis; quia nihil habuit in

C proprio.

Argumentum XLIII.

XLIII. Arguitur sic. Ibidem legitur, quod Mater eius, & Ioseph obtulerunt pro eo par turturum, &c. Quia scilicet agnum non poterant propter paupertatem emere, vnde ista fuit oblatio pauperum, vt habetur Leuitici cap. 12.

Solutio.

AD quod dicendum est, sicut ad immediate præcedens.

Argumentum LXIV.

LXIV. Arguitur sic. Lucæ 5. Scribitur, quod Beatus Matthæus relictis omnibus sequutus est Christum. Si autem per-

D fectissimus status esset in cōmuni habere, non oportuisset omnia relinquere, sed cōitati dare.

Solutio.

AD quod dicendum est, sicut supra respon-

responsum est ad trigesimumquartum.

Argumentum XLV.

XLV. Arguitur sic. Lucæ cap. 6. dicit Christus vę vobis diuitibus, qui hic habetis consolationes vestras, istud autem potest competere diuitibus in communi, sicut in proprio .s. volutari in diuitijs, & ideo licet non sint malę, tamen sunt mali occasio, & ibidem dicitur ab eo, qui aufert vestimentum, et tunicam noli prohibere, & qui aufert, quæ tua sunt ne repetas, & si istud est illicitum secundum Christi cõsilium, ergo inane est rerum ciuile dominium.

Solutio

AD quod dicendum est, quod habentes in communi non sunt dicendi propriè diuites, quia nihil habent in proprio, sed magis dicendi sunt pauperes, vt supra dictum est in solutione argumenti 41. Nec diuitiæ possessæ communiter à Religiosis, seu Ecclesijs, & Collegijs sunt quantum est ex se occasio mali, sed boni, quia ad perfectionem pertinent, vt declaratur in quæstione; licet volutari in in diuitijs, quod est diuitiarum abusus sit malum, & peccatum. Et ad id, quod adducitur de non repetendo sua in iudicio, responsum est supra in quæstione.

Argumentum XLVI.

XLVI. Arguitur sic. Lucæ 8. dicitur de quibusdam, quod ministrabant Christo de facultatibus suis, ex quo eliciuntur duæ conclusiones, vt videtur Et prima est, quod Christus, & Apostoli non habuerunt temporalia in communi, tunc enim non indiguissent facultatibus aliorum. Secunda est, quod illæ facultates, quæ pro Christo expendebantur non erant suæ, quia ibi dicitur, quod ministrabant de facultatibus suis.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Christus, & Apostoli viuebant de donatis eis ab alijs, quæ post quam erant eis donata, erant ipsorum quo ad dominium in communi, & dantium erant, vt donantium, sed ante donationem erant donantium simpliciter quo ad possessionem, & dominium, per quod patet responsio ad ambo argumenta.

Argumentum XLVII.

XLVII. Arguitur sic. Lucæ 9. Christus Apostolis interdixit portare in via virgam, peram, duas tunicas, & pecuniam, quam tamen non interdixit septuaginta discipulis, vt patet Lucæ 10. Ergo ampliorem abnegationem indixit Apostolis, quā
A discipulis, qui tamen habuerunt omnia communia, vt patet Actuum 2. & 4.

Solutio.

AD quod supra responsum est in solutione vigesiminoni argumenti, & in quęstione principali in tertio puncto.

Argumentum XLVIII.

XLVIII. Arguitur sic. Lucæ cap. 12. Christus cuidam dicēti, Magister dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem. Respondit, quis me cõstituit iudicē super vos, in quo abnegauit dominium temporale se habere, & tamen si habuisset, omnium habuisset, (& subiunxit) cauete ab omni auaritia, quæ potest esse etiam circa diuitias
B in communi, & omnis opportunitas peccandi est vitanda à perfecto, & sequitur parabola de homine diuite, quæ ita bene concludit de cõgregante diuitias in communi, sicut & in proprio.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Christus habuit de iure dominium omnium, etiā in proprio, sed de facto habuit paucorum, & in communi cum Apostolis, inter quæ non erant bona illorum duorum fratrum: & habere diuitias sic in communi non est quantum est ex se occasio auaritiæ, vel alterius peccati, sed magis causa spiritualis perfectionis, vt declaratur in quæstione. Et parabola Christi est de congregante diuitias superfluas in proprio, vt patet per
C ea, quæ infra dicuntur; horrea mea maiora faciam, &c. non autem de habentibus aliqua moderata in cõmuni in ordine ad Dei seruitium.

Argumentum XLIX.

XLIX. Arguitur sic. Ibidem Christus perfectis dat pro consilio; vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Sed non solum possidentur quorum dominium habetur in proprio, sed etiam in communi, nec vendere oportet, vel dare eleemosynā, si in communi habere licet.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod ea, quæ possidentur in communi, licet verè possi-
D deantur, tamen nõ possunt vendi ab aliquo de collegio. Et præterea, Christus loquitur de venditione eorum, quæ possidentur cum imperfectione, qualia non sunt, quæ possidentur in communi, ea autem, quæ habentur in proprio, debent vendi à volēte assumo-

assumere statum perfectionis, cuius sunt illa propria, & distribui in pios vsus, & non dare communitati, si talis communitas potest sufficere sibi, & sic intelligendum est verbum Saluatoris.

Argumentum L.

L. Arguitur sic. Lucæ c. 14. Christus dicit, qui non renunciauerit omnibus, quæ possidet non potest meus esse discipulus, q vt videtur, intelligendum est tam in proprio, quam in communi.

Solutio.

AD quod dicendum est per interemptionem, quia ad discipulatum Christi pertinet abrenunciare omnibus, quę quisquis possidet in proprio, non autem in communi.

Instantia 1 Sed contra hoc arguitur dupliciter. Primo sic. Habens in communi rem, habet ius vtendi illa re in speciali, cum in speciali possit exigere vsum, sed renunciare consulitur illi. Ergo &c.

Instantia 2 Secundo, quia quicunq; renunciat alicui rei vno modo, vt eam habeat alio modo, non renunciat rei habitę, sed modo habendi, cum illum solum abijciat. Sed renuntians temporalibus in proprio, vt ea habeat in communi, est huiusmodi. Ergo non implet istud consilium.

Ad 1 instātiam. Sed ad primam dicendū est, quod perfectis consulitur renunciare dominio in speciali, & non vsui.

Ad secundā Ad secundam dicendū, quod sicut persona singularis non est communitas, cuius est pars: sic nec proprie debet dici habere dominium bonorum communitatis; sed solum communitas, quod .n. conuenit communitati, vt distinguitur à qualibet eius parte, non conuenit parti.

Argumentum LI.

LI. Arguitur sic. Beda super illud Lucæ 22. Qui habet sacculum tollat similiter, & peram, dicit: quod hoc ideò fecit Dominus, vt nobis ostenderet, quod tempore persecutionis liceret aliquid de rigore perfectionis proposito pretermitti. Ergo consilium de pecunia non habenda datum Lucæ 9. & Christo fuit de rigore perfectionis.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod non possidere pecuniam, fuit Apostolis dictum, D quando Christus misit eos ad prædicandū, quod fuit postea relaxatum. Nec tunc fuit eis dictum, quod nihil penitus haberent, quia saltem habebant vestes. Vel dicendum, sicut dicitur 2. 2. q. 185. art. 6. in solutione secundi argumenti. Vel dicendū, A quod tunc fuerunt prohibiti possidere aliquid in proprio. Ante autem illam relaxationem leguntur habuisse etiam pecuniam saltem in communi, vt patet Io. 4.

Argumentum LII.

LII. Arguitur sic. Gregorius in quadā homilia exponens illud, quod dicitur de Christo, Ioan. 1. In propria venit, &c. dicit, quod est intelligendum secundum potestatem, non secundum naturam humanitatis: quia secundum illam veniebat in aliena. Ergo secundum eam in hoc mundo nihil habuit proprietatis.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Dei filius dicitur venisse per incarnationem in B aliena, non secundum potestatem, sed secūdum naturam, quia humana natura non subest eius potestati: & est natura extranea superueniens personæ verbi respectu naturæ diuinæ, quæ est ei naturalis.

Argumentum LIII.

LIII. Arguitur sic. Ioan. 6. scribitur, quod cum cognouisset Christus, quod venturi essent, vt facerent eum Regem, fugit in montem solus: hoc autem non fecisset, nisi dominium temporalium nō repugnasset celsitudini suæ perfectionis.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Christus C fugit, ne fieret Rex, quia licet dominium omnium competeret ei, ét secundum quod homo de iure, tamen de facto propter nos egenus factus est, sicut dixit Pilato Ioan. 18. [Regnum meum non est de hoc mundo] habuit tamen paucorum, quæ ei de facto dabantur dominium in communi cum Apostolis.

Argumentum LIV.

LIV. Arguitur sic. Ioan. 8. dicit Christus. Ego non sum de hoc mundo. Ergo status, qui est à mundo separatior, est statui Christi similior. Sed qui in mundo quærit tantum vsum, est à mundo separatissimus. Ergo est statui Christi simillimus.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod habentes in communi aliqua bona propter Dei seruitium præcisè, sicut Religiosi, vt sic non sunt de hoc mundo quantum ad affectum; nec status habentium solum vsum

est à

est à mundo separatior, quia secundum intellectum Christi, à mundo est magis separatus, qui ad diuina magis afficitur, tales autem sunt habentes in communi bona Ecclesiastica, vt in quæstione probatur. Nec per consequens etiam talis status est Christo similior, cui similior est solum melior, & perfectior: & ad diuina magis affectus.

Argumentum LV.

LV. Arguitur sic. Ioan. 15. Christus dixit Apostolis, de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo. Et secundum hoc arguitur dupliciter. Primo, quia quanto est quis magis elongatus à mundo, tanto magis appropinquat ad perfectionem Apostolorũ. Ille autẽ est de aliquo regno, qui aliquid pót amittere in illo regno, cũ possessio faciat subditam personam. Sed habens præter facti vsum aliquid in rebus mundanis, potest illud amittere in regno mundi. Ergo non est extra regnum eius. Secundo, quia abnegans aliquod regnum nihil in illo potest acquirere, si sit perfecta abnegatio. Sed habens capacitatẽ ad dominiũ pót aliquid acquirere in regno mundi. Ergo non est perfectè separatus à mundo.

Solutio.

AD quod dicendum est eodem modo, sicut ad præcedens immediatè; Apostoli enim non erant de mundo quantũ ad inordinatum affectum mundi, à quo abstractos Christus elegit; & quanto quis est magis sic à mundo abstractus, idest, ab inordinato affectu mundi, tanto magis appropinquat ad perfectionem Apostolorũ. Et ad duo argumenta fundata super dicto Christi, dicendum: quod licet habentes bona in cõmuni, possint acquirere, & amittere talia bona mundi: tamen propter talia non debent dici esse de mundo, secundum intellectum Christi, scilicet per inordinatum amorem. Vnde esse de mũdo aliter accipitur à Christo, & in argumentis.

Argumentum LVI.

LVI. Arguitur sic. Qui potest conueniri in aliquo regno, est simpliciter, vel aliquo modo de illo. Sed habens aliquid in rebus mundanis præter simplicem facti vsũ rõne talis iuris cõueniri pót in regno istius mundi. Ergo talis non est sequestratus à mundo, sicut Christus, & Apostoli, de quibus dicit ipsemet Ioan. 17. [de mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.]

Solutio.

AD quod dicendum est, quod habens bona in communi cum alijs, si conuenitur

A pro defensione talium bonorum est sibi ad meritum, & spiritualem perfectionem, vt declaratum est in quæstione, in tertio puncto principali in fine, & pertinet per consequens ad non existentiam de hoc mundo, secundum intellectum Christi.

Argumentum LVII.

LVII. Arguitur sic. Si Christus aliquod dominium ciuile in hoc mundo habuisset, tunc eius regnum de hoc mundo fuisset aliquo modo. Sed ipse dixit Pilato, Ioan. 18. [Regnum meum non est de hoc mundo.] Ergo &c.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod Christus
B noluit habere de facto dominium in hoc mundo multorum, & magnum, quod importatur nomine regni, licet ei competeret de iure, & propter hoc dixit. Regnum meum non est de hoc mundo, vt supra dictum est in solutione vigesimi argumenti, & quinquagesimitertij.

Argumentum LVIII.

LVIII. Arguitur sic. Ioan. 19. legitur, quod Christus fuit nudus crucifixus, ablatis omnibus vestimentis suis à militibus. Ergo fuit pauper in suo ortu, & processu, & exitu.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod vestes in morte Christi fuerũt ab eo ablatæ de facto,
C de iure autem erant suæ, sicut ipse dixit in Psal. 21. [Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.] & fuerunt eius in vita, etiam quo ad dominium in communi cum Apostolis, quod non est contra paupertatem euangelicam, idest, virtuosam, & meritoriam, vt in quæstione declaratur, & probatur.

Argumentum LIX. & LX.

LIX. Arguitur sic. In eodem capitulo habetur, quod eius funeralia fuerunt facta nõ de suo, sed de bonis Nicodemi. Et Matthæi cap. 27. dicitur, quod sepultus est in sepulchro nõ suo, sed Ioseph ab Arimathia, sicut viuens permanserat in aliena domo. Ergo &c.

D *Solutio.*

AD quæ duo simul dicendum est, quod licet funeralia, & sepultura Christi fuerint sibi data ab alijs, tamen postquam fuerunt ei data fuerunt eius, eo modo, quo aliquid

esse

esse hominis mortui, & similiter ea, quæ pertinebant ad victum, & vestitū Christi, & Apostolorū, dabantur eis ab alijs, quia carebāt redditibus. Sed postquā dabantur eis erant ipsorum, ēt quo ad dominium saltem in cōi, & sicut in vita caruit proprio domicilio, iuxta illud Matt. 8. Vulpes foueas habent &c. sic & in morte caruit propria sepultura, & sepultus est in aliena.

Argumentum LXI.

LXI. Arguitur sic. Ad Rom. 2. dicitur cum gentes, quæ legē non habent, naturaliter ea quę legis sunt faciūt: ipsi sibi sūt lex. Vbi supponit Apostolus, ꝙ aliquæ gentes sine iure positiuo per legē iuris naturalis laudabiliter viuere possunt, sed vbi nullum ius positiuum, ibi nullum dominium, nisi naturale; ergo & status sine dominio iuris positiui non est impossibilis, vt dicunt aliqui, imò videtur esse optimus, cū ius naturale præcedat ius positiuum.

Solutio.

AD ꝙ dicendum est, concedendo consequentiā, possent .n. aliqui viuere sine distinctione possessionū, & vixerunt de facto in principio Adā, & Eua, & fortè eorū filij, saltē immediatè, sicut, & nunc aliqui pauci viuunt, ēt seculares propinqui, vt fratres, & similes, & ꝙ est possibile in paucis, posset esse in multis, non tñ expediret quantū ad personas seculares, seu imperfectos ꝓpter causas, quas ponit Philos. in 2. Polit. reprobando opinionē, seu politiā Socratis, & Platonis de communitate rerum, secus est de personis Ecclesiasticis, & Religiosis, in quibus debet esse spiritualis perfectio.

Argumentum LXII.

LXII. Arguitur sic. Lex vetus excessit omnem legem humanā, seu ciuilē, cū fuerit data à Deo, de quo dicitur Iob 36. Nullus similis ei in legislatoribus; sed ad Rom. 4. dr̄ vbi nō est lex (.s. vetus) nec prǫuaricatio; ergo lex quæcunq; humana non hēt locum, nisi propter præuaricatores, & sic in statu summæ perfectionis nulla talis lex habet locum, & per consequens nec dominiū, ꝙ à tali lege est indictum.

Solutio.

AD quod dicendum est, quòd si natura humana non fuisset pręuaricata per culpā primorum parentum, sed stetisset in statu innocentiæ, non fuisset distinctio dñiorum, quę est à iure ciuili, sed postquam natura humana cecidit ab illo statu, perfecti habēt virtuose, & meritorie dominium in cōi, ꝙ ordinant ad Dei cultū, & seruitiū, sicut & viri Sancti vtuntur virtuose, & meritorie multis, quæ non fuissent in statu innocētię, vt pœnalitatibus vitæ pñtis, & similibus

A Vel dicendū, ꝙ vbi non est lex nec pręuaricatio .s. legis, ꝙ in nullo est contra propositum, quia perfecti possunt, & debent vti his, quæ sunt à iure positiuo seculari, vel canonico.

Argumentum LXIII.

LXIII. Arguitur sic. Ad Gal. 3. dicitur, quod lex .s. vetus propter transgressiones posita est. Sed trāsgressio non habet locum inter perfectos. Ergo nec lex humana, multo minus, quā lex vetus, nec per consequēs dominium legis ciuilis.

Solutio.

AD quod dicendum est, sicut ad immediate præcedens. Vel dicendum quod Apostolus loquitur de lege punitiua trāsgressionum, quæ est solum propter trāsgressiones,
B non autem de lege directiua actionum. Vel dicēdum, & forte in idem redit, ꝙ loquitur de lege quantum ad vim coactiuā, sm̄ quā cogit per pœnas, quas infert ad sui obseruantiam, non autem loquitur quantum ad vim directiuam.

Argumentum LXIV.

LXIV. Arguitur sic. 1. ad Timoth. 1. quod iusto non est lex posita, sed impijs, & peccatoribus, & si hoc est verum de lege diuina multo magis de lege humana, vnde status summæ perfectionis, sicut fuit Christi, & Apostolorum, legi humanæ non fuit subiectus, & sic nec dominium legale ad ipsum pertinet.

C *Solutio.*

AD quod dicendum est, sicut ad immediatè præcedens, quia iusto non est lex posita quantum ad vim coactiuam, quia absq; omni coactione iusti eā obseruant, quia ipsi sibi sunt lex, dum ostendunt opus legis scriptū in cordibus suis, vt dicitur ad Rom. 2. vnde lex in eis nō habet vim coactiuā, sicut in iniustis, sed solum vim directiuā. Quęre de hoc in 1. 2. q. 96. art. 5. in solut. quæstionis, & argumentorum.

Argumentum LXV.

LXV. Arguitur sic. 2. ad Cor. 8. dicitur de Christo, quod cum esset diues, propter nos egenus factus est, vt illius inopia nos diuites essemus; sed habens diuitias, aut bona
D temporalia in cōi, nō potest dici simpliciter egenus, aut inops, cum egestas, & inopia sit simpliciter carentia talium bonorum, talis aūt non caret ipsis, licet careat aliquo modo habendi ea, & ita caret ille, qui habet solū in proprio.

Solutio.

A D quod dicendum est, sicut dictũ est supra ad argumentum 50.

Argumentum LXVI.

LXVI. Arguitur sic. 2. Cor. 6. dicitur de Apostolis. Sicut egentes, multos autem locupletantes, tãquam nihil habentes (.s. secundum ius positiuum) & omnia possidentes) .s. secundum dominium iuris naturalis.

Solutio.

A D quod dicendum est, quod Apostoli erant egentes eleemosynis aliorum, quia nõ habebãt redditus annuales, quæ tñ eleemosynę, postquam dabãtur eis, erant eorũ, & erant nihil habentes in proprio, & quasi omnia possidentes quo ad satietatem appetitus, hoc est sic contenti de paupertate voluntaria assumpta propter Christum, ac si omnia in proprio possiderent. Vel dicendũ, vt Ambrosius exponit in Glossa, ꝙ Apostoli erant, secundum reputationem aliorum, sicut egentes veris bonis, & spiritualibus, multos autem locupletantes spiritualibus diuitijs, & eodem modo secundum reputationem aliorum erant nihil boni spiritualis habentes, & omnia possidentes non solum spiritualia, sed etiam tẽporalia, quia timentibus Dominũ nihil deest, & quia tã res, quam dominos earum possidebãt, quia omnia ad pedes Apostolorum mittebãtur. Omnia verba sunt Glossæ.

Argumentum LXVII.

LXVII. Arguitur sic. 2. Cor. 8. dicitur de Macedonibus assumptis ad apicem perfectionis, ꝙ illorũ altissima paupertas abũdauit in diuitias simplicitatis, sed nulla põt esse paupertas altissima, nisi quę summe abijcit temporalia quantum põt, cum rõ paupertatis sit ex parte obiecti carere talibus, sicut summa tenebra esse non potest, nisi vbi est summa lucis carentia.

Solutio.

A D quod responsum est supra in quæst. in fine primi puncti.

Argumentum LXVIII.

LXVIII. Arguitur sic. 1. ad Timoth. 6. dicitur, qui volunt diuites fieri, &c. & ideo ille, qui magis elongat se à diuitiarũ affectu, videtur esse in statu perfectiori cũ perfecti hominis sit, sm̃ Sanctos, vitare occasiones peccati, sed à tali affectu magis se elongant, omnia abijcientes spõte in proprio, & cõi. Ergo &c.

Solutio.

A D quod responsum est supra in solutione argumenti 45.

A

Argumentum LXIX.

LXIX. Arguitur sic. In eodem cap. dicitur. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his cõtenti sumus, &c. Ergo perfectus debet esse cõtentus temporalibus, quæ sibi sufficiant ad sustentationem naturæ; sed ad eam sufficit solus vsus rerũ sine omni iure, seu dominio ciuili. Ergo perfectus non debet de eo curare, quod autem solus vsus facti sufficiat ad sustentandam naturam.

Probatur. Tum quia ita bene sustentat alienus cibus, & potus, sicut, & proprius, & calefacit vestis extranea, sicut & propria. Tum quia respectus rationis non satiãt, nec quietant, dominia autem rerum non sunt, nisi respectus rationis, & voluntatis, cũ sint instituta ad placitum hominum. *Probatio minoris dupliciter. Prima* *Secunda.*

B

Solutio.

A D quod dicendum est per interemptionem minoris, quia aliquid est absolutè possibile, quod quodam supposito est impossibile, vt hominem ambulare si sedet: & sic in proposito, vsus sine dominio ciuili potest etiam licitè sustentare naturam absolute loquendo, vt sustentabat in statu innocentiæ; & etiam antequam dominia rerum essent distincta per homines. Sed supposita distinctione vsus sine dominio ciuili non esset licitus, nec per consequens licitè sustentaret. Ergo &c.

Ad primam probationem minoris dicẽdum, quod licet cibus alienus ita bene bonitate naturæ sustentet, sicut proprius non tamen bonitate moris. *Ad primam probationẽ.*

Ad secundam dicendum, quod etiam rõ liciti in actu ponit respectum cõformitatis ad rationem rectã, qui est respectus rõnis, & similiter dominium est respectus rõnis, quod quamuis non satiet, facit tamẽ quod actus vtendi sit licitus. *Ad secundã*

C

Argumentum LXX.

LXX. Arguitur sic. 1. Corinth. 4. dicit Apostolus de se, & alijs perfectis. Vsque in hanc horam esurimus, & sitimus, & nudi sumus laborantes manibus nostris, quæ nõ fuisset necessariũ eos sustinere, si habuissent oĩa, quibus cibari, & indui potuissent, &c.

Solutio.

A D quod dicendum est, quod Apostoli licet habuissent etiã quo ad dominiũ in cõi aliqua pauca, tamen sępè patiebãtur multas penurias patienter, & libenter propter Christum, propter hoc dicebat Apostolus esurimus &c. sicut & patiuntur sepe habentes in cõi, & in proprio aliqua pauca, vt multi pauperes seculares, & religiosi.

D

Argu-

Argumentum LXXI.

LXXI. Arguitur sic. Actuum 3. dixit Petrus pauperi claudo argentum, & aurũ non est mihi, &c. quod vtiq; verum non fuisset si in communi habuisset, tunc .n. de communi ei subuenire potuisset, sicut caput existens collegij.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod dato pro tunc, q́ B. Petrus non haberet argentũ, vel aurum, non sequitur quod tunc nihil haberet & vestes in dorso, sed forte pro tũc nihil habebat superfluum sibi, & alijs fidelibus, quorũ erat caput; nec sequitur, q́ nunquã ante, vel postea habuerit argentum, vel aurum saltem in cõi cum alijs, & vt caput ecclesiæ, quia contrarium legitur Actuum 4. .s. quod credentes vendebant possessiones, & pretium ponebant ad pedes Apostolorũ.

Argumentum LXXII.

LXXII. Arguitur sic. 2. Cor. 4. dicit Apostolus de se, & alijs perfectis [Semper mortificationẽ Iesu in corpore nostro circumferentes]. ex quo sic arguitur. Sicut mortificatio carnis, quæ dicitur austeritas vitæ, est circa vitationem delectationũ corporalium, ita paupertas Apostolica est circa dimissionem bonorum temporaliũ. Sed mortificatio quanto plus vitat oblectamenta carnalia seruata necessitate naturæ strictè, tanto plus laudatur, vt patet in Io. Baptista. Ergo paupertas, quanto plus dimittit omnia, quæ non faciunt ad sustentandã naturã, qualia sunt dominia, est laudabilior.

Solutio.

AD q́ dicendum est per interẽptionem minoris. Non .n. austeritas vitæ, seu mortificatio, quanto plus vitat oblectamẽta carnis seruata necessitate naturæ strictè, tanto est laudabilior, seu virtuosior, sed quanto rõnabilius vitat, seu conformius rõni rectæ, vt declaratũ est supra in solutione arg. 11. Oblectamenta autẽ carnis debent sm̃ iudicium rõnis rectę vitari, in quantum impediunt hominem à spiritualibus, & ideo illa austeritas est virtuosior, & laudabilior, quę magis promouet ad spiritualia. Et similiter illa paupertas est virtuosior, quæ auget spiritualẽ perfectionẽ, qualis est habentiũ pauca in cõi, vt in quæst. probatum est.

Argumentum LXXIII. & LXXIV.

LXXIII. & IV. Arguitur sic. Ad Gal. 2. dicitur, q́ Petrus, & Ioannes dederunt Paulo, & Barnabæ dextras, tantum vt pauperũ Christi memores essent, vt .s. subuenirent Sanctis, qui erant in Hierusalem ex collectis gentium conuersarum, quia, sicut habetur 1. Cor. 16. in primitiua Ecclesia fiebant collectæ ad sustentandos Sanctos, qui
A erant in Hierusalem. Sed talis collecta fuisset superflua, & illicita, si Sancti illi bona tẽporalia habuissent in proprio, vel in cõi, vnde sibi prouidere potuissent, & debuissent. Ergo &c.

Solutio.

AD quæ duo simul dicendum est, quod Sancti, qui erant in Hierusalem, habebant pauca, quæ non sufficiebant eis, propter q́ indigebant collectis gentium conuersarum, quæ collectæ postquam dabantur eis, erant ipsorum, & habebant in eis ius, & dominiũ saltem in communi.

Argumentum LXXV

LXXV. Arguitur sic. Actuum 18. dr̃, q́ Paulus erat scenofactoriæ artis, & operabatur lucrando victum suum ex illa arte. q́
B non fuisset necessarium si habuisset in proprio, vel cõi diuitias, quia potuisset sibi prouidere de communibus facultatibus.

Et cõfirmatur, quia ipse hoc plus laudat, quã sumere de facultatibus ecclesię cõibus sicut ei licebat. Ergo status, qui ẽt cõmunia abijcit, videtur esse altissimus. Cõfirmatio.

Solutio.

AD quod dicendum est, q́ hoc, q́ Apostolus manibus laborauit, quãdoq; fuit necessitatis, quandoq; vero supererogationis. Necessitatis quidem, quando ab alijs victũ inuenire non poterat, vnde super illud 1. ad Cor. 4. [Laboramus operantes manibus nostris] dicit Glossa, quia nemo dat nobis; supererogationis autem, vt patet per idem, quod habetur 1. Cor. 9. vbi dicit Apostolus, quod non vsus est potestate, quam habebat viuendi de Euangelio. Hac autem
C supererogatione vtebatur Apostolus tribus de causis. Primo, quidẽ vt occasionẽ prædicandi auferret Pseudoapostolis, qui ꝑpter sola temporalia prædicabant, vnde dicit 2. ad Cor. 11. [Quod autem facio, & faciam, vt amputem occasionẽ eorũ &c.] Secũdo, ad euitandum grauamen eorũ, quibus prædicabat, vnde dicit 2. Cor. 12. [Quid est .n. q́ minus habuistis præceteris ecclesijs, nisi q́ ego ipse non grauaui vos?] Tertio, ad dãdum exẽplum operandi otiosis, vnde 2. ad Thessal. 3. dicit [Nocte, & die operãtes, &c. sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos] q́ tñ Apostolus non faciebat in locis, in quibus habebat facultatẽ quotidie prædicandi, sicut Athenis, vt Augustinus dicit in libro de Operibus Monachorũ. Et pręterea in his, quę lucrabatur, habebat aliquod ius, & dominium saltem
D in cõi cum alijs, vnde argumentũ est magis contra, quam pro.

Argumentum LXXVI. & LXXVII.

LXXVI. & LXXVII. Arguitur sic. 1. ad Cor. 6.

Cor. 6. dicitur, quod inter perfectos non habent locum iudicia secularia, sed vbicunque est dominium iuris ciuilis, ibi habent locũ iudicia secularia, cum talia dominia non sint data, nisi ad prosequendum, si necesse est tale iudicium, & ibidem dicitur, quod melius est iniuriam pati, quam talia iudicia prosequi, & de omni meliori potest esse votum. Ergo potest quis vouere nunquam tale iudicium prosequi, & tunc erit in statu tali, quod si res ab eo aufertur, iustè non potest eam repetere, talis autem dominus esse non potest, cum ciuilis dominatio fundet actionem iustam ad repetendũ. Ergo licitum est omni habenti dominium in communi, vel in proprio vouere, quod ipse non habeat, Sed votum non est, nisi de meliori. Ergo melius est non habere tale dominium, quam habere.

Solutio.

A D quæ duo simul responsum est supra in quæstione, in tertio puncto principali, & in solutione argumenti 22.

Argumentum LXXVIII.

LXXVIII. Arguitur sic. Iacobi 2. dicitur, quod Deus elegit pauperes in mundo, & diuites in fide. Sed nõ sunt pauperes simpliciter habentes aliquid in cõi, sed sm̃ quid tantum. Ergo tales non sunt electi ad statũ summæ perfectionis, quæ est Apostolica. Minor probatur, quia cũ paupertas sit circa carentiam bonorum exteriorum, sicut castitas circa carentiam delectationũ, sicut circa obiectum; non est dicendus pauper simpliciter, sed solum secundũ quid, carens bonis exterioribus; vno modo .s. in ꝓprio, & non carens, alio modo .s. in cõmuni; sicut non esset dicendus castus simpliciter carẽs delectationibus venereis vno modo, & non alio.

Solutio.

A D quod dicendum est, ꝙ Deus elegit pauperes paupertate virtuosa, & meritoria, qualis est habentium in cõi solum, & nihil in ꝓprio, qui dicendi sunt simpliciter pauperes, .i. simpliciter carentes in proprio, vt patet per p̃dicta in solutione argumenti 50. Nec est simile de castitate, & paupertate, vt declaratum est supra in solutione argumenti 35.

Argumentum LXXIX.

LXXIX. Arguitur sic. 1. Petri 2. dicitur Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere à carnalibus desiderijs, &c. Sed aduenæ, & peregrini in regionibus, in quibus peregrinantur non curant aliquid possidere in proprio, vel in cõi, nisi illa, quę possunt deferre ad patriã. Ergo cętera temporalia, ꝙ illuc trãsferre non valemus corũ dominium in terra nullatenus optare debemus.

A

Solutio.

A D quod dictum est supra in solutione 17. argumenti.

Argumentum LXXX.

LXXX. Arguitur sic. 1. Ioan. 2. dicitur Nolite diligere mundum, quoniam omne ꝙ est in mũdo, cõcupiscentia carnis est, &c. Ex quo dicto arguitur sic. Sicut castitas est contra luxuriam in voluptatibus; & humilitas contra superbiã in honoribus; sic paupertas est contra auaritiam in exterioribus. Sed summa castitas, & humilitas abijciunt à se quantum possunt omnem honorem, & voluptatem. Ergo dignissima paupertas summè abijcit omnem rem exteriorem.

B

Solutio.

A D quod responsum est supra in solutione argumenti 35.

Argumentum LXXXI.

LXXXI. Arguitur sic. Apoc. 2. scribitur Angelo .i. Episcopo Smyrnæ Ecclesiæ, scio tribulationem tuam, & paupertatẽ tuam, sed diues es, & blasphemaris ab his, qui se dicũt Iudęos esse, & non sunt, sed sũt Synagoga satanæ. Nihil horum timeas, quæ passurus es, ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tẽtemini, & habebitis tribulationem diebus decem, &c. Hæc verba præsenti tẽpore congrua à Spiritu sancto fore prolata, & ipso inspirante conscripta pro tempore imminente credẽdenda sunt, adaptabis ergo ipsa, sicut voles, & scies.

C

Solutio.

A D quod non oportet respondere, quia nihil ꝓbat, sed exponit Apocalypsim, sicut placet sibi, peruertendo, & impingendo in summũ Pontificẽ persequentẽ assertores, & defensores p̃dictæ falsę doctrinæ; de quibus põt intelligi esse dictum per Spiritũ sanctũ Angelo Ephesi .i. Ep̃o Ecclesiæ Romanę Apoc. 2. Scio opera tua, & laborẽ tuũ, & patiẽtiã tuã, et quia nõ potes sustinere malos, & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & nõ sunt, & inuenisti eos mendaces. Et sic prædicta 81. argumenta, quæ vocantur à facientibus fundamenta, non sunt efficacia, sed friuola, & per consequens talis falsa doctrina, quæ super eis fundatur.

D

Alij, et Magistri arguunt ad idem multipliciter. Primo sic, & est in ordine arg. 82.

Argumentum LXXXII.

Paupertas Christi fuit excedens limites huma-

humanæ naturæ, & maior quam brutorum secundum illud Matthæi 8. [Vulpes foueas habent, &c.] Sed non fuisset talis si habuisset dominium rerũ exteriorum. Ergo &c.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod paupertas Christi excessit limites humanæ naturę, idest paupertatem omnium hominum; quantum ad rationem virtutis, & meriti, nõ autem quantum ad rationem paupertatis, vt supra declaratum est, & probatum in quæstione in primo puncto circa finem. Excessit etiam paupertatem brutorum quantum ad duo. Primo, quia res exteriores nunquam sumpsit ad superfluitatem, quod non est verum de brutis. Secundo, quia bruta stant per aliquod magnum tempus, quandoque in certo domicilio non autem Christus, qui quotidie discurrebat de loco ad locum prædicando, & hoc vult dicere in illis verbis. Vulpes foueas habent, &c. Sed bruta non sunt capacia dominij, sicut est homo, qui si potest vti, & alienare rem exteriorem, sicut poterant Christus, & Apostoli, est vere dominus talis rei, vt in quæstione probatum, & declaratum est.

Argumentum LXXXIII.

LXXXIII. Arguitur sic. Magnitudo effectus arguit magnitudinem causæ: sed plus est amore Christi abijcere vtrumq; dominium, s. in proprio, & in communi, quam abijcere primum tantũ. Ergo primum arguit maiorẽ charitatẽ, in qua est spiritualis perfectio (secundum illud ad Colos. 3. Super omnia charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis) quam secundum.

Cõfirmatio. Et confirmatur ratio, quia amor habet rationẽ nexus ex effectu vnionis, seu inhęsionis; ex quo ꝓuenit, quod homo dimittit propria, & eligit habere cõia cum dilectis, sicut & habet affectum communem cum eis, habet ẽt amor rõnem exitus, & excessus ex effectu ecstasis, sm̃ Dionysium 4. cap. de Diuinis nominib. ex quo prouenit, ꝙ quis nec in proprio aliquid habeat, nec in communi, quia qui sic propter Christũ amatũ extra se ponitur cuncta propter eius dilectionẽ spernit, & dimittit, sm̃ illud Cant. vlt. Si dederit hõ oẽm substantiã domus suę ꝓ dilectione &c. Sed perfectior effectus est ecstasis, quã vnio, vel inhęsio, & perfectior est amor, qui est excessus, & exitus, quam amor, qui est nexus. Ergo &c.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod maior est vera de effectibus homogeneis, qui sunt eiusdem speciei, cum causis, tunc .n. quantũ causa excedit causã, tãtum effectus excedit effectum, sicut patet de duobus hominibus genito, & generante, & de duobus equis; nõ aũt est verum in alijs, sed duo effectus, quorum vnus est perfectior alio, sunt ab eadem A causa, sicut in naturalibus animal, & planta ab eadem virtute Solis, & in moralibus ab eodẽ habitu virtutis, & æquè intenso eliciũtur diuersis temporibus duo actus virtuosi, intensus, & remissus; põt ẽt effectus minus perfectus esse à causa magis perfecta, & è cõuerso, sicut in naturalibus perfectior res est homo genitus ab homine, quam materia prima, quæ est effectus solius Dei, & in moralibus, maior abstinentia fuit B. Ioãnis, quã Christi, sm̃ illud Matth. 11. [Venit Ioãnes non manducans, neq; bibens, &c.] & similiter dicẽndum est in proposito, quod ex æquali, vel maiori amore Christi procedit, quãtum est ex se, ꝙ aliquis abijciat dñium in singulari rerũ exteriorum, ꝙ est ꝓprietas, & non in cõi cum alijs suæ religionis, & ꝙ aliquis abijciat vtrumq; dñium .s. in singulari, & in cõi, quia, vt supra probatũ est, B habere dñium in cõi non minuit, sed auget amorẽ Dei, & diuinorum, seu spiritualium.

Ad cõfirmationem. Et ad confirmationem rationis dicendũ, ꝙ idem amor, & æquè intensus est nexus, & exitus, & excessus, ꝙ non est sic intelligendũ, quasi amor sit aliquod prædictorũ realiter acceptum, sed prædicta verificãtur de amore rõne obiecti, ꝙ est bonũ, ꝙ quis amat amico, dicitur .n. amor nexus, & vnio, quia per amorem amans vult eadẽ amico, quę sibi, dicitur ẽt exitus, quia amãs vult bonũ amico, qui est extra amãtẽ, & eadẽ rõne dicitur excessus, quia amans excedit se in volendo bonum, quia vult bonum nõ solũ sibi, sed alteri, & sic ẽt dicitur facere ecstasim, quia facit velle bonum alicui, qui est extra amantem; diligens ẽt Deum debet omnem substantiã suã dare pro dilectione, & despicere à se eã abijciendo, quo ad doC minium in proprio, non quo ad dñiũ in cõi, quod in nullo minuit talem dilectionem: vt supra probatũ est in quæst. in primo pũcto.

Argumentum LXXXIV.

LXXXIV. Arguitur sic. Quanto quis magis recedit ab vno cõtrariorũ, tãto magis accedit ad aliud. Sed amor Dei, & amor tẽporalium contrariantur, à quo magis recedit abijciens dñium omne, ẽt in cõi, quã tale dñium sibi retinens. Ergo idẽ ꝙ prius.

Solutio.

AD quod dicendum est, ꝙ amare temporalia vt finẽ, vel non in ordine ad spiritualia contrariatur amori Dei. Sed amare tẽporalia in ordine ad Deum, & diuina, seu spiritualia non cõtrariatur amori Dei; sicut nec amor eius, ꝙ est ad finẽ contrariatur D amori finis, nec notitia conlusionũ contrariatur notitiæ principiorũ: amare aũt cõitati religionis dñium proportionatorum sustẽtationi vitæ est amare temporalia in ordine ad spiritualia, vt supra declaratũ est; & ideo talis amor non diminuit amorem Dei.

Argumentum LXXXV.

LXXXV. Arguitur sic. Quod distrahit A mentem à tendentia in Deum, minuit amorem Dei. Sed temporalia, quia alliciunt ad se animum, distrahunt à tendentia in Deum. Ergo &c.

Cõfirmatio. Et confirmatur ratio, quia bonum commune non minus, imò magis ad se allicit animum, quam bonum priuatum. Ergo habere dominium in communi temporalium distrahit animum à tendentia in Deũ, & diminuit amorem Dei.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod amare temporalia non in ordine ad Deum, & diuina, distrahit mentem ab amore Dei, & per consequens diminuit talem amorem. Sed amare ea in ordine ad Deum, & ad diuina, nec distrahit ab amore Dei, nec talem amorem diminuit, quia vbi vnum propter alterum, vtrobiq; vnum; talis autem amor est, quo amatur dominium in communi aliquorum moderatorum communitati Religionis.

Vel dicendum, quod impossibile est in vita præsenti hominem ad temporalia non distrahi propter corpus, quod corrumpitur, & aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitãtem, vt dicitur Sapientiæ 9. Sed æqualis distractio est non habẽtium dominium in communi, habentium tamen res exteriores; & conseruantium, & consumentium, & habentium dominium in communi. Et maior est distractio mentis tales res quotidie acquirentium, quam sit procurantium certo tempore pro toto anno, vel pro alio magno tempore, sicut de sollicitudine declaratum est, & probatum in quæstione in primo puncto.

Ad cõfirmationem. Et ad confirmationem rationis dicendum, quod bonum commune Religionis allicit animum ad sui amorem virtuosum, & charitatiuum, secundum illud Augustini in Regula [Charitas de qua scriptum est, (scilicet prima ad Corinthios cap. 13.) quod non quærit quæ sua sunt, sic intelligitur, quia communia proprijs, non propria communibus anteponit.] Hæc etiam confirmatio in omnem euentum concludit falsum, scilicet, quod minoris perfectionis sit habere exteriora bona quo ad dominiũ in communi, sicut habent Religiosi, quam quo ad dominium in singulari, seu proprietatem, sicut habent seculares.

Argumentum LXXXVI.

LXXXVI. Arguitur sic. Multiplicato vno oppositorum, & eius causa, diminuitur aliud. Sed diuitiæ, quæ causantur ex appositione temporalium, & paupertas, quæ causatur ex eorum subtractione contrariantur. Ergo habitio temporalium quo ad dominium in communi, auget diuitias, & minuit paupertatem, & per cõsequens perfectionem Religionis, quæ consistit in tribus votis, .s. castitatis, paupertatis, & obedientiæ.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod perfectio Religionis consistit in paupertate virtuosa, & meritoria, carere autem dominio in communi, licet sit maioris paupertatis, non tamen est paupertatis magis meritorię, & virtuosæ, vt supra declaratum est in quęstione, in primo puncto.

Argumentum LXXXVII.

B LXXXVII. Arguitur sic. Conditiones, quæ repugnant paupertati, diminuunt de eius perfectione, quia vt prædictum est, paupertas pertinet ad perfectionem Religionis. Sed dominium in communi habet quatuor conditiones repugnãtes paupertati, scilicet, habere ius in talibus rebus saltem in communi, & habere bona magna, & multis sufficientia, & habere bona vtilia, quæ distinguuntur à bonis honestis, & habere bona permanentia, bona enim communia non sunt minora, vel minus multis sufficientia, vel minus vtilia, vel minus permanentia, quam bona propria.

Solutio.

AD quod dicendum est, sicut ad præcedens immediatè, scilicet, quod conditiones repugnantes paupertati virtuosæ, & C meritoriæ, vt est virtuosa, & meritoria diminuunt de eius perfectione. Sed conditiones repugnantes paupertati, vt paupertas est, si non diminuunt de eius merito, & virtuositate non diminuunt de eius perfectione; habere autem dominium in communi, et prædictæ quatuor conditiones ad ipsum pertinentes licet diminuant de ratione paupertatis, non tamen diminuunt de ratione meriti, & virtutis; & ideo non diminuunt de eius perfectione.

Argumentum LXXXVIII.

LXXXVIII. Arguitur sic, Perfectorum est omnia relinquere, secundum illud, quod dicitur de Apostolis Matthæi 4. [Relictis omnibus sequuti sunt eum.] Sed habentes possessiones communes non D relinquunt omnia. Ergo &c.

Et confirmatur ratio, quia processus non virtuosus, nec seriosus, sed magis onerosus, & sibi contrarius videtur diminuere perfectionem, sed primo omnia relinquere, & postea possessiones commu- Cõfirmatio.

nes

nes habere, videtur pertinere ad processum non virtuosum, quia omnia relinquere videtur esse arduum, & virtuosum, non autem possessiones communes habere, nec seriosum, quia relinquere omnia est mittere manum ad aratrum: sed habere communes possessiones est respicere retro, cótra doctrinam Christi, Lucæ 9. videtur etiã esse onerosum illis, à quibus necessaria petuntur, quod primo relinquant omnia sua, & postea petantur, quæ multis debeãt sufficere, cum tamẽ iugum Christi sit suaue, & onus leue, vt dicitur Matth. cap. 11. videtur etiam sic faciens esse sibi cõtrarius, quia primo propria vendidit, secundo aliena petit, item primo pauperibus dat, secũdo recipit; item primo nihil habet, secundo habet possessiones licet in communi cũ alijs. Ergo &c.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod perfectorum est omnia relinquere quo ad proprietatem in singulari, non autem quo ad dominium in communi, quod nihil diminuit de spirituali perfectione, vt probatum est in quæstione, vnde Prosper in lib. de Vita contemplatiua. Nemo perfectius erogauit eo, qui nihil sibi ex proprio perfectionis intentione reliquit.

Ad cõfirmationem Per quod patet responsio ad confirmationem, quia habere possessiones communes in Religiosis non minuit de arduitate virtuosa, nec pertinet ad respicere retro, cũ non sit vitiosum, nec minus virtuosũ, quã carere ipsis, vt patet per prædicta, nec est onerosum fidelibus Christi dare aliqua pauca téporalia pro sustentatione vitæ dantibus eis spiritualia.

Et præterea non magis est onerosum fidelibus dare habentibus dominium in communi eorum, quæ dantur eis, quàm non habentibus, cum secundi sic consumãt alia, sicut primi, vnde istud est sic contra secundos, sicut contra primos. Nec est aliqua contrarietas in facto talium, quia primo omnia vendere, & pauperibus dare, & nihil habere quo ad proprietatem in singulari ex vna parte, ex alia parte petere ab alijs pro sustentatione vitæ, & recipere, & habere possessiones in communi cum alijs non sunt contraria.

Argumentum LXXXIX.

LXXXIX. Arguitur sic, Possessa communiter aut sunt omnium per indiuisum, & sic non posset pars dari alicui sine præiudicio cæterorum, quia diuidi non debent, aut sunt singulorum, & tunc debent diuidi æqualiter inter omnes; nec possent diuidi inæqualiter sine iniustitia, contra illud Actuum 4. Diuidebatur vnicuique,

A sicut cuiq; opus erat, & simile est in Regula B. Augustini circa principium.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod argumẽtum in omnem euentum concludit falsum, & contra textũ allegatum Actuum c. 4. & contra Regulam Beati Augustini, & contra multos Canones supra in diuersis locis allegatos, qui habentur 12. quæst. 1. quasi per totam. Nec aliqua Ecclesia secundum hoc argumentum haberet aliqua bona communia, nec aliquod Monasterium. Dicendum ergo ad argumẽtum, quod bona communia alicuius Monasterij, vel Ecclesiæ non sunt omnium, vel singulorum Monasterij, vel Ecclesiæ, sed sunt communitatis Monasterij, vel Ecclesiæ; vnde dicitur 12. quæst. 1. Expedit facultates eccle-
B siæ possideri, & 16. quæst. 3. cap. Inter memoratos. Ecclesiæ cuius est ius retentionis, idest, possessio sit æternum dominium. Vbi exprimitur, quod Ecclesia habet possessionem, & dominium rerum Ecclesiasticarum, sicut & vniuersitas alicuius ciuitatis dicitur habere dominium bonorum communium suorum.

Vel dicendum, quod alia bona sunt omnium per indiuisum de facto, quæ tamen possunt diuidi per Prælatum, tanquam per dispensatorem talium bonorum sunt etiam singulorum, non vt sunt singulares personæ, sed vt sunt partes talis communitatis, & vt sic habent ius in talibus bonis, non quidem secundum partes æquales, sed secundum quod Prælatus communitatis iudicauerit talibus expedire.

C *Argumentum* XC.

XC. Arguitur sic. Habentes primum gradum diuitiarum non sunt perfecte pauperes. Sed tales sunt habentes dominium in communi aliquorum bonorum. Ergo &c.

Solutio

AD quod dicendum est per interemptionem minoris, habentes enim bona communia nullum gradum diuitiarum habẽt, sed sunt perfectè pauperes, quia, vt prædictum est, talia bona sunt communitatis, & non sunt alicuius ipsorum de communitate, vnde Hieronymus dicit in Epistola ad Nepotianum, [Qui tantum bonis Ecclesiæ vtitur, nihil habet præter Christum.]
D Item Prosper [Qui tantum de bonis Christi contemnendo omnem proprietatem viuit, nihil in hoc seculo habere quærit, quia hoc est possidendo cótemnere, non sibi sed alijs possidere.]

Argu-

Argumentum XCI.

XCI. Arguitur sic. Augustinus ait in libro 10. Confessionum cap. 29. cum Deo loquens, Minus.n. te amat qui tecum aliquid amat, quod nôn propter te amat. Sed temporalia per se, & de se non ordinantur in Deum. Sed magis in contrarium. Ergo minus diligit Deum, qui cum Deo ea diligit, dato ét, quod ea diligat propter Deum.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod diligere communitati religionis, secũdum quod talis communitas est, aliqua temporalia, est diligere ea in ordine ad spiritualia religionis, & diuina; vnde sicut non minuit amorem Dei diligere diuina communitati religionis, sic nec diligere temporalia, quia vbi vnũ propter alterũ, vtrobiq; vnũ; sed diligens temporalia sibi in singulari, quo ad proprietatem, scilicet, minus diligit Deum quantum est ex se, quam ea sic non diligens, quia quo ad proprietatem in singulari potest quis diligere ea virtuose, & vitiose, & propter pronitatem ad malum, & difficultatem ad bonum plures diligunt ea vitiose, quam virtuose, vnde ex magno amore Dei procedit, quod homo abdicando ea quo ad proprietatem in singulari ponat se in tuto, ne talia temporalia abducant eum, seu retrahãt ab amore Dei.

Argumentum XCII.

XCII. Arguitur sic. Perfectio spiritualis est in charitate. Sed Sanctus Thomas in 2. 2. quæst. 185. art. 3. dicit, & probat per Augustinum, & Chrysostomum, quod res habitæ, & possessæ magis alliciunt animum ad sui amorem, quam non habitæ, & per consequens minuunt amorem Dei, quia secundum Augustinum in libro 83. quæstionum quast. 36. Augmentum cupiditatis est diminutio charitatis. Ergo &c.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod cupiditas, cuius augmentum est diminutio charitatis, est amor inordinatus, vel non virtuosus temporaliũ, sed amare tẽporalia cõitati religionis est virtuosũ, & meritoriũ, vt supra probatũ est, & ideo nõ minuit charitatẽ

Argumentum XCIII.

XCIII. Arguitur sic. Sicut se habet animal ad hominem in communi, & hominem in singulari, sic se videtur habere res possessa alicuius Monasterij ad communitatem illius Monasterij, & ad aliquẽ singularem de illa communitate. Sed animal eadem ratione dicitur de homine in
A communi, & de homine aliquo singulari. Ergo res possessa eadem ratione est communitatis Monasterij, & alicuius in singulari de illa communitate. Sed communitatis est quo ad dominium. Ergo & singularis personæ est quo ad dominium saltẽ illa pars, quæ eius vsui applicatur, quod derogat perfectioni religionis.

Solutio.

AD quod dicendum est per interemptionem maioris. Non enim communitas Monasterij, & aliqua persona singularis ipsius se habent, sicut homo in communi, & Petrus, quia homo in cõmuni prædicatur de Petro. Sed communitas Monasterij non prædicatur de persona singulari ipsius, & ex hoc prouenit, quod quicquid
B prædicatur de homine, prædicatur de Petro, aliquid tamen est quo ad dominium communitatis Monasterij, quod non est quo ad dominium alicuius personæ singularis, nec secundum se totum, nec secundum aliquam eius partem, sed secundum partem est eius solum quo ad vsum, sicut plateæ, & similia, sic sunt communitatis ciuitatis quo ad dominium, quæ hoc modo non sunt alicuius singularis personæ de ciuitate, sed sunt eius solum quo ad vsum.

Et præterea, aliquod prædicatum dicitur de homine in cõmuni, vt species, quod non dicitur de Petro, quia esse speciem conuenit homini in sua communitate accepto: secundum quam distinguitur à Petro, & similiter habere dominium rerum possessarum conuenit communitati Monasterij, & non conuenit alicui singulari
C personæ de tali communitate.

Argumentum XCIV.

XCIV. Arguitur sic. Idem iudicium est de re antequam applicetur vsui, & postea, quia vsus est finis rei possessæ, & ea, quæ sunt ad finem sumunt rationem à fine, sed rei possessæ habetur dominium antequam applicetur vsui. Ergo & postquam applicatur vsui, habetur eius dominium, & non nisi ab utente, qui est singularis persona. Ergo idem quod prius.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod si res dum applicatur vsui, non consumitur, vt vestis, & similia, dominium talis rei residet
D penes cõitatẽ ante, & postquã vsui applicatur: sed si res cũ vsui applicatur, cõsumitur, quia vsus rei est eius consũptio, sicut est de cibo, potu, & huiusmodi; talis rei, quæ desinit, dominium non est penes aliquem, sed antequam desinat, est dominium penes

com-

communitatem, & penes illum, cui concedit vtramque rem Prælatus communitatis, postquam ei sic concedit, est etiam dominium vtriusque talis rei, non tamen vt est singularis persona, sed & est pars talis communitatis, quod patet ex hoc, quod etiam, vt est sic pars, concedit ei talem rem Prælatus suus, nec est simile de tali re, cuius vsus est consumptio, ante, & post quã vsui applicatur, quia ante est talis res potẽs cedere in vsum hominis, postea autem desinit esse talis.

Argumentum XCV.

XCV. Arguitur sic. Proprietas dicitur à prope. Sed cum res vsui applicatur, est magis prope, quam ante, & ante proprietas talis rei erat alicuius. Ergo & postea, sed non nisi singularis personæ vtẽtis. Ergo idem quod prius.

Solutio.

AD quod dicendum est, quod dominium differt à proprietate, quia proprietas dicit dominium alicuius singularis personæ. Sed dominium dicitur communiter de dominio, quod habet singularis persona, & quod habet aliqua communitas, quo supposito dicendum ad argumentum, sicut ad immediatè præcedens, quod rei possessę à Monasterio, stante natura talis rei, ante, & postquam vsui applicatur, non quidem proprietas, sed dominium est penes communitatem Monasterij, & penes illum, cui Prælatus Monasterij concedit ad vtendum, non tamen est eius, vt est singularis persona: sed vt est pars talis communitatis, cui etiam vt sic talis res conceditur à tali Prælato; sed si talis res desinit esse vtilis, iam non est in dominio alicuius.

Argumentum XCVI.

XCVI. Arguitur sic. Quod compatitur se cum imperfectiori, & non potest se compati cum meliori sine eius imperfectione, est diminutiuum perfectionis. Sed vsus est melior re possessa, & dominium in communi stat cum re possessa, non autem stat cum vsu, nisi in imperfectis, hoc est in non religiosis. Ergo dominium in communi est diminutiuum perfectionis.

Solutio.

AD quod dicendum est, sicut ad duo immediate præcedentia per interemptionem minoris; dominium enim in communi rei possessæ alicuius Monasterij stat in eadem persona, quæ est pars talis Monasterij cum vsu talis rei, modo exposito. Communitas enim Monasterij habet dominium rerum à se possessarum ante, &
A postquam talis res vsui applicatur, & idem dominium habet Monachus, cui talis res conceditur à Prælato secundum quod est pars communitatis Monasterij, si tales res sunt permanentes, si autem desinunt iam non sunt in dominio alicuius.

Argumentum XCVII.

XCVII. Arguitur sic. Omnimoda nuditas facit ad perfectionem. Sed carentia omnis dominij in proprio, & in communi pertinet ad omnimodam nuditatem. Ergo &c. Minor supponitur. Maior probatur, quia illud, quod reddit hominem expeditiorem ad luctam contra diabolum, & mundum, pertinet ad perfectionem. Sed nuditas est huiusmodi, dicit enim Hieronymus in Epistola ad Rusticum Mona-
B chum [Nudum Christum nudus sequere,] & Gregorius in homilia 32. super illud Matthęi 16. Si quis vult venire post me &c. dicit quod [Nos nudi cum nudo dæmone luctari debemus.] Ergo &c.

Solutio.

AD quod dicendum est per interemptionem minoris. Nihil enim habens in proprio, etiam si habeat in communi, dicitur perfectè nudus, non solum Religiosus, sed etiam secularis, & sic vocatur à Hieronymo in Epistola ad Nepotianum, & habetur 12. quæst. 1. cap. Clericus [Si altari seruiens de altaris oblatione sustentor, nudam crucem, nudus sequar] & licet nuditas carentium dominio in communi sit maior, non tamen est magis meritoria,
C seu virtuosa, vt supra probatum est.

Argumentum XCVIII.

XCVIII. Arguitur sic. Quod est magis arduum, est magis virtuosum. Sed abdicare vtrumque dominium, scilicet, in proprio, & in communi est magis arduum quam abdicare primum solum. Ergo &c.

Solutio

AD quod dicendum est per interemptionem maioris, non enim omne arduum seu difficile est virtuosum, sed solum bonum: virtus enim est circa bonum, & difficile, seu arduum; & vniuersaliter non omne difficilius est virtuosius; sed illud, quod est melius, sicut in proposito abdica-
D re vsum rerum exteriorum est difficilius, quam non abdicare, nec tamen est virtuosius, quia non est melius. Supra autem probatum est, quod non est virtuosius, nec melius, seu perfectius carere dominio in communi, quam habere. Iidem Magistri

præter

præter prædicta 17. vltima argumenta; faciunt tria alia, scilicet, sextumdecimum, & vigesimumsecundum, & trigesimum quintum superius posita, propter quod superfluum fuisset ea replicare.

Et hæc de hac quæstione, & alijs disputatis ad Dei laudem, Beatissimæ Virginis Mariæ, & S. P. N. Dominici, & D. Thomæ Aquinatis.

F I N I S.

Hoc opus Theologicum Scholasticum Quadragintaduarum Quæstionum Magistri Ioannis de Neapoli prælo dignum est.
Mag. Cornelius Tiroboscus Præd.Ord.Cur.Archiep.Theolog.

Aloysius Riccius Canonicus Deputatus vidit.

Imprimatur. Alexander Boschius Vic. Gen. Neap.

N E A P O L I. In Ædibus Regalibus Sancti Dominici, Per Constantinum Vitalem. M. DC. XVIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

POST huius Operis impressionem incidit in manus nostras Opus de Reformatione Religiosorum Fr. Ioannis Nider Ord. Præd. Theologi eximij. Cuius summa fuit habita ratio in Concil. Constantiensi, & Basileensi, bis legationis titulo ad Boemos insigniti, anno Domini 1431. in cuius operis lib. 1. cap. 2. dub. 1. citat Ioannem de Neapoli. Ponens enim dubium. An inducens aliquem ad intrandum deformatam religionem peccet mortaliter, subdit. *Hanc quæstionem mouet Ioannes de Neapoli Ordinis Prædicatorum in vtroq; iure Magnus, libro suo de Quæstionibus Statum Religiosorũ concernentibus p. 2. q. 31.* & sæpissime citat eundem in dicto libro, ita vt nihil pene determinare videatur absque eius doctrina

Ex quo Auctore clarè colligimus Fr. Ioannem nostrum, etiam librum de Quæstionibus regularibus conscripsisse, & in plures partes esse diuisum, quare precamur Patres Belgicos, quorum studio impressa sunt opera Fr. Ioannis Nider, Antuerpiæ, vt de hoc libro, an reperiatur, certiores faciant, vt cum alijs operibus imprimi possit.

F. ANDREAS COPPOLA

STABIENSIS ORD. PRÆD.

Impressionis Præfectus.

Lectori

IN tui obsequium studiose Lector hoc opus ab iniuria tẽporum, & tineis vindicatum, suo candori multo labore restitutũ typis excusum est: pauca obrepserunt, interdum in aliquibus, interdum in omnibus folijs, quæ ex impressionis necessitate vitare nõ potuimus; ea igitur, quæ correctione digna visa sunt, proponimus. Cætera, quæ præuidere non potuit nostra diligentia, æquus veri cẽsor excusa, & ingenio, & ætati veniã da, & ex doctrina tam certa, & solida doctior, & acutior esto.

ERRATORVM CORRECTIO.

fol.	col.	vers.	
9.	1.	15.	duplex lumen.
9.	1.	22.	in Beatis duplex lumen
9.	1.	28.	& aliud in ipso
13.	1.	1.	& cuius vt obiecti
13.	1.	2.	& cuius vt fruentis
13.	1.	39.	sed non omnia
13.	1.	53.	respectu alicuius
16.	2.	36.	cogitatione venerea
21.	1.	33.	sine aliquo
21.	2.	53.	corporis
46.	1.	57.	maioris
51.	1.	41.	contemptum
65.	2.	5.	non potest
89.	1.	10.	per factum esse
93.	1.	52.	coaceruationem
114.	1.	5.	vltimior, sed eius nobilior
115.	2.	23.	per correspondentiam
119.	2.	18.	intellectus enim
131.	2.	25.	voluntas ergo
207.	1.	5.	& non opus conseruationis
207.	1.	6.	vt vlterius non conseruetur
324.	2.	20.	licitum
327.	2.	12.	quam fidelis extraneus
330.	2.	29.	sed fideles
332.	1.	24.	aliquis vnus
385.	2.	38.	vitiosis

INDEX

RERVM NOTABILIVM

Prior numerus paginam, secundus columnam designat

A

Abdicatio

ABDICATIO rerum duplex. 367. 1. a

Absolutum

Absolutum minus dependet à respectiuo, quam ab alio absoluto proprie loquendo, põt iñ esse maior, & magis necessaria connexio inter aliquod absolutum, & aliquod respectiuum, quã inter duo absoluta. 66. 1. a

Accidens

Accidens habet proprium esse distinctum ab esse subiecti. 37. 1. a

Accidens à substantia dependet, qua destructa & ipsu destruitur 126. 2. d

Accidens sine subiecto naturaliter esse nõ põt. 127. 1. a

Accidens idem numero, nec simul, nec successiue põt esse in agente, & passo ibid. c

Actio

Actio potest ad tria comparari 130. 1. a

Actio creaturæ, quæ est actio Dei, propter ordinem, quem statuit obseruandum in vniuerso, quandoque non assequitur suum finem 131. 2. d

Actio, passio, & effectus idem sunt re absoluta, idest, ipse effectus agentis 206. 2. c

Actio sicut principalius tribuitur principali agenti, quam instrumento, ita principalius tribuitur primo principio quo, quod est forma substantialis; quam secundario, quod est forma accidentalis 225. 1. b

Actio, qua ignis inferni agit in animam, quomodo dicenda sit actio realis 290. 2. a

Actio non est suppositi, nisi secundum aliquam naturam 301. 2. b

Actio absoluta, quæ est Incarnatio, est terminata ad terminum absolutum, idest, naturam assumptam non simpliciter, sed vt vnitam verbo 307. 2. a

Actionis omnis principium est aliqua forma, non è conuerso, oĩs forma est principium actionis. 217. 2. b

Actus

Actus virtuosus inest potentiæ mediatè, habitus vero immediatè 9. 2. b

Actus virtuosi habent repugnantiam ad habitus vitiosos acquisitos ibid. c

Actus est simpliciter perfectior habitu, & potentia. folio 10. 2. c

Actus charitatis est aliquid creatum subiectiuè inhærens voluntati 2. 2. c

Actus prudentiæ acquisitæ remanere potest in anima separata, vel saltem in anima reassumpto corpore folio 4. 1. a

Actus cuius habemus dominium sumus aliquo modo causa, vnde amoris meritorij nos habemus dominium ibid. c

Actus est perfectior habitu absolutè, & simpliciter; licet è contra habitus est perfectior actu quantum ad permanentiam 10. 2. a

Actus rectus, & actus reflexus non sunt vnus actus. folio 10. 1. c

Actus actiuorum fiunt in patiẽte, & disposito. 36. 1. a 142. 1. a

Actus disponens ad perfectam charitatem, disponit ad eam immediatè 55. 2. d

Actus intellectus quo considerat prima principia potest impedire moltos alios actus aliarum potentiarum 65. 1. b

Actus volũtatis est amare, vel ipsũ supponit. 118. 1. b

Actus scientiæ remanet in patria 3. 2. c

Actus indifferens non datur in singulari, quin sit bonus, vel malus 329. 1. b

Actus, & potentia actiua quomodo est in materia, explicatur. 142. 1. b

Actus nomẽ est magis commune, quam nomen formæ, sicut natura sensitiua, est magis communis, quam natura rationalis 217. 1. c

Actus primus est primus simpliciter, respectu omniũ actuum, & ideo ab omnibus actibus potest participari. 218. 2. b

Actus est in eo, cuius est actus 238. 2. c

Actus bonus ex genere, nec est meritorius vitæ æternæ, nec demeritorius, siue peccatum 329. 1. b

Actum, vel formam in indiuisibili essentia consistere, quomodo intelligatur 90. 2. a

Actuum humanorum multiplex genus 227. per tot.

Agens

Agens primum non est nisi vnum, fines vltimi poßũt esse plures 130. 2. c

Agens à natura agit secundum totam suam virtutem, agens aũt voluntarium semper agit secundum suam virtutem 131. 2. a

Agens particulare non corrumpit suum effectum, licet agens vniuersale. Explicatur ibid. c

Agens naturale non largitur materiæ multitudinem. folio 140. 2. c

Agens aliquod non potest esse alicubi de nouo, si illud in quo aliquid de nouo est, de nouo inciperet esse. folio 195. 2. d

Agens duplex principale, & instrumentale, instrumẽtale duplex necessitatis, & congruitatis. 286 2. b

Agens principale præstantius est suo effectu non autẽ agens instrumentale 290. 1. a

Agentium duorum subordinatorũ, si vnus sit effectus realis, vna erit, & actio vtriusq; quantum ad absolutum quod importat vtraq; actio 256. 2. c

Agere

Agere conuenit alicui ratione actus, pati vero ratione potentiæ 128. 1. d

Agere non potest aliquis in seipsum 129. 1. b
Agere naturaliter, vel ex electione propriè conuenit agenti principali non agenti instrumētali. 289. 1. c

Amor

Amor concupiscentiæ qualis 66. 2. a
Amor duplex amicitiæ, & concupiscentiæ 70. 1. a
Amor transformat amantem in amatum metaphoricè. folio 122. 1. c
Amor, & Verbum in diuinis habent inter se ordinem originis 118. 1. b
Amor Dei in via est in potestate credentis, fruitio aūt in Patria non est in potestate Deū videntis. 76. 1. a
Amore amicitiæ aliquid diligitur, vel ex parte obiecti vel ex parte actus 70. 1. c
Amor eorum, quæ sunt necessaria ad finē, non minuit, sed auget amorem finis 359. 2. b

Amare

Amare spiritualia alteri præcipuè communitati, auget amorem quo quis spiritualia amat sibi. 361. 1. b

Angelus

Angelus est pars vniuersi incorporei, siue vniuersi simpliciter, quod comprehendit omnia corporea. folio 194. 1. b
Angelus eo ipso, quod agit in passum dicitur esse ibi præsens ibid. b
Angelus continetur, & terminatur à loco corporeo ratione suæ operationis, ibid. c
Angelus nedum dicitur esse in loco per suam operationem circa aliquod corpus, sed etiam è conuerso, per operationem corporis in ipsum 194. 2. a
Angelus si nullam operationem habeat circa locum, dicitur esse in illo magis per adaptationem, quam secundum virtutem ibid. b
Angelus, & anima dum ex Damasceno dicuntur materiales, intelligendum est per comparationem ad Deum 216. 2. c
Angeli primum peccatum non præcessit error propriè loquendo, aut ignorantia, sed inconsideratio. 77. 2. a
Angeli inconsideratio, quæ peccatum præcessit fuit culpabilis ibid. a
Angeli affectio mensuratur nunc temporis discreti 282. 1. c
Angeli intellectio, qua intelligit propriam essentiam mensuratur æuo ibidem
Angel. vnius intellectionis successio ad aliam mensuratur tempore 282. 2. a
Angeli sunt compositi ex genere, & differentia, & sententia opposita refellitur. 316. 2. per tot. 317. per totum
Angeli, vel totaliter sciūtur, vel totaliter ignorantur. folio 318. 1. a
Angeli non sunt compositi ex materia, & forma. 318. 2. c. 319. 1. per totum
In Angelis differunt conceptus speciei, & differētiæ. folio 318. 2. b
In Angelis non sumitur genus ab essentia, vt absolutè accipitur, & vt potentia quædam respectu accidentium, differentia autem ab eadem essentia, vt ab ipsa fluunt determinatæ proprietates determinati gradus perfectionis 319. 2. c. d
In Angelis non sumitur genus ab essentia eorū, vt est potentialis respectu superioris, & differentia ab eadem essentia, vt actualis respectū inferioris. 320. 1. b. c. d.
In Angelis genus sumitur ab essentia Angeli indeterminatè accepta, differentia autem à determinato gradu perfectionis eiusdem essentiæ 320. 2. b
Angeli essentia non est actus purus, sicut Deus, & per consequens est in genere 322. 1. b

Anima

Anima Christi dabat ipsi aliquod esse creatum, quod erat subsistentiæ quantum ad rem, sed inexistentiæ quantum ad modum 83. 2. c
Anima intellectiua sola inter omnes formas naturales dicitur esse ab extra 139. 1. a
Anima humana non est composita ex materia, & forma 211. 2. b. 212. per tot. 213. per tot.
Anima est in toto corpore, & in qualibet eius parte folio 238. 2. c
Anima est vna secundum essentiam, multiplex virtute 245. 2. a
Anima humana non est composita ex genere, & differentia, non propter sui simplicitatem, sed quia non habet rationem perfectæ speciei 321. 2. b
Anima decedens cum gratia Dei habet voluntatem perfectè subiectam voluntati diuinæ 352. 1. c.
Anima, & corpus simul præmiantur, & puniuntur post generalem resurrectionem 352. 2. c
Anima humana separata, vt est pars hominis habet esse imperfectum, & operari 353. 1. b
Animæ animalium perfectorū, quæ decisa non viuūt, non sunt quantæ per accidens 244. 2. c
Animæ reliquorum animalium, & omnes formæ substantiales dicuntur totæ in toto, non alia totalitate, quam perfectionis speciei 244. 2. c
Animæ decedentium in gratia Dei, separatæ à corporibus possunt videre diuinam essentiam. 346. 1. c. et 2. per tot. & 347. 1. a. b. c.
Animæ prædictæ de facto post passionem Christi vident diuinam essentiā. 347. 1. d. & 2. per tot. 348. 349. per totum
Animæ Sanctorum sigillatim beatificari, & successiuè, corpora autem simul in generali resurrectione, rationabile est, exceptis corporibus Christi & Beatæ Virginis. 353. 2. b
Animas Sanctorum non videre diuinam essentiam ante generalem resurrectionem, est hæreticum asserere 349. 2. c. d. 350. per tot.

Animal

Animal propriè dicitur constans ex anima, & corpore nō quomodocunq; sed primo, et per se perfectibili ab anima 245. 1. a
Animalis organa differunt accidentaliter. 245. 2. a
Animalis anima vt forma est tota in toto, & in qualibet parte immediatè, vt motor satis est si sit in vna parte. 245. 1. c

Appetitus

Appetitus naturalis rerum tendit ad perfectissimum increatum, quod est Deus, non autem ad perfectissimum creatum à Deo possibile 42. 2. b
Appetitus naturalis, & eius actus, & appetitus animalis

malis, & intellectualis, & eius actus non hñt prorsus eandem similitudinem 65.2.d
Appetitus omnis est inclinatio quædam in appetibile. folio 118.2.a

B

Beati

Beati volunt, & desiderant Deo bonum suum saltẽ largè loquendo de desiderio 17.1.b
Beati quomodo ament Deum amore amicitiæ, et amore concupiscentiæ 18.2.a
Beatus videns Deum per essentiam non habet in potestate sua ipsum non diligere, sed necessario eum diligit 59.2.c. 60. 61. per tot. 67.1.a.c
Beatus amans Deum in patria, quomodo desideret ipsũ prospicere 120.1.a. 124.1.c
Beati ea, quæ sunt in Deo, creduntur à fidelibus in confuso 185.1.d

Beatitudo

Beatitudo quid sit explicatur 115.1.d. 2.c
Beatitudo duplex obiectiua, & formalis 115.2.a
Beatitudo est in aliquo dupliciter essentialiter & primo, accidentaliter, & secundario 115.c.d
Beatitudo essentialiter, & primo consistit in actu intellectus, & accidentaliter, & secundario in actu voluntatis, improbatur, & veritas in quo consistat exponitur 117.2.c. 118. 119. 120. per tot.

Bellum

Belli iusti definitio, & conditiones 325.2.c

Bonitas

Bonitas solum est formale obiectum voluntatis, intellectio autem cõditio necessaria ipsius obiecti. 13.2.c
Bonitas rei amatæ non est tota causa amoris, sed requiritur, vt concurrat apprehensio 77.1.a

Bonum

Bonum diuinum adæquat in patria potentiam voluntatis eam replendo 64.1.a
Bonum quodcunq; quantumcunq; clarè visum in via potest non diligi 65.2.c
Bonum dicitur aliquod absolutè ex suo genere, quod secundum circunstantiam malum est 325.1.c
Bonum cõe fideliũ melius est & diuinius quouis bono creato 326.1.a
Ad Bonum proprium licet vti malo alterius, non autẽ licet aliquẽ ad malum inducere. 326.1.c.d. 2.a

C

Causa

Causa omnis, siue immediata, siue mediata est in suo effectu 192.1.c
Causa mediata alicuius effectus est duplex ibid. d
Causa & effectus debent sibi inuicem correspondere quantum ad vniuersalitatem, & particularitatem folio 192.2.c
Causa cum est notior suo effectu, tunc idem est causa, & signum, cum autem est ignotior, tunc effectus magis habet rationem signi 289.2.d
Causæ vniuersalissimæ, cuius est Deus, correspondet vniuersalissimus effectus in prædicando cuiusmodi est ens 192.2.c.d
Causarum intrinsecarum, & extrinsecarum differentia 218.1.ab
Causalitas Dei effectiua finalis, & exemplaris, vnde distinguatur 236.1.c

Character

Character, vel ornatus quomodo sit dispositio ad gratiam 288.1.c.d

Charitas

Charitas necessario debet dici habitus 8.2.b.c
Charitas est immediatum principiũ operationis supernaturalis, gratia autem primum 24.2.a
Charitas est principium immediatum, gratia autẽ est primum principium merendi 27.1.a
Charitas non augetur propriè per additionem, sed augetur largo modo 29.2.b
Charitas simpliciter, & absolutè loquendo non confertur secundũ proportionẽ naturalium, vel cõparando homines inter se, vel ad Angelos 39.2.a
Charitas confertur hominibus non solũ propter conatũ proprium eleuatũ diuino auxilio, sed ẽt propter meritum Christi, quod fuit quodãmodo infinitũ. 40.2.c
Charitas patriæ correspondet quantum ad magnitudinẽ, & paruitatem charitati viæ 45.2.d
Charitas aliqua potuit fieri perfectior charitate creata animæ Christi de potentia Dei absoluta. 46.2.c
Charitas viæ quantũ ad substantiã habitus, vel actus potest adæquari, imò excedere charitatẽ patriæ, non autem quantum ad perfectionem charitatis, quæ habetur in patria 48.1.a
Charitas quãuis de natura sua possit diminui nunquã tñ minuitur de facto, sed totaliter tollitur per peccatum mortale 50.1.a
Charitas non diminuitur de facto per peccatũ veniale quoad substãtiã habitus. ibid. a. 51. 52. 53. per tot.
Charitas diminuitur per peccatum veniale quantũ ad feruorem actus 54.1.a
Charitas est habitus infusus quantum ad suam essentiã, & quantum ad omnem suum gradum 54.2.b.c
Charitas non eleuat creaturã ad amandum Deum secundum specialẽ rationẽ, nẽpe beatificantis, sed fides ostendit in Deo esse talẽ rationem 74.2.a
Charitas est amicitia quædã spiritualis hominis ad Deũ, & supernaturalis fundata super cõicatione optimorum bonorum 22.2.a
Charitatis habitus ponẽdus est in anima propter primũ eius effectum, qui est facere hominẽ Deo carum. folio 5.2.b
Charitatis actus de facto requirit habitũ inhærentem voluntati 8.1.b
Charitatis nomen vnde dicatur 25.2.c
Charitati conuenit posse augeri 28.2.b
Charitati motus ab imperfecta charitate ad perfectam, magis debet dici intensio charitatis, quã augmentum 29.1.a
Charitatẽ, & cæteras formas augeri quãtũ ad esse tãtũ non quantũ ad essentiam reprobatur. 33.2. per tot.

Charitati non repugnat augeri in infinitum, nec ratione naturæ suæ specificæ, nec ratione virtutis agentis, nec subiecti receptiui 45.1.a b
Charitatem æqualem habens cum venialibus est æquè dilectus Deo, sicut alius carens eis 56.1.a

Christus

Christus secundum quod homo debuit habere charitatē singulariter, idest in instanti conceptionis, & in maiori copia 39.2.d
Christus Dominus soluit censum non ex debito, sed ad euitandum scandalum 339.2.b
Christus Dominus fuit, & est Vniuersalis Prælatus, & Pontifex totius Ecclesiæ 333.2.a
Christus non debet dici duo, idest duæ naturæ, vt significantur in abstracto, licet hoc possit, vt significātur in concreto 306.1.a b
Christus debet dici duo simpliciter propter duas naturas, & vnum simpliciter propter vnum suppositum 306.1.b c
Christus debet dici vnum simpliciter propter vnum suppositum, & duo secundum quid propter duas naturas, diuersimode considerando esse simpliciter, et esse secundum quid ibidem
Christus non fuit subiectus legi ciuili subiectione necessaria, sed voluntaria 378.1.b. 392.2.c
Christo etiam secundum quod homo, de iure competebat dominium vniuersale omnium 386.1.c
Christi Domini meritum, vt Dei, & hominis, non poterat æquari à merito cuiuspiam puri hominis, bene tamen quantum ad rationē meriti præcisè. 47.2.d
Christi corpus fuit in antiquis Patribus secundum corpulentam substantiam 141.2.b
Christi paupertas fuit maxima quantum ad rationem virtutis, & meriti, non quantum ad rationem paupertatis formaliter 392.2.a
In Christo fuit multiplex esse, si esse dicat veritatem propositionis 78.2.c
In Christo fuit multiplex esse, si esse dicat essentiā ibid.
In Christo est duplex esse substantiale, quod quomodo habeat veritatem, explicat Auctor 83.1.c.d
In Christo fuit duplex viuere, diuinum .s. & humanum 83.2.b
In Christo est duplex natiuitas, & generatio 84.1.a
In Christo humana natura non est suppositum, sed est in diuino supposito 84.2.a
De Christo multiplex quæstio potest formari, quia in ipso est multiplex esse, quod dicit veritatem propositionis 84.1.b

Christiani

Christianorum tria genera, Laici vxorati, Clerici seculares, & Religiosi 345.2.a

Clericus.

Clericus qui non est in sacris, nec est monasterio à parentibus traditus, potest recipere vxorem. 344.2.a

Cognitio

Cognitio intellectiua maior est in multis, quam in vno de multis, sed est maior in vno habente notitiam multorum adunatam in se, & omnes multos excedente, quam sit in talibus multis 333.1.b

Comparatio

Comparatio inter aliqua duo non attenditur secundum id, quod est proprium vni eorum, sed per commune vtrique 122.1.b

Compositum

Compositum, & pars realiter differunt, etiam quod vnum non possit esse extra aliud 106.1.b
Compositū ex genere, & differentia non oportet quod sit compositum ex potentia, & actu 318.1.b
Compositum ex genere, & differentia, quanto est compositius compositione rationis, tanto est perfectius, & hoc est verum, tam in Angelis, quam in rebus materialibus ibid.c

Coniux

Coniux nō habet potestatem corporis sui post matrimonium contractum per verba de præsenti 344.2.c
Coniugis vnius obligatio ad alium est stabilior, quam sit serui ad dominum 344.2.d

Conseruatio

Conseruatio, & creatio siue accipiantur actiuè ex parte Dei, siue passiuè ex parte creaturæ non differunt realiter re absoluta, sed solum rōne. 206.1.per tōt.
Conseruationis nomine non importatur quædam innouatio, quæ importatur nomine creationis 206.2.a
Conseruatio & productio rei sunt diuersæ actiones, q̄n sunt à diuersis agentibus, vna tamen actio quādo sunt ab vno agente ibid.c.d

Contraria

Contraria esse simul in subiecto, qualitercunq; accepta impossibile est 55.1.c.b

Corpus

Corpus ad hoc quod agat in aliquod corpus, oportet vt prius sit illi præsens 194.1.c.b
Corporum conditio est solum esse alicubi situaliter, & localiter 196.1.c

Creare

Creare, & conseruare actiue accepta sunt eadem actio Dei, passiue autem sunt idē effectus realiter. 89.2.c

Creatio

Creatio dupliciter potest considerari 205.2.c

Creatura

Creatura si fuißet producta ab æterno, habuisset esse post non esse, non ordine durationis, uel temporis, sed naturæ solum 205.2.d
Creaturæ cognitio prior est quam cognitio Dei processu ab imperfecto ad perfectum 76.2.a
Creaturarum vniuersitas possibilis distat à Deo in infinitum, quantum ad perfectionem 43.2.c
Creaturam spiritualem esse in loco per suam essentiam probatur in aliorum opinione, sed improbatur ab Auctore 193.per tot.

Cr

Creatum

Creatum aliquod, secundum quid, potest esse infinitum folio 282.2.c

Creatum omne est in cõtinua dependentia à Deo quãtum ad omnem sui perfectionem 129.2.c

Creatum quodcunque magis dependet à Deo, quam vnum ab alio 129.2.d

Creatum omne est à Deo productum, & non ab æterno. folio 200. per totum

D

Decretalis

DEcretalis, exijt, de abdicatione rerum exponitur 376.1.b

Deus

Deus potest esse, & est de facto non solum principale obiectum, sed etiam immediatum fruitionis beatæ ipsius creaturæ 15.2.d

Deus si conferret de potentia absoluta gratiam alicui sine charitate, talis non simpliciter, sed secundum quid esset dignus vita æterna 26.1.b

Deus potest de sua potentia absoluta conferre Angelis charitatem non secundum proportionem naturalium 40.1.a

Deus Angelis contulit de sua potentia ordinaria charitatem secundum proportionem naturalium, hoc probabile est ibid.c

Deus potest quacunq; specie facta, vel possibili fieri facere perfectiorẽ, & hoc in infinitũ 41.2.c.d.42 p tot.

Deus processum in productionibus creaturarum, quem inchoat, consummare non potest secundum se totum, sed secundum partem 43.1.a

Deus inchoat, & perficit vniuersum perfectione nunc existente in ipso, & ab æterno ordinata, non autem perfectione possibili 43.1.c

Deus de potentia sua absoluta potest suspendere actum dilectionis ab actu visionis diuinæ 62. per totũ

Deus non potest facere, quod videns Deum habeat eũ odio, vel aliud magis, quã Deus diligat ibid per tot.

Deus in patria necessario cognoscitur sub ratione entis, & boni, secus autem in via 64.2.a

Deus potest de potentia absoluta à vidente diuinam essentiam subtrahere non solum amare Deum, sed etiam velle amare 66.1.c

Deus est causa subtractionis alicuius perfectionis ab homine non efficiendo, vel influendo, sed subtrahẽdo influxum 67.1.a

Deus dilectione naturali pro statu naturæ integræ diligi potest dilectione naturali ab homine plusquam se, vt est bonum commune, in quo omnia dependent in suo esse 71.2.c

Deus & Dei visio non sunt vna ratione, vnus vltimus finis hominis 75.1.c

Deus potest in via diligi, & non diligi, non autem in patria 64.1.a

Deus de potentia absoluta potest suspendere actum visionis ab alijs actibus voluntatis 66.2.c

Deus est in isto die non sicut in mensura sui esse, sed tanquam in coexistente 283.1.b

Deus solus potest quietare appetitum omnis intellectualis naturæ 115.2.b

Deus in omni agente creato operatur, tam voluntario quam naturali 129.2.b.c

Deus tripliciter agit in omni agente creato 130.1.a

Deus agit in omni agente creato, & mouet omnẽ appetitum creatum ibid.2.c

Deus est causa actionis omnis agentis creati siuè applicans, siue mouens ibid.b

Deus est in rebus sicut causa efficiẽs in effectu, & sicut finis in his quæ sũt ad finẽ. 191.2.per totũ.192.1.a

Deus quomodo sit causa mediata creaturæ. 192.2.a.b

Deus secundum essentiam suã potest esse præsens creaturæ, sicut causa efficiens in effectu, creatura autem, quæ effectus est Dei sm̃ suã similitudinẽ. 196.1.b

Deus vi dans esse naturæ bonũ, & conseruans, & mortalis culpa simul possunt esse in aliquo 197.2.a

Deus reliquit hominem in manu consilij sui, explicat Auctor 197.2.b

Deus homini appropinquat per gratiam ibid.b

Deus potuit ab æterno creaturam producere, nec repugnant ad inuicem aliquid esse factum à Deo, & carere principio durationis. 202.203.204.1.per tot.

Deus ẽ homo, ẽ vera ꝑpositio. 297.per tot.298.1.p tot.

Deus si produxisset creaturam aliquã ab æterno, æternitas creaturæ differret ab æternitate diuina. folio 204.2.d.205.1.d

Deus quomodo potuerit creare hominem, vel creaturam aliquam indefinitè ab æterno 208.1.a.b

Deus vult se necessitate absoluta, alia vero necessitate ex suppositione 208.1.d

Deus vult quicquid est melius actu in rerum natura, non tamen vult omne, quod melius est 208.2 a.b

Deus quomõ põt esse per se præsens creaturæ. 299.2.c

Deus quamuis de potentia absoluta potuerit naturam irrationalem assumere, de potentia tamen ordinaria non decuit, sicut nec Angelicam 313.per tot.

Deus tradidit omnia omnibus hominibus per eos tñ distinguẽda singula inter singulas ꝑsonas, 379.2.c

Deus quare Angelo statuerit, quod post vnicum actum meriti, vel demeriti statim præmiaretur, vel puniretur. & nõ hõ, probabiliter suadetur. 313.2.p tot.

Dei effectus, & agentis creati differentia 190.2.c

Dei existentia in rebus, & Regis in Regno similitudo in quo attenditur 197.1.a.b

Deo possibile est quicquid habet rõnẽ entis 199.2.c d & 200.1.a.b

Deum melius est mente concipere quam carne, si hæc adinuicem separentur, sicut & Deum videre per essentiam, quam vniri hypostaticè. 312.1.b

De Deo licet formari possint duo conceptus .s. determinatus, & indeterminatus illi tamẽ non sunt conceptus generis, & differentiæ 321.2.a

Dæmon.

Dæmonis auxilium illicitum est implorare 329.2.a

Delectatio

Delectatio de bono habito non semper respondet desiderio de bono habendo 17.1.bc

Delectatio est de fine, & de his, quæ sunt ad finẽ. 12.2.c

Delectatio est propter operationem, & non è contra folio 124.1.b

Dilectio. Diligere.

Dilectio naturalis quot modis dici possit 69.2.c

Dilectio

Dilectio, qua Deus diligitur minus quàm creatura, est peruersa, & vitiosa 75. 2. b
Dilectio moderata creaturæ stat simul cum dilectione Dei, non autem nimius amor creaturæ 76. 1. a
Dilectionis hominis ad dilectionem Dei conformitas, in quo consistat 76. 2. b
Dilectionis causa non solum est cognitio, sed etiam bonitas rei dilectæ 77. 1. b
Dilectio Dei est magis expetenda in via, quam cognitio 123. 1. a. 124. 1. c. & 2. b
Diligere Deum plusquam se habet latitudinem, & diuersos gradus 74. 2. a

Diffinitio

Diffinitio quomodo possit dici recipere magis, & minus 36 2. c
Diffinitio vniuoci substantialis, & accidentalis differenter prædicantur de suis inferioribus ibidem
Diffinitio vniformiter conuenit contentis sub definito. folio 97. 1. b
Diffinitio subiecti est mediū in demostratione propter quid 158. 2. a
In diffinitione quicquid ponitur actualiter competit definito 97. 1. a

Distinctio

Distinctio in creatis, quæ per absoluta distinguuntur, potest esse maior in principiatis, quam in principijs, non tamen in Deo 112. 1. b. c
Distinctio realis nō est necessaria inter relationes disparatas in diuinis 113 1. a

Diuites

Diuites propriè non sunt dicendi habentes in communi 394. 1. b

Diuitiæ

Diuitijs seruit ille, cuius affectui diuitiæ dominantur 387. 2. a

Diuisio

Diuisionem non odit Deus nisi culpabilem 377 2. d

Donum

Donum aliquod supernaturale est ponendū in essentia animæ præter virtutes supernaturales, quæ sunt perfectiuæ potentiarum 22. 2. d
Donum assumptionis quid sit 314. 1. b

Dominium

Dominium exteriorum rerum non minuit amorem Dei, seu diuinorum 360. 1. d. & 2. a. b
Dominium rerum exteriorum, quæ veniunt in vsum hominis sunt de iure naturali 363. 1. b
Dominium in communi exteriorum rerum, non est contra Regulam Sancti Francisci, nec aliorum Sanctorum 366. 2. b. c
Dominium cōitatis non dicitur proprietas. 367. 1. a. b
Dominium quomodo se habeat ad vsum, & ad alienationem 367. 1. a
Dominium in communi pertinet ad perfectionem in Religiosis, & Prælatis 377. 2. c
Dominium duplicem potestatem importat in eo, qui est dominus 358. 2. b
Dominium ab vsu potest separari 383. 1. b. c
Dominium pecuniarum in proprio impedit ingressum in Regnum Cælorum, non autem in cōi. 393. 2. a
Dominij communitatis, & dominij singularis personæ differentia 361. 2. b
Dominij nomen quandam principalitatem importat, folio 358. 2. d

E

Ecclesia

Ecclesiæ præsidet vnus Prælatus, & Gubernator. folio 332. 1. b
Ecclesiæ pro magno munere vnus Gubernator promissus 332. 2. d
Ecclesia quandoque soluit censum Domino temporali, non in recognitionem dominij. 339. 1. c
Ecclesia indiget gubernatione visibili præter gubernationem inuisibilem Christi domini 333. 2. b
Ecclesia in verbis illis canonis Missæ. Memento domine famulorum, &c. & dormiunt in somno pacis pro quibus oret 354. per totum

Effectus

Effectus à sua causa dependet tripliciter 87. 2. b. c
Effect⁹ naturaliter indicat virtutē suæ causæ. 128. 2. a
Effectus est in potentia actiua agentis, & passiua materiæ 136. 1. a
Effectus idem numero secundum se totum est à Deo in quantum est ens, & secundum se totum est à causa creata in quantum est tale ens 193. 1. a
Effectus est in sua causa non secundum essentiam suā, sed solum secundum sui similitudinem, causa autem est in effectu secundum suam essentiam suo modo essendi, In, 196. 1. b

Elementa

Elementa sunt in misto aliqualiter 92. 1. a
Elementa tripliciter sunt in misto 96. per tot.
Elementa quomodo sunt in misto 96. 1. b. 2. a. b
Elementa ponūtur in genere causæ materialis. 97. 2. a
Elementa omnia quomodo similia, vel dissimilia sint. folio 98. 2. b
Elementorum formas substantiales manere in misto, & accidentales remissi improbatur. 92. 93. per tot.
Elementorum virtutes actiuæ, & passiuæ erunt in corporibus glorificatis 98. 2. a

Emanatio

Emanatio diuina est idem non solum re, sed etiam ratione cum relatione 256. 1. c
Emanatio diuina quantum ad modum significandi differt à relatione ibidem
Emanationes diuinæ realiter distinguuntur. 256. 2. b
Emanationes diuinæ non distinguuntur se ipsis. 257. 1. per tot. & 2. a. b.
Emanationes diuinæ non distinguuntur secundum principia 257. 2. c. 258. 1. & 2. per tot.
Emanationes diuinæ non distinguuntur secundum rationes

tiones suppositorum in quibus sunt 259.2.c
Emanationes diuinæ distinguuntur secundum distinctionem realem terminorum, idest, personarum emanantium 260.1.b. per tot.
Emanationes diuinæ significatæ vt actiones non distinguuntur realiter, cum esse possint in eadem persona 262.2.d.263.1.a
Emanationes diuinas solum ordo originis distinguit ibidem 2.b.

Emptio

Emptio sola non arguit dominium ementis 367.2.a

Esse, & Essentia

Esse aliquando significat veritatem propositionis, aliquando entitatem rei 78.2.a
Esse duplex est, aliud essentiæ, aliud actualis existentiæ ibid. b
Esse, & essentia realiter differunt. 79.2.c. & 82.2.d
Esse. & essentiam differre intentione, vel ratione, vel secundum modum significandi, secundum quod Aliqui dicunt, impugnatur 80.1.d & 2. per tot.
Esse, & essentiæ compositio non est materiæ, & formæ, vel accidentis, & subiecti, sed quædã tertia. 81.1.b
Esse substantiæ potest dici substantia, & accidens. ibid.
Esse, & essentiæ compositio secundum aliquem modum potest dici compositio puræ potentiæ, & actus simpliciter, & potentiæ secundum quid, & actus secundum quid ibid. c. d
Esse non potest esse vnum omnium existentium in eodẽ subiecto 81.2.a. 82. per tot.
Esse actualis existentiæ est aliquid permanentius, quã quæcunq; proprietas naturalis 86.1.a
Esse quod mensuratur æuo, est esse stabile, & permanens ibid. b
Esse, essentiæ, & existentiæ rei creatæ non est in continuo fluxu, & fieri ibid. 2. per tot.
Esse cuiuscunq; creaturæ non potest totum simul accipi, intelligitur de esse accidentali 88.2.d
Esse stabile, & permanens quantum ad omnia simpliciter est proprium Dei 89.1.b
Esse substantiale totius, & partium idẽ est. 239.1.a
Esse dicitur dupliciter 106.2.b
Esse, & posse supernaturale dupliciter potest accipi. folio 311.1.b. 314.2.a
Essentia tam substantialis, quam accidentalis quadruplex 83.1.a. 104.1.a
Essentia speciei est idem cũ specie explicatur. 105.2.d
Essentia, & esse sibi correspondens quadruplex. folio 104.1.a
Essentias rerum nominamus nominibus accidentium nobis magis notorum 224.2.c

Eremitæ

Eremitæ sunt Religiosi 382.2.a

Æternitas

Æternitas, Æuum, & Tempus, dicuntur mensuræ esse, & essentiæ, & quomodo 36.2.a
Æternitas quid sit explicatur 280.1.c
Æternitatis, Æui, & Temporis differentia. ibid. c. d.
Æternitas est mensura Dei solum secundum nostrum modum intelligendi 282.2.b

Æuum

Æuum non habet prius, & posterius. 278.1.c. & 2. per tot.
Æuum est mensura omnis esse creati stabilis secundum quod huiusmodi 279.2.a
Æuum non differt realiter ab esse æuiterni ibid. c
Æui nunc est idem, quod æuum 280.1.a
Æuo mẽsuratur intellectio Angeli, qua intelligit propriam essentiam 282.1.c
Æuum non habet plura nunc, sicut habet tempus. folio 280.1.a

F

Filius

Filius, & Spiritus sanctus distinguuntur propter diuersas origines 112.2.d
Filius dicitur verè, & propriè verbum, quod habet omnia, quæ reperiuntur in Verbo intellectus. folio 262.2.c
Filij distinctio à Spiritu sancto per filiationem, necessario supponit aliam distinctionẽ, qua sublata, prima remanere non potest. 112.1.d. 113.1.b
Filij emanatio quomodo sit per modum intellectus, & spiritus sancti quomodo per modum voluntatis folio 111.1.b
Filij voluntas ad duo terminatur ad vnum secundum rationem ad aliud secundum rem. 113.2.a

Forma

Forma generis non est vna, seu indiuisa, sed plures, folio 32.1.c
Forma inuariabili, & simplici essentia consistens. explicatur 35.2.c
Forma quomodo dicatur variari 36.2.b
Forma confertur secundum dispositionem passi, sed si subiectũ est rõnalis creaturæ, regula deficit. 40.2.b
Forma speciei est vna, & indiuisa realiter, aliqua tamen est diuisibilis, & plures possibiliter 32.1.c
Forma, vt dicatur educi de potentia materiæ tria requirit 136.2.b.c
Forma substantialis non est eadem ante, & post generationem 137.2.b.c. 138.1.a
Forma est principium actionis, qua non ipsa, sed aliud producitur 139.1.c
Forma simplex non potest esse subiectum alicuius accidentis 215.2.d
Formam, & materiam esse vnita, & non esse compositum implicat 66.1.b
Formam educi de potentia materiæ opiniones variæ. folio 133.2.c. 134. per tot
Formam educi de potentia materiæ quid sit, in opinione Auctoris 136. per tot.
Formæ non recipiunt magis, & minus ex earum indeterminatione, quod sint magis, vel minus perfectæ, siue ex latitudine in eadem specie 30.1.c
Formæ non recipiunt magis, & minus ex hoc, quod subiectum earũ receptiuum, vel productiuum possit diuer-

diuersimode se habere 30. 1. d
Formæ non recipiunt magis, & minus, secundũ quod ad indiuiduum contrahuntur 31. 2. c
Formæ sunt sicut numeri 35. 2. a. b
Formæ præexistunt in materia secundum modum potentialem. Explicatur 139. 1. b
Formarum remissus gradus continetur virtute in intenso. 36. 1. a
Formas augeri quantum ad esse, non quantum ad essentiam refellitur 34. per tot

Finis

Finis vltimus alicuius dupliciter dicitur 73. 1. b
Finis vltimus correspondet primo principio 115. 2. a
Finis rationem habens, & non tendentis in aliud, nobilius est eo quod ad aliud tendit 118. 2. a
Finis duplex cuius, & quo 115. 2. a
Finis omnis habet rationem vltimi, & non è contra folio 172. 2. a
Finis scientiæ differt realiter à ratione formali obiecti scientiæ 180. 2. c
Fines duos respicere aliquando secũdum diuersas sui partes non est inconueniens 171. 1. c

Fruitio

Fruitio, & fructus ad idem pertinent, & vnũ ab alio deriuatur 11. 2. c
Fruitio à fructu, vel è contra, deriuari, vtrumq; probabile est ibidem
Fruitio, quæ est delectatio perfecta de vltimo fine, potest de illo esse vno modo in genere, alio modo etiã simpliciter 16. 2. d

D

Generatio

Generatio substantialis differt à mistione. 97. 2. d
Generatio, siuè productio Filij Dei, & productio creaturæ maxime differunt 205. 2. b
Generationis diuinæ terminus quo, non est proprietas Filij, à qua habet Filius, quod sit hæc persona. Sed est natura diuina, vt est à Filio, siue vt est vnita proprietati Filij 253. 2. c

Genus

Genus aliquod figurarum, & numerorum continet sub se in potentia infinitas species possibiles, & per consequens veritates 43. 1. d
Genus sumitur à materia, differentia à forma. 217. 2. a
Genus, & differentia significant totam essentiam eius de quo prædicantur 318. 2. a
Genus, & differentia sumuntur ab eodem realiter, & non à diuersis 320. 2. b
Genus, & differentia sumuntur ab essentia rei, aliter, & aliter accepta 320. 2. d. 321. 1. per tot.
Generis, & differentiæ compositio, est compositio duorum conceptuum 322. 1. b
Generis diuisio in species, est quasi materialis in formalia 32. 1. c
In omni genere datur primũ perfectissimum, quod est mensura omnium illius generis, quæ in actu sunt in eo, non quæ possibilia 43. 1. d

Gratia Gratum

Gratia est donum supernaturale homini à Deo collatum 22. 2. b
Gratia propriè non est virtus sed qualitas de prima specie 25. 2. b
Gratia simpliciter nobilior est quam charitas. 26. 1. b
Gratiæ, & charitatis effectus differunt 25. 1. a
Gratum, & carum esse non sunt idem. 25. 2. a

H

Habitus

Habitus est facilitas quædam, & habilitatio potentiæ ad actum 9. 2. a
Habitus receptio in potentia nihil præexigit 9. 2. b
Habitus est aliud medium à specie 3. 1. c
Habitus appetitiuæ partis inclinant quandoq; ad malũ appetentis, quandoq; ad bonum, quandoq; ad indifferens 147. 2. a
Habituum intellectualium quidam sunt respectu veri, quidam respectu falsi, quidam medij ibid. a. b
Habituum intellectualium sufficientia ibid. c
Habituatus in malo, & de nouo ad Deũ conuersus experitur difficultatem in actibus virtuosis per accidens. 9. 2. c

Homo

Homo, & Angelus quamuis à Deo sint facti inæquales quantum ad naturam, sunt tamẽ æquales facti ab eo, quantum ad gratiam, & gloriam 40. 2. d
Homo non potest omnia præcepta seruare ex puris naturalibus collectiue, sed distributiue potest. 72. 1. c
Homo diligens Deum plusquam se, hoc potest scire scientia experimentali, sed an ille amor sit naturalis, vel charitatiuus hoc non potest scire 76. 1. d
Homo naturaliter potest cognoscere Deum esse primã causam efficientem, & vltimum finem naturalem omnis creaturæ, non autem beatificum. 76. 2. a
Homo in via potest aliquid apprehendere melius, quã sit Deus 77. 1. b
Homo dicit essentiam sine præcisione ipsius esse, vnde non est pars Sortis 104. 2. d
Hominis esse gratuitum non est esse diuinum per essentiam, sed per participationem solum 79. 2. b
Humanitas dicit essentiam præscindendo ab esse, ideo habet rationem partis. 104. 2. d

Hæreticum

Hæreticum est asserere Christum, & Apostolos nihil habuisse quantum ad vsum facti 375. 1. b

Idololatra

Idololatris cõfederari cur prohibitum fuit filijs Israel folio 329. 1. b

B. Ioannes Baptista

B. Ioannes fuit perfectus perfectione personali sed non status 393. 1. b

Imperator

Imperator, & omnes Domini Temporales sunt totaliter subiecti Papæ quantum ad potestatem, quam habent respectu temporalium 336. 2. b

Imperator Constantinus de facto contulit Imperium S. Siluestro, cui ex hoc ipso quod erat Papa competebat de iure 339. 1. b

Imperator Constantinus non constituit effectiue Papā esse Caput Ecclesiæ. sed instrumentaliter, & administratiuè, & edicto Imperiali, quod erat alias de iure diuino idem statuendo. 339 1. a

Imperatoribus in primitiua Ecclesia concessum est aliquod ius ob necessitatem, quod postea reaccepit Ecclesia, illa necessitate cessante 338. 2. d

Incarnatio

Incarnatio licet non sit idem quod generatio, aliqualiter tamen illam pãssiuè acceptam includit. 307. 1 d

Incarnatio quamuis tāquam principio effectiuo attribuenda sit omnibus tribus Personis, soli tñ personæ Filij attribuitur vt incarnatæ 307. 2. b

Infinitum

Infinito nihil est maius 207. 2. b.

Infinito quomodo possit fieri additio ibid. a

Intellectus. Intellectio

Intellectus, & voluntatis diuinæ, actus sunt cõmunes omnibus personis diuinis. 110. 2. b

Intellectus quia immaterialior voluntate propterea nobilior. 118. 1. a

Intellectus necessitatur in assentiendo vero in communi, & primis principijs, & conclusionibus inde necessario deductis 121. 1. a

Intellectus indeterminatio siue indifferentia respectu sui obiecti est causa libertatis voluntatis. 121. 1. d

Intellectus actus nobilior est actu voluntatis simpliciter. & respectu eiusdem obiecti 121. 1. d

Intellectus cogi dicitur, vt coactio idem est, ac necessitas. 124. 1. c

Intellectus operatio in quo Philosophus ponit felicitatem vere est passio intellectus, significata tamen per modum actionis 64. 2. b

Intellectus se habet ad substantias separatas, sicut cæcus ad colores 158. 1. b

Intellectus nomine aliquando accipitur potentia intellectiua, aliquando ipsa essentia animæ intellectiuæ. folio 224. 2. c. d

Intellectus noster & multo magis diuinus potest in vna re simplici multas rationes distinguere absque omni respectu ad extra 236. 2. a. b

Intellectus magis dicitur esse in intelligente, quam amatum in amante 122. 2. a

Intellectus p ima intellectio non est à voluntate, sed à natura 122. 2. d

Intellectu vigentes sunt naturaliter Domini. 118. 2. d

Instrumentum

Instrumentum duplex attingens ad effectum principalis agentis, & non attingens. 287. 1. a

Iudicium

Iudicium diuinum duplex, particulare, & generale. folio 353. 2. d

Ius

Ius positiuum est determinatio quædam iuris naturalis 363. 1. b.

Ius naturale est ius immutabile 364. 1. a

Ius iustum, & æquum sunt synonyma 363. 1. c

Ius naturale quid sit 363. 1. b

Ius positiuum non opponitur iuri naturali, sed est eius determinatio 379. 1. b

Iure naturali quomodo omnia communia ibid. 1. c

Iustitia Iustus

Iustitia, vel iniustitia non habet locum, nisi vbi est rõ debiti, quare non habet locum in charitate 30. 2. c

Iustus dicitur magis alio, iustitia autem non dicitur magis alia, sed perfectior, & intensior 36. 1. b

L

Lex

Lex æqualiter obligat oẽs legi subiectos. 228. 1. a

Legis reuocatio, legis interpretatio, & in lege dispensatio differunt 227. 1. a. b. c

Legis nouæ status perfectior est, quam status veteris. folio 290. 1. a

Leges humanæ per Principum ora diuinitus promulgantur, iure positiuo stabilitæ, si iustæ sũt a Deo traditæ dici possunt 380. 1. a

Libertas

Libertas non aufertur ab aliquo extrinseco, sed stat simul cum necessitate, tum immutabilitatis, tum suppositionis 63. 2. c

Libertas formaliter est in voluntate, virtualiter vero, & causaliter est in intellectu 121. 1. c

Lumen

Lumen quoddam Theologicum distinctum à lumine fidei dari ponitur a quibusdam. 150. 1. b. & *infra sed improbatur* 151. 1. 2. *per totum.* 155. 1. b. c.

M

Malefactor

Malefactorem iuste, & sententialiter secundum leges ciuiles condemnatum ad mortem, à pœna mortis absoluere absq; rationabili causa, & cum tali in legibus dispensare Principi est illicitũ. 228. 1. d

Materia prima

Materia prima non est subiectũ quantitatis in animalibus, sed compositum 241. b

Materiæ nomine secundum Philosophi intentionem, intelligitur pura potentia in genere substantiæ ex se õi actu substantiali, & accidentali carens. 211. 1. c

Materiæ spiritualis nomine Augustinus intelligit essentiam, siue quidditatem rei 216. 2. b

Materiæ, & formæ aliquid consimile ex Cõmentatore cum dicitur; intelligendum est de actu, & potentia, vel de genere, & differentia, vel de intellectu agẽte, vel de intellectu possibili 217 1. b

Materiæ primæ potentia non est prima simpliciter respectu omnium habentium potentiã aliquã passiuã, vel receptiuã sed solũ respectu materialiũ 218. 2. b

A materia prima, q̃ est immune: est ẽt immune à passione proprie accepta 215. 2. c

Matrimonium

Matrimonium solui, potest intelligi dupliciter. 341. 1. c

Matrimonium contractum per verba de præsenti, & non con-

non consummatum per carnalē copulā non soluitur per susceptionem ordinis sacri. 341. 342. 343. per totum

Meritum

Meritum correspondet præmio. 352. 2. a
Meritum principalius se tenet ex parte animæ, quam ex parte corporis ibid. b

Mens

Mens, notitia, & amor sunt substantialiter in anima, ex August. quod tripliciter explicatur. 224. 1. a

Mensura

Mensura quid sit 274. 1. c
Mensurans, & regulans perfectius est regulato; & mensurato 118. 2. b.

Metaphysica

Metaphysica quomodo probat Deum esse Vnum, Omnipotentē, &c. Explicatur. 186. 1. c. d. & 2. a. b

Meum, & Tuum

Meum, & Tuum vnde venerunt. 382. 1. b

Minimum

Minimum potest dici aliquod dupliciter. 381. 2. c

Mistio

Mistio est vnio miscibilium 97. 2. c
Mistum non dicitur ferrum ignitum. explicatur 98. 1. per tot.

Motus

Motus est vt vita quædam. explicatur 89. 1. d
Motus formæ naturalis, & artificialis differentia. Explicatur. 138. 2. b

Mundus

Mundus si fuisset ab æterno, fuisset creatus ex nihilo. folio 207. 1. b
Mundum fuisse creatum in tempore absolute, & simpliciter fuit melius, quam si fuisset creatus ab æterno 208. 2. b

Multitudo

Multitudo actualis est in aliqua specie multitudinis actualis, & per consequens finita 47. 2. a

Mutatio

Mutatio vbi est vera, & naturalis, vt generatio, & corruptio, & augmentatio, & diminutio, vel alteratio, quæ est via ad generationem, vel motus localis proprie acceptus, ibi est materia proprie accepta 215. 2. b

N

Natura

Natura creata potest vniri cum vna diuina relatione, & non cum alia 304. 1. c
Natura diuina tota est incarnata, quomodo intelligatur 306. 2. b
Natura humana vnita verbo an potuisset peccare. folio 312. 1. c
Natura irrationalis de potentia ordinaria quia non est capax reparationis, ideo non est assumptibilis. folio 314. 1. a
Natura irrationalis licet non sit capax propriæ personalitatis, est tamen capax extraneæ. ibid. b
Natura humana, quæ est in Christo realiter, est substantia, habet tamen modum accidentis. 83. 1. b
Natura superior cōtinet perfectiori modo ea, quæ sunt inferioris naturæ 225. 2. c
Natura humana est eiusdem rationis specificæ in supposito verbi, & alijs suppositis 297. 1. c
Natura humana in alijs suppositis est indifferens ab eis, & eis essentialis, sed in supposito verbi est quasi accidentalis realiter ab eo differens secundum se totum. ibid. c
Natura Angelica est magis vnibilis personæ diuinæ pensata proportione vnitorū, sed pensato fine vnionis est è conuerso 299. 1. d
Natura absoluta eadem potest esse in pluribus suppositis absolutis ibid c. 2. b
Natura humana in Christo erat substantia partialis, non tamen erat suppositum 300. 2. b

Naturale

Naturalia in quo differant ab artificialibus. 137. 1. b
Naturalia vt sic hñt principiū intrinsecū motus. ibid.

Necessarium

Necessarium multipliciter accipitur. 144. 1. d. 2. a. b
Necessarium dupliciter sumitur 385. 1. b

Necessitas

Necessitas triplex, coactionis, immutabilitatis, & suppositionis 63. 1. b. c
Necessitas immutabilitatis, & suppositionis non tollit libertatem ibid. c
Necessitatis vltimatæ tēpore omnia omnibus communia sunt pro illo tunc. 380. 2. b

Nomen

Nomen quod proprie de Deo dicitur non oportet quod ei cōueniat ex modo, quo cōuenit creaturæ. 297. 2. a
Nominum diuinorum distinctio 231. 1. a. b

O

Obiectum

Obiectum ad sui euidentiam nedum requirit luminis sufficientiam, sed etiam proportionem virtutis cognoscitiuæ 157. 1. d
Obiectum siue subiectum principiorum totius scientiæ idem est. 178. 1. a
Obiectum idem potest esse diuersarum scientiarum, & secundum eandē rationē ex parte cogniti, dumodo sit diuersa ratio ex parte cognoscentis. 179. 1. c
Obiectum scientiæ non est vere eius subiectum, sed secundum nostrum modum intelligendi. 180. 1. a. b
Obiectum Theologiæ .s. Deus probatur esse per auctoritatem veluti per superiorem scientiam .s. Dei, & Beatorum ibid. c
Obiecti habitudo ad potentiam, vel habitum, non est cōstitutiua obiecti, sed præsupponit illud 177. 1. c
Obiecti distinctio secundum magis, & minus cōmune sufficit ad distinguendas scientias 180. 2. b

Ordo

Ordo duplex in rebus quomodo sit. explicatur. 43. 2. b
Ordo inter intellectum, & voluntatē est magis necessarius, quam inter intellectum, & sensum. 13. 2 b
Ordo originis quid sit 118. 1. b
Ordinem originis in diuinis importantia, in creaturis important ordinem dignitatis ibidem

Ordinem sacrum suscipiens post matrimoniũ contractũ per verba de præsenti, & non consummatũ inuita, vel inscia vxore, compellendus est intrare religionem 344. 1. per totum
Ordines Mēdicantium sunt maioris perfectionis, quã ordo Canonicorum Regularium ratione perfectionis finis 371. 1. c

P

Papa

Papa non potest instituere Sacramenta, nec nouam fidem, vel articulos fidei 336. 1. a
Papa habet potestatem super Imperatorem, & omnes Principes corrigẽdi, puniendi, ampliandi, restringendi eorum potestates ex legitimis causis. 337. 2. per totum
Papa habet omnem potestatem iurisdictionis tẽporalis secundũ propriam auctoritatem, siue sit Imperialis, siue sit Regalis, siue quæuis alia 338. 1. a
Papa consecratur vt Sacerdos, & coronatur vt Rex, & festũ coronationis nunciat oĩbus Regibus. 338. 1. c
Papa secundũ executionẽ, & vsũ non hẽt immediatẽ iurisdictionẽ tẽporalem, sed ad Imperatores, & Reges temporales spectat 338. 2. a
Papa in aliquibus casibus ẽt habet exercitium immediatum iurisdictionis temporalis 338. 2. b. c
Papa Imperatori soluit aliquid, non vt tributum, sed vt stipendium, vt Ecclesiæ militet 339. 1. c
Papæ potestas non est potestas excellentiæ, quæ Christi Domini solius est 335. 2. d
Papa habet potestatẽ dubia, vel quæstiones circa fidei articulos declarandi, & definiendi. 336. 1. b
Papæ potestas, quæ dicitur ordinis, equalis est illi, quam habent omnes simplices Sacerdotes, & Episcopi in ordine ad corpus Christi verum. 336. 1. b
Papæ potestas iurisdictionis plenaria est, & totalis, in alijs prælatis est limitata, & partialis. 336. 2. a

Parentes

Parentes non sunt omnino relinquendi propter Christum, sed virtuose 392. 2. a

Paupertas

Paupertas facit ad pfectionẽ instrumẽtaliter. 358. 1. b
Paupertas altissima, & extrema quænam sit. Explicatur 366. 1. a. b. c
Paupertas Ordinũ Mendicãtiũ qualis. 366. 1. c. & 2. a
Paupertas Christi, & Apostolorum, & Religiosorum non dicitur extrema formaliter, sed extrema in ratione virtutis, & meriti 366. 1. d

Peccatum

Peccatum veniale non opponitur Charitati. 54. 2. c
Peccatum veniale diminuit promptitudinem exercẽdi opera Charitatis 55. 1. a
Peccati tota ratio, vt actio est tota à Deo, & tota à libero arbitrio 131. 1. d
Peccata venialia quantumcunq; multiplicata non tollunt totaliter charitatem. 51. 1. a. b
Peccata venialia multiplicata non causant in homine aliquam dispositionem, per quam peccans incidat in aliquem actum, qui sit peccatum mortale. 51. 1. c. d. & 2. per totum.

Perfectio

Perfectio essentialis est finis perfectionis accidentalis 24. 1. a
Perfectio possibilis communicari creaturæ possibilitate quandoq; reducta ad actum secundum se totam est finita 47. 1. a
Perfectio, quæ in effectu recipitur, non oportet, quod sit in causa formaliter, sed sufficit, quod sit virtualiter folio 290. 2. c
Perfectio iustitiæ in tribus pceptis ostenditur. 374. 1. a
Perfectionem Religionis nõ minuit habere in cõi quo ad dominium, & possessionem aliqua moderata, & proportionata sustentationi vitæ præsentis. 359. 1. d

Perfectum

Perfectum est quod potest sibi simile facere. 127. 2. b
Perfectum non potest alteri vniri, vt forma, vel pars. folio 299. 1. b
Perfectis etiam licet mouere causam ante iudicem in aliquibus casibus. 374. 2. a

Perpetuum

In perpetuis non differt esse, & posse. Dupliciter hæc propositio explicatur: 205. 1. a

Persona Diuina

Persona diuina de facto assumpsit naturam creatam folio 296. 1. per tot.
Persona diuina potuit vniri naturæ assumptæ non per potentiam passiuam existentem in persona diuina, sed in natura humana 298. 2. b. c
Persona diuina habet per se existere à diuina essentia. folio 303. 1. d. & 2. a. b
Persona diuina habet à relatione indistinctionẽ in se, & distinctionẽ ab alijs suppositis diuinis. 303. 2. c
Persona vna diuina potest assumere naturam creatam sine alia 304. 2. c
Persona vna tantum de facto assumpsit naturam creatam 305. 1. a. b
Persona diuina potest de potẽtia absoluta assumere oẽm naturam creatam, quæ potest per se existere, ẽt irrationalem. 310. 2. per tot. 311. 1. per tot. & 2. a
Personæ diuinæ in omnibus vnum sunt, nisi in ijs in quibus distinguit relationis oppositio. 110. 111. p tot.
Personæ, & hypostases diuinæ distinguuntur non per relationes disparatas, sed per oppositas. 113. 1. c
Personæ omnes diuinæ simul trahunt quasi naturam humanam ad personalitatem solius filij 306. 2. d
Personæ diuinæ cõuenit posse incarnari, tam per essentiam, quam per proprietatem relatiuam. 307. 1. c
Personam diuinam assumere naturam creatã fuit conueniens 295 2. c. d
A persona diuina non potest assumi, quod non potest per se existere 309. 2. a

Petrus Apostolus

B. Petrus Apostolus post Christi ascensionem fuit primus Prælatus vniuersalis inter Apostolos. 333. 2. c

Potentia

Potentia determinata ad vnum non indiget habitu ad eliciendum actum prõpte, et delectabiliter. 9. 1. b
Potentia determinata ad vnum ex suppositione indiget habitu ad eliciendum actum 65. 1. a
Potentia rationalis est ad opposita respectu quorundã obiectorum non autem respectu omnium, & similiter voluntas 65. 2. b

Potentia quanto immaterialior tanto nobilior. 217.2.d
Potentia duplex, & coniuncta actui, & separata ab actu 119.2.e
Potentia aliqua datur, cuius actus inhærens non potest circa ipsam variari 36.2.b
Potentia generatiua includit rationē principij respectu generationis, & rei genitæ. 247.2.c
Potentia productiua est vere in Deo principiū personæ productæ, & secundum nostrū modum intelligendi ipsius productionis 248.1.c
Potentia generatiua in Deo non debet dici actiua, vel factiua, sed solum generatiua, sicut filius dicitur genitus, non autē factus, vel actus 248.2.d
Potentia creata actiua est principium transmutandi in alio secundum quod aliud. 249.1.a
Potentia generatiua in Deo significat essentiam diuinam, sed connotat relationem, prout est proprietas, & vt significatur per modum actus. ibid. 2.c. 250.2.a.
Potentia generatiua quantum ad illud, quod significat .s. diuinam essentiam est in Filio, sed quantum ad connotatum, quod est Paternitas non est in eo, sed in Patre 252.2.c
Potentia non est necesse vt sit in genere actus, sed satis est si sit in genere per reductionem 254.1.c
Potentia generatiua quantum ad significatum, communis est omnibus personis diuinis, quantum vero ad significatum, & connotatum est propria patris. folio 254.2.a.c.
Potentia pertinens ad genus substantiæ est materia. folio 126 2.c
Potentia passiua materiæ importat respectum ad formam 141.1.b
Potentia actiua, & potentia passiua vt instrumenta diuinæ potentiæ non possunt impediri à suis effectibus 141.2.d
Potentia, quæ est respectu alicuius mutationis naturalis inseparabiliter concomitatur materiam, quæ potentia non est in Angelis, vel anima 217.1.a
Potentia dicitur principium immediatum siuè secundarium, & non primum 220.1.c
Potentia animæ receptiua accidentium est idem quod animæ essentia 223 2.c.d
Potentiæ animæ dicunt aliquod absolutum additum essentiæ realiter ab ea differens. 21.1.c. 220.221. 222. & 223. per totum
Potētiæ nomine intelligitur immediatum operationis principium 220.1.c.d
Potentiæ vnio cum obiecto non pōt esse nisi per actum potentiæ, quo illud attingit 119.1.c
Potentiæ nobiliori correspondet obiectum simplicius. ibidem a.
Potentiæ illius vnio cum obiecto est maior, cuius obiecti ratio secundum quam rem attingit est rei intimior. ibid. c
Potentiæ actiuæ, & passiuæ obiectū est possibile, quod opponitur necessario 248.2.c

Potestas

Potestas spiritualis, & temporalis quem ordinem habent inter se 339.2.c.d
Potestas spiritualis est præstantior potestate temporali 337.1.a
Potestates diuersæ possūt esse in eodē supposito. 339.2.a

Possibile

Possibile aliquod absolute, pōt esse impossibile ex suppositione. 204.2.b. 383.2.b

Prædicatum

Prædicatum per se conuenit subiecto omni alio circūscripto 131.1.a
Prædicatum non semper est idem realiter cum eo de quo prædicatur 224.1.c.d. & 2.a

Præpositio

Præpositio, De, varias habitudines importat. 136.1.a

Prælatus

Prælatorum status est iam perfectorum, & communicantium alijs perfectionē exēplo, & verbo. 358.1.c
Prælatis cōpetūt facultates, & bona tēporalia. 365.2.a

Princeps

Principi habenti gentem sufficientem ad defensionem Reipublicæ non licet habere gentem infidelem, etiā magis bellicosam 326.2.d. 327.1.2. per tot.
Principi fideli vbi Dei, vel ecclesiæ præceptum obstaret non est licitum infidelium auxilium implorare. folio 328.1.a
Principi fideli non licet auxilio infidelium vti, si timeretur auersio à fide ex talium conuersatione, vel maius malum quam sit periclitatio temporalis Reipublicæ 328.1.c. 330.2.a
Principi fideli non licet vti auxilio infidelium, si probabiliter timeatur dominium infidelium super fideles 328.2.a
Principi fideli de suo genere non est illicitum admittere infideles ad iustam defensionem 325.2.b
Principi in aliquibus casibus licitum est ad mortem condemnatum secundum leges à pœna mortis absoluere. 228.2.a.b.c. Et hoc etiam secundum leges ciuiles ibid. c.d. 229.1.a

Principium

Principium quo diuinæ generationis est essentia diuina, prout est in patre 253.2.d
Principia essendi, & operandi sunt eadem. 225.1.a

Priuatio

Priuatio quomodo dicatur species, & natura. 141.1.c

Prius, & Posterius.

Prius quomodo possit virtute diuina separari à suo posteriori 26.1.a
Prius in gñe causæ materialis ē imperfectius. 121.2.c
Prius in gñe causæ finalis est perfectius 122.1.a
Prius, & posterius non sunt in eodē numero. 112.2.a

Processus

Processus in perfectionibus creaturarū nō procedit in infinitū de potentia Dei. 41.2.c. 42. per tot.
Processus duplex reperitur in rebus per modum ascēsus, & descensus 43.2.b
Processus in infinitum est possibilis in per se ordinatis ordine causalitatis, & habentibus adinuicem depēdentiam 43.2.a
Processus in infinitum est possibilis in per se ordinatis ordine nobilitatis, & perfectionis. ibidem

Propositio

Propositio aliqua pōt esse hæretica dupliciter. 375.1.a
Propositiones per accidens sunt veræ, & propriæ, sicut sunt propositiones per se. 297.1.a

Q

Qualitas

Qualitates mediæ ab extremis, non extremæ à medijs deriuantur 98. 2. c

Quantitas

Quantitas in Sacramento altaris realiter est accidens, & habet modum substantiæ 83. 1. b

Quantitas necessario requiritur ad motum. 129. 1. c

Quantitati conuenit diuisio secundum se, repugnat autem ei ratione subiecti 372. 1. b

Quidditas

Quidditas, & id cuius est quiditas in his, quæ sunt per se idem sunt. Explicatur 107. 1. c. d

R

Ratio naturalis

Ratio naturalis dictat non solū quod Deus sit maximè in se diligibilis, sed etiam quod est à nobis in statu viæ maximè diligendus 75.2.b

Ratio naturalis dictat, quod homo debet Deum prius, et magis diligere, quā se dilectione naturali. 74.2.d

Ratio naturalis dictat voluntati, quod Deus est hominibus maximè diligendus, plus etiam quam ipsemet diligens 76. 1. b. d

Ratio à Doctoribus tripliciter sumitur 232. 1. b

Rationes seminales

Rationes seminales existentes in materia non sunt formæ 137. per tot.

Rationes seminales esse rerum potentias non passiuas, sed actiuas, vt aliqui volunt. improbatur 139. 2. a

Rationes seminales debent esse principia, & exordia Explicatur 141. 1. a

Recipi, & Receptum

Receptum in aliquo, est ad modum recipientis, explicatur 242. 1. a

Relatio diuina

Relatio diuina, vt relatio refert tantum, vt est idem cum essentia constituit differentiam hypostasum, vt est proprietas distinguit 113. 2. c

Relationes diuinæ possunt dupliciter considerari. folio 304. 1. b

Religio

Religio Apostolorum ex institutione Christi est, & nō ex institutione Ecclesiæ 342. 2. a

Religio omnis quantū ad essentialia .s. tria vota, est ex institutione Christi, quantum ad accidentalia ex institutione Ecclesiæ ibid. a

Religio Apostolorum fuit ante omnem Religionem, qui fuerunt primi, & summi Religiosi 345. 2. b

Religiosi

Religiosorum status est tendentium ad perfectionem folio 358. 2. a

Religiosus factus Episcopus non absoluitur à voto paupertatis 372. 1. c

Res. Realitas

Res dicitur ens, secundum quod ens idem est, quod actualiter existens 81. 1. b

Res vna dicitur esse in alia octo modis 190. 2. b

Res vna, vt sit in alia duo requirit, & earum distinctionem, & vnionē. Quod explicatur. 190.2.b p tot.

Res spiritualis non vnitur rei corporali, per modum formæ, vel mouentis, licet hoc possit esse de potentia Dei absoluta 29. 1. c

Realitas totalis quadruplex. 239.2. per tot.

Rerum exteriorum habitio, quæ fuisset in statu innocētiæ non minuit perfectionem Religionis. 362. 2. b

Resolutio

Resolutio substantialis duplex 98. 2. b

Romanus Pontifex

Romanus Pontifex habet plenariam potestatem iurisdictionis super totam Ecclesiam 335. 2. a

Romanus Pontifex consecratur vt Sacerdos, & coronatur vt Rex. 338. 1. a

Romani Pontificis Vicarij Christi Domini, & S. Petri successoris primatus, ex Scripturis, Concilijs, et Patribus, & Sacris Canonibus probatur. 335. 1. a

Romani Pontificis duplex potestas, & spiritualis, & temporalis. 335. 1. a

Sapientia

Sapientia vnde dicatur 170. 2. a

Sacramenta

Sacramenta nouæ legis non sunt causa gratiæ, vt causa sine qua nō, vt aliqui sentiūt. 284.2. p tot. 285.1.a.c

Sacramenta nouæ legis nō sunt causa gratiæ solum per aliquam virtutem eis assistentem. 285.1.c.2. per tot. & 286. 1. per tot.

Sacramenta non sunt causa gratiæ instrumentalis, per modum necessitatis 288. 1. c

Sacramenta per modum cōgruitatis dicūtur causa instrumentalis gratiæ ibid. c.

Sacramentum est instrumentum attingens characterem, vel ornatum, qui est dispositio ad gratiā. ibid. c

Sacramentum licet non causet gratiam directè, est tñ causa characteris, vel ornatus, qui est dispositio ad gratiā. Hoc aūt pbatur de possibili, & de facto. ibid.

Sacramentum est instrumentū cuius virtus imprimendi characterem, vel ornatum, non est à sua natura, sed supernaturaliter à Deo 288. 2. a

Sacramentum quāuis nō sit agens naturale, agit tñ per modum agentis naturalis. 289. 1 a

Sacramentum non agit in animam, creando, vel educēdo aliquid de illius potentia naturali, sed tantum obedientiali 289. 2. b.

Sacramenti Baptismi aqua agit in animā non in quantum aqua simpliciter, sed in quantum talis aqua .s. Sacramentalis 290. 2. a

Scientia

Scientia aliqua pōt dici necessaria tripliciter. 143.1.b

Scientia subalternata procedit ex principijs notis in se, vel in superiori scientia 148.2. per tot.

Scientia, & fides non possunt simul stare. 152. 1. a & 2. per tot. 155. 1. d

Scientia de re simplici est certior scientia de re composita 156. 1. c

Sciētia dr̄ ordinari ad aliquē finē, dupliciter. 161.1.a.b

Scientia speculatiua extensione fit practica. 163. 1. a

Scientia dignissima inter alias, non est practica principaliter 167. 2. a. b

Scientia vnius cōis est vna vnitate numerali, multorū vero est vna vnitate aggregationis, & analogiæ attributionis 171. 1. d. & 2. a

Sciētia speculatiua ex suo genere est nobilior practica, aliqua tamen practica pōt esse nobilior multis speculatiuis 171. 2. b

Scientia moralis secundario considerat de potentijs animæ in quibus sunt virtutes ibid. c

Scientiā habere duplicē actualitatem, substantialem ab obiecto. accidentalē à lumine. Improbatur. 174.1.c.d
Scientia quot modis dicatur subalternari. 182.2.b
Scientia quot modis dicatur sub alia ibid.c
Scientia vna potest dicere propter quid eius, cuius alia dicit, Quia, dupliciter 183.1.b
Scientia subalternans nō accipit quia ē eius, cuius assignat propter quid à scientia subalternata. 187.2.a
Scientia vna accipit principia ab alia scientia dupliciter 187.2.c
Scientia ōis tam subalternans, quā subalternata pcedit ex principijs in ipsa notis, saltem quantum ad, Quia est. 188.1.b
Scientia Theologica ē alterius generis ab alijs. 188.2.b
Scientiam non probare suum subiectum esse, explicatur ibid b.
Scientiæ propriè dictæ nomine quid intelligatur. 147.1.& 2. per totum
Scientiæ omnis ēt practicæ finis est speculatio aliqua, licet speculatio scientiæ practicæ differat à speculatione scientiæ speculatiuæ 161.1.b.c
Sciētiæ speculatiuæ, & practicæ distinctio ad tres causas potest referri 161.1.d
Sciētiæ practicæ obiectū ē prius, et posterius ea. 162.2.a
Scientiæ duæ non possunt esse de eodem obiecto formali, licet materiali 162.2.a.b
Scientiæ nomen aliquando significat habitū vnius conclusionis, aliquando notitiam alicuius subiecti secūdum omnes partes suas. 175.2.d
Scientiæ secantur sicut & res 179.1.d
Scientiæ vnitas requirit vnitatem rationis ex parte cogniti, & cognoscentis 179.2.a
Scientiæ subalternatio quantum ad nominis Etymologiam, quæ nam propria 182.2.b
Scientiæ subalternatio quantum ad nominis significatum, quæ nam propria 183.1.a
Scientiæ subalternationis propriæ dictæ multiplex acceptio ibid. 1. c. d, & 2. per totum
Ad scientiam subalternantem pertinet facere euidens propter quid, nec solum dicere, credas tale documentum habere propter quid 187.1.d

Sciens

Sciens non adæquat scibile, nisi comprehendat illud. folio 180.2.c

Scire

Scire est aliquid mente prima ratione comprehendere. folio 157.1.a
Scire arbitramur vnumquodque cum causas cognoscimus quomodo intelligatur 157.2.d

Semen

Semen extenso vocabulo potest dici id, quod administratur à matre 139.2.c

Similitudo

Similitudo, & si includat distinctionem, & vnitatem, tamen principaliter includit vnitatem. 254.1.a

Sollicitudo

Sollicitudo diuitiarum acquirendarum impedit perfectionem 361.1.a
Sollicitudo superflua solum prohibetur 360.2.d
Sollicitudine temporalium omni carere in vita præsenti impossibile est 360.2.c

Speculatio

Speculatio, & contemplatio sunt synonyma 171.1.b

Speculatiua cognitio

Speculatiua cognitio nobilior est practica, quæ autem speculatiua, & practica est, nobilior est speculatiua tantum 64.2.a

Spiritus sanctus

Spiritus sanctus duobus modis distinguitur à Filio. folio 112.2.b
Spiritum sanctum distingui à Filio probatur tripliciter folio 108.1.b
Spiritum sanctum à Filio procedere. probatur multipliciter 108.2.a
Spiritum sanctum distingui à Filio. etiā si ab ipso non procederet per relationem disparatam. improbatur folio 109.2 c.& infra

Sponsus

Sponsus dicitur à sponsione de futuro, coniugium autē perficitur quantū ad essentialia sua in contracto per verba de præsenti 344.2.b

Subiectum

Subiecti scientiæ multiplex acceptio, & differentia inter materiam scientiæ, & obiectum 173.2.c
Subiectū scientiæ nō exigit vniuersalitatē prædicationis, sed sufficit vniuersalitas attributionis. 180.2.b
Subiectum Theologiæ est Deus, vt comprehendit omnes rationes, & perfectiones suas 185.1.d

Substantia

Substantia omnis ex substantijs fit 98.2.b
Substantia corporalis rōne materiæ remotissima est à Deo; rōne vero formæ propinqua 129.2.a
Substantia sola est primum susceptiuum contrariorum secundariū tn pōt esse aliquod accidens. 224.2.b
Substantia spiritualis si alicubi operatur non solū eius operatio est in loco, sed etiam eius substantia loco præsens assistit sicut causa efficiens suo effectui. 195.2. per totum
Substantiæ diuinæ illimitatio, non est ei causa, & ratio quod sit vbiq; sed solū vniuersalis eius causalitas. folio 194.1.a
Substantiæ intellectuales non sunt dicendæ actus puri. 215.1. per totum
Substantiam spiritualem quācunq; esse in loco per operationem, & non per essentiā, taliter quod operatio, & non essentia est in loco. probabile reputatur ab Auctore. 194.2.c.d. 195.1. per tot
In substantijs differunt nomen abstractum, concretum, & denominatiuum. 297.1.b
Substantialis natura creata potest carere propria suppositatione, & inniti supposito alterius, 300.2.a

Successio

Ad successionem tripliciter aliqua possunt se habere. folio 88.1.a.b

Suppositum

Suppositi, & naturæ nomina quid significent 100.1.a
Suppositum includere materiam, & formam, essentiam vero formam tantum. Improbatur. 100.1. et 2. p tot.
Suppositum dicere principia accidentalia. Improbatur 100.2.d. 101.1.a. per tot.
Suppositum differre à natura per quendā modum realē Improbatur. 101.2.d
Suppositum addit supra naturā aliquid reale. 104.1.b.c

Suppositũ, & natura in Deo idẽ sunt realiter. 105.1.b
Suppositum quomodo differat à natura in rebus materialibus 106.1.a
Suppositum idem, est Deus, & homo 298.2.c
Suppositum in creaturis supra naturam non solum addit esse, sed etiam modum essendi 300.1.c
Suppositum creatum non est infinitæ perfectionis in suppositando, vt sic suppositare possit naturam sibi extraneam. ibid. b
Suppositum vnum secundum plures naturas propriam, & extraneam potest habere plures actiones. 301.2.b
Suppositi perfecta ratio constituitur ex essentia, & existentia 103.2.d

Superfluum

Superfluum habens tenetur dare necessitatem patienti. folio 381.1.b

T

Tempus

Tempus habet esse reale extra animam subtracto omni intellectu 275.1.b
Tempus continuum, & Tempus discretum quid sint. Declaratur 275.2.b.c.
Tempus est prima mẽsura intrinseca primi motus. 281.2.a. 283.1.b
Tempus, Æuum, & Æternitas sunt mensura durationum temporalium, æuiternorum, æternorum, respectiuè. 282.1.b
Tempus etiam si nunquam incepisset adhuc differret ab æternitate 283.2.b
Tempus, & motus si fuissent ab æterno, fuissent à Deo creata 207.1.d
Tempus si fuisset ab æterno omnes dies præteriti aliquando fuissent futuri distributiue loquendo non collectiue. 207.2.a
Tempus si præcessisset infinitum, & fuissent infiniti dies præteriti, Deus potuisset quolibet die vnũ lapidem creare, loquendo distributiuè, non autem collectiuè. 207.2.c
Tempore mensuratur res variabilis non solum quantũ ad esse, sed etiam quantum ad essentiam 36.1.c

Terminus

Termini, & terminati nomen æquiuocum est ad terminatum secundum essentiam, & ad terminatum secundum durationem 205.1.c

Theologia

Theologia quomodo sit necessaria. Explicatur. 143.1.2 *per totum*
Theologia est scientia proprie dicta. Et explicatur. folio 152.2.d. 153.1.2
Theologia est nobilior cæteris scientijs, ratione finis, subiecti, certitudinis, adhæsionis. 156.1.b
Theologia constat ex creditis, & visis 157.1.c
Theologia est habitus difficile mobilis 157.2.c
Theologia dicitur speculatiua, vel practica à fine, qui expectatur in patria. Improbatur 163.2.a
Theologia non est speculatiua, nec practica, sed affectiua, vel contemplatiua. Improbatur. 164.2. *per tot.*
Theologia est simpliciter, vel principaliter practica. Improbatur 167.1.c.d
Theologia est simpliciter speculatiua, & secundum quid practica. Improbatur. ibid. b
Theologia est principaliter speculatiua, & practica, & tamen est vna scientia. Explicatur doctissime. 168.2.d. 169. *per totum*
Theologia non subalternatur scientiæ Dei, & Beatorũ neq; quantum ad finem, neq; quantum ad subiectũ, neq; quantum ad modum, subalternatione propriè dicta 184.1. *per tot.* 185.1.a.b
Theologia non subalternatur alicui scientiæ humanæ. 185.2.d. & 186. *per totum*
Theologia, quia innititur diuinæ reuelationi ea sola considerat, quæ diuinitus reuelata sunt. secus autẽ Metaphysica 186.1.a
Theologia non subalternat sibi subalternatione proprie dicta alias scientias 186.2.c
Theologia nullius alterius scientiæ est pars, nec è conuerso, loquẽdo de subalternatione improprie dicta. Imperfectior autem est scientia Beatorum, & perfectior omnibus humanis 187.2.b
Theologiæ subiecti variæ opiniones recensentur. 176. & 177. *per totum*
Theologiæ subiectum est Deus sub absoluta ratione qua Deus 180.1.a

V

Veritas

Veritas differt ab entitate rei 265.2.a
Veritas est adæquatio rei ad intellectum. ibid.b
Veritas non consistit in conformitate ad suum prototypum 266.1.a
Veritas est subiectiue in anima. ibid.2.d.
Veritas non est nomen secundæ intentionis. 267.1.b
Veritas in aliquo est vt in signo, in aliquo vt in causa, in aliquo vt in effectu ibid.2.a.b
Veritas subiectiue est in omni potentia cognoscitiua, obiectiue tamen est in intellectu componente, & diuidente 269.1.a
Veritas est actus intelligendi cum rectitudine conformitatis ad rem intellectam ibid. b
Veritas in aliquo est septem modis 269.1.c
Veritas formaliter dicta est solum conformitas intellectus ad rem, & non è contra ibid.2.c
Veritas non solum dicit respectum conformitatis, sed etiam actum cognoscendi cum tali respectu. 270.1.d
Veritas intellectus diuini, & Angelici non dependet, nec exemplatur à rebus 270.2.d
Veritatem quædam significant, & non dicunt rem alicuius generis 271.1.c
Veritas per Augustinum definitur non formaliter, sed causaliter effectiue 271.2.a

Videre

Videre Deum per essentiam, & ipso frui melius est quã vniri hypostatice diuinæ personæ quomodo intelligatur 312.1.b

Virtus

Virtus omnis supernaturalis dat aliquod esse supernaturale, & est mediatum, vel immediatum principium alicuius operationis supernaturalis. 26.2.a
Virtus infinita non potest esse in re finita, vt forma substantialis, vel accidentalis põt nõ esse sicut causa efficiens in effectu, vel mouens in re mota. 197.2.a
Virtus spiritualis quantum ad effectũ potest esse in re corporali 289.2.a

Virtus

BX 1749 I5 1618a

Ioannes de Neapoli
Qvaestiones variae Parisiis dispvtatae solemnis doctoris F. Ioannis de Neapoli

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY